BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
25 I
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
9. f

D. DIONYSII CARTHVSIANI ERVDITAE AC PIAE ENARRATIONES

in Librum IOB,
Tobiæ,
Iudith,
Heſter,
Nehemiæ,
Machabæorum primum & II.

A mendis, quibus ſcatuerunt antehac, plurimis nunc ſumma cura vindicata.

Inſerto eiuſdem D. Dionyſij Tractatulo de cauſa diuerſitatis euentuum humanorum, ad inſtantiam Reuerendiſs. D. Card. Nicolai Cuſani edito.

Coll. Rom. Soc. Jesu cat. inscr. B. S.ae



COLONIAE

Impenſis Geruuini Calenij, & heredum Iohannis Quentel.
Anno M. D. LXXII.

82593

D. DIONYSII CARTHVSIANI ENARRATIONVM LIBRI IOB, PROOEMIVM.

DIſciplinam Domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corriperis. Prou. 3.
quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.
Quoniam aduerſitates, tribulationes & pœnæ præſentis vitæ medicinales Tribulationũ vitę præſentis vtilitas.
ſunt, & non tantum pręteritarum curatiuæ culparũ, ſed à futuris inſuper vi-
tijs præſeruatiuę, diſpoſitiuę quoq; ad gratiam, & introductiuæ ad gloriam,
omnium quoque virtutum cuſtoditiuæ, actiuæ, atque cæleſtium ac æterna-
lium deliciarum ineffabiliter accumulatiuæ, per quas etiam Chriſto cruci- 1. Petri 4.
formiter conformamur, & in electorum Dei ſortem annumeramur, dum-
modo eas æquanimiter toleremus, & tanquam munus paterni amoris de manu ſuperclementiſ-
ſimi ac ſuperſapientiſſimi domini Dei noſtri cum gratiarum actione, mentaliq; gaudio ſuſcipia-
mus: quid vtilius, quidúe ſalubrius conferre nobis poterit conditor adorandus in huius loco ex- Rom. 8.
ilij, quàm aduerſitates, tribulationes & pœnas, gratiamq́; patientiæ in eiſdem, quibus collatis, ſi-
mul præſtabit & cęteros earum fructus prætactos? Hinc quippe loquitur Chriſtus: Beati eritis cũ
maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, Acto. 14.
mentientes, propter me, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Meritò
ergo hortatur nos in ſcripturis ſpiritusſanctus, ne in correptionibus, diſciplinis ac tribulationi-
bus, quæ vel Deo agente aut permittente nobis contingunt, triſtemur, murmuremus vel deficia- Matth. 5.
mus: quin potius charitati pietatiq; Dei ſuper beneficijs talibus gratias cum gaudio referamus, Lucæ 6.
humiliter confitentes nos eſſe de numero filiorum ipſius, cũ ad Hebræos dicit Apoſtolus: Quod
ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis. Deniq; qui Deo chariores fuerunt, gra- Iudith 5.
uiora perpeſsi noſcuntur. & tantę beatitudinis eſt, tribulationibus affici in pręſenti, vt nec vnige-
nito ſuo filio incarnato æternus pater pepercerit, ſed morte acerbiſsima atque turpiſsima permi-
ſerit occidi. Ideo ſcriptum eſt in Iudith: Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes
tranſierunt fideles. illi autẽ qui tentationes non ſuſceperunt in timore domini & in patientia ſua, Hebr. 12.
exterminati ſunt. Aduerſitates verò & tribulationes, inquantum ſunt quædam nocumenta ac ma-
la pœnalia, non ſunt ita appetibiles atque amabiles, nec delectionis & gratiarum actionis mate- Rom. 8.
ria: ſed vt ſunt tam fructuoſę & vtiles, itemq́; ex paterna Dei diſpenſatione ac miſericordia proue- Sap. 5.
nientes. & ſecundum huiuſmodi conſiderationem earum, eſt circa eas patientia, appetibilitas, Iudith 8.
gratiarum actio & dilectatio: ſicq́; eas conſiderare & acceptare eſt ſapientię. Propter quod Salo-
mon proteſtatur: Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens eſt, exaltat Prou. 14.
ſtultitiam ſuam. Porrò patientia eſt virtus moralis, quæ paſsionem triſtitię moderatur & frenat. Patiẽtia quid.
Solet enim ex euentu aduerſitatis & illatione tribulationis triſtitia generari in animo, quando vi- Prou. 19.
delicet talia tanquam quędam nocumenta & aſpera conſpicit. ſed dum ratio talia tanquam vtilia
contuetur, per patientiam paſsionem triſtitiæ ſuperat & euellit. Quo autem triſtitia fugibilior
eſt atque nociuior, non animæ tantum ſpiritaliq; vitæ, ſed etiam corpori, eo patientia deſiderabi- Eccl. 30.
lior opportuniorq́; conſiſtit. Quàm fugienda verò ac nociua ſit triſtitia, docet Eccleſiaſticus, di- Prou. 25.
cens: Triſtitiam longe expelle à te. multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. In Pro-
uerbijs quoque habetur: Sicut tinea veſtimento, ſic triſtitia nocet cordi viri. Rurſusq́; Salomon Prou. 17.
ait: Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Triſtitia namq́; eſt paſsio Eccẽs 5.
maximè afflictiua, corroſiua atque læſiua naturæ, breuiatiuaq́; vitæ, quod totũ de inordinata, car- 2. cor. 7.
nali ſeu ſeculari triſtitia accipi debet, de qua dicit Apoſtolus: Triſtitia ſeculi mortem operatur.
Hæc enim eſt dolor ſeu mœror de temporalium rerum amiſsione vel corporalis incommodi in- Lucæ 21.
ductione, de iniuria, inhonoratione aut ſimili malo pœnali. Præterea laus patientiæ hinc præſer-
tim oſtenditur, quod in Euangelio ait Saluator: In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Iacob. 1.
Poſſeſsio nàq; importat quietum dominium, anima autem per patientiam ſeipſam poſsidet cum
quiete in vera tranquillitate, ita quod vitiorũ dominatui non ſubſternitur nec ſuccũbit. Propter
quod Iacobus in ſua canonica dicit: Patientia opus perfectum habet, vtpote directe in tolerandis Gregor.
aduerſis, & diſpoſitiue in bonis agendis. Ex aduerſitatibus enim primo procedit triſtitia, quã (vt Eccẽs 8.
dictum eſt) refrenat patientia: ſecundo ira, tertio odium, quarto nocumentũ. Quæ omnia euitan- Ieie. 29.
tur, dum in principio patientia adhibetur. Vnde, ſecundum Gregorium, patientia omniũ eſt vir- Prou. 14.
tutum radix & cuſtos, non vtique illas directe cauſando, ſed prohibens remouendo, id eſt, impe- Patiẽtiæ
dimenta virtutũ tollendo. Hinc quoque in tota veteris nouiq́; teſtamenti ſcriptura potiſsime cõ-
mendatur, docetur, ſæpiusq́; iubetur patientia: qua qui caret, dum impetum paſsionis ratione per
paſsionẽ fuſcata proſequitur, ſtulto aſsimilatur, iuxta illud Prouerbiorum: Impatiens operatur
ſtultitiam. Poſtremo ipſi quoque philoſophi ac illuſtriſsimi principes ſeculi, patientiá ſublimi-

virtus cō ter laudauerunt, didicerunt & impleuerunt, loquendo de patientia naturali & acquiſita. Cum e-
mētatur nim (vt in libro de virtutibus philoſophorum habetut) quidam Socratem interrogaſſet, cur vxo-
exemplo rem ſuam litigoſam ac moleſtiſsimam ſecum in domo ferret, reſpondit: Cum talem in domo ſu-
gentiliū ſtineo, aſſueſco atque exerceor aliorum foris petulantiam iniuriamq; facilius ferre. Seneca quo-
philoſo. que narrat, quod quum Diogenes cum quodam ageret cauſam, ille impatientia ductus, ſaliuam
phorum. attrahens pinguem, inſpuit in mediam frondem Diogenis, quam ille pro poſſe abſtergens, dixit
Seneca. factori: affirmabo omnibus, falli eos qui te negant os habere. Inſuper cum quidam potentiſsimo
Dioge-
nes.
Aug Cęſ. illi Auguſto dixiſſet, O tyranne, patienter ferens reſpondit: Si eſſem, non diceres. De Iulio etiam
Cæſare legitur, quod cum caluitium grauiter ferret, & de eius caluitio ioculatoria carmina publi-
Iuli. Cæſ. ce eſſent vulgata, ipſe hoc patientiſsime tulit. Similiter cum quidam eius paternam deſpicientes
originem, eum pannificum nominarent, eum mira patientia ac riſu id pertulit. Aeneas etiam de-
ſtructa Troia, regno pulſus paterno, recedens, ſuos conſolando, dicebat:
Aeneid. 1.

O paſsi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

Patientia quippe in omni ſtatu & gradu, tam ſuperiori quàm ſubditis, maximè neceſſaria eſt,
& ad conuictum pacificum peropportuna. oportet enim æquanimiter in vita hac ſuſtinere aduer-
Hebr. 10. ſa, dicente Apoſtolo ad Hebræos: Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, re-
Plato. portetis promiſsionem. Scribitur etiam de Platone, quod interrogatus, quis eſt homo morum
bonorum, reſpondit: Qui æquanimiter ſuſtinet homines morum malorum. Hęc de patientia in-
troduxi, quia in beatiſsimo Iob, euius nunc elucidandus eſt liber, quantum ſpiritusſanctus præ-
ſtiterit, pręclariſsimum patientiæ documentum omnibus exhibetur, vt non ſufficiat nobis ſcire,
Ariſtotel. legere & audire, ſed imitari condigne conemur, cum & Philoſophus dicat in Ethicicis: Quid eſt
virtus ſcrutamur, non vt ſciamus, ſed vt boni efficiamur.

De perſona, tempore & origine ſancti Iob, & quis ſit author libri huius.

Artic. I.

DE perſona & tempore atque origine S. Iob, quantum ad multa, non videtur magna certitu-
do faciliter poſſe haberi, præſertim cum ſancti catholiciq; doctores inde varijs modis inue
Auguſti. niantur loquuti. Primo igitur perſcrutandū, quis fuerit iſte Iob, & de eius origine. Itàq; Au-
Ambroſ.
Gregor. guſtinus, Ambroſius, Gregorius, & multi expoſitores ſequentes doctores illos præcipuos, con-
Gene. 36. corditer dicunt, quod fuit natione Idumæus, de ſemine Eſau natus. Dicit enim Auguſtinus ſuper
Gregor. illud Geneſis, Mortuus eſt autem Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zarę de Bozra. Quod au-
Ambroſ. tem per hunc Iobab S. Gregorius intelligat Iob, apertiſsime conſtat ex his, quæ primo Moraliū
Albertus. ſuper Iob ſcribit ſtatim poſt prologum. Ambroſius quoque ſuper epiſtolam ad Romanos idem
inſinuat. Albertus etiam hic ſcribit, quod ante fuit ei nomen Iobab, eratq; filius cuiuſdam Zaræ,
qui fuit filius filij Eſau de quadam matre nomine Borra, natus, ita quod quintus fuit ab Eſau, vel
quartus ſecundum alium modum. ſextus autem aut ſeptimus ab Abraham. & dicitur rex fuiſſe
terræ illius, & rex ſecundus. nam ante eum regnauit Balach, poſt eum regnauit Vſau. Hucusq; Al-
Auguſti. bertus. Porrò de hac materia plenius loquitur Auguſtinus 18. De ciuitate Dei, cap. 47. dicens:
Nec ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere, i. contentioſe aſſerere, neminem pertinuiſſe ad
Leuit. 16. Deum pręter Iſraelitas, ex quo, i. ab eo tempore quo propago Iſrael, i. generatio Iacob ſeu pro-
Num 27. creatio filiorum eius, eſſe cœpit. Populus enim reuera, qui proprie Dei pôpulus diceretur, nul-
Deut. 7. lus alius fuit, videlicet quam Iſraelitæ. homines autem quoſdam non terrena, ſed cæleſti ſocie-
tate ad veros Iſraelitas ſupernæ ciues patriæ pertinentes, etiā in alijs gentibus fuiſſe, negare non
Hierony. poſſunt. quod ſi negent, facile conuincuntur de ſancto & mirabili viro Iob, qui nec indigena, i.
Gene. 22. inde natus, puta ex Iacob ſeu Iſrael, nec proſelytus, i. aduena, populi Iſrael fuit: ſed ex gente Idu-
mææ genus ducens, ibi ortus, ibi & mortuus eſt. Sed de hac re beatus Hieronymus aliter ſentit
libro de hebraicis quæſtionibus ſuper Geneſim, dicens quod Iob deſcendit de Nachor, fratre
Iob 1. Abrahæ. legitur quippe in Geneſi, quod Melcha genuit viro ſuo, videlicet Nachor, octo filios, quo
rum primus vocatus eſt Hus, ſecundus Buz. Dicit ergo Hieronymus, quod Iob ortus ſit de Na-
Iob. 32. chor per primogenitum eius nomine Hus, à quo terra illa dicitur Hus nominata, ita quòd Hus
eſt nomen viri & terræ. vnde in principio huius voluminis ſcriptum eſt: Vir erat in terra Hus, no-
Euſebius mine Iob. Præterea de ſecundo filio Nachor, i. de ipſo Buz, dicit Hieronymus deſcendiſſe ipſum
Elihu, de quo infra fit mentio, qui cognominatur Buzites, tanquam de tribu Buz. Idem quoque
dicunt Hebræi, quos Hieronymus in hac aſſertione ſequutus eſt. Sed & in Scholaſtica hiſtoria
idem aſſeritur, cuius conſcriptor etiam aperte teſtatur eos errare, qui dicunt ipſum Iob de Eſau
deſcendiſſe. Vnde poſterioribus quibuſdam videtur magis credendum Hieronymo & Hebræis,
tanquam in talibus hiſtorijs ac genealogijs amplius certis. Quidam etiam imaginantur Auguſti-
num atq; Ambroſium motos ad præfatam poſitionem ex ſimilitudine nominum horum, Iob &
Iobab. Veruntamen hoc non reor, nec aliquis doctorum iſtorum ſublimium tangit iſtud motiuū.
nam debile eſſet. ſed potius arbitror motos eos ex tranſlatione Septuaginta interpretum tunc fa-
moſa

moſa, quę habet: Vir fuit in terra Auſitidis.quę terra fertur fuiſſe in finibus Idumææ atq; Arabiæ.
Quod auté LXX.ita tranſtulerunt,teſtatur quodā loco Hieronymus. Inſuper in aliquibus Biblijs
in fine libri Iob,vel iu fine ſecuudi prologi Hieronymi ſuper Iob,additur:Fertur auté Iob in terra
habitaſſe Auſitide,& erat ei ante nomen Iobab,& erat quartus ab Eſau &c.Sed iſtud non eſt in He
bræo ſecundum Hieronymū,nec ſunt verba Hieronymi,ſed alicuius forſan expoſitoris.Nunc in- Hieron.
quirēdum,quo tempore fuerit ſanctus Iob.circa quod ſcribit ſanctus Auguſtinus decimooctauo Iob quo
De ciui.Dei,cap.xlvij.Cuius (ſ.Iob.) tempora quanuis non inueniamus in Chronicis,colligimus tempore
tamen ex libro eius,quem pro ſui merito Iſraelitæ in authoritatem canonicā receperunt, tertia ge vixerit.
neratione poſteriorem fuiſſe quam Iſrael,i.Iacob patriarcham fratrem Eſau,ex quo videtur quod Auguſti.
ſecundum Auguſtinum Iob fuit tertius ſeu quartus poſt Eſau.Vnde aliqui dicunt quod fuit pro- Gene.36.
nepos eius,aſſerētes quod fuit filius Balach,filij Beor,filij Eſau.quibus obuiare videtur,quod nec
in Geneſi,nec primo Paralipomenou,in quibus locis deſcribitur generatio Eſau,nec alibi in ſcri-
pturis legitur Beor fuiſſe immediatus filius Eſau, tñ 1. Paralipomenō habetur ꝙ Bale poſt quē re- 1.Para.1.
gnauit Iobab,fuit filius Beor.Qui auté primo Paralipomenon Bale vocatur,in Geueſi dicitur Ba-
lach,ſecūdum expoſitores. Rurſus pręd ictum eſt quod Iobab fuit filius Zaræ.præterea iuxta præ-
dicta ſequi videtur,quod Iob ante Moſen fuerit,quod & multi concedunt. Sed Gregorius quem Gregor.
Gloſſa ſequitur, contradicit,aſſerens ſanctum Iob fuiſſe tempore Iudicū populi Iſrael.Argumen- Gene.36.
tum autem Gregorij eſt,quoniam in Geneſi inter Reges qui in Idumęa regnauerunt,antequā filij
Iſrael regē habuarunt,Iobab annumeratur.Ex quo patet quod Gregorius pręſuppouit,per Iobab
iutelligi Iob, & per tempus præcedens præſidentiā Regum Iſrael, intelligi Iudicum tempus. Vult
quoq; Gregorius quod Moſes ſpiritu prophetico loquebatur de dominio Iobab poſterioris Mo- Gregor.
ſe,ſecundū hanc poſitionem. Dicit enim Gregorius,quia in libro Geneſeos Iobab de ſtirpe Eſau
deſcendiſſe,& Balach filio Beor in regnum ſucceſſiſſe deſcribitur.Hunc beatū Iob longe ante Mo Idem:
ſis tempora extitiſſe crediderunt, morem profecto ſacri eloquij neſcientes. quia in ſuperioribus Gene.36.
ſuis partibus ſolet breuiter longe poſt ſequutura perſtringere,cum ſtudet ad alia ſubtilius enume
randa properare.Vnde & illic Iobab,priuſquā reges in Iſrael exiſterent,fuiſſe deſcribitur.Nequa-
quam ergo extitiſſe ante legem cognoſcitur, qui Iſraeliticorum Iudicū tēpore fuiſſe memoratur. Euſeb.
Veruntamen argumentum iſtud non cogit.quidam enim(vt etiam in ſcholaſtica hiſtoria coutine-
tur)dicunt Moſen non deſcribere reges Idumææ,niſi vſq; ad illū quē tēpore ſuo vltimū cognoſce-
re potuit.per tempns quoq; præcedens reges Iſrael,quorū primus extitit Saul,non eſt neceſſe præ-
ciſe intelligere tempus iudicum, ſed intelligi poteſt omne tempus duodecim tribuū vſq; ad Saul. 1.Reg.10.
Deniq; iſta determinatio temporis Iob, præcedit ſecundum eos,qui dicunt eum de Eſau deſcen- 11.
diſſe ſecundum modum pręfatum. Sed quia poſitio S.Hieronymi pręinducta,multis probabilior
apparet,ſcrutandum quo tempore S.Iob ſecundum hanc fuerit viam.Sicut autem Hieronymus & Hieron.
Scholaſtica hiſtoria cum Hebræis dicuut Iob deſcendiſſe de Nachor per Hus, & Elihu Buziten de Euſeb.
eodem per Buz,ſic dicūt Elihu iſtum eſſe illum,qui in libro Numerorum Balaā nuncupatur, quem Num.22.
Balach rex aduocauit.quo dato,ſeqnetur,quod Iob & Moſes contemporanei fuerint.Elihu enim
diſputauit cum Iob,& idem Elihu ſeu Balaam circa finem vitæ Moſis fuit occiſus à filijs Iſrael ante Io.32.33.
Moſis obitum,vt patet in Numeris.Conſtat etiam ex inſra ſcriptis , quod Elihu quādo contra Iob 34.
diſputauit,ſatis iuuenis fuit. Quot vero poſt hoc fluxerint anni ante interfectionē ipſius,non con Num. 31.
ſtat.& ſi non multi anni illi fuiſſe putentur,poſſet fortaſſe poſitio iſta cū Gręgorio aliqualiter con- Iob.32.
cordari.Iob uāq; poſt diſputationem curationemq́; ſuam vixit annis centum & quadraginta,vt in-
fra patet. Poſt mortem vero Moſis vſq; ad iudiciariam pſidentiam Othoniel primi iudicis Iſrael, Iob.42.
forte pauciores anni fuerunt. Othoniel enim tempore Moſis fuit, & filiam Caleph duxit vxorem Iudic.1.
ſtatim poſt ingreſſum filiorum Iſrael in terram promiſsionis.immo quia Iob antę ſuam percuſsio- Ioſue 15.
nem prouectę fuit ætatis, potuit fieri vt & tempore Moſis fuerit, & tēpore alicuius iudicū Iſrael.
Veruntamen omuibus hinc inde, quorum multa omitto, diligenter penſatis,de hac re nil certum
eſſe opinor,quantum ad temporis determinationem.vnde S.Thomas in prologo expoſitionis ſuę
ſuper Iob,de prætactis difficultatibus ſe expediens atq; pertranſieus,ait:Quo autem tempore fuit Thomas
Iob,vel ex quibus gentibus duxit originem,& an ipſe vel alius librum hunc ſcripſerit,non eſt præ- Iob.1.
ſentis intentionis diſcutere.Præterea vnum me mouet,quia ſi tempore Moſis fuit,mirum apparet
quod Deus de eo perhibuit quod nō fuit ei ſimilis iu terra,præſertim cum in Numeris loquens de
Moſe ad Aaron & Mariam:Si fuerit,inquit,inter vos propheta,in viſione apparebo ei,vel per ſom Num.12.
nium loquar ad eum.at non talis ſeruus meus Moſes,qui in omui domo mea fideliſsimus eſt.Ore
enim ad os loquor ei,& palàm non per ænigmata & figuras videt Deum. Rurſus Moſes de ſeipſo
teſtatur,quod manſuetus fuit præ cunctis habitatoribus terræ,videlicet temporis ſui. Et tamē de Eodem.
Iob Auguſtinus ſic ſcribit xviij.de ciuitate Dei , De diuino ſic laudatur eloquio, vt quod ad iuſti- Auguſt.
tiā pietatemq́; attinet,nullus ei homo ſuorū temporum coæquetur.verum ad ſolutionē multa poſ-
ſent excogitari,quæ tranſeo,& veritatē de incertis,Deo ſapientioribusq́; cōmitto.Nuuc inquiren-

Gregor. dum quis ſit author & ſcriptor libri præſentis. Quocirca dicit Gregorius: Alij Moſen, alij vnum
quemlibet ex prophetis ſcriptorem huius operis putant fuiſſe. Eos autem, qui dicunt Moſen iſta
deſcripſiſſe de Iob tanquam de ſeniore & præcedente tempora Moſis, Gregorius affirmat erraſſe,
eo quod dicat Iob tempore iudicum extitiſſe, magisq́; videtur Gregorio, quod ipſemet Iob hunc
Librum Iob quis conſcri. edidit librum: Arbitrari, inquiens, verius poſſumus, quod idem beatus Iob, qui certamina ſpirita-
lis pugnæ ſuſtinuit, etiam conſummatæ ſuæ victorię geſta narrauit. Loquitur autem de ſeipſo quaſi
Ioan. 13. de alio iuxta conſuetudinem ſcripturarum, quemadmodum & Ioannes frequenter de ſe quaſi de
18.19. alio ſcribit, Diſcipulus quem diligebat Ieſus. Albertus quoq; hic ait: Secundũ veriſsimam ſenten-
Ioan. 20. Albertus tiam ipſe Iob iſta deſcripſit, quæ tanto certius ſciuit, qunato ea per experimenta cognouit. Verun-
Gregor. tamen de hac re ſecundum Gregorium, non eſt immoderantius contendendum. Etenim ait: Quis
hæc ſcripſerit, valde ſuperuacue quæritur, cum tamẽ author libri ſpirituſſanctus fideliter teneatur.
Ipſe igitur ſcripſit, qui ſcribenda dictauit ac inſpirauit, videlicet ſpirituſſanctus, qui per ſcribentis
hominis vocem, imitanda ſancti Iob facta nobis tranſmiſit. ſi magni cuiuſdam viri ſuſceptis epiſto
lis legeremus verba, ſed quo calamo ſcripta eſſent inquireremus, ridiculum eſſet.

De materia & intentione libri huius, & an quod in libro iſto narratur, fuit res geſta vel tantum parabola. Artic. II.

Albertus IN expoſitione ſexti capituli libri huius, refert Albertus quatuor fuiſſe opiniones antiquorum
Auguſti. de iſto Iob. Quidam dixerunt quod fuit homo gentilis de Eſau natus, ſicut præcedenti articu-
Ambroſ. lo patuit. Alij, qnod fuit vnus de ſapientibus Babylonis, vnusq́; ducum qui ab oriente venerunt, &
Gene. 11. in Babylone moratus ſit poſt confuſionem linguarum. Eos vero qui dixerunt Iob de Eſau deſcen-
diſſe, Albertus diuiſit in duo. Nam quidam eorum dixerunt quod Iob ſcripſit hunc codicem, alij
quod Moſes diu poſt eum. Quarta fuit opinio quorundam, quod Iob non fuit homo nec aliquid
in rerum natura: ſed quod in libro iſto habetur, parabolice ſcriptum eſt atq; inuentum, ad oſten-
dendum quod ordine iuſtitiæ humanę non regitur mundus per prouidentiam Dei, ſed quod re-
Iob. 1. gimen prouidentiæ diuinæ penitus diſſimile ſit regimini & ordini iuſtitiæ humanę. Hoc enim oſtẽ
Iob. 2. ditur in Iob, qui ſimplex & rectus percuſſus deſcribitur, poteſtatiq́; ſatanę traditus, quod ordini iu
Thomas. ſtitiæ humanæ non conuenit. Horum autem intellectus verborum infra clarius patefiet. Hinc &
Thomas teſtatur: Fuerunt quidam, dicentes quod iſte Iob non fuit aliquid in rerum natura, ſed ꝙ
ſit quædam parabola ficta, vt eſſet quoddam thema ad prouidentię diſputationem, ſicut homines
Lyra. frequenter confingunt aliqua facta ad diſputandum de eis. Lyra etiam refert fuiſſe quoſdam Iu-
dæos, dicentes quod iſtud ſit tantum parabola, & quod Moſes ſcripſerit librum hunc. & ad decla-
randum conditionem virtutis patientiæ, retributionemq́; eius, finxerit hominem nomine Iob, &
ea quæ in libro iſto quaſi res geſtæ narrantur, quemadmodum author libelli qui incipit, Aethiopũ
Theodolus terras, ad declarandum antiquitatem ac veritatem ſacræ ſcripturæ reſpectu poeticarum confictio-
num, finxit virginem nomine Alethiam, quod Græcũ Latine ſignificat veritatem, & virum nomi-
ne Pſeudis, id eſt, ſalſus ſeu falſitas, ad inuicẽ diſputantes de ſanctæ ſcripturæ hiſtorijs poetarumq́;
Thomas. fabulis. Sed (vt Thomas ait) quamuis ad intentationem libri non multum referat, vtrum ſic vel ſic
dicatur, refert tamen ſeu differt quantum ad veritatem. Hæc namq; opinio ſacræ obuiare videtur
ſcripturæ, quæ de Iob ſicut de homine olim veraciter exiſtẽte eloquitur, vt cum apud Ezechielem
dominus proteſtatur: Terra cum peccauerit, ſi fuerint tres viri iſti in ea, Noe, Daniel & Iob, ipſi in
Ezechie. 14. iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, filium autem & filiam non liberabunt. Sicut ergo Noe & Da-
Iacob. 5. niel homines vere fueruut, ita de Iob pro certo tenendum eſt. Rurſus apoſtolus Iacobus in epiſto-
la ſua, Exemplum, inquit, accipite longanimitatis, laboris & patientiæ prophetas, qui loquuti ſunt
in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferẽtiam Iob audiſtis, & finem
domini vidiſtis. Porrò materia libri huius, eſt ſufferentia & patientia ſancti Iob ſecundum Alber-
Albertus tum. Intentio autem & finis libri ſeu authoris eſt, oſtendere qualiter actus humani prouidentiæ
diuinæ ſubiaceant, & quomodo res humanæ gubernentur a Deo. Dicit autem circa hoc Thomas:
Thomas. Tota intentio libri iſtius circa hoc verſatur, vt per rationes probabiles oſtendatur res humana à
diuina prouidentia regi. Sed iſtud dictũ beati Thomæ cuidam nõ placet, eo quod totus hic liber
Intentio, procedat per modum diſputationis inter Iob & eius amicos. intentio autem contra aliũ diſputan-
materia, & finis libri Iob. tis, nõ eſt probare aut declarare id in quo cum eo concordat, ſed illo pro vero ſuppoſito, id in quo
ab eo diſſentit. Cum ergo omnes iſti contra Iob diſputantes, conceſſerint actus hominum diuina
prouidentia regi, intentio Iob non eſt id declarare, ſed aliquid in quo ab eis diſſenſit, videlicet ꝙ
non ſic reguntur à Deo, vt illi putabant. verũ obiectio iſta procedit contra verba, non contra men-
tem Thomæ, qui in principio expoſitionis primi capituli dicit: Intentio tota libri huius ordinatur
ad oſtendendum qualiter res humanæ prouidentia diuina regantur. Ex quo clariſsime conſtat, ꝙ
Thomas non voluit ſimpliciter dicere intentionem authoris ſeu libri huius eſſe, oſtendere quod
humana regantur à Deo, ſed qualiter gubernentur ab eo. vnde & forma verborum Thomæ, quam
alter impugnat, faciliter veraciterq́; ſaluatur: quoniam abſolute loquendo, idẽ eſt ipſa res & veritas
eius,

eius,loquendo de veritate naturæ.ſic enim ens & verum conuertuntur,nec verum enti reale quid
ſuperaddit.Cum igitur Thomas dicit,Intentio libri eſt oſtendere quod res humanæ diuina proui Res humanas
dentia gubernantur,tantum eſt dicere,ac ſi dicat:Intẽtio libri eſt, oſtẽdere quod res humanæ pro- diuina
uidentia diuina reguntur, ſecundum quod veritas ipſa ſe habet,non eo modo quo ali qui errando guberna
putabant. Præterea præſatus in argumento ſuo aliquid ponit, quod inquiſitionem requirit maio- ri prouidentia.
rem.ſiquidem ait, quod licet amici Iob dicerent actus hominum prouidentia regi diuina, tamen
tenebant quod aduerſa mundi non accidunt homini niſi propter eius demerita ſeu mala pręterita,
nec proſpera niſi propter præcedentia opera bona , quod conſtat eſſe erroneum. An dictum illud
ſit verum, videlicet an amici Iob ita ſenſerunt,non eſt tam certum, vt aliqui arbitrantur. Albertus Albertus
quoq; vir ſubtiliſsimus, ex verbis amicorum Iob oſtendit oppoſitũ,prout inſra clarebit. ideo pro
nũc inde pertranſeo. Aduertendum autem pro intellectu dictorum,quod ſicut beatiſsimus Augu-
ſtinus in libris de ciuitate Dei, ſapientiſsime docet, ab exordio generis humani cœperunt ciuitas Augustinus
Dei ciuitasq; diaboli, i.congregatio hominum bonorum & electorum , & collectio impiorum &
reproborum. Cain namq; primogenitus protoplaſtorum parentum reprobus & iniuſtus, occidit Genes. 4.
innocentem Abel.quo facto, receſsit à ſuis parentibus,moratusq́; eſt in parte terrę diſtante ab eis,
iuxta illud Geneſis: Egreſſus Cain à facie domini,habitauit profugus in terra ad orientalem partẽ Ibidem.
Eden. Deinde Adam genuit Seth electum à Deo, in cuius poſteritate cultus Dei diu remãſit,cuius
& poſteri à primo parente in diuinis edocti ſunt. Cain vero & poſteri eius vitijs intenderunt. Non Genes. 5.
tamen leguntur homines ad idololatriam ante diluuium declinaſſe,ex quo conſequens eſt, quod
vnum ſolum verum ſummumq́; Deum eſſe nouerunt. Paulatim tamen ſic obtenebrati ac victi- Gene. 6.
ſunt vitijs,quod omnis caro humana viam ſuam corrupit, nec Dei prouidentiam iudiciumq́; pen-
ſauerunt. Quamuis forte ea non negauerũt,ſicut & modo multi ſunt Chriſtiani tam excæcati & vi-
tioſe viuentes,quaſi nec prouidentia Dei,nec futurum eſſet iudicium, quãuis fide informi credant
huiuſmodi. Poſt diluuium vero ad idololatriam ſunt prolapſi , & tandem intantum excæcati ſunt Gene. 10. 11.
multi, vt vel vnum verum ſummum Deum eſſe non ſcirent nec crederent: vel ſi hoc ſcirent aut cre-
derent,tamen diuinam prouidentiam denegarent,nec vulgus duntaxat & indocti,ſed & qui in inqui
ſitioni veritatis operã dederunt,puta philoſophi quidam,tales fuerunt,omnia caſualiter fieri opi- Democr. Ariſtote.
nantes, ſicut de Epicureis & antiquis Ariſtoteles narrat. Poſteriores vero philoſophi,profundius
ordinem rerum,curſum ſtellarum, mundi diſpoſitionem ac ſtatum ſcrutantes,inuenerunt vnũ eſſe
primum vniuerſorum principium,quorum quidam dixerunt ſola ſuperiora atq; cæleſtia eius pro-
uidentiæ ſubiacere, ac regi ab eo,alij vero omnia naturalia. Sed de rebus actibusq́; humanis mul-
tiplex fuit inter eos error atq; opinio vtrum & quomodo eſſet de eis prouidentia,diſpoſitio ac iu Tullius.
dicium Dei, præſertim quia difficile fuit eis videre quomodo infallibilitas præſcientiæ Dei & li-
bertas arbitrij ſimul ſtarent. Et quia videbant quod in vita præſenti boni opprimuntur à malis, &
impij proſperantur, virtuoſi aduerſitatibus affliguntur,ita quod in humanis euentibus nullus cer-
tus ordo apparet. (Non enim bonis ſemper eueniunt bona,nec malis ſemper mala: nec iterum bo-
nis ſemper mala , nec malis ſemper accidunt bona , ſed indifferenter bonis & malis bona & mala) Bona &
hinc mota ſunt corda multorum,quod actus humani non diſponuntur per prouidentiã Dei. Quo- mala indifferen-
rum error deuenit ad hoc,quod vel fortunę vel caſui,vel fato eos attribuerunt, qui error nocẽtiſsi ter bonis
mus fuit hominibus. Inde enim venit irrefrenata peccandi libertas,omnisq́; timor, amor & reue- & malis
rentia Dei diſceſſit. Ideo præcipua ſanctorum patrum diligentia fuit iſtum extirpare errorem, & eueniũt.
demonſtrare omnia diuinitus gubernari, ita quod nullum malum permanet impunitum , nec ali-
quod bonum irremuneratum. Sed & aliqui præclariores philoſophi hoc aliqualiter per ſapientiã
acquiſitam docuiſſe leguntur. Hinc & ſanctus Iob in libro ſuo id potiſsime docere intendit & do Iob 24.
cet,ac probat iuxta modum prætactum.

De quibuſdam præambulis documentis,ex verbis ſancti Gregorij. *Artic. III.*

PRæmittit beatus Gregorius expoſitioni voluminis huius quædam vtilia documẽta ad totius Gregori.
libri intelligentiam opportuna: Quædã,inquiens,hiſtorica expoſitione tranſcurrimus,id eſt,
literaliter breuiter explanamus,& per allegoriam quædam typica inueſtigatione ſcrutamur,
illa videlicet quæ figuraliter de Chriſto per allegoriam exponuntur, in quibus Iob fuit Chriſti fi-
gura. Quædam per ſolam moralitatem diſcutimus,nonnulla autem per cuncta hæc ſolicite exqui-
rentes tripliciter indagamus,id eſt,literaliter,allegorice,moraliterq́; exponimus. Nam primo fun
damenta hiſtoriæ ponimus,deinde per ſignificationem typicam, figuralem ſeu allegoricam in ar-
cem fidei fabricam mentis erigimus,id eſt,animæ contemplationem ad fidei myſteria contuenda
leuamus. Allegoria enim inſtruit quid credendum. poſtremo per moralitatem ſpiritale expoſitio Allegoria quid.
num iſtarum ædificium quaſi ſuperducto pulchro colore veſtimus , quos ſenſus ori lectoris inter-
no tanquam fercula exhibemus, vt eius faſtidia repellamus,qui dum ſibi multa oblata conſiderat,
quod elegantius diſcernit,aſſumat. Quid etenim ſunt veritatis eloquia,niſi reficiendæ mentis edu
lia? Aliqua vero literaliter intelligi nequeunt,quoniam ſic accepta,non ædificationem, ſed errorẽ

Iob.9. legentibus gignerent, vt cum dicitur, Sub quo (ſcilicet Deo) curuantur qui portant orbem,& de
tanto viro,puta beato Iob, quis neſciat quod neqnaquam vanas poetarum fabulas ſequitur,vt mũ-
Iob.7. di molem portari Gigantæo ſuſpicetur ſudore? Et rurſus perſequutionibus preſſus,ait: Elegit ſuſ-
pendium anima mea,& mortem oſſa mea,quaſi vir tantæ virtutis, voluerit propter aduerſa ſuſpen
dio vitam finire. Aliquando ipſa verba literę ſe impugnant,ne ad literam intelligantur. Ait namq;
Pereat dies in qua natus ſum,& occupet eum caligo. qui dies iam euolutus,ſtare non poterat,quo-
Iob.3. modo ergo hunc caligine inuolui optabat? Qui iterum dicit,Peccaui,quid faciam tibi ô cuſtos ho
Iob.7. minum? Et,conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.& tamen alia reſponſione ſubiungit: Ne-
Ibidem. que enim repræhendit me cor meum in omni vita mea, quæ verba dum ſic inuicem collata conue-
Iob.27. nire ſtareq; nequeunt, aliud quid in ſe,quod quæratur, oſtendunt. aliquando qui ſenſum litera-
lem omittit,propoſitum ſibi lumen veritatis abſcondit, vt cum de operibus miſericordiæ ſuæ teſta
tur: Si comedi buccellam meam ſolus &c. Diuinus etenim ſermo ſicut myſterijs prudentes exer-
Iob 31 cet, ſic plerumq; ſuperficie ſimplices refouet. habet in publico vnde paruulos nutriat, ſeruat in ſe-
Fulgentius. creto vnde mentes ſublimium in admiratione ſuſpendat. Eſt quippe ſacra ſcriptura vt fluuius pla-
nus & altus ſiue profundus,in quo & agnus ambulet,& elephas natet. Inſuper Gregorius de ſe ait:
Grgeor. Fortaſſe diuinæ prouidentię conſilium fuit,vt percuſſum Iob percuſſus,videlicet crebris viſcerum
doloribus cruciatus, horis momentisq́, omnibus fracta ſtomachi virtute laſſatus, lentis quoque &
continuis febribus anhelans exponerem,& flagellati mentem melius per flagella ſentirem. Præter
Idem. ea dicit Gregorius: Omnis homo eo ipſo quo homo eſt, intelligere ſuum debet authorem: con-
diti autem,Deum conſiderare neglexi mus. adhibita ſunt præcepta. pręceptis obtemperare nolui-
mus. adiunguntur exempla. ipſa quoque exempla imitari declinauimus, quæ edidiſſe nobis patres
ſub lege poſitos cernimus. Vnde ad confutandam impudentiam noſtram,gentilis homo ad exem-
Hominis inobediẽtia erga Deum. plum deducitur,vt quia obedire homo legi ſub lege poſitus deſpicit,eius ſaltem comparatione e-
uigilet, qui ſine lege (ſcilicet ſcripta) legaliter vixit. Erranti igitur homini data eſt lex, erranti vero
ſub lege adducitur teſtimonium eorum qui extra legem ſunt,vt quia conditionis noſtræ ordinem
ſeruare noluimus,præceptis admoneremur: quia præceptis obedire contempſimus,exemplis con-
funderemur. Itaque ex vita gentilium redarguitur vita ſub lege etiam euangelica poſitorum,at-
que ex actione ſecularium confunditur vita religioſorum,promiſſa non obſeruantium. Porrò re-
demptor noſter ſicut ad redemptionem Iudæorum & gentilium venit,ita ſe prophetari Iudęorum
& gentilium vocibus voluit,vt per vtrumque populum prædiceretur,qui pro vtroque populo ali-
Virtutis odor per tribulatiões fragrat & odoratur. quando pateretur. Sanctus autem Iob ſummis virtutibus fultus, ſibi notus erat & Deo: qui ſi non
flagellaretur, à nobis nullatenus perfectè cognoſceretur. Virtus quippe eius etiam in quiete ſe
exercitauit, ſed virtutis opinio flagellis commota flagrauit. Sicut enim vnguenta late non redo-
lent,niſi commota:& ſicut aromata fragrantiam ſuam non,niſi incidantur,expandunt: ita ſancti vi-
ri omne quod virtutibus redolent,in tribulationibus innoteſcunt. Hinc dicitur in Pſalmo: In die
Pſal.41. mandauit dominus miſericordiã ſuam,& nocte declarauit eam. Miſericordia enim domini in die
mandatur, quoniam in tranquillo tempore cognoſcendo percipitur. In nocte vero declaratur,
quia donum quod in tranquillitate ſumitur, tribulationibus manifeſtatur. Sed ſubtilius perſcru-
tandum,cur vir tantę perfectionis tot flagella ſuſtinuit. Et reſpondendum quod cum omnia virtu-
tum mandata perficeret, vnum ei deerat, vt ſcilicet flagellatus etiam gratias agere ſciret. Notum
erat quia ſeruire Deo inter dona & proſpera nouerat, ſed dignum fuit,vt diſtrictio ſeueritatis in-
quireret, an & inter flagella Deo deuotus maneret. Pœna namque interrogat ac demonſtrat,ſi
quietus quis Deum veraciter amat. fieri autem dominus benigne permiſit, quod inique diabolus
Iob.1. poſtulauit. Sed libet inter hæc mira diuinæ diſpenſationis opera cernere,quomodo à principio ge
neris humani Deus viros virtutibus varijs decoratos, quaſi ſtellas varia luce fulgentes, ad illumi-
nandam noctem vitæ præſentis,id eſt,vitam hanc vitijs tenebroſam tranſmiſit, & mittit quouſque
in fine dominus tanquam verus lucifer oriatur ſiue appareat. Ad oſtendendam namque innocen-
Gene. 4. tiam venit Abel, ad docendam actionis munditiam venit Enoch, ad inſinuãdam longanimitatem
Gene 5. ſpei & operis venit Noe,ad manifeſtandam obedientiam venit Abraam,ad demonſtrandam con-
Gene. 7. iugalis vitæ caſtimoniam venit Iſaac,ad inſinuandam laboris tolerantiã venit Iacob, ad retribuen-
Gene. 11. dum bonum pro malo venit Ioſeph,ad oſtendendam manſuetudinem venit Moſes, ad informan-
Gene. 21. dam contra aduerſa fiduciam venit Ioſue,ad oſtendendam inter flagella patientiam venit Iob. San
Gene. 25. Gene. 30. Exod. 2. Exod. 33. ctique iſti cęteriq; electi, qui Saluatorem præceſſerunt, rebus & vocibus hunc prophetando promiſe-
runt. Nullus etenim iuſtus huiuſmodi fuit,qui non eius per figuram nuncius extitit. Hinc beatus
Iob. 1. 2. & 3. Iob,qui tanta Chriſti incarnationis myſteria protulit, eum quem voce dixit,conuerſatione ſigna-
uit: & per ea quę pertulit, quæ ille paſſurus eſſet,oſtendit. tantoq; verius paſſionis Chriſti
ſacramenta prædixit,quanto hæc non loquendo tantum,ſed patien-
do etiam prophetauit.

EXPO-

EXPOSITIO LITERALIS PRIMI CApituli libri Iob, Vir erat in terra Hus, nomine Iob.

Articulus, IIII.

VIR erat in terra Hus nomine Iob.] Primo hiſtoria quædam inducitur, quæ totius ſe-
quentis diſputationis velut ſundamentum, & thema eſt, ad declarandum qualiter a-
ctus hominum prouidentia gubernentur diuina. Porrò de perſona, nomine, cogna-
tione & terra Iob, dicta ſunt plurima primo articulo. vnde ex dictis ibidem patet in-
telligentia huius particulæ textus. Fuit autem Iob vir triplici virilitatis perfectione, videli- Iob tripli
cet perfectione animi per virtutum conſtantiam, perfectione naturæ per virentem germ na- cis extitit perfe-
tionem, perfectione ſexus. ſexus namque maſculinus perſéctior eſt, & ad ſuſtinendas mo- ctionis.
leſtias fortior. ideo decuit perſonam. in qua patientiæ exemplum præclarum fuerat demon- Gene. 3.
ſtrandum, eſſe ſexus virilis. Denique ſecundum Gregorium, perfectinne animi vir voca- Gregori-
tur, qui contra biformes fortunæ inſultus vniformi mentis conſtantia militat, qui ſcilicet nec us.
proſperis vanè extollitur, nec aduerſis mente deijcitur, ſed regia via ſemper incedit. Hinc
ad Eugenium Papam ait Bernardus: Magnus eſt cui dignitas ſeculi ſi arriſit, non irriſit: nec Bernard.
minor eſt illo, qui incidens in aduerſa, non excidit a ſapientia. Quam perfectionem ad- 1. Reg. 1.
epta eſt ſancta Anna, de qua primo Regum habetur: Vultus eius non ſunt amplius in diuer-
ſa mutati. Et beatiſsimus pater noſter ſanctus Martinus, de quo teſtatur Seuerus, quod ne- Seuerus.
mo illum vnquam vidit triſtem aut diſſolutum. Itaque & nos conemur taliter viri eſſe. quod
erit, ſi paſsiones ſuerint reformatæ, omneſq; animarum noſtrarum affectiones in Deum ſta-
biliter ordinatæ. Præterea ſecundum Gregorium, terra in qua Iob habitauit, exprimitur. Gregori.
vt ex hoc perfectio ſuæ virtutis amplius commendetur. Hus namque eſt terra gentilium: ſic-
qúe dum ſcribitur inter malos ſuiſſe moratus, perfectior declaratur. Item Cregorius. Ne-
que enim valde laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. Quem- Gene. 36. Gregor.
admodum autem grauioris eſt culpæ, inter bonos bonum non eſſe, ita immenſi præconij eſt,
etiam inter malos bonum conſiſtere. [Et erat vir ille ſimplex] triplici ſimplicitate, ſecun-
dum Albertum, (per quem in toto hoc opere intelligo Albertum Magnum ordinis prædica- Albertus
torum) videlicet ſimplicitate intentionis. quoniam in omnibus quæ agebat, vnum ſummum
bonum intentebat, de qua ſimplicitate loquitur Chriſtus: Si oculus tuus ſuerit ſimplex, to- Matth 6.
tum corpus tuum lucidum erit, cui ſimplicitati opponitur duplicitas cordis volentium Deo & Luc. 11. Math. 6
mundo placere, nuncq; gaudere cum ſeculo, & poſtea regnare cum Chriſto, cum tamen ipſe teſta- Luc. 16.
tus ſit: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Vnde Eccleſiaſticus quoque aſſerit: Væ peccato- Eccle. 2.
ri ingredienti terram duabus vijs, Et iterum: Ne acceſſeris ad Deum duplici corde. quantum hæc Eccle. 1.
bona ſimplicitas placeat Deo, patet ex eo quod Salomon profitetur: Cum ſimplicibus ſermoci- Prou. 3.
natio eius. Ad Philippenſes quoque ait Apoſtolus: Sitis ſine querela, ſimplices filij Dei. Se- Philip. 2.
cundo fuit ſimplex ſimplicitate virtutis in generali, quæ ſimplicitas conſiſtit in hoc, quod virtus Dionyſi. Ariſtote.
eſt ex vna ſola totaq; cauſa, ſecundum diuinum Dionyſium atque philoſophum, vitium vero ex 2. Para. 2.
cauſa multiplici. Huic ſimplicitati opponitur multiplicitas peccati, iuxta illud ſecundi Paralippo
menon. Peccaui ſuper numerum arenæ maris. multiplicatæ ſunt iniquitates meę. Tertiò ſimpli- Prou. 14.
citate prudentiæ, quæ eſt ſine plica aſtutię, doloſitatis & tergiuerſationis ad malum. Itaque acci-
pitur hic ſimplicitas non vt opponitur intellectus perſpicacitati, ſed doloſitati. Eſt namque & ma-
la ac aſinia ſimplicitas per debitæ conſiderationis defectum, ad quam pertinere poteſt illud pro- Eſa. 26.
uerbiorum: Simplex credit omni verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos. poteſtq; ibi aſtutia ſumi in Prou. 2.
bono. Fuit autem [& rectus] id eſt, iuſtus affectu & opere. rectitudo equidem propriè ad iuſtitiam
pertinet, quæ in æqualitate conſiſtit, iuxta illud Eſaiæ: Semita iuſti recta eſt. quocontra de impijs
Salomon ait: Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. Porrò recta itinera ſunt
diuina præcepta, ſine vitiorum obliquitate ad beatitudinem veram ducentia, per quæ iuſti pede
ambulant inoffenſo, praui vero in eis labuntur, iuxta illud Oſeę: Rectæ viæ domini, & iuſti ambu- Oſeę 14.
labunt in eis. præuaricatores autem corruent in eis. Denique Ambroſius ait: Rectus eſt qui ſuam
voluntatem conſormat diuinæ, volens de omni re quod Deus vult eum velle, & ex eadem charita- Ambroſ.
te qua Deus, vult quod vult. Anſelmus quoque: Iuſtitia, inquit, eſt rectitudo ſola mente perce- Anſelmus.
ptibilis. ex quo certum eſt, quod rectitudo ad iuſtitiam ſpectet. Itaque rectus eſt qui per lineas æ-
quitatis in actibus ſuis procedit. Rectum namque eſt vt etiam à Platone aſſeritur, cuius medium
non exit ab extremis. extrema vero operationis humanæ ſunt prima principia in operabili- Plato.
bus, ſicut eſt illud Saluatoris in Euangelio: Quæcunque vultis vt ſaciant vobis homines, fa- Matth. 7.
cite eis. Et illud Tobiæ: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando alij ſacias. Et Tob. 7.
vltimus finis, puta æterna ſelicitas. Iob ergo & omnis iuſtus dicitur rectus, quoniam in

actibus ſuis proceſſit à principijs operabilium abſque declinatione ad culpam ad vltimum finem.
Gregor. At vero ſecundum Gegorium, quidam ita ſunt ſimplices, vt quid ſit rectum, ignorent. ſed eo veræ
Rom. 16. ſimplicitatis innocentiam deſerunt, quo ad virtutem rectitudinis non aſſurgunt. propter quod
Mat. 10. Paulus ait: Volo vos ſapientes eſſe in bono, ſimplices autem in malo. Et ipſemet Christus, Eſtote
prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. vt ſcilicet ſimplicitatem columbæ aſtutia
ſerpentis inſtrueret, & ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret. Hinc ſpiritus ſanctus
non in ſpecie columbæ tantum, ſed in igne apparuit. per columbam namq; ſimplicitas, per ignem
Mat. 3. Marci 1. zelus exprimitur. Qui autem repleti ſunt Spiritu ſancto, ſic manſuetudini ſimplicitatis deſeruiũt,
Lucæ 3. vt contra delinquentium culpas etiam zelo rectitudinis accendantur. Hinc & Salomon duo iſta
Ioan. 1. coniungit, dicens: Qui recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea. [ac timens
Act. 2. Deum] timore filiali, reuerentiali & caſto, qui ex ſyncero Dei amore producitur, vel timore illo,
Prou 2. qui vnum de ſeptem donis vocatur. hic timor ad omne bonum ſolicitat, cum ſit fuga mali culpæ
Eſa. 11. Prou. 14. ſeu abominatio offenſæ Dei, quem quo ſerenius ardentiusq; amamus, eo ipſius inhonorationem
Eccẽs 7. diligentius euitamus. Ideo in Prouerbijs ſcriptum eſt: Timor domini fons vitæ, vt declinet à rui-
Gregor. na mortis. Et denuo Salomon ait: Qui timet Deum, nihil negligit. Ideo dicit Gregorius: Deum
Iob. 31. Eccin 34. timere, eſt nulla quæ facienda ſunt præterire. Quomodo autem ſanctus Iob Deum timuerit, ipſe
infra fatetur: Semper, inquiens, quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. O quam beatus
Eccin 21. eſt cui datum eſt ſic timere Deum [& recedens à malo,] peccata vitendo. peccatum enim eſt fu-
Pſal. 36. gibilitatis infinitę, cum ſit auerſio à bono immenſo, infinitæq; maieſtatis Dei offenſio. ideo ſcri-
ptum eſt: Quaſi à facie colubri fuge peccata. Duæ autem ſunt partes iuſtitiæ, quas tangit Pſalmiſta,
dicendo: Declina à malo. ad quod pertinent præcepta negatiua, quæ obligant ſemper & ad ſem-
Gregor. per. Et fac bonum, ad quod pertinent præcepta affirmatiua, quæ obligant ſemper, ſed non ad ſem
Eccẽs 9. per. Receditur autem à malo culpę per mentis diſſenſum. interdum quoque & corpore receden-
Iacob. 5. dum à malo, vt à choreis atq; ſpectaculis. Dicit hoc loco Gregorius: Neq; bona opera Deo acce-
1. Cor. 5. pta ſunt, quæ ante eius oculos malorum admixtione maculantur. Hinc nanq; Salomon ait: Qui in
Gala. 5. vno offenderit, multa bona perdet. Et Iacobus: Quicunq; totam legem ſeruauerit, offendat autem
Eſa. 65. in vno, factus eſt omnium reus. Paulus quoque: Modicum, inquit, fermentum totam maſſam cor-
rumpit. veruntamen totum hoc de admixtione mortalis peccati ſumendum eſt. Alioquin nonne,
Eſaia teſtante, quaſi pannus menſtruatæ ſunt vniuerſę iuſtitiæ noſtræ? Ex præhabitis patet, quod
Thomas. Iob bene habuerit ſe ad Deum, ad proximum & ad ſeipſum. Vt enim Thomas hic ſcribit, tripliciter
peccat homo, ſcilicet, in Deum, in proximum, in ſeipſum. In proximum autem dupliciter, ſcili-
cet, occulte per fraudulentiam, & aperte per violentiam. Iob autem proximum dolo non circum-
venit. nam dicitur, Erat vir ſimplex, nec vi oppreſsit. nam ſubditur, Et rectus. Quod vero non pec-
cauit in Deum, monſtratur dum iungitur, ac timens Deum. nec in ſeipſum. nam ſequitur, & rece-
dens à malo. Malum enim odio habuit propter ſe, vtpote quia malum, non ſolum propter nocu-
mentum hominis offenſamq; Dei. Quomodo autem Iob dicatur nec verbo nec facto peccaſſe, in-
fra diſcutiemus. hucuſq; oſtenſum eſt, qualis fuit Iob in bono monaſtico, quod eſt bonum perſo-
næ. deinde deſcribitur qualis fuit in bono œconomico, id eſt, domeſtico. [Natiq; ſunt ei ſeptem fi-
lij, & tres filiæ.] Primo beati Iob proſperitas notificatur, vt ex hoc magnitudo ſuæ aduerſitatis cla-
Ariſtote. rius inſinuetur. oppoſita enim iuxta ſe poſita, lucidius innoteſcunt. ſimul etiam ad oſtendendum
Thomas. (vt Thomas affirmat) quod ex prima Dei intentione iuſtis ſemper bono præſtantur, non ſpiritua-
lia tantum, ſed corporalia quoq; ac temporalia. Sed quod aliquando iuſti aduerſitatibus affligun-
Geneſ. 1. tur, ob ſpecialem aliquã accidit cauſam. Vnde & à principio ſic inſtitutus eſt homo, vt nullis ſubia
2. 3. ceret aduerſitatibus, ſi in innocentia permanſiſſet. Principiũ autem temporalis proſperitatis poſt
bonam propriæ perſonæ conſiſtentiam, conſiſtit in perſonis coniunctis, præſertim in ſobole. pro-
les enim eſt quaſi aliquid ſuorum parentum, ſecundum illud Eccleſiaſtici. Mortuus eſt pater eius,
& quaſi non eſt mortuus. Reliquit enim ſimilem ſibi filium. Ideo fœcunditas prolis B. Iob explica
Eccin 30. tur, idq; ad proſperitatis augmentum pertinuit, quod filij plures erant quã filiæ. Sexus nãq; maſcu
Auguſtinus. linus perfectior eſt, & filij magis conſueuerunt optari q̃ filiæ. propter quod dicit Auguſtinus ſuper
Ioannem, quod maius eſt gaudium dum naſcitur filius quã puella. Filij quoq; efficatiores ſunt ad
domus aliarumq; rerũ diſpoſitionem ac regimẽ. Nã corpore rationisq; vſu fortiores ſolent exiſte-
Gregorius. re. Præterea (ſicut Gregorius ait) ſępe ad auaritiam corda parentum trahit fœcunditas prolis. Nam
tanto plus ad congregandas diuitias inflammantur, quo pluribus hæredibus fœcundantur. Hoc er
Auaritiæ occaſionem pręſtat interdum proles. go ad S. Iob ſpectat præconium, ꝙ tot natis abundauit, nec tamen ab æquitate per temporaliũ amo
rem ſuperfluũ declinauit. [Et fuit poſſeſſio eius] poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio, quia ad nu
tum habetur, & poſsidenti ſubijcitur, non dominatur. [ſeptem millia ouium.] Ouis (ſecũdum Al-
bertum) eſt animal manſuetum, ſimplex, valdeq; vtile, fimo, lacte, carne, cibo, pelle, calceamen-
to, lana, inteſtinis & veſtimento. [& tria millia camelorum.] qui vtiles ſunt ad onera deferenda.
Albertus [quingenta quoque iuga boum,] quæ faciunt mille boues, qui ad terras colendas deſeruiunt, &
multipli-

mnltipliciter vtiles ſunt. [& quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis] quæ ad tot animalium paſtum atque cuſtodiam neceſſaria fuit. Ideò autem opulentia Iob per iumenta deſcribitur, quia poſſeſsio animalium precioſior antiquitus fuit quam agrorum, immo animalia fuerunt præcipuæ antiquorum diuitiæ: agri enim propter hominum paucitatem plus abnndabant, & maximè in partibus orientis, in quibus vſque hodie ſunt pauci habitatores præ latitudine regionis, vt ſcribit hic Thomas. Porrò (ſecundum Philoſophum) quatuor virtutibus regitur domus, quarum prima eſt vxoraria, quæ eſt ſcientia & virtus bene vtendi vxore: ſecunda eſt fraterna, quæ ſenatoria dicitur: tertia chrimatiſtica ſeu theſauritiua: quarta deſpotica, quæ eſt virtus bene vtendi ſeruis atque ancillis. harum nulla defuit Iob. Prima notatur, cum dicitur, nati ſunt ei, videlicet ex vxore legitima, quæ ſe habet in domo ſicut regina in regno. Secunda notatur ibi. Septem filij &c. Tertia ibi, Fuit poſſeſſio eius. Quarta autem, cum ſequitur, Ac familia multa nimis. Conuenienter demum ſcribitur Iob poſſediſſe tam multa, vt magnitudo patientiæ perfectionisq́. ſuæ clarius innoteſcat, dum omnia illa ſine impatientia amiſiſſe narratur. maiorem namque dolorem inferunt damna maiora. Et nunquam ſine dolore amittitur, niſi quod ſine amore ſuperfluo poſſidetur. Magnæ ergo fuit virtutis, tot opes ſine inordinato poſſidere affectu, nec per eas à mentis ſtabilitate atque cuſtodia impediri. Denique triplex eſt bonum, ſcilicet bonum hominis, quod eſt bonum ſimpliciter: bonum domus, quod eſt melius: & bonum ciuitatis ac gentis ſeu patriæ, quod primo Ethicorum optimum diuiniſsimumq́; vocatur. Hinc ſubditur, qualis fuerit Iob in bono hoc tertio. [Eratq́; vir ille magnus] bonitate, ſapientia, fama, honore & gloria. [inter omnes orientales,] qui prędiuites ſunt ſecũdum Gregorium: & in hoc proſperitas eius terrena perficiebatur, quod etiam fama inclytus fuit. Nam in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Melius eſt nomen bonum quam vnguenta precioſa. Et alibi: Curam habe de bono nomine. hoc enim magis proderit tibi quam theſauri. [Et ibant filij eius] ſed ad domum illam in qua fuerant comeſturi, qui ſeptimus fuit. [& faciebant conuiuia,] id eſt pariter veſcebantur. [per domos] id eſt, ſucceſſiue in domo vniuſcuiuſque ipſorum. [Vnuſquiſque in die ſuo] ita quod quolibet die ſimul edebant, primo die hebdomadæ incipientes comedere in domo primogeniti, vt apparet, & deinde ſecundum ordinem dierum hebdomadæ & natiuitatis filiorum, comedebant in domibus cæteris ſucceſſiue, ſicq́; completa hebdomada, complebatur conueſcentia in domibus ſingulorum. & ſequentis hebdomadę prima die reincipiebatur in domo fratris ſenioris. Ex quo ſequitur quod inter fratres iſtos fuit grandis ſtabilisq́, concordia, frugaliterq́; vixerunt, quorum vtrumque ad laudem pertinet patris eorum, qui eos taliter rexit, cum tamen opulentiam rerum frequenter ſequatur diſcordia atque tenacitas. [Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas,] inuitando eas per nuncium, [vt comederent & biberent cum eis.] in quo inſinuatur quod non inſtar quorundam proteruorum ac ſuperborum fratrum, ſorores ſuas deſpexerant ob ſexus inferioritatem, immo honorem eis tanquam infirmiori vaſculo impendebant, prout à patre ſuo edocti erant. Hinc dicit Gregorius: O inæſtimabilem paternæ inſtitutionis laudem, & pater diues dicitur, & filij concordes aſſeruntur. & dum diuidenda inter eos ſubſtantia aderat, corda tamen omnium charitas indiuiſa implebat. [Cumq́; in orbem] id eſt, circulum hebdomadæ. [tranſiſſent dies conuiuij,] redeundo ab vltimo ac minore ad primum, vtpote die octaua ſecundum Gregorium, ſeptem ſcilicet diebus hebdomadæ euolutis. [mittebat ad eos Iob] nuncium quendam vel ſacerdotem, ſecundum Albertum, [Et ſanctificabat illos] à maculis, quas conuiuantes incurrere ſolent, inſtrumentaliter, quantum potuit, expurgauit eos per internuncium ſeu epiſtolam, exhortando ad diluenda mala p̃terita, ac futura vitãda, vel forte per aliquẽ ritũ oblationis ſeu expiationis eos ſanctificauit. Sacrificia nãq́; & primitiarum ac decimarum oblatio, ante legem ſcriptam fuerunt, prout Hugo in libro de Sacramentis plenius docet, [conſurgensq́; diluculo,] implens illud Eccleſiaſtici: Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum. Itemq́; illud Pſalmiſtæ, Mane adſtabo tibi & videbo. Hac equidem hora ſenſibus ſobrijs conſiſtentibus, & mente exterioribus negocijs nondnm inuoluta, aptior eſt ad deuotionem homo. Ideò dicit Saluator: Primò quærite regnum Dei. Et Eſaias Deum orſus affari: De mane, inquit, vigilabo ad te. [offerebat holocauſta per ſingulos] id eſt, pro quolibet obtulit ſpeciale holocauſtum, ſeptem videlicet holocauſta, ſecundum Albertum & Thomam. Ex quo videtur quod pro filiabus non obtulit, vel quia nouerat eas tam verecundas ac virtuoſas, quod de earum exceſſu notabili nõ timebat, vel forte etiam pro eis obtulit, quamuis non exprimatur, ſed nomine filiorum etiam filiæ intelliguntur, quemadmodum infra in iſto capitulo, domus cadens dicitur oppreſſiſſe liberos, id eſt, filios Iob, nec dubium quin filias quoq; eius oppreſſerit, quamuis non exprimatur. Porrò holocauſtũm fuit ſolennius ſacrificium, quoniam ad diuinæ reuerentiam maieſtatis totum comburebatur, nulla eius parte ad offerẽtium vſum manente. [Dicebat enim] tanquã de filiorũ ſalute ſolicitus, magis aũt pro Dei honoratione accenſus. [ne forte peccauerint filij mei.] ſobrie circumſpecteq́; loquitur, docens temerarium iudicium eſſe vitandum. ideo de actibus abſentium atq; incertis aſſertiue non loquitur, quãuis probabili-

Thomas. Ariſtote.

Domus qua driſaria gubernatur virtute.

Gregor. Eccẽs 7. Eccẽs 41.

1. Petr. 3. Gregor.

Albertus

Hugo. Eccin 35. Pſal. 5.

Mat. 6. Eſa. 26. Albertus Thomas.

Filiorum nomine, filiæ quoque exprimuntur.

babiliter nouerit eos in quotidianis conuiuijs non penitus caruiſſe peccatis, venialibus ſaltem.
Conuiuantes namq; ſolent multipliciter excedere, ſcilicet in quãtitate, in delectatione, in loqua-
citate, in riſu, in cordis quoq; inepta lætitia. ideo homo timoratus debet cum magna cordis custo-
dia ſumere cibum ac potum, præſertim quando cum alijs veſcitur vel delicatioribus vtitur. [Et be-
nedixerint Deo in cordibus ſuis.] id eſt, cogitando maledixerint Deo. ſed cum maledicere Deo
ſit grauiſsimum ſcelus, mirum quod tantum facinus ſuſpicabatur de filijs ſuis, quos tanta diſcipli-
Gregor. na compeſcuit & tam probos cognouit, immo dicit Gregorius, B. Iob filij tanta fuerant bonæ in-
ſtitutionis diſciplina accincti, vt neq; per facta in conuiuijs, neq; per verba delinquerẽt. perfectos
quippe eos eſſe in opere & ſermone docuerat. Ad quod reſpondendum videtur, quod non puta-
uit eos in verba maledictionis prorupiſſe, nec tentationi de maledicendo Deo plenarie conſen-
ſiſſe. ſed timuit ne circa hoc habuerint aliquem primum motum vel cogitationem incautam. Quo
niam enim inter gentiles atq; idololatras habitabant, poterant aliquando tentari de honoratione
Idem. Dei præfata, videndo proſperitates ſeruientium idolis. Hinc dicit Gregorius, quod Iob de ſola co
gitatione ſuis filijs metuebat. prȩallegatum quoq; verbum Gregorij de perfectione filiorum Iob,
ſumentũ eſt quod à mortalibus abſtinere ſolebant exceſsibus: & ſi quid tale incurrant, mox emen-
Maledictio Deo irrogata, cur per benedictionem exprimatur. dare curabant. Deniq; in ſcripturis frequenter maledictio Dei, per eius benedictionem per anti-
phraſim deſignatur, ſicut & infra ſtatim patebit, eo quod tantus ſit horror huius peccati, quod eſt
blaſphemare ſeu maledicere Deo, quod pia ora ipſum proprio nomine exprimere horrẽt, ſed per
contrarium ſuum illud deſignant. Veruntamen Thomas tangit modũ, quo benedictio poſsit hic
accipi ſicut ſonat, vt ſcilicet totum iſtud, ne ſorte peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cor
dibus ſuis, accipiatur coniunctim. eritq; ſenſus, Ne ſorte peccauerint, & de ipſis actibus vitioſis be
Thomas nedixerint Deo quaſi complaceant Deo peccata, ſicut latrones atq; prȩdones prȩdam ſortiti, Deo
Benedictio falſa Deo offertur in vitijs. ſæpe gratias referunt. quamuis autem benedicere Deo, ſecundum ſe ſit bonum, tamen ſic benedi-
cere Deo, eſt malum, ſignificatq; volũtatem in vitijs quieſcentem. vnde ſic vituperatur, dum apud
Zachariam dicitur contra quoſdam paſcentes pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebãt,
& non dolebant, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti ſumus. [Sic faciebat Iob cunctis die
Zach. 2. bus] id eſt, quolibet die octauo ſecundum modum prȩhabitum, vtpote circulo conuiuiorum per
hebdomadam iam completo, ſciebat enim quod poſtea loquutus eſt Chriſtus: Qui perſeuerauе-
Mat. 10. 24. rit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Multi enim feruenter incipiunt, ſed paulatim tepeſcunt, vel omni-
no omittunt, ſimiles illis quibus ad Galatas ait Apoſtolus: Sic ſtulti eſtis, vt quum ſpiritu cœperi-
Gala 3. tis, nunc carne conſummemini? Deniq; opus Dei à quibuſdam deuote peragitur, ſi ſit rarum: ſi ve-
Tædium in ſpiritualibus deteſtabile crimẽ. ro ſit frequens, minus attenditur, aut in faſtidium vertitur, quod negligentiæ eſt ſine acediæ, dum
quis de ſpirituali attædiatur labore. Talem vero non fuiſſe beatum Iob, inducta verba teſtantur.
Nos ergo opus Dei tanto agamus vigilantius atq; ardentius, quanto frequẽtius. Maledictus enim
qui facit opus Dei negligenter. ſicq; perſeueremus in bono cunctis diebus. Ad hoc enim incarna-
Hier. 48. tus eſt, venitq; filius Dei, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in
Luc. 1. ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus vitæ noſtræ. Ex præhabitis claret, quantam ſolici-
tudinem habuit ſanctus Iob pro filijs ſuis, ne Deum offenderent, quem parentes imitari tenentur,
Parentes in quib. obligentur filijs. filios ac filias inſtruendo, à malis retrahendo, ad bona inducendo. Parentes quippe (vt etiam philo
ſophus loquitur) filijs tenentur educationem, inſtructionem & diſciplinam ſeu correctionem. vn-
de ad Epheſios dicit Apoſtolus: Patres, educate filios veſtros in diſciplina & correptione domini.
Ephe. 6. Inſuper patet ex dictis, quod licet Iob filijs ſuis conuiuia iſta admiſit, ipſe tamen in ſuo rigore, par-
cimonia & grauitate permanſit, vitans conuiuia. Iuniori enim ætati aliqua rationabiliter permittũ
Danie. 7. tur, quæ ſeniores non decent. Et ſorte filios ſuos ac filias maluit pariter conuiuari, quam aliorum
comeſſationibus commiſceri, ſciens ſuorum probitatem, & ne aliorum vitijs inficerentur. Conſe
quenter proceſſus tentationis atq; aduerſitas Iob recitantur. [Quadam autem die cum veniſſent
filij Dei, vt aſsiſterent coram domino, affuit inter eos etiam ſatan.] quamuis abſolute loquendo,
Heb. 1. Pſal. 102. omnes angeli ſancti Deo miniſtrent laude continua, atq; aſſiſtant contemplatione perpetua, cum
Mat. 18. dicat Apoſtolus, Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. & Pſalmiſta, Benedicite domino omnes vir
tutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Itemq; Saluator, Angeli eorum in cœlis ſem-
per vident faciem patris mei: per appropiationem tamen miniſtrare dicuntur, qui ad explenda
foris miniſteria diuinitus emittuntur. Aſſiſtere vero, qui hic intima Dei viſione fruuntur, quod fo-
Danie. 7. ris nequaquam mittuntur, ſicq; in Daniele legitur: Millia millium miniſtrabãt ei, & decies millies
centena millia aſſiſtebant ei. Sed iſte modus aſſiſtendi Deo proprijſsimus appellatur, non niſi ſu-
perioribus angelorum ordinibus competens. Alio igitur modo aſsiſtere Deo extenſius ſumi-
tur, vt ſit idem quod vultui gloriæ eius intendere, totaque mente ad omne beneplacitum eius
3. Reg 22. promptum conſiſtere, & ſic vniuerſis angelorum competit choris. Vnde 3. Regum ait Micheas pro
pheta: Vidi dominum ſedentẽ ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitũ cæli aſsiſtentem ei à dextris
& à ſiniſtris. Tertio autem aſsiſtere Deo cõmuniſsime ſumitur, vt ſit idem quod diuinæ præſentiæ
cogni-

cognitum eſſe, ſicut Apoſtolus ait: Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. ſicq; omnibus compe- Hebr. 4.
tit creaturis. Præterea aduertendum, quod angeli ſancti deputantur cuſtodię hominum, ſicut &
dæmones ad tentandum & exercitandum hominibus deputantur, Itaq; angeli ſancti ſæpe de cæ-
lis deſtinantur ad viatores ad ſuccurſum eorum, rurſusq; redeunt ad ſuperna. & hoc ſit certis tem-
poribus, quamuis motus & operatio angelorum non menſurētur tempore, quod ponitur ſpecies
quantitatis. ſic ergo nunc dicitur: Quadam die cū veniſſent filij Dei, i. angeli ſancti animarum cu-
ſtodes de ipſis hominibus, circa quos operati ſuerunt, quibus & realiter affuerunt. Sunt nanq; an
geli in loco diffinitiue, & vbi operantur, ibi eſſe dicuntur, expletoq; miniſterio, propter quod de-
ſcenderunt, mox ad cæleſtia reuertuntur. Hinc nanq, Daniel ait: Adhuc me loquente in oratione Danie. 7.
mea, ecce Gabriel cito volans tetigit me & docuit me. Dixitq; Gabriel: Nunc egreſſus ſum vt do-
cerem te & intelligeres. ego autem veni vt indicarē tibi. Sic & in Iudicum libro habetur: Angelus Iudic. 2.
domini aſcendit de Galgala ad locum flentium. Itemq;, Cum aſcenderet flamma altaris in cælum, Iudic. 13.
angelus domini pariter in flamma aſſcendit. Inſuper Tobię Raphael angelus ait: Tempus eſt vt re- Tob 12.
uertar ad eum qui me miſit. Et Zacharias propheta atteſtatur: Ecce angelus qui loquebatur in me, Zacha. a
egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit: Curre & loquere ad puerū
iſtum. Ex quibus omnibus multisq; alijs ſcripturæ locis pateſcit, quod angeli ſancti mouentur de
loco ad locum, veniuntq; de cælo ad homines, & reuertuntur ad cælos horis atque temporibus à
Deo præordinatis. Vt aſſiſterent coram domino. Si angeli indeſinēter Deo aſiſtunt, vtpote quem
inceſſabiliter contemplantur, & à quo ipſi indeficienter cernuntur, quomodo quadam die vene-
runt vt coram Deo aſſiſterent? Et reſpondendum quod ſemper aſſiſtunt, quo ad hoc quod iugiter
cernunt atq, cernuntur: nec hoc modo venerunt vt aſſiſterent, ſed angeli qui mittuntur, nō ſolum
dicuntur aſſiſtere modo prædicto, verum etiam quoniam ſpecialem aliquem actum de nouo ex-
hibent coram Deo. propter quod dicit Albertus: Aſsiſtunt, cum intima cōtemplatione vultui Dei
præſentes ſunt, & profectū miniſterij ſui oſtendūt, & quid acturi ſunt, per illuminationem à Deo
accipiunt. Et illud: Cum veniſſent filij Dei, quidam exponunt ſic, ad pręſentandū Deo merita ho-
minum, prout in Tobiæ hiſtoria ſcribitur, quod preces Saræ & Tobiæ vno tempore in conſpectu Tob 3.
Dei ſunt recitatæ. Et rurſus ibidem Raphael fatetur Tobiæ: Quum orabas cum lachrymis & ſepe- Tob. 12
liebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Angeli equidem orationes & cauſas ſibi cō- Angeli
miſſorum ad diuinum referunt iudicium, ſuffragiumq; impēdunt. Vnde Gabriel loquitur Danie- cauſas no
li. Nūc reuertar vt prælier aduerſus principem Perſarum, & ecce Michael vnus de principibus pri- ſtras refe
mis venit in adiutorium meum. Sic ergo venerunt vt aſſiſterent coram domino, per modū recen- runt diui no iudi-
tem ac ſpecialem ad peragendum actum præfatum. Pręterea alius modus eſt, ſecundum quem an- cio.
geli dicuntur à Deo exire, & ad ipſum venire atq; redire, vt ei aſſiſtant: nō quod a Deo vbiq; præ- Dani. 10
ſente vſquam elongentur, auertantur, aut eius beatifica viſione priuentur, quem non corporaliter Angeli à
extra ſe, ſed ſpiritualiter intra ſe inauertibilirer contuentur, ſed quia egrediūtur de loco, & regre- Deo exe-
diuntur ab locum illum, in quo Deus incircumſcriptibilis & immenſus ſpecialiter eſſe habitareq; unt & re-
dicitur, qui locus eſt cælum empyreū, in quo Deus clarius ſe oſtēdit, & magnificentius agit. Sicq; deunt vt
Raphael dixit: Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me miſit. Et nihilominus quando hoc dixit, etiā ei aſsiſtāt
ait: Ego ſum Raphael vnus de ſeptem qui adſtamus ante Deum. ergo & tunc quando loquebatur Iob. 12.
Tobiæ in domo eius, adſtitit coram Deo. habendo enim comparationem ab Deum, ſecūdum ſe, Angelo-
vbiq; ei præſentes ſunt, nec redeunt vt aſſiſtant: ſed loquendo de Deo per comparationem eius ad rū aſsiſte
cælum empyreum, in quo ipſe ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur, reuertuntur ad ipſum, vt ei illic re & mit-
aſſiſtant. Hinc dicit Gregorius: Et mittuntur igitur, & aſſiſtunt, quia per hoc quod circumſcripti ti quomo do intelli gatur. Gregor.
ſunt, exeūt: & per hoc quod intus pręſentes ſunt, nunquam recedunt, & faciem ergo patris ſemper
vident & tamen ad nos veniunt, quia & ad nos ſpiritali pręſentia foras exeunt, & tamē vnde receſ-
ſerant, ibi ſe per internam contemplationē ſeruant. Dicatur ergo: Venerunt filij Dei, vt aſſiſterent
coram domino: quia illic ſpiritus conuerſione redeunt, vnde nulla mentis auerſione diſcedunt. Filij Dei
Poſtremo angeli ſancti dicuntur filij Dei ob eminentem ſimilitudinē, qua per dona naturę & gra- dicuntur
tiæ ei pręclarius aſſimilātur. Dicit quoq; Gregorius: Quia beati Iob tētatio ad victoriā venit, à die angeli ob
cœpta perhibetur. Albertus quoq;: Ideo inquit, ſcriptū eſt: Quadā die &c. quia in tantis doloribus excellen-
& aduerſis à rationis & gratiæ luce non cecidit, & à tenebris ad lucē rediturus fuit, iuxta illud Mi- tē ſimili-
cheæ: Ne læteris inimica mea ſuper me quia cecidi, conſurgā: Cū ſedero in tenebris, dominus lux tudinem
mea eſt. Affuit inter eos etiam ſatan, i. diabolus, non quod cælum empyreum cū angelis ſanctis in- &c.
grediatur, & ibi Deo aſſiſtat, ſed inter angelos affuiſſe deſcribitur multiplici ratione. Primo, quo- Satan in-
niam angelis ſanctis hominum merita Deo offerentibus, opemq; quærentibus ac impendenti- ter ange-
bus, diabolus demerita hominum allegare, accuſare, & ſalutem eorum impedire conatur, ſicut ſu- los fuiſſe
per Danielem ſcribit Hieronymus, ſicq; inter eos eſt, intromittendo ſe de factis eorum. Secundo, Dani. 10. probatur
propter communionem naturæ. Propter quod ait Gregorius: Rectè inter eos fuiſſe deſcribitur, Hierony.
quia etſi beatitudinem perdidit, naturam cū eis ſimilem non amaſit: etſi meritis prægrauatur, con Gregor.
ditione

ditione tamen naturæ ſubtilis attollitur. Tertiò, quoniam ſicut angelorum, ita & dæmonum natu-
Thomas. ra ac operatio diuino patent conſpectui, eiusq́; adducuntur examini. Ideo dicit Albertus: Affuit,
quia diuino lumini abſcondere ſe nequiuit. Quartò, ſecundum Thomam, dicitur affuiſſe, ad inſi-
nuandum quod mala non ſunt ex principali intentione, ſed ſubueniunt bonis quaſi per accidens.
Quintò, quia eidem domino cui angeli aſtiterunt, preſens ſuit & ipſe, Inſuper Thomas dicit: An-
geli veniſſe dicũtur, quia proprio motu & intentione omnia quæ agunt, diuino ſubdunt iudicio,
referuntq́; in Deum. Mali verò angeli non intendunt quæ agunt referre in Deum, ſed nolentibus
eis hoc accidit, vt quicquid agant, diuino ſubdatur iudicio. Ideò non dicitur de ſatan, quod ve-
nit vt aſſiſteret coram domino, ſed ſolum quòd affuit inter eos. Cui concordans Albertus, diſſe-
ruit: Non dicit ſcriptura quod venit vel vocatus ſuit, ſed affuit, quaſi coactus. Quibus obuiare vi-
detur, quod dæmones expetunt homines ad tentandum à Deo, & ex propoſito ſiſtunt ſe Deo ad
accuſandum: reos quoq; quos ad ſupplicia trahere nequeunt, niſi præuio iudicio Dei, ſponte ſe-
quuntur vel ducunt ad iudicem Chriſtũ, ſecundum modum Deo cognitũ quo id fit. Hinc docto-
res pręfati loqui videntur, quoad hoc quod dæmones quæ agunt, in Deum non referunt, ſicut ad
finem, nec agunt quid ex propoſito ad gloriam eius directe: ea quoq, quæ agunt, eis inuidis, ſub-
duntur Dei iudicio, inquantum hoc redundat in augmentum pœnæ eorum. Rurſus ait Albertus:
Dicit ſcriptura quod ſatan inter eos fuit, & non cum eis, vel antè eos, vel poſt eos. Cũ eis nõ ſuit,
quia voluntati eorũ non concordauit: ante eos non ſuit, quia profectus eorũ in bonis hominibus
Mat. 13 impedire non potuit: poſt eos non ſuit, quoniam confirmatis inſidiari non potuit: ſed inter eos
fuit, cum inter bona eorum mala ſeminauit, iuxta illud Matthæi: Cum dormirent homines, venit
inimicus & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Id etiam aduertendum, quod angeli ſancti cũ
hominibus in terra cõſiſtendo, preces eorum ac merita Deo poſſunt offerre ac opem impendere,
atq; ibidem ſe ſiſtere domino ſecundum modum prętactum. ſicq́; venire ad ipſum, conuertendo
ſe de actu circa hominẽ exhibito, ad actũ circa Deum verſantem, qui eſt pręſentare merita homi-
num Deo, non quaſi Deus ea ignoret, ſed vt optatum ab ipſo ſortiantur gratiæ donum, ſicq́; inter
eos ſatan adeſſet. [Cui dixit dominus:] allocutione non exteriore corporali ſenſibili, ſed interio-
re ac intelligibili, cũ ipſemet Deus ſit ſuperſimpliciſsimus ſpiritus, dæmon quoq; ſpiritualis ſub-
ſtantia eſt. [Vnde venis?] Quærendũ cur angelis bonis Deus nõ ait, vnde venitis? ſed ſatanæ, vnde
Gregor. venis? Ad quod reſpondet Gregorius: Requirimus quę neſcimus, neſcire autẽ Dei, eſt reprobare,
Mat 25. vnde quibuſdam dicturũ ſe perhibet, Neſcio vos vnde ſitis. ſic verax homo dicitur neſcire menti-
Luc. 13. ri, quia fari mendaciũ dedignatur. Quomodo ergo dominus ſatanę vias reprobat, ait ad eũ: Vnde
venis? & eſt quæſtio non ignorantis, ſed arguentis. tanquã dicat, Vide de quantis obſcœnitatibus
Gene 3 atq; malitijs venias. ſimiliter dicitur Adę, Adã, vbi es? i. vide in quanta miſeria es. Loquutio quoq;
Albertus iſta perficitur, dum ſatanæ ſua malitia diuino lumine demõſtratur, vt dicit Albertus. Thomas aũt
Thomas hanc quęſtionem ſoluit, dicendo: Angeli boni nil faciunt, niſi ad quod diuina voluntate mouen-
tur, à qua angeli mali diſcordant, vnde quę agunt, à Deo aliena exiſtunt, quantũ ad intentionẽ eo-
rum ſemper peruerſam. Non aũt ſolemus interrogare de his quæ ipſi nos facimus, ſed de his quæ
abſq, nobis fiunt. ideo non dicitur quod dominus interrogauit ab angelis bonis, ſed ſolũ à ſatan.
Poteſt inſuper reſponderi quod ideo, quantum angeli boni bene ſibi conſcij, ad hoc coram Deo
adſtiterunt, vt ei ſua opera faterentur ac præſentarent per modum prędictum. ideo non inquirun
tur. Satan verò male ſibi conſcius, ita nõ habuit ſe: immo quantum in ſe eſt, ſuam mallet occultare
nequitiam, inquantum eſt ſua. hinc interrogatur, quẽ etiam dominus idcirco non quaſi ignorans
interrogat, vt eius reſponſione conuenienter procedat ad quod intendebat, ſcilicet ad ſancti Iob
commendationem Inſuper iuxta Thomam, dominus non ait ad ſatan, quid facis, aut vbi es? ſed,
Idem. vnde venis? Quoniam facta quæ per dæmones procurantur, interdum ex diuina voluntate proce-
Dæmo- num fa- cta pro- curantur interdũ à Deo. dunt, dum per eos vel mali puniuntur, vel boni exercẽtur. ſed dæmonis intentio ſemper eſt mala,
atq; à domino aliena. Iterum, ſecundum eundẽ doctorem, dicere dupliciter accipitur. quandoq;
enim refertur ad cordis conceptũ, quandoq; ad ſignificationẽ, qua talis conceptus exprimitur al-
teri. Itaq; ſecundum primũ modum dicere Dei, æternum eſt, nihilq́; aliud quam generare filium,
qui eſt verbum ipſius. Secundo modo dicit ſpecialiter aliqua Deus, diuerſimode tamen diuerſis,
ſecundum quod congruit naturæ eorum. hominibus quippe corporeos ſenſus habentibus quan-
Mat 3 17. doq; locutus eſt ſono ſenſibili, ſormato in aliqua creatura ſubiecta, ſicut vox ſonuit in baptiſmo
transfigurationeq́. Chriſti: Hic eſt filius meus dilectus. Aliquando per viſionem imaginariam, vt
prophetis. aliquando autem intelligibili expreſsione, ſicq́; intelligendũ eſt, Deum ad ſatan dixiſ-
ſe, inquantum Deus fecit ipſum ſatan intelligere, quod ea quæ agit, conſpiciuntur à Deo. ſicut aũt
dicere Dei ad ſatan, eſt notitiam ei prębere, ſic ſatan Deo reſpondere, eſt non alicuius rei notitiã
Heb 4 Deo tradere, ſed conſiderare omnia Dei conſpectui aperta eſſe. Veruntamen de hoc plenius tra-
Gregor. ctat Gregorius, dicens: Quatuor modis loquitur Deus diabolo: Primò, vias eius iniuſtas arguen-
do, ſicut dum ait, vnde venis? Secundò, electorum iuſtitiam cõtra eum proponendo, vt cum dicit:

Nunquid

Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis ſuper terram? Tertio, tentan-
dam electorum innocentiam dæmoni permittendo, quemadmodum ait: Ecce vniuerſa quæ ha
bet, in manu tua ſunt. Quarto, diabolum ab electorum tentatione aliquando prohibendo, ſicut
ſubiungit. Tantum in eum ne extendas manum tuam. Quæ omnia loquendi genera fiunt per
intelligibilem oſtenſionem. Tribus quoq; modis diabolus loquitur domino. Primò, vias ſuas
ei denunciando, vt cum ait: Circuiui terram &c. Secundò, electos mendaciter accuſando, ſicut
cum dicit: Nunquid fruſtra Iob timet Deum? Tertiò, tentandam eorum innocentiam poſtulan
do, vt cum ait: Extende manum tuam, & tange cuncta quę poſsidet &c. Adhuc ſecũdum Alber- Albertus
tum, iſti modi loquutionum fiunt per demonſtrationes illuminationum, id eſt, oſtenſiuas illu-
minationes, quantum videlicet ad ſuperiores. demonſtrationem autem illuminationum appel
lat, quãdo ex voluntate intellectualis ſubſtantia in lumine intelligentię ſuæ cõceptus ſuos atq;
affectus alteri ſubſtantiæ intellectuali demonſtrat. Et hoc dicit Baſilius in libro de fide diuini-
tatis, ſic: Sermonis vſum nobis Deus incluſit, vt corporei exiſtentes, affectus noſtros inuicem Baſilius.
panderemus. ſi autem intecta & nuda anima vteremur, ſermone non indigeremus, ſed mutuo
in nobis inuicem videremus noſtros affectus. Hinc quoq; Gregorius ait: Alienis oculis intra
mentis noſtræ ſecretum quaſi poſt parietem corporis ſtamus. ſed cum manifeſtare nosipſos cu- Gregor.
pimus, quaſi per linguæ ianuam egredimur. [Qui reſpondens ait:] iam dictum eſt, quid ſit, &
quomodo fiat reſpõſio ſatan ad Deum, fatetur equidem Deo quod ei abſcondere nequit, im-
mo quod ille inuariabiliter præſcit. [circuiui terram,] id eſt, habitatores terræ. [& perambu-
laui eam] id eſt, diligenter pertranſiui. omnium enim mores, proprietates, inclinationes, con-
ſuetudines, actus, vitamq́; obſeruat, ventilat, diſcutit atq; rimatur, vt ſciat qualiter quenq; faci-
lius vincat, aſtutius tentet, ſecretius circũueniat, damnabiliusq́; proſternat. vnde per circuitum
eius calliditas deſignatur, curuitas ſiue peruerſitas, ſicut per rectitudinem ſimplicitas atq; iuſti-
tia. Callidorum namq; eſt aliud foris prętendere, aliud intus intendere, & ſic opus quod faciũt
ac oſtendunt, exit ab extremis, dum neq; voluntati concordat, nec vltimo fini. Rurſus, dæmon Dęmonũ
& homines vitioſi mente ſemper inſtabiles ſunt & vndique diuagantur, quia in Deo ſummo & aſtutia va
incommutabili bono mentis non figunt radicem. Ideo ſcriptum eſt, In circuitu impij ambulãt. ria tentã-
Et in prima Petri: Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiẽs di homi-
circuit, quærens quẽ deuoret. Dicit autem Albertus: Perambulat, qui vbi vbiq; veſtigium pedis nes.
relinquit. veſtigium vero pedis diaboli, peccatum eſt. ſed ſic non perambulat, niſi quos aliquo Pſalm. 11.
modo vincit atq; contaminat. virtuoſi autem eum expellunt, implentes illud Apoſtoli: Nolite 1. Pet. 5.
locum dare diabolo. immo de eius impugnatione triumphando, puriores reddũtur. In iuſtis Ephe. 4.
vero perambulat Deus, ſanctitatis & veritatis ſuæ veſtigia in eis relinquens, quemadmodum
ad Corinthios dicit Apoſtolus: Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit dominus, quoniam ha- 2. Cor. 6.
bitabo in eis & inambulabo, & ero illorum Deus. Præterea Thomas ait: Cum compoſitus ſit hõ Thomas.
mo ex natura ſpirituali & carne terrena, malum hominis in hoc conſiſtit, quod relictis ſpiritua-
libus bonis, ad quæ ſecundum rationalem mentem ordinatur, terrenis bonis inhæret, quę ſibi
competunt ſecundum carnem terrenam. Ideo mali, inquantum naturam terrenam (ſcilicet car
nem) ſequuntur, recte dicuntur terra. Huiuſmodi ergo terrã nõ ſolũ circuit, ſed & perambulat
ſatan, quia in eis malitiæ ſuæ effectum conſequitur. [Dixit dominus ad eum: Nunquid conſide
raſti ſeruum meum Iob?] ſeruum vtiq; ſeruitute amoris, cui dicitur in Euangelio, Euge ſerue Mat. 25.
bone & fidelis, intra in gaudium domini tui: non ſeruitute timoris, de quo ait Chriſtus, Seruus Ioan. 8.
non manet in domo in æternum. [quod non ſit ei ſimilis in terra?] hoc tripliciter accipi poteſt:
Primò, quod nullus homo viator tempore ſancti Iob, fuit ei ſimilis in perfectione virtutũ, ſed
ipſe quolibet tunc in terra viuente perfectior fuit: quod non videretur cautum aſſerere, ſi tem-
pore Moſis fuit, præſertim cum Moſes populum Iſrael rexit. Secundo intelligi poteſt, prout in
quolibet homine perfecto & ſancto eſt aliqua præeminentia cuiuſdam virtutis, quoad ſpecia-
lem aliquem vſum, ſeu quędam ſpecialis præro[illegible]atiua virtutis, propter quod de quolibet cani- Eccle. 44
tur Confeſſore. Non eſt inuentus ſimilis illi. Et [illegible]poſtolus aſſerit: Vnuſquiſq; proprium donum 1. Cor. 7.
habet à Deo. Tertio, quod in terra, id eſt, rebus hominibusq́; terrenis ei nõ fuerit ſimilis. verũ-
tamen quia mox ſubditur, [homo ſimplex & rectus, & timens Deum ac recedens à malo,] vi-
detur textus prætendere, quod in iſtis virtutibus non fuit ei tunc ſimilis: quod & ſatis probabi-
le apparebit, ſi penſemus quę ipſemet Iob infra de ſeipſo teſtatur, inter cætera loquens: Neque
reprehendit me cor meum in omni vita mea. &, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Iob. 27.
Deũ. In hoc ergo Iob à terra atq; terrenis hominibus fuit ſegregatus, quod extitit Dei ſeruus. Iob. 31.
homo etenim quaſi medius conſtitutus eſt inter Deum & res terrenas. nam mente coniungitur
Deo, carne terrenis. medium vero quo amplius ab vno extremo recedit, eo plus alteri appro-
pinquat. vnde quo homo plus Deo inhæret, eo remotior eſt à terra. Hoc autem eſt ſeruum Dei
eſſe quod mente Deo inhærere, quoniam ſeruus eſt, qui non ſui cauſa eſt, id eſt, non propter ſe-

ipſum, ſed ordinatur ad dominum. porro qui Deo mente inhæret, in Deum ſe ordinat, quaſi
ſeruus amoris. [Cui reſpondit ſatan: Nunquid fruſtra timet Iob Deum,] id eſt, non mirum
quod timet te, quia tot ei beneficia præſtitiſti, & in omnibus proſperatur, ideo ſeruit tibi & ti-
met te, non propter te aut ex tuo puro amore, ſed propter bona ſibi collata, & ex amore priuato
ac ſeruili timore, metuens ſi peccaret, temporali proſperitate priuari. Fruſtrà autem fieri dici-
tur, quod fit ſine ſpe mercedis ſeu vtilitatis, aut compleri aut obtineri non valet. Quoniam er-
go Iob tot temporalia Deo donante poſſedit, dixit eum diabolus non fruſtra Deum timere,
quaſi propter ſola terrena coleret eum. Porrò dum iuſti laudantur, inuidi & peruerſi acrius
contra eos deſæuiunt: & dum opera quę cernuntur, reprehendere nequeunt, intentionem
condemnant, aſſerentes malo fieri animo, quæ recta intentione geruntur. Deus vero vitam iu-
ſtorum vult non ſolum eis eſſe ſalubrem, ſed & alijs exemplarem: quia & ideo tantam quibuſ-
dam gratiam elargitur, vt eorum intuitu & exemplo alij proficiant, ædificentur ſeu conuertan-
tur. beneuoli quoque eorum imitatione proficiunt, maleuoli deteriorantur, inuidia eos tor-
quente. Ideo bona interpretantur in malum, & ſub ſpecie boni multa mala proponunt ac fa-
2. Cor. 2. ciunt. Hinc in ſecunda ad Corinth. ait Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus Deo, alijs qui-
dem odor mortis in mortem, alijs vero odor vitę in vitam. vnde diabolus audito à Deo S. Iob
pręconio, acrius cœpit furere ac ſęuire. [Nonne tu vallaſti,] id eſt, tua protectione circumde-
diſti, [eum ac domum,] id eſt, ſobolem ac familiam eius, [vniuerſamq́; ſubſtantiam per cir-
cuitum,] id eſt, vndique eum circummuniſti, vt nulla ex parte diuerſitas ei occurrat. [Ope-
ribus manuum eius,] id eſt, rebus ac operibus quę laboribus conquiruntur, [benedixiſti.] be-
nedictio Dei, eſt collatio beneficiorum ſuorum, multiplicatio eorundem, ſecundum Grego-
Gregori rium. Thomas quoque affirmat: Cum Deus dicendo omnia faciat, benedicere Dei, eſt boni-
Thomas. tatem rebus donare. inanimitatis autem Deus benedicere dicitur, quando poſſeſſoribus ſuis
eas adauget. [Et poſſeſsio eius creuit in terra,] opibus eius multiplicatis. [Sed extende paulu-
lum manum tuam,] id eſt, poteſtatem tuam parumper circa eum exerce ac monſtra effectiue
ſeu permiſsiue. [Et tange cuncta quæ poſsidet,] id eſt, omnes facultates ac ſobolem eius to-
tam permitte à me ſibi auferri ac diſsipari. [niſi in facie,] id eſt, manifeſte [benedixerit,] id
eſt, maledixerit. [tibi,] ſupple, mendax inueniar & puniar, ſeu male mihi contingat. per hoc ſa-
tan nitebatur probare, quod propter temporalia Iob Deum timeret. quoniam illis ablatis, in
apertam murmurationem prorumperet. & ait, extende paululum, quia quicquid diabolus dam
ni intulerit homini, quamdiu animam eius non læſerit atque deceperit, parum ſe egiſſe arbitra
tur. Voluit quoque ſatan probare, quod Iob nullo modo iuſtus exiſteret vere, ſed ſimulatorie
tantum, per hoc quod ait, extende paululum. nam ex modica aduerſitate ſeu exteriorum abla-
tione turbari, eſt ficte iuſtorum. perfecti enim vereq́; iuſti, nec propter proprij corporis læſio-
Thomas nem ad impatientiam prolabuntur. Poreſt præterea ſecundum Thomam exponi, vt benedice-
re proprie accipiatur, eritq́; ſenſus, tange quæ poſsidet, niſi in facie benedixerit tibi, id eſt, ma-
le accidat mihi, niſi pateat quod tempore proſperitatis benedixit tibi non vere in corde, ſed in
facie, id eſt, ſecundum apparentiam & coram oculis hominum. Sed cum diabolus certiſsime
ſciat Deum eſſe veracem, nec poſſe mentiri, quomodo contradicere potuit verbis ipſius? Et re-
ſpondendum, quod non putauit verba Dei eſſe mendoſa, ſed ſtimulante ipſum ſua inuidia, non
Ioann 8. timuit proferre mendacium, cum ab initio ſit mendax & pater eius. Poſſunt etiam prę inducta
ita intelligi, quod diabolus ſciuit ex propria conſideratione & magis ex verbis Dei S. Iob eſſe
veraciter timoratum, & quod temporalium affluentia eſſet ei occaſio magis timendi Deum,
nec tamen putauit eum tam iuſtum, quin ex temporalium ſublatione tentationi ſuccumberet
& peccaret. Denique ſatan non prius à domino expetijt ipſum Iob ad tentandum, vt ait Gre-
Gregor. gorius, ſed cum dominus in deſpectum ſatanæ laudaſſet Iob, tunc iritatus diabolus petijt ten-
tandi licentiam. Cum equidem ſuperbiſsimus ſit, metuit à viris virtutum deuinci, & in hoc
conſideranda diſpenſatio pietatis ac ſapientiæ Dei, prębentis diabolo occaſionem impugnan-
di iuſtos, quos Deus prænoſcit victuros, & ex prælio cum ſatana amplius coronandos. [Dixit
ergo dominus ad ſatan,] id eſt, aduerſarium ſalutis humanę: Ecce vniuerſa quę habet, in ma-
nu tua ſunt,] id eſt, poteſtati tibi à me collatæ tangenda diſsipandaq́; trado ſiue permitto. vo-
luntatem autem nocendi habes ô ſatan à te, ſed poteſtas omnis à me eſt: abuſio autem poteſta-
tis, ex tua eſt peruerſitate. Hinc dicit Gregorius: Satanæ voluntas ſemper iniqua eſt, ſed po-
Gregor. teſtas eius nunquam iniuſta, quia à ſemetipſo voluntatem habet, id eſt, impiam vltionem, non
volitiuam potentiam, ſed à domino poteſtatem. [Tantum in eum ne extendas manum tuam,]
id eſt, ipſum in propria perſona non tangas nec lædas. quo liquet, tantum & non amplius poſ-
ſe diabolum in nos, quantum à Deo permittitur. propter quod ait Apoſtolus: Fidelis dominus
1 Cor 7. qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, immo nec in ea quæ attinent homini ſeu
Matth. 8. poſsidentur ab eo, plus poteſt quam Deus permittit. vnde legio dæmonum dixit ad Chriſtum:

Si

Sieijcis nos, permitte nos intrare in porcos. Deus ergo refrenat tyrannidem dæmonis, & po-
teſtatem ipſius coarctat, prout concedens nouit, & homines ferre poſſe conſpectat. Circa præ-
dicta ſcribit Albertus: Ea quæ dicta ſunt, Iudæi & noſtri iudaizantes hæretici, aliter exponunt, Albertus
dicentes, quod in die, id eſt, in luce diuinæ pronidentiæ angeli ſeu filij Dei, id eſt, bonę creatu-
ræ & ſecundum rectum intellectum agentes, Deo aſſiſtunt: malæ autem creaturæ, quæ ſignifi-
cantur per ſatan, vt ſenſualitas inclinans ad malum, etiam adſunt. & hoc eſſe qund dicitur o-
mnis homo habere bonum angelum à dextris, & malum à ſiniſtris. Et Ideo quoniam malum Pſal. 90.
eſt infinitum, quærere dominum per verbum infinitum, Vnde venis? & ſatan, id eſt, materiam
cum priuatione dicere, Circuiui terram, vndiqne ſpargendo malum priuationis. in cælo enim
non habet locnm, quia Ibi non eſt generatio neque corruptio. quod autem dominus ait, Nun-
qnid conſideraſti &c. & dæmon, Extende &c. eſt quædam etiam incorruptibilia ad corruptio-
nem peruerſitatem appetere, vt quod in fabnla Phaetontis dicit Ouidius, quod Phaeton ma- Ouid a.
le dirigens curſum ſolis, combuſſit cælnm & terram, intelligens hoc de exorbitatione planeta- Metaph.
rum, per comparatinnem ad medium quod eſt terra, vel etiam de peruerſitate recti hominis R. Moſca
per malitiam priuationis, vel de malitia periodi declinantis ad domum inſauſtam, cui datur li-
centia, quando inſauſtis fauſti pręualent. & hoc colligitur in tertia collatione Rabbi Moyſis
in libro qui dicitur, dux neutrorum, capite vigeſimoquarto, quam opinionem ſequuntur A-
braam, Iſaac & Moyſes Aegyptius, Indæorum philoſophi, eo quod dicant angelos intelligen-
tias eſſe, quæ ſint vbique & ſemper, & nuſquam mitts ntur. angelos autem qui mittuntur, effe-
ctus eorum eſſe in inferioribus, vel homines qui corde præſago iſta prænunciant, ſiue ad bo-
nnm, ſine ad malum. Prima autem expoſitio ſecundum catholicam veritatem eſt, & alterius o-
pinionis ſiue erroris ſabulam non curamus. Hucuſque Albertus. Præterea Deus perfectio-
nem iuſtorum vult omnibus eſſe notam, ideo voluit etiam intentionem S. Iob. omnibus iuſtam
oſtendere per patientiam ſuam in adnerſis. propter quod permiſit ſibi ſua auſerri vt eius perfe-
ctio omnibus fieret nota ad ædificationem ipſorum, quemadmodum ſcriptum eſt in Tobia:
Hanc autem tentationem ideo permiſit dominns euenire illi, id eſt, Tobiæ, vt poſteris daretur Tobiæ 2.
exemplum patientiæ eius, ſicut & S. Iob. de quo pulchrè ſcribit Gregorius: Scriptura ſacra Gregori.
oculis mentis quaſi ſpeculum quoddam opponitur, vt interna noſtra facies in ipſa videatur.
Ibi etenim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus. ibi ſentimus quantum proficimus, ibi vide-
mus à profectu quam longe diſtamus. narrat geſta fortium, & ad imitationem corda prouocat
infirmorum, dumq; illorum victorioſa facta commemorat, contra vitiorum prælia nbſtram
debilitatem confirmat. ſicq; verbis illins, vt eominus mens inter certamina trepidet. quo ante
ſe poſitos tot virorum fortium triumphos videt. nonnunquam etiam quorundam caſus inſi-
nuat, vt Dauid, quatenus timere prudenter diſcamus. [Egreſſusq; eſt ſatan à facie domini.]
Quo potuit ſatan exire à facie eius qui vbique eſt, qui ait per Hieremiam, Cælum & terram e- Hiere 23.
go impleo? Ad quem Dauid pſalmiſta: Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi a- Pſal. 138.
ſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Et reſpondendum quod ſicut
ad Deum non acceditur paſsibus pedum ſpatijsq; locorum, ſed intentione ſancta, affectione
iuſtisq; actibus, ita ab eo receditur non corporis greſſu, ſed peruerſo affectu impioq; effectu,
non quod per hæc deſinat intellectualis creatura eſſe in Dei pręſentia, ſed quia deſinit eſſe co-
ram eo, quomodo ante fuit vel quomodo eſſe deberet. Egreſſus itaq; ſatan à facie domini, id
eſt, per impietatis executionem ab eius ſuperſancta voluntate per diſcordiam abijt: quia
quod Deus bona intentione fieri licentiauit, ille peruerſo executus eſt fine. Vnde Albertus Albertus
hic ait: Facies domini hoc loco vocatur præſentia diuinæ poteſtatis, iniquam diaboli volunta-
tem prementis, id eſt, ab optatæ malitię actu impedientis. ſicq; egreſſus eſt ſatan ab obligatio-
ne ſeu coarctatione poteſtatis illius, vt non impeditus poſsit exercere ſuæ malitiam voluntatis,
iuxta quem ſenſum intelligi poteſt illud Hieremiæ: Eijce illos à facie mea, & egrediantur, vi- Hiere. 15.
delicet à deſenſione meæ poteſtatis ad licentiam ſeu permiſsionem impię voluntatis. Hinc ait
Gregnrius: Quo exitur ab eo, qui dum per molem corporis nuſquam eſt, per incircumſcriptam Gregori.
ſubſtantiam nuſquam deeſt? ſed quamdiu ſatan preſſus maieſtatis pręſentia, appetitum ſuę ma-
litię exercere non valuit, quaſi ante faciem domini non ſtetit: à facie domini exijt, quia relaxa-
tus diuinitus ab internę coarctationis anguſtia, ad ſui effectum deſiderij venit. Inſuper Tho- Thomas.
mas ſignanter inquit: Dicitur egreſſus eſt à facie domini. Satan enim ſecundum quod pote-
ſtas nocendi ei permittitur, coram facie dnmini eſt, quia ex rationabili voluntate hoc accidit.
ſed dum permiſſam ſibi poteſtatem exequitur, à facie domini exit, quoniam ab intentione per-
mittentis receſſit. Circa hunc locum diuinus & S. Gregorius de infinitate Dei ſublimis & be- Gregori.
nedicti ſcribit pulcherrimè, dicens: Deus manet inter omnia, ipſe extra omnia, ipſe ſupra o-
mnia, ipſe infra omnia: & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſuſtentationem, & exte-

rior per magnitudinem, & interior per ſubtilitatem: ſurſum regens, deorſum continens: extra circundans, interius penetrans. Nec alia ex parte ſuperior, alia inferior: atque ex alia parte exterior, & ex alia manet interior: ſed vnus idemq; totus, vbique præſidendo ſuſtinens, ſuſtinendo præſidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans. vnde ſuperius præſidens, inde inferius ſuſtinens: & vnde exterius ambiens, inde interius replens: ſine inquietudine ſuperius regens, ſine labore inferius ſuſtinens: interius ſine extenuatione penetrans; exterius ſine extenſione circumdans, inferior atque ſuperior ſine loco, amplus ſine latitudine, ſubtilis ſine extenuatione. [Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum] quod additur, ad innuendum quod hilariter ſimul edebant, vt ex hoc ſequens mœror appareat grauior, quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius patent, & viciſſim grauius torquent. vnde in Ec-
Eccl. 31. cleſiaſtico habetur: Vinum in iucunditate creatum eſt, non in ebrietate. [in domo fratris ſui primogeniti.] vbi fortaſſe ſolennior conuiuatio fuit. & quod ait, ſui, non refertur ad eius, puta ad Iob, ſed ad id quod prædixit: Filij & filiæ eius, id eſt, in domo fratris eorum, qui fuit S. Iobi primogenitus, vbi fortè edebant, ſtatim poſt egreſſum ſatan à facie Dei. Satan enim inuidiſſimus, non diu diſtulit implere prauum conceptum, præſertim cum ſecundum diuinum Dio-
Dionyſius nyſium: in dæmonibus ſit phantaſia proterua, amens furor, & irrationabilis concupiſcentia, a-
Iob 1. mens autem furor non differt. [Nuncius venit ad Iob qui diceret: Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi.] qui nominantur in Iohel, quo habetur, venumdabunt eos Sabæis genti longinquæ. [Tuleruntque omnia] pecora, vt nec victui nec agriculturæ neceſſaria remanerent ex illis. [& pueros,] id eſt, pecorum cuſtodes & ſeruos Iob. [percuſſerunt,] id eſt, occiderunt. [gladio] ex quo ſequitur, quod non ſolum ſobolem, ſed & familiam Iob Deus tradiderit manui ſatanæ, quantum ad corporalem tribulationem. [& euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi] improuiſe ac ſubito ad maiorem tui afflictionem, quia iacula præuiſa minus feriunt. ideoq; ſatan vnum abire permiſit ac fugere, vt per importunam ac turbulentam eius denunciationem, Iob amplius moueretur & turbaretur, qui etiam tanquam vir iuſtus magis de puerorum occiſione, quam pecorum ablatione dolebat. Iſtud in die conuiuij
Gregorius accidit, quia ſecundum Gregorium, prænuncia tribulationis eſt lætitia ſatietatis. vnde & ſcriptum eſt: Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. ſed & frequenter rota for-
Prou. 14. tunæ quem ad ſumma eleuat prius, ad ima declinat, & vice verſa. [Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter,] vnus ſcilicet puerorum oues cuſtodientium, vt videtur, [& dixit: Ignis Dei,] id eſt, diuinitus permiſſus, vel ſecundum æſtimationem loquentis, à Deo pro plaga inductus & ſupernaturaliter procuratus. [cecidit de cælo] aëreo, [& tactas oues puerosq; conſumpſit,] id eſt, repente [illegible] oues tuas & earum paſtores, ſimul cuncta conſumpſit. cum tanto impetu furoreq; venit. [& effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi,] Ideo ſatan practicauit, quod vnus ita effugeret ac ſubito ad Iob veniret, altero adhuc loquente, quatenus aduerſitas aduerſitati adiuncta, & ſine interuallo percepta, mentem ſancti Iob magis obrueret, dum ſe per temporis interpolationem ad patientiam non arma armaret. Denique quod dicitur, Ignis Dei, quidam exponunt, ignis Dei, id eſt, miſſus à Deo. quod non videtur congrue dictum, quoniam ignem iſtum ſatan produxit in aere, fecitq; deſcendere. Deus autem nec per ſeipſum, nec per angelum bonum, ſed per ſatan afflixit Iob, ita quod dæmon ignem hunc procurauit, quod naturali induſtria & virtute faciliter potuit, actiua atque paſſiua materialia inuicem applicando.
Apoc. 13. Vnde & in Apocalypſi legitur: beſtia, id eſt, Antichriſtus ſeu eius caterua, fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere in conſpectu hominum, quod (ſecundum expoſitores ibidem) fiet operatione diaboli. Aliqui etiam dicunt, quod ignis iſte cecidit de cælo per coruſcationem & fulgur. ſed magis opinor quod directè ex aere irruit, nec per terræ gyrum, ſed per locum duntaxat, vbi oues & paſtores fuerant, fundebatur & extendebatur. dicitur tamen ignis Dei, quia permiſſus à Deo vel ob aliam cauſam prætactam. Hinc dicit Gregorius: Intuendum quàm callidè dicitur ignis Dei, ac ſi diceretur, illius iram ſuſtines, cui quotidie ſic ſeruiſti, totq; hoſtias obtuliſti, vt Iob de exhibito Deo obſequio triſtaretur, ſeq; ei fruſtra ſeruiſſe conquereretur. [Sed & illo adhuc loquente, venit alius] puer, cuſtosq; pecorum, [&
Hier. 39. dixit: Chaldæi] de quorum maxima crudelitate in Hieremia, Iohele & Habacuc multa di-
Iohel 3. cuntur. [fecerunt tres turmas, cingentes quæ tua fuerunt, ne quicquam tuorum euaderet.] &
Habac. 1. inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, & pueros percuſſerunt gladio, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi,] addendo dolorem dolori. Penſandum quod quatuor tribulationes denunciantur beato Iob, quas ſatan ſic ordinauit, quod duæ ab hominibus inferrentur, duæ diuinitus crederentur illatæ: & prima ab hominibus illata ipſi Iob nunciata, nunciaretur, ſecunda deſuper facta, deinde tertia ab hominibus inflicta, & vltimo quarta deſuper lapſa, quod hoſtis antiquus calidiſſime ad doloris procurauit augmentum. Mens nempe iuſtorum, ab hominibus ſum-

pta iniuria, conſolationem in Deo requirit, quem ſi mox viderit ſibi aduerſa exaggerare &
plagas augere, magis affligitur. [Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filijs
tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ven-
tus vehemens irruit è regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus: quæ corruens, op-
preſſit liberos tuos.] nec dubium quin & fillas, quæ ad fugiendum fuerant tardiores. [Et mor
tui ſunt, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi.] vnde videtur quod omnes qui erant in do-
mo, oppreſſi ſint, iſto excepto, qui forte vento irruente fuit in ianua aut extra domum, eſtque
veriſimile quod multi cum filijs & filiabus Iob fuerunt in domo, præſertim de miniſtrantibus
ad menſam filijs ac filiabus tam inclyti principis, & forte ſi filij Iob vel ſaltem primogenitus e-
ius habuit ſobolem, ſimul extincta eſt. Hæc autem aduerſitas præcedentibus tantò moleſtior
fuit, quo filij plùs diliguntur quam ſerui & facultates. & quia omnes filij & filiæ ſimul extin-
cti ſunt, ita quod ſpes poſteritatis non manſit, & rurſus, quia in tali opere in quo periculo-
ſum eſt mori, fuerunt conſumpti, videlicet in conuiuio, in quo peccata deeſſe non ſolent:
quod item tam improuiſe ac ſubito, ita quod ſe ad mortem per pœnitentiam diſponere aut
non, aut vix valebant. ex quibus omnibus generabatur timorato patri ſolicitudo & timor
de aliquo forte periculo animarum eorum, præſertim quo ad venialia non minima. nam &
ante tempore conuiuij miſit ad eos, ſanctificauitque ipſos, timens quod Deum offenderint.
Præterea innuendum, quam hoſtiliter & aſtute dæmon inuaſit Iob. primo enim induxit no-
cumenta minora, deinde maiora, vt vnumquodque per ſe grauiùs atque diſtinctiùs ſentire-
tur. nam nocumenta ac damna minora poſt maiora ſtatim illata, parum aut nil ſentiuntur.
Quemadmodum enim paruum lumen cum magno non percipitur, ſed fuſcatur, ſic minus tri-
ſtabile, non ſentitur immediatè poſt maius. Circa hæc ſcribit Thomas: Cum omnis aduer-
ſitas prædicta ſit per ſatan inducta, neceſſe eſt confiteri quod Deo permittente dæmones
poſſint aëris perturbationes inducere, ventos concitare, ignem è cælo deijcere: quamuis e-
nim natura corporalis non obediat angelis bonis nec malis, quantum ad ſubſtantialium ſu-
ſceptionem formarum, ſed ſoli Deo, obedit tamen eis quo ad motum localem, cuius ſignum
eſt quod in homine ex ſolo voluntatis imperio membra ad opus mouentur. Quæcunque er-
go ſolo motu locali fieri poſſunt, hæc per naturalem virtutem angeli boni ac mali facere poſ-
ſunt, niſi diuinitùs prohibeantur. Venti autem & pluuiæ & aliæ huiuſmodi aeris perturba-
tiones ſolo motu vaporum reſolutorum ex terra & aqua fieri poſſunt, nec obuiat illud Hiere-
miæ: Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant? aliud enim eſt naturali curſu pluere, Hiere. 9.
quod ſolius eſt Dei, qui cauſas naturales ad hoc ordinauit: aliud, cauſis naturalibus à Deo
ad pluendum ordinatis aliquando artificialiter vti ad pluuiam vel ventum interdum quaſi ex-
tra ordinarie producendum. Inſuper ait Gregorius. Notandum quam callidè tot malo-
rum pondera & diuiſa & ſubita nunciantur, vt & repente & particulatim creſcens in audien-
tis corde, ſeſe dolor ipſe non caperet: & tantò ardentius in blaſphemiam accenderet, quan-
to ſubitis ac multiplicibus nuncijs in ſe anguſtijs æſtuaret. Poſtremò Gregorius ſentit filios Gregori.
& filias ſancti Iob virtuoſe vixiſſe, ſobrie refeciſſe, ſalubriterque obijſſe: Abſit, inquiens,
ne tanti viri filios per conuiuiorum ſtudia ingurgitando ventri ſuſpicemur vacaſſe. [Tunc]
videlicet morte totius ſobolis ſuæ audita, [ſurrexit Iob,] non puſillanimitate deiectus, ſed
in Deum mente erectus, [& ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite, corruens in terram, ad-
orauit.] Apud antiquos ſignum triſtitiæ fuit vtrumque iſtorum, videlicet ſcindere veſtes,
atque abradere crines. nec mirum ſi Iob tot filijs ac filiabus amiſsis hæc fecerit, cùm in Gene- Gene. 37.
ſi ſcriptum ſit, quemadmodum patriarcha Iacob putans Ioſeph à beſtia deuoratum, ſciſsis ve-
ſtibus, indutus ſit cilicio, lugens filium tempore multo. Denique ex hoc quod Iob pri-
mo ſurrexit, deinde veſtes ſcidit, & caput totondit, atque deinceps in terram corruit, Deum-
que adorauit, oſtenditur quod non ex mentis immoderato mœrore, ſed ex vera deuotione ſo-
lotenus ſe proſtrauit. Sed cum Salomon dicat, Non contriſtabit iuſtum quicquid ei ac- Prou. 12.
ciderit, quomodo Iob ſignifer æquitatis, in aduerſis triſtatus eſt, præſertim cum perfectæ
patientiæ ſit, etiam cum delectatione ſuſtinere aduerſa? Et reſpondendum quod verbum
Salomonis de inordinata ſeculari & irrefrenata triſtitia accipi debet, quæ animum obruit, ra-
tionem excæcat, & iuxta Apoſtolum efficit mortem, de qua in Eccleſiaſtico dicitur: Tri- 2. Cor. 7.
ſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas teipſum in conſilio tuo. Moderata verò triſti- Eccl. 30.
tia non eſt abijcienda de qua in Eccleſiaſte fertur: Cor ſapientum vbi triſtitia, Cor ſtulto- Eccl. 7.
rum vbi lætitia. Sed & de CHRISTO Euangeliſta teſtatur quod dixit, Triſtis eſt anima
mea vſque ad mortem. immo quod Salomon ait, Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acci- Matt. 26.
derit, de malo culpæ intelligi nequit, niſi quo ad immoderantiam quandam triſtitiæ, præ- Prou. 12.
Marc. 3.

 ſertim

ſertim cum de CHRISTO in Marco ſcriptum ſit: Contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eo-
rum. Porrò quomodo timor & triſtitia ac cæteræ paſsiones cadant in virum conſtantem, ſeu
Auguſti-nus. virtuoſo ſint aſſumendæ, beatus Auguſtinus in libris de ciuitate Dei prolixè pertractat, re-
citans diuerſas de hoc philoſophorum opiniones. Stoici enim dicebant, quod nullo mo-
do cadant in virum conſtantem & ſapientem. Peripatetici vero dicebant, quod paſsiones
de ſe non ſunt virtuoſæ aut vitioſæ, ſed naturales quædam affectiones & motus. ideo ſecundum
rationis dictamen poſſunt ſine culpa ineſſe atque aſſumi cum moderamine, ita quod rationem
non obruant. hancque ſententiam faſſus eſt Auguſtinus ſacræ ſcripturæ conſonantiorem eſ-
Idem. ſe ac veram. Idem quoque hoc loco affirmat Gregorius. Auguſtinus inſuper ſuper illud
Idem. Apoſtololi ad Theſſalonicenſes, Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſte-
mini ſicut & cæteri qui ſpem non habent, dicit in quodam ſermone: Non prohibet Apoſto-
1 Theſ. 6 lus de morte charorum ac propinquorum triſtari, ſed prohibet ſic triſtari ſicut infideles triſtan-
tur, ſpe reſurrectionis carentes, ſicque dolentes quaſi defuncti omnino eſſe deſierint. Et
Auguſti-nus. iterum ait: Non poſſumus charis ac propinquis defunctis penitus non triſtari. Præterea Stoi-
ci aſſerebant, bona exteriora nullo modo eſſe hominis bona, ideo de eorum amiſsione nul-
lo modo eſſe dolendum, cuius opinionis fuit & Craton philoſophus, antequam à Ioanne a-
poſtolo conuerteretur, prout in beatiſsimi Ioannis continetur legenda. Peripatetici ve-
ro dicebant bona exteriora eſſe hominis bona minus principalia, ac inſtrumentalia ad virtu-
tes, ſicut & corpus ordinatur ad animam. ideo de eorum amiſsione moderanter poſſe tri-
ſtari, quando videlicet homo ſic eis priuatur, quod iuxta ſui exigentiam ſtatus non reti-
net competentiam. ſicque Iob in contriſtando ſe habuit, quem etiam arbitror Deum ado-
rando oraſſe pro ſuis defunctis, & ne laberetur ipſe in aliquam culpam. & quomodo, ſi-
cut paulo poſt ſubditur, gratias egit Deo, conſtat quod ſecundum rationis ſuæ ſupremum,
aliquo modo gauiſus ſit in præfatis aduerſis, conſiderando ea vt ſecundum Dei beneplaci-
tum ſibi inflicta, & vt materia magni meriti extiterunt. gaudium nempe eſt diffuſio animi in
conceptu boni. [Et dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,] quod de propriæ geni-
tricis vtero accipi poſsit, niſi mox adderet, [& nudus reuertar illuc.] Itaque per vte-
rum matris ſuæ intellexit vterum terræ, quæ omnium mortalium communis eſt mater, cu-
ius vterus eſt aliquod receptaculum eius,. in quod redit homo per ſepulturam ac corporis re-
Geneſ. 3. ſolutionem, iuxta quod dictum eſt Adæ: In ſudore vultus tui viſceris pane tuo, donec re-
uertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Sed cum
defunctorum corpora ſoleant aliquo operimento tecta ſepeliri, quomodo Iob rediit nu-
dus in terram, quem conſtat cum maxima ſolennitate & forte precioſis opertum in mo-
numento locatum? Et reſpondendum quod per nuditatem ſignatur carentia opum ac re-
rum, quantum ad poſſeſsionem. certum eſt autem, quod corpus exanime nihil poſsi-
Eccl. 40. deat. Porro quod terra mater hominum appelletur, patet ex Eccleſiaſtico in quo ha-
betur: Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper omnes
filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem o-
mnium. Præhabito quoque Iob verbo conſonat illud Apoſtoli ad Timotheum: Nihil in-
1.Tim.6. tulimus in hunc mundum. haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Verumtamen
videtur verbum inductum, de ventre matris carnalis poſſe exponi, & quod ait, nudus re-
uertar illuc, intelligendum erit non de ventre huiuſmodi matris, ſed de aliquo ei pro-
portionabili aut ſimili, puta de monumento in quo corpus poſt egreſſum de mundo latet
atque quieſcit, ſicut ante ingreſſum in mundum in vtero matris latuit & quieuit, quibus
verbis ſancti Iob ex conſideratione conditionis ſuæ mortalis naturæ rationabiliter demon-
ſtrauit, quod de rerum amiſsione non debuit triſtitia abſorberi, vinci aut deiici, cum re-
rum poſſeſsio accidentalis, non ſubſtantialis ſit homini. Itaque magna in rerum amiſsio-
ne eſt conſolatio, ſapienter penſare quod aliquando nihil earum habuimus, & tandem ni-
hil de eis habebimus. Conſequenter Idem demonſtrat ex parte Dei, qui omnia dedit, &
cuius beneplacito homo conformare ſe debet. [Dominus dedit] qui omnium eſt bono-
rum origo, creator, collator, qui (vt Iacobus ait) dat omnibus affluenter, & non im-
Iacob. 1. properat. Ioannes quoque Baptiſta proteſtatur: Non poteſt homo accipere quicquam,
Ioan. 3. niſi fuerit ei datum de cælo: per hoc autem quod ait, Dominus dedit, faſſus eſt Iob, pro-
ſperitatem mundanam opulentiamque terrenam non caſualiter, neque ex fato, nec ex ſo-
lo humano ſtudio, ſed ex diſpenſatione diuina hominibus prouenire: ſimiliter aduerſi-
tates vitæ præſentis inſinuans ex diuinæ prouidentiæ fonte contingere, ſubdit: [Domi-
nus abſtulit,] id eſt, auferri permiſit. Quamuis autem Iob audiuit ſibi opes ablatas à

Sabæis

Sabæis atque Chaldæis hominibus prauis, id tamen Deo aſcripſit, ſine cuius permiſſu & ordinatione ſciuit nec iſta nec aliqua fieri. Rurſus, quoniam res à Deo conceſſas nullus tenet, niſi conſeruante eo qui dedit, ablatio rerum quamuis fit à maligno directe & effectiue, Deo tamen aſcribitur iuxta conſuetudinem ſcripturarum, quæ hominum induratione m, errorem, auerſionem Deo attribuit, eo quod nemo niſi per miſericordiam Dei ad pœnitentiam ſalubriter emolliatur, iuſte conuertetur, ad dominum conuertatur. Hinc in Exodo dominus ait frequenter: Indurabo cor Pharaonis. Et Pſalmiſta ad Deum, Declinaſti, inquit, ſemitas noſtras à via tua. Et Eſaias: Quare nos errare feciſti de vijs tuis, induraſti corda noſtra ne timeremus te? Itaque quoniam Deus temporalia gratis dedit, poteſt ea ad placitum irreprehenſibiliter tollere. eius enim ſunt omnia. propter quod de earum perditione nec murmurare, nec conqueri, nec immoderanter debet homo triſtari. [Sicut domino placuit, ita factum eſt.] Ideo debeo contentari, & eius voluntati me conformare. Amicorum namque eſt eadem velle & nolle. idcirco diligens Deum, de eius diſpoſitione ſecundum rationem contentus eſt. Sed quomodo iniuſta ſpoliatio opum atque crudelis occiſio filiorum Iob, placuit Deo, cui nil impium placet? Et reſpondendum quod iſta Deo placuerunt eo modo & fine, quo ipſe ea permiſit, videlicet inquantum erant ad profectum Iob, atque ob vtilitatem multiplicem, non inquantum proceſſerunt ex impia voluntate dæmonis & hominum quos induxit ad vitia. Dicit autem Gregorius: Dum quæ nolumus patimur, neceſſe eſt vt ad Deum qui iniuſtum nil vult, noſtram voluntatem vertamus. magna quippe eſt conſolatio in eo quod diſplicet, quod Deo ordinante circa nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. [Sit nomen domini] nominatum [benedictum,] id eſt, ipſe omnium dominus, nomine nominante deſignatus, ab omnibus benedicatur, & in ſeipſo ſanctus, bonus, omnique bona dictione & appellatione condignus eſſe noſcatur. ſic ergo finaliter ſanctus Iob verba ſua in Dei laude & gratiarum actione finiuit, in aduerſis lætatus ſecundum quaſdam ſapientiales conſiderationes, videlicet vt erant ex beneplacito Dei, & pro gratiæ incremento, quamuis in ſeipſis contriſtabilia eſſent, quemadmodum æger de pœnali medicina ſecundum rationem gaudet, vt eſt effectiua ſanitatis, & longæ pœnalitatis ablatiua, quamuis ſenſus ex obiecto ſibi improportionato triſtetur & affligatur, quemadmodum Gregorius ſcribit: ſanctus Iob acriora valde vulnera ipſi ſatan inflixit, quam ab eo ſuſtinuit. quot enim voces patientiæ in laude Dei peculſus reddidit, quaſi tot iacula in aduerſarij pectus intorſit. Nos quoque contra tentatorem iacula mittimus, ſi tribulationibus confoſſi, humilia reſpondemus. [In omnibus his] eius tribulationibus & aduerſis, [non peccauit Iob labijs ſuis] inordinate, impatienter, murmuroſe loquendo: in quo patet eius perfectio, quia vt dicit Iacobus, Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. [neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt,] id eſt, nihil quod verę ſapientiæ, quæ eſt cognitio diuinorum, contrariatur, expreſſit, ſicut aliqui imperfecti & paſſionati, qui dum aliquid vident aut ſuſtinent, quod eis multum irrationabile & iniuſtum videtur, de prouidentia Dei incipiunt dubitare ac indecentia verba effari. Non autem ignorauit beatus Iob Deum eſſe tam bonum ac ſapientem, quod nequaquam ſineret fieri mala, niſi ſciret, vellet & poſſet ex eis elicere bona.

Exo. 4. 7. 10. 11. 14. Pſal. 41. Eſaiæ 63. Gregorius. Idem. Iacob.

Elucidatio allegorica eiuſdem primi capituli.

Artic. VI.

EXpoſitores, quos legi, parum aut nihil de myſtica, id eſt, Allegorica & Tropologica expoſitione libri huius ſcripſerunt, forte quia beatus Gregorius myſteria eius diſerte ac luculenter expoſuit. Verum quia Gregorius tractando diffuſus atque prolixus eſt, nec omnibus eſt facultas eius præelegantiſſima ſcripta ad manum habere, nec ſic myſticum proſecutus eſt ſenſum, quin ſuperbenigniſſimo ac ſupermunificentiſſimo ſpiritu ſancto præſtante queant & alia dici ac aliqua addi, dicta quoque ab eo clarius exprimi: aliqua de ſpiritali ac myſtico huius voluminis intellectu, quantum paracletus ſpiritus veritatis donauerit, ſcribere opto. Itaq; à principio inchoandum videtur, [Vir erat in terra Hus, nomine Iob] Allegoria quid credendum ſit, docet. tuncq; potiſſime intellectus allegoricus eſt, dum quod literaliter de antiquis dictum eſt patribus Chriſtum præfigurantibus, de CHRIſto exponitur. Porrò vt tactum eſt, Iob verbis, tribulationibus, virtutibus, perſona & nominis interpretatio

Gregori.

ne Chriſtum præfigurauit, ſicut & Hieremias ac alij multi. Iob quippe interpretatur dolens, Hus ſapientia. Itaque vir, id eſt, CHRISTVS, Deus & homo in vna perſona, quia ab inſtanti ſuæ incarnationis vir fuit, non corporis quantitate, ſed virtutum perfectione, gra-
Hiere. 31. tiarumqúe plenitudine, de quo per reſpectum ad eius infantiam ſcriptum eſt in Hieremia: No-
Actuū 2. uum creauit dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum. de quo vt prouectæ ætatis in Actibus loquitur Petrus, IESVM Nazarenum virum approbatum à Deo ſignis & virtu-
Pſal. 75. tibus & prodigijs, Deus ſuſcitauit. [Erat in terra Hus,] id eſt, Iudææ, in qua ſapientia, id eſt, vnius veri Dei cognitio cultusqúe viguit, iuxta quod ſcriptum eſt: Notus in Iudæa Deus. ibi enim CHRISTVS naſci & conuerſari ac mori elegit. [nomine Iob] quod interpretatur dolens, id eſt, CHRISTVS, cuius tota in hoc mundo vita doloribus plena fuit, quamuis anima eius quo ad ſuum ſupremum, in beatificæ fruitionis gaudio fuerit indeſinenter ab incarnationis exordio. hoc etenim non obſtante, ab eodem exordio cœpit humano generi compati, de eius peccatis triſtari, corporis quoque pœnalitatibus aliquando affici: natus verò, cœpit mox multis modis affligi, perſecutioneqúe appeti, & tandem amariſsi-
Eſaiæ 53. mam paſſus eſt mortem. propter quod Eſaias de ipſo conſcribit: Vidimus eum deſpectum
Pſal. 68. & nouiſsimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem, qui ait in Pſalmo, Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Itemqúe, ego ſum pauper & dolens. Denique anima CHRISTI, quantum ad vires ſuas ſupremas, ad increatum obiectum comparatas, & ipſe vires ſic comparatæ fuerunt in perfecta felicitate & gaudio fruitionis beatæ, vt dictum eſt, inceſſanter ab incarnationis momento: ſed anima eius vt corporis forma & vires eius ſupremæ ad ipſam animam, cuius erant potentiæ, & ad creata obiecta relatæ, fuerunt paſsibiles & in doloribus multis. De corporis autem & inferiorum virium animæ CHRISTI paſsibilitate ac pœnis pro tempore eius in huius ſeculo incolatus, minor eſt difficultas, nullumqúe dubium. ex quibus pateſcit, quomodò CHRISTVS in vita præſenti mortali fuit ſimul viator & compræhenſor. Hus inſuper interpretatur conſiliator. Iob ergo in terra Hus fuit; id eſt, CHRISTVS in cordibus populi conſilia recta ſequentis quieſcit, quemadmodum in prouerbijs CHRISTVS increata Dei Patris
Prou. 8. ſapientia conteſtatur: Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. [Et erat vir ille] demonſtrabilis; omni reuerentia ſuperdigniſsimus, [ſimplex & rectus,] quia ſecundum diuinitatem, qua æqualis eſt patri, eſt per eſſentiam ſuperſimpliciſsima vnitas, purusqúe actus & ipſa rectitudo ſeu æquitas, totius iuſtitiæ ac virtutis regula & menſura. porro ſecundum naturam aſſumptam fuit ſimplificatus in Deo, ita quòd omnes ſuæ animæ affectiones erant impeccabiliter ordinatæ, reductæ, confirmatæ in eo.
Gregorius. At verò (ſecundum Gregorium) per rectitudinem iuſtitia, per ſimplicitatem manſuetudo accipitur. Nos autem plerumque cum rectitudinem iuſtitiæ exequimur, manſuetudinem relinquimus: cum manſuetudinem ſeruare cupimus, à iuſtitiæ rectitudine declinamus. CHRISTVS vero vtrumque iſtorum in omnibus ſimul ſeruauit ac optimè temperauit. [Ac timens Deum] filiari timore, vt homo; præſertim prout timor eſt donum, eiusqúe actus eſt Deum reuereri. non autem timuit culpam incidere, ſciens ſe confirmatum in bono. timor autem, qui eſt donum, quo ad actum qui eſt Deum reuereri, ma-
Eſaiæ 11. net in patria, vnde de CHRISTO prædictum eſt in Eſaia: Replebit eum ſpiritus timo-
1. Petri 2. ris domini. [Et recedens à malo] culpæ, cui nunquam conſenſit, nec ipſum incurrit, vt
Acto. 2. 3. Eſaiæ 53. Petrus princeps apoſtolorum & Eſaias flos prophetarum teſtantur. non autem receſsit à ma-
Pſal. 87. lo pœnæ, id eſt, malis pœnalibus, de quibus fatetur: Quia repleta eſt malis anima mea.
Sapiæ 2. Iſte receſſus CHRISTI à malo culpæ fuit peruerſis Iudæis occaſio inuidiæ contra eum, quemadmodum in libro Sapientiæ habetur: Dixerunt impij, circumueniamus iuſtum, quo-
Ioan. 10. niam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. tanquam nugaces æſtimati ſumus ab eo. &
Apoc. 1. abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs, & gloriatur ſe Deum Patrem habere.
Tobi. 12. [Natiqúe ſunt ei] ſpiritali generatione per fidelium multiplicationem in ſuſceptione baptiſmatis ſeu infuſione superni chariſmatis, [ſeptem filij,] id eſt, vniuerſitas Chriſtianorum. ſeptenario enim perfectio vniuerſitasqúe ſignantur. ſic namque in Apocalypſi per ſeptem ſpiritus, & in Tobia per ſeptem coram Deo aſtantes, vniuerſitas angelorum exprimittur. [& tres filiæ] per quas ſpecialiter deſignantur congregationes religioſę, Deo in fide ſuperbeatiſsimę Trinitatis deuotiſsimè ſeruientes. Vel ſeptē filij ſunt catalogus Apoſtolorū virtutibus perfectorū, tres filię inferiorū ſtatus fideliū, vt paſtorū & continentiū ac coniugatorū. De hac Chriſti generatione in Eſaia ſcriptum eſt: Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum.

Et ipſemet Chriſtus, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire Eſaiæ 55.
in regnum Dei. [Et fuit poſſeſsio eius ſeptem millia ouium.] quamuis omnia ſint Chriſti Ioan. 3.
ſecundum ſuam diuinitatem iure creationis, omnia quoque eius humanitati ſubiecta ſint po-
tiſsimè ob hypoſtaticam eius cum verbo vnionem, quidam tamen homines ſpecialiter Chri-
ſti eſſe dicuntur per prædeſtinationem & gratiam, de quibus fatetur: Omne quod dat mihi Pa-
ter, ad me veniet. Apoſtolus quoque ad Epheſios, Deus elegit nos in Chriſto ante mundi con-
ſtitutionem. Et iterum: prædeſtinauit nos, in adoptionem filiorum per Ieſum CHRIſtum Ioan. 6.
ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Hi autem ſecundum diuerſas ſuas proprietates atque Ephe. 1.
virtutes diuerſis animalium nominibus deſignantur, etiam interdum ad literam, vt in Eſaia Ibidem.
quo habetur: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. vitulus, ouis & leo
ſimul morabuntur. Itaque per oues hoc loco innocentes & mites notantur, qui ſeptem mil- Eſaiæ 11.
lia referuntur, quia ſeptenario deſignatur perfectio in ſeptemplici dono Spiritusſancti, quo i-
ſti ad numerum quendam perfectum aſſurgunt, quem mille inſinuant. [Et tria millia came-
lorum] per camelos, gentiles vitijs torti inſtar cameli expreſſi ſunt, qui per tres virtutes theo-
logicas fidemq; ſuperglorioſæ Trinitatis ad virtutum æqualitatem venerunt, & Chriſti poſſeſ-
ſio facti ſunt, qui olim idolis ſeruientes, à dæmonibus poſſidebantur. [Quingenta quoque
iuga boum.] per boues terram arantes, intelliguntur prædicatores, audientium corda ad pœ-
nitentiæ dolorem diuiniqúe ſeminis ſuſceptionem ſcindentes, quod & Paulus inſinuat, illud
legis allegando præceptum: Non obturabis os boui trituranti. Iſti ad millenarium perdu-
cuntur. 500. enim iuga, quingenta ſunt paria, ſcilicet mille, quoniam vitæ perfectio per mil- 1. Cor. 6.
le ſignata, ad aliorum doctores, paſtores & prædicatores præcipue pertinet. [& quingentæ aſi- Deut. 25.
næ.] per aſinas onerum ac hominum portatrices, rudes plebes audientium ac obedientium
exprimuntur, quæ quingentæ feruntur: quia ſi mediam prædicatorum ſanctorum ac magiſtro-
rum ſuorum perfectionem attingant, magnum eſt eis. [Ac familia multa nimis,] id eſt, reli-
qua fidelium turba horum animalium proprietatibus nō expreſſa. tot náq; ſunt gradus, ſtatus
& ordines, virtutes ac proprietates credentium, quod paucis nominibus nequeunt explicari.
[Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales,] id eſt, præ cunctis electis, in ſplendore lucis
æternæ degentibus, & feruore ſolis iuſtitiæ inflammatis. Denique ipſe Chriſtus à Zacharia o-
riens appellatur, domino prædicente: Ecce ego adducam ſeruum meum orientem. de quo le- Zach. 3.
gitur & in Luca: Viſitauit nos oriens ex alto. CHRISTVS autem vt Deus, magnitudinis, Lucæ 1.
(id eſt, perfectionis) eſt ſimpliciter infinitæ: ſecundum aſſumptam quoque naturam, maior,
dignior ſiue perfectior eſt omnibus creaturis ſimul acceptis. [Et ibant filij eius & filiæ, & fa-
ciebant conuiuia,] id eſt, ſpirituales epulas cæleſtis prædicationis præbebant. [per domos,]
id eſt, in diuerſis hominum locis, terris ac manſionibus. [vnuſquiſque in die ſuo,] id eſt, tem-
pore ſibi diuinitus præordinato. vel in die ſuo, id eſt, in mentis ſuæ illuſtratione deſuper ſibi
facta. ſicut enim ignorantia nox cordis vocatur, ita illuminatio dies eſt eius, dicente Apoſto-
lo: Nos qui diei ſumus, ſobrij ſimus. CHRIſtus verò vt in Euangelio patet, apoſtolos miſit ad 1. Theſ. 5.
prædicandum ſolis Iudæis ante paſsionem, poſtea miſit eos ad omnes gentes, dicens: Eun- Matt. 10.
tes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Præterea in Actis doce- Lucæ 10.
mur, quemadmodum filij CHRIſti in primitiua eccleſia erant ſimul omnia habentes commu- Mar. 16.
nia, quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, Actor. 2.
ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum & habentes gra- Actor. 4.
tiam ad omnem plebem. ſeptem autem diaconis ad menſas prouidentibus, apoſtoli miniſte- Actor. 6.
rio verbi, id eſt, prædicationi inſtabant, quilibet vtique die & hora competenti, quamuis ſæpe
plures die eodem. de hoc Pſalmiſta prędixit: Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei. de Pſal. 67.
ſpiritali quoque conuiuio, quod in refectione veritatis conſiſtit, inquitur Plato in primo Ti- Plato.
mæi: Ergo ne, inquiens, magnifice inuitatus ſum hodie? [Et mittentes vocabant tres ſorores
ſuas, vt comederent & biberent cum eis,] id eſt, inferiores fidelium ſtatus ſeu congregationes Matt. 10.
deuotas, ad refectionem & conſolationem inuitabant internam, implentes quod ait Saluator: Gregorius.
Gratis accepiſtis, gratis date. Secundum Gregorium bene dicitur, Vt comederent & bibe-
rent cum eis: quia ſcriptura aliquando nobis cibus eſt, aliquando potus. cibus, in obſcurio-
ribus locis: quia quaſi exponendo frangitur, ſpiritaliterqúe glutitur: potus, in locis aper-
tioribus, quia ita ſorbetur vt inuenitur. [Cumqúe in orbem tranſiſſent dies conuiuij,] id eſt,
prædicationes in locis diuerſis hincinde peragerentur. Scribitur quippe in Luca, Deſigna-
uit dominus Ieſus & alios ſeptuaginta duos diſcipulos, & miſit illos binos & binos ante fa- Lucæ 10.
ciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quo ipſe erat venturus, quibus & prædicare præ-
cepit, ſpecialiter autem direxit ad prædicandum apoſtolos. [Mittebat ad eos Iob,] id eſt,
Chriſtus ſpiritus ſancti inſtinctum, ac gratias cordibus illorum infudit, ſuos vbique cuſtodiens:
& gu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& gubernans. [Et ſanctificabat illos,] id eſt, à venialibus quę quotidie incurrebant, præſertim ante domini paſsionem, eos purgauit, virtutibusq́; ornauit. [Conſurgensqúe diluculo,] Certum eſt, Chriſtum ſomno diuturno non indulliſſe. conſurrexit quoque diluculo, id eſt, mentem erexit vel potius erectam inceſſabiliter tenuit ad patrem, exiſtens in lumine creato gratiæ ſibi infuſæ, quod ad lumen gloriæ comparatur, ſicut aurora ad diem ſeu lucem meridianam, vel in lumine gloriæ ſibi infuſo, quod ad increatum deitatis lumen ſe habet, vt diluculum ad lucem clariſsimam, atque vt imperfectum ad perfectum. [offerebat holocauſta per ſingu-
Pſal. 140. los,] id eſt, feruidæ orationis ſacrificia pro cunctis, vt decuit. Vnde & ſcriptum eſt: Diriga-
Lucæ 6. tur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Et in Luca inducitur: Exijt Ieſus in mon-
Matt. 21. tem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. [Dicebat enim, ne forte] Sobriè loquitur, ad inſinuandum arbitrij libertatem, ſicut in Euangelio ait Pater: Forſitan verebuntur filium meum. [peccauerint filij mei] ſpiritales, quos non ignorauit eſſe infirmos & fragiles ante ſuam paſsionem. [& benedixerint Deo] per ſenſum (vt dictum eſt) contrarium, [in cordibus ſuis,] id eſt, inhonorauerint Deum de donis ſibi diuinitus datis laudem appetendo humanam vel cogitando illicitè. [Sic faciebat Iob cunctis diebus.] non dubium quin Chriſtus quotidiè orauit pro ſuis, cum & de ipſo iam in cælis regnante dicat Apoſtolus: Qui etiam interpellat pro nobis. Et Ioannes in prima ſua Canonica: Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum CHRISTVM iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. [Quadam autem die cum veniſſent filij Dei, vt aſsiſterent coram domino, affuit inter eos & ſatan] Iuxta ſenſum præcedenti articulo poſitum, iſtud, ſicut ſequentia, applicatur ad Chriſtum: hic tamen per quandam diem intelligitur tempus dominicæ incarnationis ſeu primi aduentus Chriſti, quo cœpit euangelica lex propom ac prædicari. quod cum ſit tempus gratiæ, meritò dies vocatur, de quo ait Apoſtolus: Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. Et Eſaias: In die illa erit ger-
Roma 13 men domini, ſcilicet filius Dei, in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis, videlicet
1. Ioan. 2. Chriſtus proles virginei ventris Mariæ. vnde prædixit Pſalmiſta: Terra noſtra dabit fructum ſuum. Hoc autem tempore cœperunt angeli ſancti de hominum inſolita conuerſione præcipue gratulari, atque eorum profectus domino maieſtatis offerre. quo viſo, ſatan acerrime cœpit furere ac ſæuire. [Cui dixit dominus,] per Chriſti aduentum nequitias eius refrenans, eumque increpans: [Vnde venis? ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.] conſtat totum pene mundum idolatriæ fuiſſe deditum, dempta Iudæa vſque ad Chriſti & apoſtolorum prædi-
Rom. 13 cationem, immo Chriſtus gentilibus paucis & rarò legitur prædicaſſe. Apoſtolis autem poſt
Eſaiæ 4. ſpiritusſancti miſsionem ad gentes pergentibus, prædicantibusqúe eiſdem, innumerabiles
Pſal. 84. conuertebantur gentiles, itaq; ſatan vſque ad Chriſti & apoſtolorum prædicationem penè vbique ad libitum circuiuit, ambulauit & conculcauit. [Cui dixit dominus: Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob?] id eſt, Chriſtum qui ſecundum naturam aſſumptam ſeruus Dei pa-
Philip. 2. tris, ſed & totius ſuperadorandæ Trinitatis, immo & ſuijpſius, ſecundum quod Deus eſt, appellatur. Exinaniuit enim ſemetipſum, formam ſerui accipiens, iuxta Apoſtolum, de quo per Eſaiam loquitur Deus Pater: Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit
Eſaiæ 42 ſibi in illo anima mea. Quomodo autem Deus interroget ſatan, an electos ſuos in terra degentes conſiderault, præcedenti articulo patuit. Gregorius quoque hic dicit: Dei ad ſatan
Gregori. dicere, Nunquid conſideraſti ſeruum meum, hunc Iob ſcilicet Chriſtum, eſt vnigenitum filium contra ſatan in forma ſerui admirabilem demonſtrare. eo enim quo illum tantæ virtutis
Matth. 4. in carne oſtendit, ſuperbienti aduerſario, quid dolens conſideraret, indicauit. [quod non ſit ſimilis ei in terra] ſimilitudne æqualitatis. Chriſtus enim Deus & homo, Inquantum Deus, infinite cunctis eſt altior: ſed vt homo, habuit gratiam, virtutes & dona, ſecundum plenitudinem tantam, quantum capere poteſt natura mentis creatæ, ita quod tota capacitas fuit in eo impleta. [Homo ſimplex &c.] ſicut expoſitum eſt. [Cui reſpondit ſatan: Nunquid fruſtra timet Iob,] id eſt, Chriſtus vt homo. [Deum,] id eſt, timet te propter te ex puro tui amore, ſed propter dona à te ſibi donata, & ne iſtis priuetur. ſatan, qui Chriſtum tentauit, interdum ſuſpicabatur quod Dei filius eſſet homo iſte, quem tantæ ſanctitatis perpendit. vnde tentando dicebat: Si filius Dei es. poſtea aliter ſenſit, timere tamen & colere Deum, illum non denegauit. [Nonne tu vallaſti eum,] ita quod nec Herodes potuit eum infantem occidere, nec tentator vnquam ad culpam inflectere, nec Iudæi ante tempus præfixum perimere? [& domum eius,] id eſt, conſcientiæ ſuæ conſiſtorium, quam tentator penetrare nequiuit. [Vniuerſamqúe ſubſtantiam eius,] id eſt, totum corpus & animam vel ſpiritales ipſius opes, gratias & virtutes, quas ei nullus tollere valuit. [Operibus manuum eius,] id eſt, actionibus ſuarum virtutum ac virium actiuarum. [benedixiſti,] ita quod in omnibus proſpere & ſine difficultate agit próſpiſſime cuncta quæ cupit. [Et poſſeſsio eius,] id eſt, ſpiritaliũ bonorũ exuberantia, [creuit in terra,]

ra,] ita quod prǫuenisti eum in benedictionibus dulcedinis copioſę. Prǫterea ſubſtantia Chri- Pſal. 20.
ſti intelligi poteſt electorum collectio, quam, Deo vallante, ſatan non poteſt deijcere, prout
loquitur Chriſtus: Oues meę vocem meam audiút, & non peribunt in æternũ, & non rapiet eas
quiſquam de manu mea. & nemo poteſt rapere de manu patris mei. [Sed extende paululũ ma- Ioan. 10.
num tuam, & tange cuncta quæ poſſidet] id eſt, populos pertinentes ad ipſum, qui animalium
nominibus exprimuntur, vt dictum eſt: [Niſi in facie benedixerit tibi.] dum Ieſum ſatan pu-
tauit non eſſe filium Dei ſeu Chriſtum in lege promiſſum, ſula Dei cuſtoditum gratia æſtima-
uit, & poſſe peccare putauit, ideo petijt licentiam hunc tentandi. ac ſi aperte prouunciet, pulſa-
tus afflictionibus, homo & peccator agnoſcitur, qui in miraculis Dei filius creditur. [Dixit er-
go dominus ad ſatan: Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt.] id eſt, tentationis tuæ exer-
citio conceduntur. vniuerſa illa quæ habuit Chriſtus, agmina fuerunt populi olim electi, vide-
licet Iudæorum, præſertim adhærentium Chriſto, quus tamen ſatan tentauit, plurimusq́; eo-
rum à Chriſto auertit, vt euangeliſtæ teſtantur. [Tantum in eum ne extendas manum tuam.]
refrenauit quippe dominus malignitatem ſatan ac Iudæorum rebellium à Chriſti occiſione,
quouſque ipſemet Chriſtus ſciens tempus diuinitus præſtitutum adeſſe, ſponte obtulit ſe ad
mortem, quemadmodum faſſus eſt: Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam.
[Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui Ioan. 10.
primogeniti,] id eſt, cum apoſtoli Chriſti & cæterę inferiorum ſibi adhærentium congregatio-
nes adhuc ante Chriſti paſsioné ſpiritaliter reficerentur prædicandu ſoli populo Iudæorum, di-
cente ad eos Chriſto: In viam gentium ne abieritis. qui Iudaicus populus reſpectu populi gen- Matt. 10.
tilis poſtea conuerſi, quaſi prior, maior ac primogenitus fuit. [Nuncius venit ad Iob qui dice-
ret, Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos.] per boues (vt dictum eſt) doctores & præ-
dicatores ſignantur. habuerunt autem Iudæi, doctores, ſcribas & Phariſæos, corda audientium
ſeu ſimplices, qui per aſinas intelliguntur, verbis legis ac prophetarum ſerentes, iuxta quas ſim-
pliciores quiq; verbo Dei vtcunq; reficiebantur. [Et irruerunt Sabæi,] id eſt, dæmones tenta-
tores. Sabæi enim, captiuantes interpretantur. dæmones vero, animarum captores ſunt, dicen-
te ad Timotheum Apoſtolo: Reſipiſcant, ſcilicet homines mali, à laqueis diaboli, à quo capti- 2. Tim. 2.
ui tenentur ad ipſius voluntatem. [Tuleruntq́; omnia,] id eſt, prædictorum Iudæorum ani-
mas tenebris infidelitatis ceperunt & inuoluerunt, ita quod Chriſtum negabant. [Et pueros
percuſſerunt gladio,] eos videlicet, qui iuueniles affectiones, mores & ſenſus per ſapientiam
& virtutes non tranſcenderunt. vnde ad Timotheum dicit Apoſtolus: Iuuenilia deſideria fuge,
ſectare autem iuſtitiam, charitatem & pacem. Per gladium vero acutum ſignatur tentatio ſeu frau- Ibidem.
dulenta perſuaſio, de cuiuſmodi gladio ſcribitur: Gladius in labijs eorum. [Et euaſi ego ſolus,
vt nunciarem tibi.] quia non abſolute omnes ſcribæ & phariſæi ac auditores eorum à Chri-
ſto ſe auerterunt, ſed quidam eorum quamuis pauci, ſibi hæſerunt. hi per vnum euadentem, Pſal 58.
ob paucitatem, notantur. Hinc per Ieremiam Deus prædixit: Saluabo vos vnum de ciuitate, Ioan 10.
& duos de populo, inſinuans paucitatem Iudæorum credentium Chriſto, comparatione eo-
rum qui credere contempſerunt. Nunciabatur autem quid Chriſto, non quaſi ignoranti. nam
& de Ioannis Baptiſtæ diſcipulis ſcriptum eſt, quod decollato Ioanne venerunt & nunciaue-
runt Ieſu. Gregorius autem per vnum euadentem, intelligit ſermonem propheticum, qui per- Marc 6.
euntibus Iudęis, ſicut prædixit, oſtenditur verax. [Cumq́; ille adhuc loqueretur, venit alter & Gregor.
dixit: Ignis Dei deſcendit de cælo, & tactas oues puerosq́; cóſumpſit.] Ignis ille de cælo ruens,
eſt flamma inuidiæ, indignationis & iræ, de ſuperiori parte populi Iudæorũ, puta de ſacerdotũ
principibus ac magiſtratibus, qui cæleſti dignitate atq; officio videbãtur fulgere, ad ſimplices
innocentesq́; cadens, qui per ſuperiores præfatos decepti atq; ſuccenſi ſunt contra Chriſtum.
quidam tamen pauci illorum fallacias euaſerunt, qui per unum euadentem ſignantur. vel ignis
iſte eſt ignis tentationis aëriarum poteſtatum, quæ Iudæos contra Chriſtum concitauerunt.
[Sed & adhuc illo loquente, venit alius & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inua-
ſerunt camelos.] Chaldæi interpretantur feroces ſeu dirigentes, quibus ſignantur atrociſ-
ſimi atque fictiſsimi illi perſecutionis Chriſti authores, eiusqúe tentatores, qui aliorum di-
rectores in bono videri volebant, cum fuerint directores ad malum. Iſti fecerunt tres tur-
mas, dum Phariſæi & Saducæi ac Herodiani inter ſe diuiſi, Chriſtum tentare aggreſſi
ſunt. & camelos, id eſt, non ſolum Iudæos vitijs tortos, ſed & multos gentilium, qui
ad diem feſtum confluxerant, Chriſtumqúe videre cupierant, atque ad fidei ſuſceptionem
ſe diſponebant, prout in Ioanne plenius fertur, auerterunt à Chriſtu, & traxerunt eoſ-
dem poſt ſe, præſertim in die Paraſceues, omnibus perſuadentes quod Ieſus eſſet ſedu- Ioan. 12.
ctor. quanquam nonnulli illorum diuinitus præſeruati, euaſerint, qui per vnum qui euaſit,
ſunt figurati. Nec dubium quin more humano quidam adhærentium Chriſto, ſæpe vene-
runt ad eum, nunciantes ſibi quæ perceperunt aut conſpexerunt de concernentibus ipſum.

[Adhuc

[Adhuc loquebatur, & alius dixit: Filijs tuis & filiabus] id eſt, Apoſtolis & collectionibus credentium eis ſubiectis, [veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti] id eſt, in habitatione Iudaicæ plebis, ſanctæ prædicationis delicijs amoroſe vtentibus, [repente vehemens ventus] id eſt, grandis & impetuoſa tentatio. [irruit à regione deſerti] id eſt, de infidelium cordibus ſeu dæmonum à Deo relictorum ſuggeſtionibus prodijt contra fideles. [& concuſsit quatuor angulos domus] id eſt, ſynagogam ad infidelitatem commouit, quę ſynagoga ſeu domus quatuor angulis ſtabat, id eſt. in ſacerdotibus & ſcribis, phariſæis quoq; & ſeniori-
Matt. 26. bus populi ſeu iudicibus ordinarijs ſuſtentabatur. [Quæ corruens, oppreſsit liberos tuos, & mortui ſunt.] quia Iudæis taliter victis & proſtratis à dæmonum tentamentis, ipſi apoſtoli, cum Chriſtus à Iudæis compræhenderetur, carnali timore fugerunt, vitamq; fidei perdiderunt. vnus tamen * animus de numero credentium ſtetit inuictus, quoniam virgo beata nunquam in fide nutauit. [Tunc ſurrexit Iob] id eſt, his factis & cognitis, Chriſtus iuſto iudicio vtens, contra re-
Gregori. probos mentem erexit. Hic dicit Gregorius: Surgit, dum contra reprobos iudiciú iuſtitiæ exerit. [& ſcidit veſtimenta ſua] id eſt, populos Iudæorum, qui Deo quaſi veſtis aliquando adhæſerunt, in duo diuiſit, diſcernens reprobos ab electis, & præſcitos vſq; in finem relinquens, ele-
Iere. 13. ctos vero ex ſynagoga gratioſius ſibi nectens. Vnde per Ieremiam dominus proteſtatur: Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael. Et ſicut nunc ec-
Eſaię 49. cleſia veſtis eſt Chriſti, ita tunc veſtis Dei fuerat ſynagoga, ſicut per Eſaiam prædictum eſt: His omnibus quaſi veſtimento ornaberis. [Et tonſo capite, corruens in terram, adorauit.] per pilos capitis, cogitationes affectionesq; cordis ſolent ſignari. quoniam ergo Saluator relictis iuſte re-
Pſal. 108 probis illis Iudæis, pro illorum ſalnatione cogitationes & affectiones aſſumptas abiecit. aliquo enim modo ante pro eis orauit, iuxta illud in Pſalmo: Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam. Quaſi caput totondit, corruitq; in terram. quia & pereuntibus naturali
Ioan. 17. condolebat affectu, & vſq; ad infima ſe humiliauit. Patrem quoq; adorauit, ſecundum quod homo, & pro gentilitate rogauit, atq; pro electis Iudæis apud Ioãnem loquens: Non pro his, puta, apoſtolis & electis Iudæis, rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes ſint vnum. [& dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.] compaſsionis dolorem, quo de pereuntibus Iudæis Chriſtus naturali amore affligebatur, ipſe ſapientiſsime temperauit, conformans diſpoſitioni æternę naturalem humanitatis affectú, & penſans quod ipſe ſecundum quod homo, nihil habuit ex ſeipſo, & niſi ea quæ Deus ſibi dedit ex tempore, ita quod corpore natus eſt nudus, pauperq; rebus vixit in ſeculo. ideo de illorum ſaluatione debuit contentari, quos Deus prędeſtinauit ſaluandos per ipſum, nec de reprobatione, ablationeúe immoderantèr affligi. ideo ſubdit. [Dominus] pater ſeu trinitas, [dedit]
Ioann. 6. eos qui ſaluarentur, ſcilicet prædeſtinatos, de quibus ait Chriſtus: Omne quod dat mihi pater, ad me venit. hos enim ſua pietate & merito Chriſti gratioſe conuertit ad ipſum, quemadmodum ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. [Dominus abſtulit] id eſt, re-
Ioann. 6. probos iuſte reliquit, & ab electis diſcernit. [Sicut domino placuit, ita factú eſt.] omnia enim
Pſal. 134. quæcunq; voluit dominus, fecit in cælo & in terra. de quo ad Epheſios ait Apoſtolus: Omnia
Ephe. 1. operatur ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Dei quippe voluntas, eſt prima entium cauſa, quę nec irrationabilis eſſe poteſt, neque iniuſta, cum eſſentialiter ſit ipſa diuinæ mentis ſa-
Matt 11. pientia atque iuſtitia. ſic & in Matthæo loquitur Chriſtus: Confiteor tibi pater, domine cæ-
Lucæ 10. li & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. ita pater, quia ſic placitum fuit ante te. [Sit nomen domini benedictum.] Chriſtus ſecundú naturam aſſumptam gratias egit Deo de omni dono eius ac diſpenſatione myſteriorum ipſius. Propter quod ait: Ego non quæro gloriam meam, & claritatẽ ab hominibus non accipio. Ruſusq; ſcri-
Ioann. 5. ptum eſt: Ieſus eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniã audiſti me. [In omni
Ioann. 11. bus his non peccauit Iob &c.] Chriſtus nanq; vt Deus, impeccabilitatem habuit per naturam, ſed ſecundum humanitatem aſſumptam habuit eam per gratiam cõſummatam & plenam. quia ab incarnationis inſtanti fuit confirmatus in bono ſublimius, quam beati in patria, præſertim cum fuerit compræhenſor, quantum ad vires ſuæ animæ ſuperiores. vnde & per beatificam diuinitatis fruitionem fuit immobilitatus in Deo. ideo dixit Iudæis: Quis ex vobis arguet me de
Eſaiæ 53. peccato? Et Eſaias ait: Iniquitatem non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. porro dolus in
Thomas ore quanto apud homines prudentius callet, tanto apud Deum ſtultius deſipit. [Neq; ſtultum
Matt. 26. quid contra Deum loquutus eſt,] quamuis dixerint infideles Iudæi, blaſphemauit. Cum enim
Ioan. 10. in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſecundum Apoſtolum ad
Philip. 2. Philippen.

Expoſitio tropologica ſeu moralis eiuſdem capituli primi. *Artic. VI.*

MOralitas ſeu tropologia inſtruit quid agendum, eſtq; tropologicus ſacræ ſenſus ſcripturę, dum ea quæ de Chriſto aut ſanctis ſcribuntur, ad noſtram informationem moralem aptan-

aptantur, trahuntur ſeu exponuntur. Porro, vt dictum eſt, Iob interpretatur dolens: Hus, conſi-
liator vel ſapientia. Itaque [Vir erat in terra Hus nomine Iob.] per quem virum moraliter deſi-
gnatur quicunq; fidelis, ſalubriter dolens ſua vel proximorum peccata deplangens, cæleſtis de-
ſiderio patriæ incolatum huius exilij deflens, pro gratia proficiendi cum lachrymis orans, Chri
ſto propter ſe paſſo cordialiter condolens: & quod omnibus maius eſt iſtis, ex pura & feruida
ad Deum affectione & cõplacentia eius & ex congratulatione ſuę beatitudinis prorſus immẽſæ
pias lachrimas fundit, ac intime dolens quòd Deus à ſuis creaturis ſic inhonoratur. Qui talis eſt,
homo conſilij eſt, & in terra ſapientiæ, id eſt, eccleſia militante veraciter habitat, tanquam vini-
dum Chriſti membrum. Sed vt ait Greg. ſunt quidam qui vitam ſuam negligunt, dumq; tranſi-
toria appetunt, & æterna vel non intelligunt, vel intellecta paruipendunt, ſalubrem dolorem nõ Gregor.
ſentiunt, nec ſanum habere conſiliũ curant, & eſſe ſe in bonis miſeri putant. [Simplex & rectus.]
quicunq; enim in ſtatu ſalutis eſt, charitatem ſ. & gratiam gratum facientem habens, ſimplex eſt
intentione, & rectus in opere [ac timens Deum] filiali vel ſaltem initiali timore, qui timores re-
aliter idem dicuntur, ſi timor habitum nominet. non enim differunt, niſi ſecundum maius & mi
nus perfectum. Qui autem ſolum ſeruilem habet timorem, non eſt in charitate & gratia. [natiq;
ſunt ei ſeptẽ filij,] id eſt, ſeptem dona ſpiritus ſancti, ſecundum Greg. [& tres filię] id eſt, tres vir Idem
tutes theologicę, ſecundum eundem. ſed cùm dona & virtutes theologicę nõ habeantur niſi per
creationem & infuſionem à ſpiritu ſancto. non videntur conuenienter dici filij & filiæ hominis
virtuoſi. filij nanque & filię oriuntur ab eo, cuius ſunt filij ac filię. Ad quod dicendum videtur,
quòd virtutes & dona frequenter ſumuntur vt nominant actum. actus aũt eorum à nobis cauſan
tur, qui ſpiritaliter filij & filię appellantur. Rurſus, virtutes & dona vt nominant habitum, aliquo
modo filij vocantur & filię, inquantũ homo diſpoſitiue cooperatur ad infuſionem eorum. [Et
fuit poſſeſsio eius 7000. ouiũ.] per oues intelliguntur cogitationes & affectiones pię, innocen
tes & ſimplices, quib. anima locupletatur ſuper aurũ & topazion. qui enim ſic cogitat atq; affici-
tur, Deum habet ſe alloquentem, iuxta illud prouerbiorum: Cũ ſimplicibus ſermocinacio eius.
[& tria millia camelorum.] per camelos dantur intelligi cogitationes & affectiones compaſsiuę, Prou. 3.
quibus nos inuicẽ charitatiue ſupportamus, implentes illud Apoſtoli: Alter alterius onera por- Galat. 6.
tate. Iterum per camelos intelligi poſſunt cogitationes rudes atq; diſtortæ, quas poſsidemus, cũ
per rationis cenſuram eas ad ſpiritalem ſubtilitatem in meditando, & ad iuſtitiæ æqualitatem in
appetendo ac operando conuertimus. [Quingenta quoq; iuga boum.] per boues exprimuntur
conſiderationes iudiciales ac ſapientiales, quibus per rationẽ regimus noſmetipſos, cordiſq; du
ritiã confringentes, cordis agrum ſanctis operibus fœcundamus. quod totum quia agendum eſt
per charitatis imperiũ & rationis iudicium, boues per paria explicantur. [& quingentę aſinæ.]
per quas curę & occupationes circa corporis neceſsitudines denotantur, quę cæteris viliores ac
tardiores exiſtunt. Cur aũt oues 7000. cameli 3000. boues mille & aſinæ quingentę eſſe dican-
tur, ex præcedenti eſt trahendum articulo, vbi de horum myſterio numerorum prætactum eſt.
[Ac familia multa nimis] id eſt, cogitationes affectioneſq; noſtræ ſine numero multiplicantur,
quas dum per rationem ſub diuinę legis obedientia coarctamus, multam valde familiam poſsi-
demus. Qui item prędictis bonis ditatus eſt, magnus eſt plane inter omnes orientales, hoc eſt in
ter omnes qui diuinę gratię perfunduntur ſplendore, ac radio ſapientię illuſtrantur. [Et ibant fi
lij eius & filię, & faciebant conuiuia per domos, vnuſquiſq; in die ſuo.] filij & filiæ eunt, dum do
na & virtutes præfatę in actus ſuos procedunt: faciuntq; conuiuia in cubilibus mentis, dum bo-
na operatione mentẽ delectant, reficiunt & confortant. operatio equidẽ virtuoſa, cibus eſt ani-
mę: & delectatio operationi bonę annexa, refectiua eſt potio. Quęlibet autẽ virtus & quodlibet
donum propriam habet delectationem actui ſuo coniunctam. & quoniam virtutes ſe inuicem
fulciunt, iuuant & roborant, immo & ſibi inuicem cedunt. quia nunc huius, nunc illius virtutis
inſiſtendum eſt actui, prout cauſa, locus, tempus ſeu alia exigunt, vna virtus & donum vnum alijs
facit conuiuium, & quælibet die ſuo. Deniq; ſecundum Greg. donum ſapientię in die ſuo conui Gregor.
uium facit, quoniã mentem de æternorum ſpe & certitudine reficit. Intellectus in die ſuo conui
uium parat, quia audita & credita penetrando cor reficit, & tenebras eius illuſtrat. Cõſilium die
ſuo conuiuium exhibet, quia dum eſſe pręcipitem prohibet, ratione animum replet. Fortitudo
in ſuo, quia dum aduerſa non trepidat, trepidanti menti confidentię cibos apponit. Scientia in
ſuo, quia in ventre mentis ignorantię ieiunium ſuperat. Pietas in ſuo, quoniam cordis viſcera
miſericordię operibus implet. Timor in ſuo, quia dum premit mentem ne de pręſentibus ſuper-
biat, de futuris eam ſpei cibo cõfortat. De hac autem ſeptem donorũ ſpiritali conuiuio, pleniùs
dixi in tractatu de donis ſpiritus ſancti, vbi & verba hæc clarius fuerunt expoſita. [Et mittentes
vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis. Septem dona theologicas virtu-
tes ad epulandũ ſecum inuitant, quia eiſdem cõnexa ſunt, nec ſine eis operari aliquid meritorie
poſſunt. Cum enim ſit charitas animæ vita ſpiritalis, certum eſt, nullam actionem ſine charitate

coram Deo viuam aut meritoriam eſſe. ideo omnis operatio meritoria ex charitate procedit im-
peratiue. oportet autem in actibus meritorijs debitum ac vltimum finē intendi, quem fides mē-
Abac. 2. ti oſtendit. ideo ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide viuit, & ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Inſu-
Heb. 11. per in cunctis quæ meritorie agimus, æternæ felicitatis expectationem vel ſpem habere doce-
mur, æternamq; beatitudinem ad quam fides noſtram dirigit intentionem, ſpes facit eſſe pręſto-
labilem ac reputari nobis poſsibilem. quemadmodum autem theologicæ iſtæ virtutes dona a-
ctuant, diriguntatq; perficiunt, ſic & perficiūtur ab eis. dona quippe ad agendum expeditas red-
dunt ipſas virtutes & perficiunt eas, ſicut virtutes perficiunt animæ vires ad operandum. [Cum-
que in orbem tranſiſſent dies conuiuij] id eſt, cum virtutes & dona multas operationes laudabi-
les, delectationeſq; mundas & conſortationes produxiſſent in thalamo cordis, [mittebat ad eos
Iob] id eſt, vir virtuoſus ſalubriter dolens, rationis intuitum deſtinauit ad conſiderandum actus
præſatos, an eſſent vere virtuoſi, nō ſolum ex genere & quo ad ſubſtantiam actus, ſed & proprie,
& quantum ad circunſtantias ad actus veraciter virtuoſos exactas. Non enim ſufficit facere bo-
Rom. 12. num, niſi fiat & bene. propter quod dicit Apoſtolus: Rationabile obſequium veſtrum. Et Chri-
Marci 9. ſtus: Habęte, inquit, in vobis ſal, id eſt, diſcretionem in omnibus. [Et ſanctificabat illos] id eſt,
à defectuoſitatibus & culpis annexis purgauit, ſeparando pretioſum à vili, verum à falſo, bonum
à malo. Nempe ob imperfectiones, defectuoſitates & culpas, quæ bonis actibus noſtris iugiter
Eſaiæ 64. admiſcentur. loquitur Iſaias: Facti ſumus vt immundi omnes nos. quaſi pannus menſtruatæ vni-
uerſæ iuſtitiæ noſtræ. Quicquid enim boni eſt, Deo cum gratiarum actione attribuamus: quic-
quid imperfectionis & culpę miſcetur, noſtrum noſcamus, & pœnitēdo purgemus. [Conſurgēſ-
que diluculo] id eſt mane alacriter luce compunctionis perſuſus, & ſpiritalem diē mentia à pœ-
Pro. 4. nitentia inchoans. Iuſtorū enim ſemita quaſi lux ſplēdens procedit, & creſcit vſq; ad perfectā di-
em. Diluculo quippe prætéritæ noctis debemus culpas abluere, atq; ad fructuoſe deducendum
diem inſtantē, noſmetipſos ſpiritalibus armis accingere, ſicut de ſero elapſæ diei debemus pec-
cata corrigere, & ad noctem virtuoſe expendendam cor noſtrum diſponere. Somnolentis autē
Prou. 6. & acedioſis Salomon clamat: Vſquequo piger dormies? quādo conſurges de ſomno tuo? [Of-
Abacuc 2. ferebat holocauſta] i. orationes ſeruētes. [per ſingulos] i. pro remiſsione culparū, cuiuſlibet vir-
tutis ac doni actibus commixtarum. Itaque ſuper cuſtodiam noſtram ſtemus, nec de bonis quæ
agimus, inaniter gloriemur, aut ſtultiſsime tumeſcamus, neq; vana ſecuritate laxemur aut ignaui-
ter torpeamus, ſed de eo quod bonum eſt, Deo humiliter regratiemur: de eo autem quod no-
ſtra fragilitate ac cæcitate mali admixtum eſt, cordialiter doleamus: timoratiq; ſimus, ne Deo
reddamur ingrati, atque quotidie digne proficere ac coram Deo ſolicitius ambulare nitamur.
[Dicebat enim in corde ſuo] æquitatis zelator ac ſuæ ſalutis ſolicitus operator: [Ne forte pecca-
Auguſtin. uerint filij mei, & benedixerint] id eſt, maledixerint [Deo, &c.] ſecundum Auguſtinum: Vir-
tus eſt bonus habitus animi, quo bene viuitur, quo nullus male vtitur. Quomodo igitur timet
vir iuſtus, ne virtutes & dona egerint mala? Et reſpondendum quod donis & virtutibus nullus
male vtitur directe ac immediate, ſed indirecte & occaſionaliter. Actus namque à virtute elici-
tus, ſemper eſt virtuoſus, ſed virtus & donum fieri poſſunt occaſio delinquendi non ex ſe, ſed
ex rationis & voluntatis imperfectione, vtpote ratione erroneè ſubſumente, & eo quod bonum
eſt occaſionaliter male vtente, quemadmodum aliqui dicuntur ſe ex charitatis feruore ac ni-
mia deuotione deſtruere, quod non vere directe & elicitiue venit ex charitatis feruore & de-
uotione, ſed rationis indiſcretione atque errore. Itaque metuendum eſt iuſto, ne virtutes
& dona ſibi conceſſa peccauerint occaſionaliter, id eſt, mala habeant ſibi adiuncta, & vel ma-
gis vel minus quam debuit factum ſit. maledicunt inſuper Deo, dum erigunt hominem in ſpi-
ritalem ſuperbiam, vanitatem, iactantiam, dumque operans ſuis viribus tribuit aut meritis,
quod ex Dei puri pietate ſortitus eſt. Præterea hoſtis antiquus bona noſtra tribus modis inſe-
quitur. Interdum enim in principio maculat intentionem, interdum cum illam polluere ne-
quit, inficit actionem per admixtionem paſsionum & negligentiarum noſtrarum: quod cum fa-
cere nequit, inſidiatur operi iam completo, vt inde aliquid proprij commodi, fauoris, aut laudis
Galat. 6. inſipiēter quæramus. [Sic faciebat Iob cunctis diebus.] Ideo monet Apoſtolus, Benefaciētes no-
Matth. 10. lite deficere. tempore enim ſuo metemus non deficientes. Sola nēpe perſeuerātia dicitur coronari,
quia videlicet ſine ea nulla virtus feliciter præmiatur. Itaq; nō ſolū in bono perſeueremus, ſed &
opus Dei quotidie diligētius, perfectius atq; ardētius exequi ſtudeamus, & quo illud extat fre-
quētius, eo purius, vigilātiuſq; ſoluatur, alioquin torpore, & dāno mētis multiplici percutiemur.
[Quadā aūt die cum veniſſent filij Dei vt aſsiſterent corā domino, affuit inter eos ſatan.] Certū
omnino eſt, ſingulorum iuſtorum in hoc mundo recte dolentium per Iob ſignificatorum ange-
los certis vicibus de cælo ad terras deſcendere, hincque illuc redire, vota, preces & merita ſibi
commiſſorum Deo offerre, opem impendere, dæmones quoque non ceſſant pariter in con-
trarium niti, culpas obijcere, ad accuſandum aſtare, tentandi licentiam poſtulare. & ſi
DEVS quenquam electorum ſuorum ipſi ſatan laudauerit, aduerſarius illi non metuit
bona

bona ipſius interpretari ad malum, atq; præſumere: quod ſi à Deo permittatur laudatum tenta-
re, cito deijciet eum aduerſis, qui Deum in proſperis colere videbatur. Deus autem vallat ele-
ctos in ſeculo iſto varijs bonis, donis naturæ & gratiæ ac ſortunæ, generalibus ac ſpecialibus be
neficijs multis ac meritis copioſis, quæ dæmon molitur auſerre, ac per hoc tentatum ad impati-
entiam murmurationemque contra Deum ſuccendere. Deus inſuper electos ſuos permittit va-
rijs modis tentari, paulatimque granius inſeſtari, nunquam tamen permittit eos finaliter vinci
aut prorſus perire. Itaque iuxta hunc modum perfacile eſt, textum ſequentem ad quemcunque
iuſtum per ſanctum Iob deſignatum tropologice, applicare proportionabiliter ſecundum expo
ſitiones prehabitas. Quæ ergo ex preinductis clariſsime patent, tranſilio, ne nimia prolixitas tæ-
dium gignat. [Cum autem quadam die filij eius & filiæ comederent & biberet vinum in domo
fratris ſui primogeniti] id eſt, cum actus donorum atq; virtutum in thalamo ſapientiæ, quæ in a-
pice intellectus conſiſtit, ipſo vſu ac delectatione ſapientiæ roborarentur, ac perfunderentur lu
ce contemplationis ipſius. ſapientia quippe eſt primum atq; digniſsimum ſeptem donorum or-
dine perfectionis. [nuncius venit ad Iob, qui diceret, boues arabant] id eſt, conſiderationes iu-
diciales atq; ſapientiales quibus ratio regit hominem, cordiſque duritiam ad pœnitentiam fran
gendo emollit, mentem ad condignos pœnitentiæ ſructus parabant. [& aſinæ] id eſt, occupatio-
nes & curæ circa neceſsitudines corporales. [paſcebantur iuxta eos] id eſt, per rationem ordina Matth. 12.
bantur ſecundum exigentiam ſpiritalis profectus, ita quod ſuperfluæ non fuerunt, ſed impleba-
tur illud Apoſtoli: Habentes victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. [& irruerunt Sabæi] 1. Tim. 6.
id eſt, dæmones animarum latrocinatores. [Tuleruntque omnia] id eſt, ſuis tentationibus ani-
mam præſatis bonis cogitationibus ſpoliauerunt, vel eis vana ac ſriuola miſcuerunt, quẽadmo-
dum ait ſaluator in euangelio: Semen eſt verbum Dei, & volucres cæli, id eſt, dæmones auferunt Lucæ 8.
illud. [Et pueros percuſſerunt gladio. imperſectas enim boni conceptiones & affectiones gla-
dio ſuæ ſuggeſtionis de facili perimunt. [Pueros quoque] id eſt, circunſpectores & quaſi cu-
ſtodes cogitationum bonarum multoties obruunt. [& euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi.] iſte
qui ſolus euadit, & homini damnum quod paſſus eſt indicat, eſt conſideratiuus rationis diſcur-
ſus, qui naturalis eſt rationi, quem nec peccata, nec tentatio totaliter auſerunt, per quem homo
tentatus & victus priſtina deuotione ac opibus animæ ſe depræhendit priuatum. [Ignis dei de-
ſcendit de cælo] id eſt, tentatio æſtus carnalis, iræ, indignationis ſeu impatientiæ à Deo permiſ-
ſa, ab aërijs poteſtatibus eſt immiſſa, de quibus ait Apoſtolus, quod colluctatio nobis eſt con- Ephes. 6
tra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. [& tactas oues] id eſt, cogitationes affectioneſque pias in-
nocentes ac ſimplices. [Pueroſque] i. circumſpectores illarum cuſtodes [conſumpſit.] vnum
enim contrariorum, aliud corrumpit ac tollit. [Et euaſi ego ſolus,] quia per conſideratiuum
rationis diſcurſum iſtud homini innoteſcit. [Adhuc illo loquente] frequenter enim, procu-
rante diabolo, tentatio ſuper tentationem aduenit homini, vt dum deliberationis non interue-
nit mora, ſubitis ac inundantibus frangantur aduerſis. [Venit alius & dixit: Chaldæi] id eſt, dæ-
mones ferociſsimi, ad omne vitium dirigentes. [ſecerunt tres turmas,] quia per ſeipſos, per
mundum & carnem impugnant electos, ſed & quidam illorum inducunt ad diuerſa peccata, &
quidam eorum occulte impugnant, quidam apertius tentant, quidam apertiſsime etiam ſenſi-
biliter apparendo, interdum vſque ad verbera ſeu terrores proſiliunt. [& inuaſerunt camelos]
id eſt, cogitatus atque affectus compaſsionis ac motus olim rudes ac tortos, nunc reſormatos
ſuis tentationibus abſtulerunt. [Filijs tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in do-
mo fratris ſui primogeniti.] quod modo expoſitum eſt. [Ventus vehemens] id eſt, impetu-
oſa & grandis tentatio, [irruit à regione deſerti] id eſt, à dæmonum diuinitus derelictorum col-
legio. [Et concuſsit quatuor angulos domus] id eſt, virtutes cardinales, quæ quatuor ſunt, qui-
bus interior fabrica animi virtuoſa ſtabilitur ac ſuſtentatur. [Quæ corruens oppreſsit liberos
tuos, & mortui ſunt] id eſt, dona ſpiritus ſancti extinxit. virtutes namque & dona connexa ſunt,
potiſsime quantum ad eſſe ſormatum, & quocunque peccato mortali tolluntur. Iſtud autem
percipit victus diſcurſu rationis ſibi id nunciante, & ſacit quod ſubditur: [Tunc ſurrexit
IOB] id eſt, iuſtus ſic tentatione deiectus, caſum ſuum intelligens, de ruina peccati, quæ fuit ia-
cuitque proſtratus, caducis, vanis ac infimis inhærendo, per pœnitentiam conſurrexit, contra
hoſtes ſuæ ſalutis mentem erexit, ad recuperandum deperdita ſe armauit. [& ſcidit veſtimenta
ſua] id eſt, carnes ſuas, ſeu corporis membra, quibus quaſi veſtitur ac tegitur anima, flagellis at-
triuit & grauiter caſtigauit. Debemus nempe Dei iniuriam in nobiſmetipſis vlciſci, corpuſque
ieiunijs, diſciplinis atque laboribus virtuoſis vſque ad laſsitudinem rationabiliter exercere.
Per veſtimenta quoque poſſunt intelligi opera, iuxta quod in Apocalypſi loquitur Chriſtus:
Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Ve- Apoc. 3
ſtimenta hæc pœnitens ſcindit, quia opera quibus deliquit, deſtruit, & abhorret. [Et tonſo
capite] id eſt, cogitationibus cordis, quibus inaniter gloriabatur, ſeque ornari putabat, auulſis,

ſentire incipit humiliter de ſeipſo. ideo ſubditur: [Corruit in terram,] Deo humiliſime ſe pro-
Gen. 3. ſternens, puluerem quoq́, & cinerem ſe eſſe cognoſcēs, iuxta id Pſalmi: Humiliata eſt in pulue-
re anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. [Et adorauit] Deum pro venia flagitās,
Pſalm. 43. maieſtatem Dei & vilitatem ſui perpendens. Multis enim ad recognoſcendum ac reuoluen-
dum indeſinenter propriam inſufficientiam, defectuoſitatem & vilitatem, atque ad omne viti-
um pronitatem, aliquando occaſionaliter expedit tentationibus vinci, vt cautiores reſurgant,
ac de cætero cuſtoditius viuant. Ideo dicit Gregorius: Mira nobiſcum diſpenſatione agitur, vt
Gregor. mens noſtra culpæ nonnunquam pulſatione feriatur. nam eſſe ſe magnarum virium homo cre-
deret, ſi nullum vnquam earundem virium defectum intra mentis arcana ſentiret. ſed dum ten-
tatione irruente quatitur, & quaſi vltra quam ſufficit fatigatur, ei contra hoſtis ſui inſidias munī-
men oſtenditur: & vnde ſe timet enormiter cadere, inde accipit ſtare. [& dixit: Nudus egreſſus
ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.] Ad vitandum abſorbentem ſuperfluumq́ue
mœrorē ſiue de exterioribus ſiue de interiorib. dānis, atq; ad reſocillandā ſpem, poteſt & debet
quicunque fidelis per Iob ſignificatus grauiterq́; tentatus, & damna vel temporalium rerum vel
ſpiritualium paſſus bonorum, verba hæc dicere, ſecundum ſenſum quo ad literam expoſita ſunt
de Iob articulo tertio. Spiritualius autem loquendo, per matrem intelligitur Eccleſia; per vte-
Ioan. 3. Gen. 2. rum matris, baptiſmus, in quo intus renaſcimur, & de quo nudi egredimur, non quantum ad ha-
bitus gratiæ & virtutum atque donorum, quippe cum hæc in baptiſmate infundantur, ſed quan-
tum ad actus eorum ac propria merita. Vnde infantes baptizati ante diſcretionem decedentes,
non ſuo, ſed merito Chriſti ſaluantur. Denique propriam infirmitatem penſantes, fatemur
quòd nudi reuertamur illuc, id eſt, ſine proprijs meritis decedemus, vel quia proprijs viribus
non habebimus ea, vel quia ſi habuerimus, non nobis ea, ſed diuinæ aſſcribemus clementię. Do-
minus dedit quicquid boni in nobis extiterit, cum & merita noſtra eius ſint dona, dicente Apo-
1. Cor. 4. ſtolo: Quid habes quod non accepiſti? Et Iacobus: Omne, inquit, donum optimum & omne
Iacob. 1. datum perfectum, de ſurſum eſt deſcendens. [Dominus abſtulit] dona gratiæ & virtutum. De-
us non auſert niſi ob noſtra demerita, vtpote permiſsiue. exteriora vero quanque aufert & ef-
fectiue. [ſicut Domino placuit, ita factum eſt] non quòd noſtra ruina, & tentationi ſuccum-
bere directè placeat Deo, ſed quòd tētabamur, eius venit licentia ac permiſſu. Itemq́ue inquā-
tum electis viciſsim expedit cadere, aliquo modo placet Deo eorum ruina, non vt eſt culpa, ſed
vt eſt ad maiorem cautelam, humiliationem ac feruorem proficua. [ſit nomen Domini benedi-
ctum.] quicquid enim mali acciderit nobis, DEO gratias referre debemus, non de ipſo malo
culpæ ſecundum ſe, ſed de iuſto Dei iudicio, quo ſic relinqui ac labi meruimus: maxime quo-
que de hoc, quòd poſt culpam nos ex ſua infinita miſericordia ad pœnitentiam illuſtrauit, quòd
peccantes nos non ſtatim occidit, ad inferoſq́; proiecit, ſed pro malo reddidit bonū. [In omni-
bus his non peccauit Iob labijs ſuis.] quia vir bonus quicquid ei contingat, qualitercunq́, ten-
tetur ac ſuperetur, Deo nequaquam debet culpam imponere, nec cauſam ſuæ ruinæ in ipſum im-
pie retorquere, ſicut de impijs ſcribitur: Quoniam declinauerunt in te mala. [Nec ſtultum quid
Pſalm. 20. contra Deum loquutus eſt,] ſed totam ſuæ peruerſæ voluntati culpam ſapienter impoſuit. Po-
ſtremo quæ de donis gratię gratum facientis expoſita ſunt, quo ad viros fideles per Iob deſigna-
tos, poſſunt exponi & de donis gratiæ gratis datæ, vt ſunt ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, gra-
tia ſanitatum, linguarum ac prophetiæ, &c. quæ hominibus quanque diſpenſatiue vtiliterq́ue
tolluntur, ſiue ad tempus, ſiue iugiter. ſed & de exterioribus bonis, quo ad aliquos opulentos.
quidam enim in euangelica lege tentati ſunt & perpeſsi ſingulariter ſimiliter S. Iob, præſertim
B. Euſtachius, ſecundum quod Chriſtus ei in ſua conuerſione prædixit, vt in eius Legenda ha-
betur.

Expoſitio literalis II. Capituli, Factum eſt autem cum quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino. Art. VII.

PAulatim ad declarandū patientiam atque conſtantiam S. Iob, tentatio eius ſuccreſcit & gra-
uior fit. Contingit nempe ſæpe virū conſtantem temporalium opum ablationē ęquanimiter
ferre, tamen prolis ſuę orbationē doloroſius, quam oportet, deflere. Alium aūt conſtantiorem,
contingit vtrunq; iſtorum patienter perferre, qui nihilominus propter proprij corporis amariſ-
ſimam afflictionē ad impatientiam concitatur. Vt ergo B. Iob perfecte conſtans ac patiens com-
probetur, inducitur præſens capitulum, recitans quomodo propriæ perſonæ tribulationem diriſ-
ſimam tulerit patienter. Vnde & Stoici aſſerebant, quòd in ſapientem non cadit perturbatio mē-
tis, vt propter quodcunque perturbans in euentu rerum vel filiorum aut proprię perſonę quip-
piam indecens meditetur, dicat aut faciat. Hinc decuit Iob probari in periculis propriæ perſo-
næ ſuæq́ue famæ atque honoris. nam & fama præponenda eſt opibus, diffamiaq́ue vitanda, in-
quantum eſt aliorum ſcandalizatiua & Dei inhonoratiua. [Factum eſt autem cum quadam die
veniſſent

veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſetque ſatan inter eos, & ſtaret in conſpectu
eius, vt diceret dominus ad ſatan:] verba hæc præcedenti capitulo ſcripta ſunt, tribuſque præin-
ductis articulis diffuſe expoſita, nec facilibus & præexpoſitis arbitror immorandum. [Vnde ve-
nis?] per hoc quod dominus ait nunc ad ſatan, Vnde venis, implicite ſuperbiam eius præſumpti- Gregorius
onemque percutit, ſecundum Gregorium. quaſi dominus dicat, Ecce nunc ab vno mortali homi
mine vinceris, qui te contra creatorem tuum erigere niteris. [Qui reſpondens, ait: Circuiui ter-
ram & perambulaui eam. Et dixit dominus ad ſatan: Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob,
quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?] totum
vt ſupra, vſq; ibi, [& adhuc retinens innocentiam] id eſt, cordis à culpa immunitatem, ita quod
peccando nec ſibi nec alteri intulit nocumentum ſiue iniuriam, etiam inter tot flagella, & poſt
tantam tribulationem. nam & aliqui aduerſa, dum inferuntur, æquanimiter tolerant: ſed eis fini-
tis, ex ſola eorum recordatione ad impatientiam inflammantur, quod ex ſuperbia ſolet accide-
re. Talis autem non fuit Iob. Vnde nunc vltra præfatas eius virtutes de innocentia quoque con-
ſtanti commendatur, quam vtique in proſperis glorioſe ſeruauit, glorioſius autem in aduerſis.
[Tu autem commouiſti me aduerſus eum.] Aeternus & inuariabilis Deus, æternaliter vno mo-
do ſe habens, in quo idem ſunt, eſſe, poſſe & agere, ſeu eſſentia, potentia, actio, nihil de nouo con
cipit aut vult, nec per quenquam ad aliquid agendum prouocatur, accenditur aut mouetur: ſed
ipſe ex ſua pietate loquitur in ſcripturis more humano, noſtræ condeſcendens capacitati, vt me-
lius capiamus diuina. Sicut ergo fertur iraſci aut pœnitere, dum per modum irati aut pœnitentis
ſe habet, ita nunc dicitur commoueri, quoniam inſtar commoti ſe habuit, dum ad inſtantiam ſa Malach. 3.
tanæ virum iuſtum tradidit impio tribulandum. Vnde ſecundum Albertum, cum dicitur, Com- Albertus.
mouiſti me, anthropoſpathos eſt, vt ſit ſenſus, Mouiſti, vt tuæ eum tentationi exponerem. homi-
nes quippe ab aliquo commoueri dicuntur, dum propter illum quippiam agunt. Inuariabilitatẽ
autem ſuam Deus fatetur, dicens: Ego dominus, & non mutor. [vt affligerem] id eſt, à te affligi
permitterem, [eum fruſtra] ſecundum Albertum & Thomam, quod ait, Fruſtra, non ad Dei, ſed Thomas. Albertus.
ſatanæ intentionem refertur. nam & Philoſophus dicit, Deus & natura nihil faciunt fruſtra. De-
us etenim permiſit Iob tentari ad ſuæ patientiæ demonſtrationem, gratiæ incrementum, meriti
cumulum, atque ad noſtram ædificationem. quod totum ſic accidit, ſicut Deus intendit. ſatan ve
ro tentauit, vt virum ſanctum ad murmurationem blaſphemiamq; induceret: quod ſortitus non
eſt, immo oppoſitũ accidit. ideo eius intentio eſt fruſtrata, id eſt, fine intento priuata: quia vt di- Philoſop.
citur ſecundo Phyſicorum, Fruſtrà fit, quod finem intentum non obtinet, quemadmodum medi
cina ad quam non ſequitur ſanitas. Et in hoc differt à vano, quoniam vanum nec eſt ad finem,
nec finem conſequitur, vt motus digiti, quãdo propter nihil ſine aduertẽtia mouetur. Porro ope Rabbi
ra hominis propter aliquid fiunt quinq; modis, vt dicit Rabbi Moſes in tertio Collatio. ducis neu Moſes.
trorum. Aut enim fiunt propter bonum honeſtum, aut propter bonum delectabile, aut propter
vtile, aut propter ludum, & tunc conſequitur finem. Aut fiunt propter aliquid, & non conſequũ-
tur illud, & tunc fiunt fruſtra, vt quis vadit ad forum vt ſumat pecuniam, quam ſi non acceperit,
fruſtra iuit. Vana vero ſunt, in quibus nihil intendit. in operibus autem Dei eſt honeſtum & dele
ctabile ac vtile, luſiuum nihil: quia luſiuus eſt mollis, vt dicitur ſeptimo Ethicorum. Fruſtra non
eſt quia omnia refert ad ſeipſum. nihilque vanum, quia in omnibus intendit ſeipſum. Verba hęc Philoſop.
ſunt partim intricata & reſolutionis egentia, cum & in prouerbijs increata ſapiẽtia vnigenitus pa Prouer. 8.
tris dicat: Delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terra- Gregorius
rum. Veruntamen Gregorius tangit, quomodo quod dicitur, Fruſtra, poſſit referri ad Deum, vt
dicatur afflixiſſe ſanctum Iob fruſtra, quia ſine eius demerito, ſcilicet ſine culpa, quæ ſolet eſ-
ſe cõmunis cauſa percuſſionis humanæ. [Cui reſpondit ſatan & ait:] improbus & impudens ca-
lumniator ſemel repulſus ac victus, non ceſſat inſidiari, volens adhuc probare quad Iob patienti
am non ſeruauit ex Dei amore, ſed amore priuato, timens ſibimetipſi, ne ſcilicet ſi murmuraret
contra Deum, contingeret ſibi ſicut contigit filijs ſuis, ſicque non propter Dei honorem, ſed ob
corporis ſui vitam & ſanitatem ſeruandam, fecit quæ bona apparuerunt, ita quod intentio eius
fuit ſemper obliqua & ad commodum corporale. ideo ſatan ait: Pellem pro pelle, id eſt, pellem
ſeu corporis partem duriorem, exponit homo periculo pro pelle ſeu corporis ſui parte teneriori
ac chariori, vt manum pro oculi defenſione. Vel ſic: [Pellem pro pelle] id eſt, corpus alterius
permitteret homo æquanimiter percuti, vt proprium corpus poſsit à cæde eruere, per hoc inſinu-
ans, quod I O B filiorum ſuorum mortem patienter tulit, ne propria ſua caro diuinitus plagare-
tur. [Et cuncta quæ habet homo,] omnes videlicet opes. [dabit pro anima ſua] id eſt, pro vita
ſua tuenda & conſeruanda. libentius etenim exteriora amittit, quam propriam vitam,
cum illa ordinentur ad corporalis vitæ ſuſtentationem. quamuis quidam ex pertinacia ma-
lint occidi, quam ſua alicui dare, dum per violentiam impetuntur, & ſciant ſe non poſſe reſiſte-
re. quod (ſecundum Thomam) eſt vitioſum, quoniam minus bonũ pro conſeruatione maioris

 boni eſt

boni eſt exponendum. [Alioquin] id eſt, ſi vt dico, non eſt, nec creditur mihi, [mitte manum tu-
am] id eſt, poteſtatem axerce. [& tange] id eſt, à me tangi deſine, [os eius & carnem] id eſt, non
ſolũ circa ſuperficiem corporis ſui, ſed vſq; ad interiora corporis diſtẽperetur & torqueatur, [&
tunc videbis] in ipſo effectu, quod nunc vides in teipſo. Deus enim quamuis à rebus notitiã nuſ
quam accipiat, ſed omnia in ſuę æternę ſapientię conſpiciat luce, ſic tamẽ cognoſcit res in ſeipſo,
vt nihilominus cognoſcat eas in ſuis naturis atq; affectibus, i. In ſeipſo cognoſcit, quãdo & quo-
modo res ſunt in proprijs exiſtentijs ac naturis, & quando ita non ſunt. vel, videbis, i. alios ſcire vi
Gene. 22. dereq; facies, iuxta illud Dei ad Abraam, Nunc cognoui quod timeas Deum, & non peperceris fi
lio tuo. [quod in faciẽ benedicat tibi] i. palam maledicet. de iſtis, quia iam ante prolixe expoſi-
ta ſunt, tranſeo. quod aũt in ſcripturis benedictio Dei hoc modo pro ſuo accipiatur contrario,
3. Reg. 21. conſtat ex eo quod 3. Reg. Iezabel impijſsima ſcripſit ciuibus Naboth, vt producerent contra eũ
teſtes, dicentes: Benedixit Naboth Deo & regi. [Dixit ergo dominus ad ſatã:] vt eius falſitatem
oſtenderet, & ſancti Iob declararet virtutes, præmiumq́ue augeret. [Ecce in manu tua eſt] id eſt,
poteſtati tuæ eum trado tentandum & affligendum in corpore infra mortem. Nõ enim ſeruos ſu
os dominus omnino tradit ſatanæ voluntati ac poteſtati tentandos, ſed ſecũdum menſuram de-
centem ac complacentem ſibi. [Veruntamen animam illius ſerua] id eſt, animalem ſeu corpora-
Rabbi Moſes. lem ipſius vitam non præſumas extinguere, quod vtiq;, viſa patientia Iob, ſatan feciſſet, ſi permiſ
ſus fuiſſet. Rabbi Moſes autem, quod dicitur, animã illius ſerua, exponit de eo quod manet poſt
mortem. ſed quia id immortificabile eſt, prior expoſitio aptior iudicatur, niſi forte intelligatur
Gregorius de morte peccati, vt ſit ſenſus: Animam illius ſerua, id eſt, ad peccatum eam non induces. vnde
Gregorius ait: Seruare ſatan dicitur, irrumpere non audere. ſicut enim Deus inducera nos in tẽ-
tationem dicitur, ſi non induci ab aduerſario patiatur: ſic ſatan ſeruare animam dicitur, cum hãc
Exod. 4. tentando ſuperare prohibetur. Itaq; ſicut Deus aſſeritur reprobos indurare & excæcare, nõ quod
indurationis directe ſit cauſa, ſed quia non remouet eam, faciendo eius oppoſitum: ſic ſatan ani
mam à morte peccati ſeruare nunc fertur, non quod conſeruationem in bono efficiat, ſed quia
eius oppoſitum inferre nequibit. ſicq́ue expoſitio Rabbi Moſis erit ſubtilis, intelligendo per ani
mam vſum rationis, vt ſcilicet Dominus innuat afflictionem non eſſe tantam debere, quod ratio
nis tolleret vſum. Sic quoque vt recitat Lyra, rabbi Salomon interpretatur. [Egreſſus ergo ſatan
à facie domini,] quod ſupra expoſitum eſt: [percuſsit Iob vlcere peſsimo] id eſt, pœnaliſsimo
&(vt quidam dicunt) incurabili: quod non apparet, ſi paulo ante per animam vita corporalis ac
animalis intelligatur. ſic enim hoc vlcus mortem naturaliter intuliſſet, quod dominus prohibuit
ſatan, niſi quis dicat quod dominus prohibuit ne eum ſubito vel in breui necaret. aliqui enim
incurabiles morbi ſatis diu ſtant ſimul cum vita. [à planta pedis vſque ad verticem eius.] ſcilicet
Eſaiæ 1. capitis, ita quod toto fuit corpore vlceroſus. potuit dici de Iob illud Eſaiæ, A planta pedis vſque
Pſal. 104. ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas. vulnus & liuor & plaga tumens. vnde hoc loco ſingu-
Exod. 10. lare ponitur pro plurali, ſcilicet vlcus pro innumerabilibus pene vlceribus, ſicut in Pſalm. Di-
Albertus Galenus. xit, & venit locuſta. pro quo in Exodo ſcribitur, Venit locuſta grauiſsima. Dicit autem Albertus:
Vlcus calido interiori & humido putreſcente, in fontes membrorum ebulliens, lepra eſt, vt dicit
Galenus. quod peſsimum dicitur, quia ex corruptione omnium generatur humorum. puto ta-
men, inquit, quod fuit herpeſtiomenus. Illa namque corrodit carnem & oſſa, ſecundum Gale-
Gregorius num. Gregorius quoque ait: Duobus modis flagella penſanda ſunt, ſcilicet qualia ſint & quan-
ta, id eſt, quam multa & quam grauia. ſæpe enim ſi multa ſunt, leuigantur, ſi non ſint grauia: &
rurſus leuigantur, ſi cum ſint grauia, non ſint multa. Ad inſinuandum ergo acerbiſsimam ſancti
Iob afflictionem, dicitur percuſſus vlcere peſsimo, quo ad qualitatem: & à calcaneo vſq; ad verti
cem, quo ad quantitatem, ita quod flagella eius fuerunt multitudine & magnitudine præacerba.
[Qui teſta] id eſt fragmento fictilis vaſis, [ſaniem radebat,] id eſt, ſcatentes ex vulneribus humo
res dure depoſuit, ita quod magis abraſit quam terſit. [ſedens in ſterquilinio.] ſolent ægrotanti-
bus remedia lenitiua exterius adhiberi, molliaque ſtramenta ſupponi, & loca amœna & ſuaues
odores his prouideri, quorum nullo, ſed eorum contrarijs vſus eſt Iob, ſcilicet teſta & fœtido lo
co, quod ſecundum Thomam & alios dupliciter contingere potuit. Vel quia IOB fuit om-
nino depauperatus, cunctis ſuis exterioribus bonis ei ablatis. Illa enim dominus dedit ſatanæ
poteſtati. Vel quia Iob ſponte auxit ſibi dolorem, ſeque vltra neceſsitatem humiliauit ad pati
2. Reg. 15. entiæ demonſtrationem, & vt miſericordiam Dei citius impetraret, ſicut & Dauid fugiens Ab-
2. Reg. 16. ſolonem, nudis pedibus flens inceſsit, & maledictiones atque iniurias Semei patientiſsime tu-
lit, vt ſecundo Regum libro legitur. Et apparet quibuſdam quod primum iſtorum ſit ſatis pro-
babile. potius autem reor ſecundum verius eſſe, tum quoniam ſcriptum eſt quod vte nſilia do-
mus IOB fuerunt ablata, aut domus eius combuſta, nec potuit tanta ei eſſe paupertas, quin ali-
um locũ faciliter inueniſſet, quam ſterquilinioſum: aptius quoq; inſtrumentũ mundandi, quam
teſtam. nec veriſimile, quod vir tantæ bonitatis fuerit à ſuis cognatis ac vicinis, in quorũ medio
habitauit,

habitabit, ita contemptus, quin ei in mutatione lecti & ſimilium neceſſariorum libenter ſuccur-
riſſet. Ex maxima ergo ſibijpſius humiliatione, contemptu, patientia, deuotione hæc fecit. & ſe-
cundum Albertum, manum percutientis adiuuit, ne mollibus vtens, leuius ferret, & ſub manu
diſciplinantis ſedit immobilis in loco fœtido & immundo. Hinc dicit Gregorius: Hoc ſacto pa- Gregorius
tenter oſtenditur, corpus ſuum quomodo ſibi ſanum Iob ſubdidit, quod & percuſſum ſic deſpici
ens curauit. quam ille mollitiem ſuę ſanę carni conceſsit, qui non veſtem, non digitos, ſed teſtam
etiam vulneribus admouit? Iterum ait: Intueri libet quid eſt quod omnipotens Deus, quos ſibi
tam charos inæternum conſpicit, tam vehementer quaſi deſpiciens affligit. Ecce dum beati Iob Lucæ 1.
vulnera cruciatuſq́; conſidero, repente mentis oculos ad Ioannem Baptiſtam reduco: & non ſine Ioan. 3. Matth. 11.
grauiſsima admiratione perpendo, quod ille in vtero matris ſpiritu ſancto impletus, ſponſi ami- Lucæ 7.
cus, quo inter natos mulierum maior nemo ſurrexit, propheta & plus quam propheta, ab iniquis Mar. 6.
in carcerem mittitur, & pro puellæ ſaltatu capite truncatur, ac tantæ virtutis vir pro riſu turpi-
um moritur, & pro temulenti verbis in præmium ſaltationis occiditur. Quid eſt quod omnipo
tēs Deus ſic vehemēter in hoc ſeculo deſpicit, quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit, niſi hoc ꝙ pi
etati fideliū patet, quoniā ſic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in ſummis:
& foras vſque deſpecta deijcit, quia intus vſque ad incomprehenſibilia perducit? Quid ergo il-
lic paſſuri ſunt quos reprobat, ſi hic ſic cruciat quos amat? [Dixit autem illi vxor ſua,] quam ſa-
tan viuam reliquit, vt per eam ſanctum virum tentaret, ſciēs quomodo viri ſoleant vxoribus de-
cipi. non enim videtur quin licentiam habuit auferendi vxorem, quemadmodum filios. [Ad-
huc permanes in ſimplicitate tua?] quaſi dicat, mirum eſt quod tot aduerſitatibus preſſus, non-
dū intelligis quod ſimplicitas tua fuit inanis, & quod infructuoſum fuit tibi ſimpliciter viuere.
Mulier iſta fuit de numero imperfectorum, qui cum cernunt bonis in ſeculo iſto euenire aduer
ſa, maliſque proſpera, ſcandalizantur & putant inutile eſſe ſeruire Deo, quaſi in præſenti vita eſ-
ſet retributio vltimata. contra quos dominus ait per Malachiam: Inualuerunt ſuper me verba ve
ſtra, & dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit domino. & quod emolumentum quia cuſtodiuimus pręce- Malac. 3.
pta eius, & ambulauimus triſtes coram domino? ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiqui-
dem ædificati ſunt. [Benedic DEO, & morere.] non conſulendo, ſed deridendo hoc dicit.
quaſi pronunciet, ſi amplius benedixeris & gratias egeris Deo poſt iſtam aduerſitatem, ſicut iam
ante benedixiſti ei poſt filiorum tuorum mortem, nil reſtat niſi vt tua augeatur afflictio, & diſce
das. quaſi diceret, ſi per oppoſitū malediceres Deo, viueres: & bene tibi ſuccederet, ſicut & alijs
fraudulentis, vel ex impatiētia dicit hoc, vt ſit ſenſus, quia benedicēte te Deo, tot tibi contigerūt
aduerſa, maledic ei, & morere: quia in tanta miſeria melior tibi eſt mors quam vita, ſicq́; ad de-
ſperationem ac blaſphemiam prouocauit. [Qui ait ad illam] inſtructiue, quoniam vir tenetur
vxori correctionem & inſtructionem. [Quaſi vna de ſtultis mulieribus loqunta es,] quia con-
tra veram ſapientiam ſunt quæ dicis, &. Quaſi, dicit hic veritatem, non ſimilitudinem tan-
tum. nec ait abſolute, quaſi vna de mulieribus, ne vitium ſexui imputetur. Nec etiam dicit,
quaſi vna de malis mulieribus, ſed quaſi vna de ſtultis, vt iniquitas eius per ſtultitiam quodam-
modo alleuietur. nam & mulier hæc ex ſubita tentatione, animi inſtabilitate, fœminea commo-
tione ac rationis debilitate magis quam ex malitia videtur peccaſſe. Et quoniam vxor hæc non
tam viro, quam diuinæ prouidentiæ derogauit, ſanctus Iob Dei iniuriam diſsimulare nō quiuit,
nec debuit: quoniam teſte Chryſoſtomo, quamuis pium ſit propriam iniuriam æquanimiter ſer
re, tamen Dei iniuriam impium eſt ſuſtinere. deinde contra ſtultitiā inſtruit eā. [Si] pro quia [bo
na ſuſcepimus de manu domini,] i. opulentiam rerū, ꝓlis fœcunditatem, corporis ſanitatem, &
quicquid habemus ac ſumus. & præſertim dona gratiæ in exhibitione, donaq́; gloriæ in promiſ-
ſione. [mala] pœnalia, i. aduerſa, [quare non ſuſtineamus?] i. cur ea patienter ferre nō debemus?
tanquam dicat, Immo debemus ea cum patiētia tolerare, eo ꝙ omnia noſtra bona ſint Dei dona,
qui ſicut ſponte ac miſericorditer dedit, ſic libere ac iuſte tollere ſua poteſt: nec noſtrum eſt mur
murare, ſed in omnibus regia via incedere, vt nec proſperis inaniter erigamur, neque aduerſis
eneruiter deprimamur, quemadmodum ad Epheſios ſcribit Apoſtolus: Scio humiliari, ſcio & Ephe. 6.
abundare: propter quod dicit Gregorius: Magna conſolatio tribulationis eſt, ſi cum aduerſa pa- Gregorius
timur, Dei dona ad memoriam reuocemus. Hinc namque in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: In die Eccl. 11.
bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorum. [In omnibus
his non peccauit Iob labijs ſuis] quia nec loquenda tacuit, nec tacenda expreſsit. nos autem
duobus modis labijs noſtris peccamus, videlicet vel iniuſta dicendo, aut iuſta tacendo. Pa-
tet itaque ex inductis, quod vndique tribulatio IOB augetur. nam ægris atque afflictis ſolent
verba conſolatoria pro releuamine dici, pro quo ipſi IOB verba deriſoria, inuectiua & incre-
patoria ſunt prolata, non ſolum à coniuge, ſed à tribus quoque præcipuis ſuis amicis, & dein-
ceps à quarto, per quos ſatan tentat eum per derogationem honoris. imponebant etenim ſancto
Iob multiplicem culpam, ſicut patebit. [Igitur audientes tres amici IOB omne malum]

pœnæ[quod accidiſſet ei,] tanta nãq; tanti viri aduerſitas, tã inaudita atq; inſolita velociter vn-
diq; vulgabatur. [venerũt ſinguli de loco ſuo.] multos autem habuit Iob amicos, ſed iſti amplio
ri, immo & ſpecialiſsima amicitia fuerant ei coniuncti, ſicut ex facto oſtenſum eſt. [Eliphat The
manites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites.] Iſti tres viri, reges vocantur in lib. Tobiæ,
Tob. 2. Ambroſ. quo legitur: Sicut beato Iob inſultabant reges, ita Tobiæ parentes & cognati eius. Ambroſius
quoque in libro de officijs, nominat eos reges. illis quippe temporibus reges quidem non erant
tot vrbibus, locis ſeu villis prędidentes, vt modo communiter, prout ex libro Ioſue conſtat. Siqui-
Ioſue 12. dem filij Iſrael in terra Chanaan occiderunt triginta vnum reges. vnde & viri hi tres à ſuis vrbi-
bus ſeu terris cognomina ſortiuntur. [Condixerant enim] ſibi [vt partier venientes, viſitarent
eum & conſolarentur.] & puto quod non ſine magna & condecenti familia aduenerunt. In hoc
autem condictu & viſitatione hac oſtenderunt ſe veros amicos, quia amicum ſuum in neceſsi-
tate, afflictione, inopia non reliquerunt, vnde & ſimul venerunt, vt grauiſsime afflictum abun-
Eccl. 6. dantius pariter conſolarentur. Hinc in Eccleſiaſtico habetur: Si poſsides amicum, In tentatio-
Eccl. 12. ne poſside eum, & ne facile credas ei teipſum. eſt enim amicus, & non permanet in die tribulati-
onis. Et alibi: In triſtitia viri amicus agnitus eſt. Denique amici præſentia & aſpectus, conſo-
latorij ſunt, & amicorum compaſsio conſolatiua eſt: quia per hanc aduerſitas, quę eſt velut onus
graue, leuius fertur. & quoniam delectabiliſsimum eſt ſumere experimentum de amicitia alicu
ius, quod potiſsime accipitur ex compaſsione in aduerſis, idcirco compaſsio inquantum de cõ-
ſolatione adducit, tamen de afflictione dirimit. triſtitia namq; ex admixtione delectationis al-
leuiatur, propter quod Eccleſiaſticus ait: Amicus fidelis, protectio fortis. qui inuenit illum, in-
Eccl. 6. uenit theſaurum. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis. [Cumque eleuaſſent
oculos procul] id eſt, à tanta diſtantia, qua homo poteſt determinate per viſum cognoſci, [non
cognouerunt eum] per viſum, propter maximam ſui corporis ac veſtitus & priſtinę diſpoſitionis
immutationem. veruntamen aliunde, ſcilicet ex relatu, ſciuerunt quod ipſe eſſet qui ita ſede-
bat. aliter non feciſſent, quod ſubditur: [Et exclamantes] præ compaſsionis vehementia, [plora
uerunt, ſciſsiſque veſtibus] ad mœroris indicium, & vt nudato congruerent, [ſparſerunt pulue-
rem ſuper caput ſuum in cælum] id eſt, puluerem in aerem proijciebant, & capitibus ſuperpoſue
runt, à Deo cæli conſolationem poſcentes, & ſuum affectum atque effectum affectui effectuique
amici afflicti fideliter conformantes, cum humiliato & deiecto ſe humiliantes ac deijcientes, &
malum ipſius quaſi proprium æſtimantes, vt amicitia vera requirit: quia & hoc præſertim lenit
afflicti dolorem, dicente Gregorio: Ordo conſolationis eſt, vt cum volumus quempiam affli-
Gregorius ctum à mœrore ſuſpendere, ſtudeamus prius mœrendo eius luctui concordare. dolentem nam-
que non poteſt conſolari, qui non concordat dolori. quia eo ipſo quo à mœrentis dolore diſcre
pat, minus ab illo recipitur, à quo mentis qualitate ſeparatur. Neque enim ferrum ferro coniun-
gitur, ſi non vtrunque exuſtione ignis liquetur. [& ſederunt cum eo in terra] quod magnæ exti-
Idem. tit humilitatis. [ſeptem diebus & ſeptem noctibus.] quod magnæ fuit longanimitatis. Porro
Gregorius relinquit ſub dubio, an toto tempore hoc continue manſerint ſecum, an frequenter
Thomas. viſitauerint eum infra hos dies. Thomas vero alijque communiter dicunt, quod non continue
ibi ſecum fuerunt, ſed congruentibus horis. Veruntamen conſiderata magnitudine dilectio-
Gregorius nis eorum ad Iob, & quomodo in alijs conformauerunt ſe ei, potius arbitror cum Gregorio du-
bitandum, quam incaute quod proferendum. [Et nemo ex illis loquebatur] infra hoc tempus
[verbum] quodcunque, cum tamen amicis aſpera paſsis ſoleant ab amicis eorum blanda & con
ſolatoria dici pro releuamine pœnæ ſuæ. [Videbant enim dolorem eſſe vehementem.] vnde pu
tabant quod Iob triſtitia victus eſſet & aduerſitatibus ſic deiectus, quod eorum conſolationem
non attenderet nec curaret. vehementes equidem paſsiones rationem abſorbere conſueuerunt.
Vnde quidã de morte ſuorum ſic contriſtantur, quod conſolationem nullam admittunt, ſicut de
Gene. 37. Iacob in Geneſi ſcribitur. Idcirco dixit Poeta: Quis matrem, niſi mentis inops, in funere nati fle-
re vetat? veruntamen in Iob ita non fuit, cuius perfectionem amici præfati non plene nouerunt.
Itaque viri iſti manſerunt ſancto Iob in principio veri amici, hocque (vt tactum eſt) vnum extat
remedium deſolationis & pœnæ afflictorum, dum vident ſibi manſiſſe amicos fideles, qui inter
Eccle. 6. exteriora hominis bona computantur maiora, iuxta illud Eccleſiaſtici: Non eſt digna pondera-
tio auri vel argenti contra bonitatem fidei amici fidelis.

De ſpiritali ſeu myſtico eiuſdem Capituli ſecundi intellectu. Art. VIII.

MYſticus ſeu ſpiritalis ſacræ ſenſus ſcripturæ, triplex conſiſtit, videlicet allegoricus tropo-
logicus, anagogicus. Allegorice autem interpretando præſens capitulum, hoc eſt, de Chri
ſto, expoſitio ex pręcedentis capituli allegorica expoſitione, pro maxima parte dependet
Matt. 4. ac patet. Quemadmodum enim ſatan non tentauit Iob ſine Dei licentia ac permiſſu, ita nec
Chriſtum

Chriſtum in carne mortali. & ſicut expetijt Iob tentandum in propria perſona, cum aliarum re-
rum ſublationem patienter tuliſſet, ita cum Chriſtum nec in tentatione in deſerto incepta, nec
poſtea, vincere potuiſſet, nec eum eſſe Dei filium ac Meſsiam pro certo nouiſſet, tandem ſanctiſ-
ſimã ac fructuoſiſsimã eius in hoc ſeculo cõuerſationẽ nõ ferens expetijt, vt eũ in ꝓprio corpore
ſuo per iniquos homines vulnerare ac perſequi ſineretur, quod & cõceſſum eſt. Nã euangeliſta Ioan. 13.
ait quod diabolus miſit in cor Iudæ Schariotis, vt traderet eum. Chriſtus quoque paſsione in- Ioan. 14
ſtante, Venit, inquit, ad me princeps mundi, & in me non habet quidquam. ſed & iterum ait Iu- Ioan. 8.
dæis: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere me occidendo. Rurſuſ-
que trina Chriſti tentatione deſcripta, in deſerto inchoata, Lucas adiecit: Conſummata omni Lucæ 4.
tentatione, diabolus receſsit ab eo vſque ad tempus. quo innuit quod poſtea redijt, non vtique
ſine licentia promiſsioneque Dei. Ex his magna ex parte pateſcit, quomodo præſens capitulum
competat Chriſto, aliqua tamen difficiliora tangenda ſunt. ait itaque Deus ad ſatan: [Commoui Gregorius
ſti me aduerſus eum] Secundum Gregorium, per hoc ſatan commouit patrem aduerſus Chri-
ſtum quod ſatan in paradiſo induxit primum hominem ad peccatum pro cuius expiatione De-
us pater Chriſtum filium ſuum tentari atque occidi permiſit. Veruntamen ſicut præcedenti ca-
pitulo iſtud expoſitum eſt de Iob, ita de Chriſto poteſt exponi, vt pater loquens more humano
dicat ſe à ſatan commotum ad affligendum Chriſtum, inquantum hoc ex rationabili cauſa permi
ſit ad expetitionem ſatan. & quod ait, aduerſus eum, non denotat diſcordiam aliquam inter pa-
trem & filium, ſicut nec inter Deum & Iob, ſed quod permiſsio iſta fuit afflictiua ipſius Chriſti,
inquantum per eam diabolus incitauit Iudæos ad Chriſti perſecutionem. [Vt affligerem] id eſt,
à Iudæis membris atq; ſatellitibus tuis ô ſatã affligi permitterem. [eum gratis] id eſt, ſine ipſius
culpa, qui peccatum non fecit. vel fruſtra, quo ad tuam intentionem, quia perſequẽdo in eo nil
profeciſti, ſed potius defeciſti, ſicut expoſitum eſt plenius præcedenti articulo. Ad iſtud allegat
Greg. quod in lib. Sapientię dicitur Deo: Cum ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis. eum quoq; qui nõ Idem.
debet puniri, condemnas. Chriſtus enim puniri pro ſeipſo non debuit. Pater ergo cũ ſit iuſtus, Sapi 12.
omnia iuſte diſponit: quia per hoc cũcta iuſtificat, quod eũ qui ſine peccato eſt, ꝓ peccatoribus
morti tradidit. [Reſpondit ſatan: Pellem pro pelle, &c.] His verbis iuxta interpretationem pręha
bitam, ſatan vult dicere, quod licet Chriſtus de aliorũ deiectione atq; periculo per impatiẽtiam
victus non ſit, vinceretur tamen per eam, ſi in proprio corpore vſq; ad oſſa percuteretur, æſtimãs
ꝙ purus fuiſſet homo & propheta dũtaxat, non etiã dominus ꝓphetarũ omniũq; ſaluator. [Alio-
quin mitte manũ tuã, & tange os eius & carnẽ] i. flagellari eum permitte vſq; ad interiora. Hęc ſa
tan cum per ſe fieri petijt, deſiderans dixit per membra ſua hęc, i. per Iudęos incredulos verbis ac
deſiderijs intulit, ſicq; permiſsionẽ perſequendi Chriſtũ vſq; ad crucis patibulũ poſtulauit. [Di-
xit aũt dominus ad ſatan: Ecce in manu tua eſt] id eſt, permitto vt tua ſuggeſtione per tua mem-
bra eum affligas, flagelles, occidas. Proprio enim filio ſuo nõ pepercit Deus, ſed ꝓ nobis omnib. Rom. 8.
tradidit illum, vt dicit Apoſtolus, ideo in Eſaia ait: Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. [Ve- Eſaiæ 53
runtamen animam illius ſerua] id eſt, animæ eius nequaquam nocebis, nec per paſsionis acerbi Pſalm 88.
tatem rationis in ea iudicium obrues, iuxta illud in pſal. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitatis nõ apponet nocere ei. vnde quod ait, animã illius ſerua, intelligendũ eſt potius ꝓnun
ciatiue quã ꝓhibitiue: quia etſi pater tunc non prohibuiſſet, non tamẽ ſatan Chriſti animã ad cul Ioan. 18
pam vnquam inducere valuiſſet. [Egreſſus igitur ſatan à facie domini, percuſsit Iob vlcere peſsi Thren. 1.
mo] i. Chriſtũ grauiſsime vulnerari ac percuti ꝓcurauit in die Paraſceues per totũ corpus ipſius
ſanctiſsimũ, ita vt dicat ꝑcuſſus: O vos oẽs qui trãſitis per viã, attẽdite & videte ſi eſt dolor ſimilis
ſicut dolor meus. Dixerũt enim, inquit. Morte turpiſsima condẽnemus eũ. [Qui teſta ſaniẽ rade Sapi 2.
bat,] quoniã tẽpore paſsionis ſępe proprio digito igne paſsionis inſtar teſtæ intus ſiccato atq; du
rato, ſputa & ſanguinem defluentem ex oculis ſuis deterſit. Porro ſecundum Gregorium teſta
ſaniem radebat, id eſt, peccatum generis humani carne ſua deleuit, quę caro in paſsione velut te-
ſta induruit. [ſedens in ſterquilinio] id eſt, in loco caluariæ ſordido, antequam cruci affigere-
tur. [Dixit autem illi vxor ſua] id eſt, ſynagoga, aliquando Dei ſpõſa, ſed tunc facta adultera, di-
abolo conſentiens & commixta. [Adhuc permanes in ſimplicitate] id eſt, ſtoliditate [tua?] pro-
ut ſimplicitas perſpicacitati intellectus opponitur. putabat equidem perfidia ſynagoga, quod
Ieſus ex inſipientia fateretur ſe Chriſtum Deiq; filium. [Benedic Deo,] negando te filium eius.
q.d. iniuriã Deo feciſti, te eius filiũ perhibendo. nunc ergo da gloriã ei, & abnega quod dixiſti.
[& morere,] ne alios deinceps decipias, id eſt, penitus pereas. [Qui ait ad illam: Quaſi vna de Ioan. 8.
ſtultis mulieribus loquuta es.] ſic Chriſtus increpauit ſynagogam, dicendo: Si dixero quia non Matth. 26.
noui Deum, ero vobis ſimilis mendax. & item cum caperetur, Tanquam ad latronem exiſtis cũ
gladijs & fuſtibus comprehendere me. quotidie apud vos eram in templo docens, & non me te-
nuiſtis. ſed hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarũ. [Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala
quare nõ ſuſtineamus?] Hoc Chriſtus loquitur ex parte naturę aſſũptę, quã Deus omni creaturę ꝓfe

cit,

ciſ, quemadmodum in Ioanne ſcriptum eſt: Sciens Ieſus quia omnia dedit ei pater in manus. &
Ioan. 13. alibi, Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Vult itaque dicere, cum pater mihi omnia ſubiece-
Matth. 11. rit, meamque humanitatem verbo æterno vnierit, cur pro hominibus mori non debeam, pro
Lucæ 4. quorum ſalute recuperanda, pater tot bona mihi ſecundum aſſumptam humanitatem donauit?
Lucæ 10. non ergo propter pœnarum acerbitatem à bona ſimplicitate mea recedere debeo, vt Chriſtum
Deique filium eſſe me negem, ô inſipiens ſynagoga. [Igitur audientes tres amici Iob omne ma-
lum quod accidiſſet ei.] quidam per iſtos Iob ſancti amicos intelligendos putant hæreticos.
quod licet in ſequentibus liet: tamen hoc loco non multum apparet, præſertim cum hæretici
non ſint Chriſti amici, nec ei vere condoleant, neque ſe paſsioni ipſius vere conforment. Apti-
us itaq; reor, per iſtos amicos hoc loco, in quo bona egiſſe ſcribuntur, intelligi Chriſtianos qui
ex euãgelica hiſtoria ſeu prędicatione eccleſię audiẽtes vniuerſa quæ pro ipſis Chriſtus pertule-
rit, pariter ſtatuũt & condicũt, vt ad loca ſacra vbi dominicæ paſsionis cõmemoratio agitur, veni-
ant, & Chriſti paſsionem quaſi pręſentialiter fiat, oculis ſuæ mentis proponant, conſolenturque
Chriſtum, confitendo eius innocentiam & ſuas malitias: quod item non pro ſuis, ſed pro eo-
rum iſta patiatur peccatis, eique gratias agant, & compaſsionem exhibeant cordialem. A longe
quoque videntes imaginem eius in cruce erectam, quaſi ipſum in cruce videant eleuatum, veſti-
menta ſua mox ſcindant, id eſt, priſtina opera vitioſa, quibus ſe impie operuerunt, prorſus abijci-
ant, pœnitendoq; deſtruant, & præ compaſsione exclament ac plorẽt. ſed & ſuper capita ſua pul-
uerem ſpargãt, id eſt, cogitationes, affectiones & actus humilitatis ac pænitentiæ, cruciformiſq;
conuerſationis ſuis ſuperiaciant cordibus. Inſuper ſedeant ſecum, de ſeipſis humilia ſentiendo,
à mundi inquietudinibus recedendo, meditationibus inſiſtendo. [ſeptem diebus ac noctibus]
id eſt, per omne tempus vitæ ſuę in ſeculo iſto: omni videlicet die & nocte & congruentibus ho-
ris. ſeptenario nempe vniuerſitas deſignatur. Nemo quoq; loquitur ei verbum de non patiendo
ſeu paſsione & morte vitanda, ne audiat quod Chriſtus Petro paſsionis vitationem perſuadenti
Matth. 16. loquutus eſt: Vade retro me ſatana, non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Præterea quę de
tropologico huius capituli intellectu dici poſſent, videntur mihi ex dictis patere, congruitq; bre
uitati ſtudere. Cuilibet equidem iuſto quem Deus aliquando permiſit tentari, nec deſijt ſuffra-
gari, ſed vincere fecit, poſſunt prædicta ſecundum ſenſum de Iob poſitum applicari. Videns et-
enim ſatan aliquem diuitiarum ſuarum ac omnium ad ſe pertinentium ablationem forti patien-
tia ferre, atq; in Dei reuerentia permanere, petit à domino vt permittat talem in propria perſona
infirmitatibus ac doloribus intime affici, præſumẽs quod talia ſine impatientia & murmuratio-
Apoc. 3. ne non patietur, cõcedit q; dominus ſic fieri. Porro vir iuſtus & timoratus ſciens Deũ dixiſſe, Ego
quos amo, arguo & caſtigo & quod multo grauiora pati meruerit vno peccato mortali, quã ſint
cuncta mundi huius ſupplicia, patiẽtiam grata mente conſeruat, manumq; iuuat cædentis, & pro
Rom. 8. viribus, actibus pœnitentiæ ſe exercet, ſimul & illud Apoſtoli penſans: Quia ſi cõpatimur, & cõ-
Ibidem. regnabimus. Et quod non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futurã gloriã patientibus dã-
dam. Itaq; [teſta ſaniem radit,] id eſt, pœnitẽtiali rigore ac iuſta diſtrictione vitiorum ſuorũ pu-
tredinem delet. [ſedens in ſterquilinio.] id eſt, in proprię vilitatis vel immundę vitę prioris car-
Eccl. 10. nalis profunda conſideratione quieſcens, non in alto elationis ac vanitatis ſe ponens, ſed cogitãs,
Quid ſuperbit terra & cinis? cur cõtra Deũ inſanit peccator? cur vermis tã fragilis ſibi quicquã ni-
ſi defectuoſitatẽ omnem adſcribit? Cui frequenter loquitur vxor ſua, i. carnalis cognatio aut ſe-
cularis prudentia ſeu paſsio appetitiuę potẽtię ſenſitiuæ: [Adhuc permanẽs in ſimplicitate tua?]
carnales namq; & ſeculares paſsionatiq; animi motus, non intelligentes quæ Dei ſunt, dum iu-
ſto ac pœnitenti vident aut ſentiunt aduerſa contingere, putant ſuperuacuum eſſe virtutibus in-
ſudare, & concupiſcentijs eligunt conſentire, vanitatibuſq; vacare. Hanc ſenſualitatem carnalẽ-
que ſenſum & falſam prudentiam ratio increpet atq; erudiat, dicens: Quaſi vna de ſtultis mulie-
ribus locuta es. Stulti quippe non niſi præſentia ac apparentia ſolent attendere. ſapientum vero
eſt, oculos cordis ad futura dirigere, ad interiora conuertere, æternis infigere. [Si bona ſuſcepi-
mus de manu] id eſt, liberalitate omnipotentiæ [domini, mala quare non ſuſtineamus?] po-
ſtremo tres amici iſtius afflicti, qui audientes quæ paſſus ſit, condicunt ſibi vt pariter venientes,
conſolentur & viſitent eum, intelligi poſſunt triplex hominum ſtatus, vel triplex ſapientia, vtpo-
te intellectus ſeu actualis intellectio legis tripartitæ, videlicet legis naturalis & ſcriptæ ac euan-
gelicæ: quorum quælibet proponit remedia aduerſitatum conſolatiua, potiſsimum intellectus
euangelicæ legis, in qua quiſq; tanto prædicatur beatior, quãto propter Deũ patiẽter afflictior.
Iſti amici exclamant, plorant, veſteſq; ſcindunt, & puluerem capiti ſuperponunt, quoniam vires
animæ ſic agere faciũt iuxta ſenſus prętactos. Poſtremo iſti amici intelligi queũt intellectus, affe-
ctus, memoria. Intellectus cõſolatur per ſapiẽtiã, futuriq; præmij conſideratiõe, & intuẽdo quã-
tus in æquanimi aduerſitatũ tolerãtia cõſiſtat profectus. Affectus ſeu ipſe intellectiuus appetitus,
qui voluntas vocatur, cõſolatur per charitatẽ, iubens omnia patiẽtiſsime ferri ex puro Dei amore,

quoniam

quoniã ei ſic placet,& quoniã ſępe offendimus eũ,atq; vtChriſto aliqualiter cõformemur,in gra
tia quoque nunc & tandem in gloria concreſcamus. Memoria ſeu vigor memoratiuus conſola-
tur,ad mentem reducens quanta paſſus ſit Chriſtus & omnes electi,qui frequenter quo ſuo crea
tori chariores fuerunt, eo duriora perpeſsi ſunt.Iſti ſunt interiores noſtri amici, in quos dolnr
animæ nnſtræ redundat,reſidentque conſtanter cum ea veſtes ſuas ſcindentes,id eſt,actiones ſi-
bi ante delectabiles penitus abhorrentes ac abiectantes, ſed & puluerem ſibi protinus ſuperpo
nunt, quia recordationibus, cogitatibus, affectibuſque ad humilia & abiecta ſpectantibus ſi- Gregorius
mul intendunt, qui conſolationem quoque interdum ad tempus ſuſpendunt,horam congruam
pręſtolantes, quouſque conſolationis mens fiat capacior. Hæc de myſticis intellectibus teti-
giſſe potius quam determinaſſe ſufficiat. Gregorius autẽ myſteria ſpiritalis intelligentiæ pro-
ſequitur copioſe, aliosponens ſenſus quam iſtos quos tetigi.

Expoſitio cap. III. Poſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo. Art. IX.

ELucidandum modo capitulum, difficultatibus plenum eſt, circa cuius expoſitionẽ docto- Idem.
res ſancti & magni atq; catholici ſatis diuerſimode ſcripſiſſe atq; ſenſiſſe monſtrantur,quo-
rum in primis poſitiones compendioſius quo potero, referre intendo. B. ergo Greg. qui li-
brum iſtũ aſſerit ante ſe indiſcuſſum fuiſſe, eumq; præclare exponit literaliter, quantũ fieri poſſe
exiſtimat, allegorice quoq; & tropogolice, ꝓteſtatur multa in libro hoc contineri, præſertim in
iſto capitulo, quæ ad literã exponi nequeũt. Porro S. Thomas & quidam eum ſequẽtes, exponi Thomas Albertus.
poſſe hęc dicũt ad literã, literaliterq; exponunt. Alberti aũt Ma. expoſitio videtur hinc inde ob-
ſcura, ſicut patebit. Videtur demum ſentire literaliter poſſe iſta exponi, quamuis expoſitionem
huiuſmodi non admodum lucide proſequetur. Primo igitur ponenda ſunt motiua Greg. eiuſq; Gregorius
interpretatio inducẽda. Itaq; ait in prologo primi voluminis ſuper Iob: Aliquãdo, ne intelligi iu
xta literam debeant, ipſa ſe literæ verba impugnant. ait namq;, Pereat dies in qua natus ſum,&c.
quę dies iã euolutus, ſtare non poterat: quomodo ergo hũc perire, & inuolui caligine optat? In
exordio aũt 4. lib. moralium vbi verba hæc exponere incepit, ait: Ecce ꝙ B. Iob diei ſuo maledi- Idem.
xiſſe deſcribitur, ſi ſuperficietenus attenditur, quid his verbis reprehenſibilius inuenitur? Hinc
refert ꝙ iſtud nullo modo de die ſenſibili dicitur, quia & multa ſecundũ literã impoſsibilia ſub-
ſeqnũtur, vt ꝙ ait, Dies illa vertatur in tenebras, & inuoluatur amaritudine. ſit nox illa ſolitaria.
expectet lucem;&c. Multa quoq; ſecundum Gregorium impoſsibilitatem literaliter continent
& irrationabiliter ſonant, immo videntur verba hominis non ſolum impatientis, ſed inſuper de
ſperantis, ſicut cum ait: Quare non in vulua mortuus ſum?&c. Hinc inſert Gregorius: Quia igi-
tur verba hęc in ſuperficie ac ratione diſcordant, ipſa iam litera indicat, quòd in eis ſanctus vir iu
xta literam nihil dicat,. ponenda ergo nunc eſt expoſitio ſancti Gregorij. [Poſt hæc aperuit Iob Idem.
os ſuum, & maledixit diei ſuo, & dixit: Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt,
conceptus eſt homo.] Solerter intuendum eſt quod dicitur, Poſt hæc, vt virtus rei quæ agitur,
veraciter ex tempore ſentiatur. prius namque rerum ablatio, filiorum extinctio, corporis læſio,
perſuaſio coniugis, amicorum adunetus, & quid egerunt, atq; quod ibidem ſeptem diebus ſede
runt, deſcribitur: deinde ſubiũgitur, Poſt hęc aperuit Iob os,&c. vt ipſo narrationis ordine per-
pendatur, ꝙ maledictũ nequaquã per impatientiã protulit, ſi enim ira motus malediceret, audi-
tis & illatis prędictis incõmodis maledixiſſet, in quibus tamẽ gratias egit, cõiugẽ increpauit atq;
ad patientiã erudiuit. mẽte ergo quieta hæc dixit, qui tot Dei laudes etiã percuſſus ꝓnunciauit.
Sciendũ vero ꝙ ſecundũ ſcripturam maledictio duobus fit modis, ſ. bene, quando ꝓfertur zelo Gene. 3.
ſeu iudicio iuſtitię: & male, quãdo ꝓfertur liuore vindictę. Primo modo dominus ait in Geneſi: Gene. 12.
Maledicta terra in opere tuo. Et dominus loquitur Abrahæ, Maledicã maledicẽtib. tibi. Hac ſpe Act. 8.
cie maledicendi viri ſancti vtũtur, vt cũ Petrus ait Simnni Mago: Pecunia tua tecũ ſit in perditio- 4. Reg. 1.
nẽ. Atq; Elias 4. Reg. quinquagenarijs dixit: Si homo Dei ſnm, deſcẽdat ignis de cęlo, & cnnſu-
mat vos. Talis eſt etiã maledictio S. Inb, nec eſt ira cõmoti, ſed doctrina tranquilli. vidit quippe
amicos flere, & cætera quæ ſcripta ſnnt, ſacere, & inſpexit quod hi qui temporalia exquirebant,
ex comparatione ſuæ mẽtis ſe temporali aduerſitate fractum crediderant. Perſpexit quod ſe trã
ſitoria afflictione percuſſum deſperate non flerent, niſi mentem à ſpe incolumitatis internę ſub-
traherent: ſicque dum erumpit in vocem doloris, oſtendit virtutem medicaminis, dicens: [Pe-
reat dies in qua natus ſum.] quid enim per diem, niſi omne hoc tempus noſtræ mortalitatis ex-
primitur? quod quam diu nos in hac mortalitate tenet, æternitatis nobis incommutabilitas non
apparet: quam qui deſiderat, ægre diem ſuæ immortalitatis ſuſtinet. Quid ergo eſt diei na-
tiuitatis maledicere, niſi aperte dicere, dies mutabilitatis pereat, & lumen æternitatis erum-
pat? Sed quia perire dupliciter dicitur, primò vt quod perit, omnino non ſit: ſecundo,
vt male ſit hoc, quod de die hoc ſubditur. Obſcuret eum caligo, & inuoluatur amaritu-
dine,

ipſi. Inuidia namque diaboli mors intrauit in orbem terrarum. [Quare non in vulua mortuus
ſum? egreſſus ex vtero non ſtatim perij? cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus?] abſit nos
credere quod B. Iob tanta ſcientia prędita, abortiuũ ſe optat interijſſe, ſed intus penſanda ſunt
pondera ſuæ locutionis. Quatuor enim modis peccatum perpetratur in corde, & quatuor modis
in opere. In corde videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu & defenſionis audacia. Fit
namque ſuggeſtio per aduerſarium, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, defenſionis
audacia per elationem. Quatuor etiam modis peccatum in opere conſummatur. Primo enim
peccatur latenter, deinde aperte ſine rubore, tertio per conſuetudinem, quarto dum culpa vel
nimia præſumptione de diuina clementia vel deſperatione nutritur. Iob ergo humani generis
lapſus adſpiciat, & quibus præcipitijs merſum ſit in fouea iniquitatis, perpendat, dicens: Quare
non in vulua mortuus ſum? id eſt, cur non ſolum peccaui primo modo peccandi, ſiue in corde,
ſiue in opere, ita quod alijs vitiorum modis ſpiritaliter non obijſſem, ſicque in vulua, id eſt, in
prima ſuggeſtione tantummodo mortuus eſſem? Egreſſus ex vtero non ſtatim perij? id eſt, cur
ad ſecundum genus peccati perductus ſum, vel cur in illo non potius duntaxat ſpiritaliter pe-
rij, quam ad tertium malum deueni? Cur exceptus genibus? id eſt, prauis conſuetudinibus in
vitijs ſuſtentatus, ſeu tertio modo peccandi adiunctus. Cur lactatus vberibus? id eſt, audacia
defendendi peccatum, ſeu præſumptione moderata de miſericordia Dei aut deſperatione nu-
triui me in peccatis, atque ad quartum modum peccandi delapſus ſum. hæc in perſona generis
humani dicuntur, ſicut quod ſubditur. [Nunc enim dormiens] dormitione quietis beatæ, [ſi-
lerem] ab inquietudinibus vitæ præſentis, eis carendo, [& ſomno meo,] qui eſt felix obdormi-
tio mentis in Deo, [requieſcerem cum regibus & conſulibus terræ] id eſt, cum angelis ſanctis,
per quos eccleſia militans regitur, optimiſque conſilijs per internos inſtinctus docetur & admo
netur. Si enim homo præfata non incidiſſet peccata, non ſuſtineret mala pœnalia, quæ in illorum
vltione conſtat inflicta, ſiquidem originale peccatum, totius noſtræ afflictionis fuit origo. [Qui
ædificant ſibi ſolitudines] id eſt, in illo vno quod ſolum neceſſarium eſt, mentis manſiones deti- Lucæ 10.
gunt, nec quicquam diſtrahentiæ patiuntur. quia etſi circa plura verſantur, cuncta tamen ad vnũ
ſine euagatione animi ordinant, ſicq; in ſolitudinibus mentis ſunt, id eſt, in liberrimis abſtra-
ctionibus ab omni impedimento pluralitatis, contemplationem beatificam impedientis. Om-
nes autem qui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri aliquid volunt, denſis cogitationũ
tumultibus in corde premuntur. At contra ſancti viri quoniam nihil huius ſeculi appetunt, nullis
in corde tumultibus comprimuntur. omnes quippe inordinatos deſideriorum motus, à cubili
cordis manu ſanctę conſiderationis eijciunt, & quia tranſitoria cuncta deſpiciunt, ex his naſcen-
tes inſolentias cogitationum non patiuntur. ſolam namq; ęternam patriam appetunt: & quia nul
la huius mũdi diligunt, magna mentis tranquillitate feruntur. [aut cũ principibus qui poſſident
aurum, & replent domos ſuas argento.] Principes iſti ſunt efficaces rectores eccleſiæ qui domos
conſcientiarum ſuarum per aurum, id eſt, ſapientiam ditant, eaſque argento, id eſt, ſacris ſcri
pturarum implent eloquijs. ꝙ enim per aurum ſapientia denotetur, Salomon teſtatur, dicendo: Pro. 21.
Theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis. Ioãnes quoq; in Apo. Suadeo tibi emere aurum ꝓbatũ Apoc. 3.
ignitum. ꝙ per obedientiam emitur, prout in Eccl. ſcriptũ eſt: Fili concupiſcens ſapientiã, ſerua
mandata, & Deus prębebit illã tibi. Quòd vero ſacra eloquia per argentũ ſignentur, Pſalmiſta do Eccl. 12.
cet, concinens: Eloquia domini eloquia caſta, argentũ igne ꝓbatum. [Aut ſicut abortiuũ abſcon Pſal. 11.
ditum nõ ſubſiſterem.] per abortiuum intelligit electos, qui à principio mundi ante Chriſti ad-
uentum fuerunt, & tamen ſcriptam legem non habentes, per legem naturalẽ Deũ timere & mun
do ac voluptatib. ſe mortuos exhibere curauerunt. qui & abſconditi referuntur, quia cum multi
valde extiterunt, paucorũ ad nos deuenit notitia. cũ his, ſi no interueniſſet tranſgreſſio, quieuiſ-
ſet vir ſanctus, nec in vitæ huius ſubſtitiſſet tantis miſerijs. [vel qui concepti non viderunt lucẽ,]
per quos intelligit patres veteris teſtamenti, qui per legem ſcriptam ſpiritaliter Deo concepti, Lucæ 10
ſiue ad Chriſtum diſpoſiti, lucem tamen quę eſt Chriſtus, in carne aſſumpta corporaliter nõ vide
runt, de quibus ipſemet in euang. ait diſcipulis: Multi iuſti & prophetæ voluerunt videre quæ vi- Sap. 4.
detis, & non viderunt. [Ibi] videlicet in luce ſeu Chriſto, [impij] i. gentiles per apoſtolicam prę-
dicationẽ conuerſi, [ceſſauerunt à tumultu] vitiorũ priſtinæ gentilitatis, de quibus in lib. Sap. le-
gitur: Neq; vitam neq; nuptias mundas cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiã occidit, aut adulte
rans contriſtat. & omnia commixta ſunt, ſanguis, homicidiũ, furtum, fictio, corruptio, infidelitas,
turbatio, periuriũ, tumultus, bonorũ domini immemoratio, animarũ inquinatio. [Et ibi requie- Matth. 11.
uerunt] i. in onere Chriſti leui & iugo eius ſuaui. [feſſi robore] id eſt, à propria fortitudine defi
cientes, & in ſolo Dei auxilio confidentes, quibus clamat Chriſtus lux vera: Venite ad me om- Matth. 11.
nes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus veſtris.
Hi ergo diuinis obediendo præceptis, in virtutum actibus, in expectatione & contẽplatione cæ-
leſtium, in ſupernę viſitationis conſolatione & gratia dulciter conquieſcunt, à ſeipſis deficiẽtes,

atque in Deo conualeſcẽtes. [Et quondam vincti]id eſt, qui aliquando vitiorũ vinculis ſtringe-
Pro. 5. bantur. Salomone dicente: Iniquitates ſuæ capient impium, & finibus peccatorum ſuorum con-
ſtringetur. [pariter]ibi requieuerunt[ſine moleſtia]quod fit, dum carne mortali quæ aggrauat
animam, & deprimit ſenſum multa cogitantem, relicta, ad lucem beatificæ viſionis pertingunt,
Sap. 5. vbi iã nulla eſſe poteſt moleſtia. [Non audierunt vocẽ exactoris]id eſt, ſuggeſtioni non conſen-
ſerunt dęmonis tẽtatoris, qui humano generi in paradiſo ſemel ſcilicet nummũ deceptionis cõ-
tulit, & ab hoc quotidie expetere mortis debitum non deſiſtit. [Magnus & paruus ibi ſunt] qui
Ioan.14. in requie beatorum luceq; Chriſti ſuperiores & inferiores, perfectiores & minus perfecti conſi-
ſtunt, qui ibi differũt gradibus pręmiorum, ſicut hic differebant gradibus meritorum. propter quod
ait ſaluatoris In domo patris mei mãſiones multę ſunt. [Et ſeruus liber à domino ſuo.]id eſt, qui
in hac vita quãdoq; ſeruiuit peccato, & ſubditus fuit iniquo, conuerſuſq́; pœnitentiam egit con-
dignam. [ibi liber eſt] ab hoc infelici dominio, nihilominus manet in eo memoria culpæ ali-
quando habitæ & commiſſæ. Si enim nulla ibi homo peccati ſui memoria tangitur, vnde ere-
ptum ſe lætatur? aut quomodo gratias egit Deo de venia ſibi conceſſa? ſed ſciendum quia ſicut
nunc ſæpe triſtium læti reminiſcimur, videlicet priſtinæ infirmitatis tempore ſanitatis, ita tunc
tranſactæ nequitiæ ſine læſione beatitudinis recordabimur. [Quare data eſt miſero,] id eſt, ho-
mini qui ſe in ſeculo iſto miſerum exuleḿq; perpendit, & ad patriam ſitit ac properat. [lux]id eſt,
temporalis proſperitas honoriſue claritas, & vita] id eſt, ſeculo & hominibus viuere, dominari,
pręeſſe, gloriamq́ue humanam habere, [his qui in amaritudine animæ ſunt?]id eſt, qui bonis do-
loribus ſeipſos afficiunt, peccata lugendo, ſuum exilium & patriæ carentiam deplorando. talibus
enim moleſtiſsimum eſt viuere mundo, præeſſe ac honorari, in quantum per hoc à contemplatio-
nis quiete præpediuntur, ac diuerſimode diſtrahuntur. Electis quoque Deum & ſuperna pro-
miſſa toto corde quærentibus, ſuſpecta & grauis eſt temporalis proſperitas, magiſque metu-
unt proſpera quam aduerſa. Cum enim valde occulta ſint Dei iudicia, dum in hac vita quãdoq;
bonis male eſt. & malis bene, tunc tamen ſunt occultiora, cum & bonis bene eſt, & malis male.
Cum enim bonis male eſt, hoc contingit vt hic à peccatis ſuis purgentur, vel gratia ampliori di-
tentur: aut ſimili ratione & malis hic bene eſt, vt pro bonis quæ forte egerunt, nunc remuneren-
tur. At cum bonis hic bene eſt, & malis male, incertum valde fit, vtrum boni idcirco bona accipi-
ant, vt prouocati ad aliquid melius creſcant, an iuſto latentiq́ue iudicio hic ſuorum operum re-
munerationem accipiant, vt à ſequentis vitæ præmijs inaneſcant: & vtrum malos idcirco aduerſa
feriant, vt ab ęternis ſupplicijs corrigẽtia eos defendant, an hic eorum pœna incipiat, vt quando-
que complenda, eos ad vltima gehennæ tormenta perducat. Quia igitur inter diuina iudicia
graui incertitudinis ſuæ caligine humana mens premitur, ſancti viri cum ſibi ſuppetere proſpe-
ra huius mundi conſpiciunt, pauida ſuſpicione turbantur. [qui expectant mortem,] id eſt,
quotidie huic ſeculo cupiunt funditus mortificari, omniq́ue temporali gloriæ mori. [& non
venit.]quia interdum occulto Dei iudicio præeſſe vel in cunctis occupari honoribus compel-
luntur, quod tamen ex Dei timore tolerant & inuiti. [Quaſi effodientes theſaurum.] id eſt, cum
magno feruore mortificationem hanc cupiunt, tantoq́ue fortius, quanto vident ſuo ſe fini plus
propinquare, quemadmodum effodientes theſaurum, quo profundius foderint, eo ad laborem
inſtantius exardeſcunt. [Gaudentq́ue vehementer cum inuenerint ſepulchrum] id eſt, con-
templationis abſconditum & quietis ſecretum, quo anima abſconditur mundo, ſicut corpus ſe-
Coloſſ. 3. pulchro. de talibus ſcribit Apoſtolus. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chri-
ſto in Deo. Et Pſalm. Abſcondes eos in abſondito vultus tui à conturbatione hominum. Itaque
Pſal.30. cur data eſt miſero lux? vtpote [Viro cuius abſcondita eſt via]id eſt, qui neſcit qualiter vitam ſu-
am quæ via eſt, qua itur ad aliud ſeculum, terminabit, qui etiam neſcit qualis cras erit, qui etiam
neſcit an quæ recte agere credit, coram Deo ſint vere recta ac placita. Sępius enim opus noſtrum
cauſa eſt noſtræ damnationis, quod putamus eſſe prouectum virtutis: ſæpeq́ue Deus ad iram in-
Pro. 14. ſtigatur, vnde placari ſperatur, Salomone dicente: Eſt via quæ videtur homini bona, & nouiſſi-
ma eius ducunt ad mortem. [Et circundedit eum Deus tenebris] prædictæ ignorantiæ & in-
certitudinis, qui & licet cæleſti deſiderio ferueat, quid tamen de eo apud Deum diſpoſitum ſit,
ignorat. Itaq; cur tali homini lux temporalis proſperitatis arridet, qui ſub qua æſtimatione ſit iu-
dicis, neſcit? [Antequam comedam, ſuſpiro,]comedere namq; animæ, eſt, ſupernæ lucis contem-
plationib. paſci. Suſpirat ergo antequã comedat: quia prius gemitu tribulationis afficitur, & poſt-
modũ cõtẽplationis refectione ſatiatur. niſi enĩ ſuſpiret, nõ comedit. Quia quod ſe in hoc exilio per
deſideriorũ cęleſtiũ lamẽta nõ humiliat, ęternę patrię gaudia nõ deguſtat: & à veritatis pabulo ie-
iuni ſunt, quod in hac peregrinationis inopia lętãtur. [Et quaſi inũdãtis aquę, ſic rugit9 meus.]i. vox
doloris & lamẽtationis meę, quã ex interiori mœrore emiſi, magna & vehemẽs eſt, queadmodũ
aquę inundãtes cũ impetu veniunt & tumeſcũt. Electi quippe, dũ mẽtis ſuę oculis iudicia diuina
proponunt, & de occulta ſuper ſe ſummi iudicis ſentẽtia trepidãt, dũ ſe apud Deũ perueniri poſſe
confidunt,

confidunt,& tamen ne non perueniant metuunt,dum peccata ſua præterita recolunt quæ deplo-
rant, & quæ ſibi adhuc futura ſunt neſciunt,quaſi quædam volumina, id eſt, abundantiæ cogita-
tionum,curarum & affectionum inſtar aquarum naſcuntur,quę in mœroris rugitus quaſi in ſub-
iectiora littora defluunt. [Quia timor quē timebā]i. formidatus effectus,[euenit mihi:& quod
verebar,accidit]mihi. Iuſtus nil amplius quam diſplicere Deo aut relinqui,ab eo formidat. vnde
in ipſis flagellis iuſti timore turbantur,ne forte malum quod patiuntur, non pia diſciplinæ corre
ctio ſit, ſed animaduerſio iuſta vindictæ.ideo dicit Pſal. Quis nouit poteſtatē iræ tuæ?&c. Qualis
vero S. Iob fuit in poteſtate ſubiūgitur: [Nōne diſsimulaui?]id eſt, per poteſtatē & authoritatē Pſalm. 89.
me ipſum non extuli,nec iracundiæ locum dedi,ſed diſsimulaui iniuriam,patiens fui.[Nonne ſi
lui]à verbis inordinatis, ſuperbis, irrefrenatis, in quæ præſidentes labi conſueuerunt?[Nonne
quieui]ab opere malo? quamuis autem vbiq; peccemus cogitando, loquendo,augendo , magis
tamen cum mundi proſperitate leuamur. Nam cum ſe aliàs perire poteſtate animus conſpicit,al-
ta de ſe elate cogitans ſentit:& cum authoritati vocis à nullo reſiſtitur,lingua licentius per abru-
pta ac impia diffrenatur. Cumque quodlibet facere licet, iuſte ſibi omnia licere quæ libent, exi-
ſtimant. Talis vero Iob fuiſſe deſcribitur. Nihilominus ſubdit:: [Et venit ſuper me indignatiō]
id eſt,dira hæc flagellatio. Hæc ex verbis Beati Gregorij breuiter ſumpta ſunt,de cuius expoſitio
ne quid iudicare,paruitatis meæ non eſt. Preterea quędam huius capituli verba moraliter inter-
pretatur, dicendo:[Pereat dies]id eſt, mūdana proſperitas ſeu peccati delectatio. [in qua natus
ſum,]non Deo,ſed mundo ac dæmoni,inficiendo eſſe naturæ per mala culpæ,per quæ carni,mū
do ac dæmoni viuitur. [Et nox in qua dictum eſt,conceptus eſt homo.]Nox iſta eſt cæcitas men-
tis,ex qua culpa originatur. idcirco in nocte dicitur homo conceptus & natus in die,quia nequa-
quam ad peccati delectationē raperetur,niſi prius per voluntarias mentis tenebras infimaretur.
Deniq; ſacra ſcriptura de homine tripliciter loquitur .Primo,quantū ad id quod eſt per naturā, Gene. 1.
ſicut cum dicitur: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Secundo, quod 1.Cor.3.
ad id quod eſt per culpam, vt cum loquitur Paulus: Cū ſit inter vos zelus & contentio,nonne car Hiere.17.
nales eſtis,& ſecundum hominem ambulatis? Tertio, quantum ad id quod eſt per infirmitatem,
vt cum ait propheta: Maledictus qui ſpem ſuam ponit in homine,i. in infirmitate.[Dies illa ver-
tatur in tenebras.] i.quæ dies falſe putatur, vitioſa noſcatur : & quod delectatione mala patratū
eſt, dolore pœnitētię emendetur. [Non requirat eam Deus deſuper]ad vindicandū,i. det nobis
gratiam pœnitendi & ſatisfaciendi pro ea. tunc enim Deus eam non vindicabit,dicente Apoſto
lo:Si noſmetipſos dijudicauerimus,non vtiq; dijudicaremur. [Et non illuſtretur lumine.]i. De- 1.Cor. 11.
us lumine ſuæ iuſtitiæ eam non manifeſtet in hora iudicij, ſed interim ignoſcendo tegat & de-
leat eā. Beati enim quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorū tecta ſunt peccata. [Obſcurent eū Pſalm. 31.
tenebrę]i. pœnitentiæ lamēta,ne amplius pateat.]& vmbra mortis]i. obliuione Deus eam quaſi
non recordando abijciat. [occupet eum caligo.]i. dolor pœnitentialis interior, qui bene contri-
ſtat,confundit & turbat,eſt enim confuſio adducens gratiam & gloriam. [Et inuoluatur amari- Eccl. 4.
tudine.] vt quo maior fuit delectatio in peccando, eo maior ſit afflictio in ſatisfaciēdo.[Nocte
illam tenebroſus turbo poſsideat]i. memor mente virtuoſe obnubilans, vt inſtar tempeſtatis to-
ta concutiatur vehementi horrore, qnoniam Deum offendit.]Non computetur in diebus anni,]
i. inter virtutes anni gratiæ ſeu gloriæ,per quas ſcilicet anima clarificatur,& ad durationem glo-
rioſam patrię beatorū perducitur. Virtus enim eſt quaſi ſpiritalis animæ dies. [Nec numeretur in
menſibus.] menſes ſunt. multiplicata facta virtutum. [Sit nox illa ſolitaria.]cæcitati impieta-
tiq; noſtræ non aliam adijciamus,, gloriando in malis, vel excuſando, aut defendendo peccata.
[Nec laude digna]immo confiteamur quod omni exprobratione,confuſione & pœna digna ſit
noſtra culpa. [Maledicunt ei qui maledicunt diei.]i. proſperitati mundanę inani, quę lux & dies
ab impijs ęſtimatur. qui enim illam deſpiciunt,merito nocti peccata maledicere poſſunt,quia ve
raciter eam abhorrent atq; vituperant. [Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. [i. contra ſe prouo-
care diabolū. Nēpe per hoc, ꝙ ea quæ mundi ac dæmonis ſunt,aſpernantur,atq; in Deo inflāman
tur, diaboli ac ſui impugnationē mox concitāt: qui contra electos tanto plus furit, quāto ad Deū
ſe fortius erigunt. [Obſcurentur ſtellæ caligine eius.]non optando,ſed ꝓnunciando id dicitur.
quoniā ſtellæ,i. ſubſimiter virtuoſi,gratia,vita,exemplo,fama lucentes,aliquid culpæ incurrunt,
quo eorum puritas obſcuratur ſeu minus clara efficitur. [Expectet lucem, & non videat.]id eſt,
cæcitas noſtræ mentis,quantumlibet lumen gloriæ præſtoletur ſe Deum, quia æterna lux eſt,hęc
tamen in præſenti clare & ſicuti eſt, videri non poterit. [Nec ortum ſurgentis auroræ.] id eſt,
reſuſcitationem eccleſiæ in die iudicij, quando & corpore glorificabuntur electi, quorum glo-
ria tanta erit, quod nunc comprehendi non valet. [Qnia non concluſit]ſed aperuit[oſtia ven-
tris qui portauit me.] id eſt,carnalia deſideria, quæ oſtia ſunt,quibus itur ad mortem culpæ ex-
terioris atque gehennæ. iſtaque oſtia aperit intima mentis infectio. Venter autem eſt obli-
qua ſeu infecta noſtra voluntas, in qua ad peccandum concipimur, dum ruinæ noſtræ origo

efficimur.[Nec abſtulit]ſed irrogauit ſeu intulit [mala]pœnæ & culpæ. [oculis meis,] Ita quod ea experior, per experientiamque intueor. Iſta ex Gregorio ſumpta ſunt, ſecundum propriam mentem nil aſſerendo, ſed eius expoſitionem fideliter ac breuiter recitando, vt ſcripturæ huius capituli difficillimi veritas, ex his atq; ſequentibus euidentius eluceſcat: & lector, quod rationabilius ſibi viſum fuerit, eligat.

De verbis Alberti Magni circa expoſitionem præſentis capituli. Artic. X.

Albertus. DIſputatio huius libri, quæ eſt inter quinque, videlicet inter Iob & tres eius amicos & Elihu, ſecundum Albertum, tota eſt de prouidentia ſeu cura, qua creator res regit humanas: & omnes conueniunt in hoc, quod apud Deum creatorem & gubernatorem, perfecta notitia eſt omnium humanorum. Item, quod in cura & gubernatione rerum à Deo nulla eſt iniquitas. Rurſus in hoc, quod actus humanos magis intus inſpicit Deus, quam homo qui agit. & ideo defectum in eis aliquando deprehendit, qui etiam ipſum hominem latet. Differunt autē in hoc, ꝙ Iob primo conqueritur, quod actus ſui ſecundum ſeu ad humanam rationem & ꝓuidentiam, id eſt, ſecundum ꝓceſſum vel modum ſeu ordinē humanæ iuſtitiæ non iudicantur. vnde dicit infra, Si iudicatus fuero, iuſtus inueniar. & illud, Vtinam apprehenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera, &c. propter quod ſermones ſuos oſtendendo & proſequendo, in omnibus iuſtitias ſuas concluſit. & ſequitur, quod tres viri diſputationes ſuas amiſerunt, eo quod ſibi iuſtus videretur. Quod enim præfato modo, ſcilicet ſecundum ordinem humanæ iuſtitiæ gubernari & iudicari deberet, videtur: quia iuſtitia gubernationis humanæ, exemplata & deriuata eſt ab ordine iuſtitiæ diuinæ, ex quo videtur, quod cum illa concordari deberet, & quod nihil eſſet in vna, puta in iſta exemplata, quod non eſſet in alia, ſcilicet iuſtitia exemplari diuina. Sed quoniam poſtea ex determinatione Dei cognouit Iob, quod ordo iuſtitię diuinæ penitus diſsimilis iuſtitiæ humanæ. homo enim ex luto factus, vilior eſt, quam quod Deus reſpiciat eum ſecundum ordinem humanæ iuſtitiæ. ideo ad verum rediens intellectum, dicit in fine: Auditu auris audiui te, quaſi prædicatum ex humana iuſtitia, quod ſcilicet ſecundum illam procederes in iudicando. Nunc aūt oculus meus videt te, quaſi dicat: Ex tua determinatione rediens ad intellectum, cognoui gubernationem tuā diſsimilē eſſe humanę, idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam. & de quo agat pœnitentiam, aperit dicens: Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem: Innocentem & impium ipſe condemnat. quod iniuſtum eſſet, ſi ſua gubernatio ordine iuſtitiæ humanæ procederet. Itaque in hoc capitulo vt materiam det diſputationi ipſe IOB querelam proponit de die, quæ principium vitæ eſt, quam ſatan in ſuam accepit poteſtatem conuertendi eam in triſtitiam, in facultatibus, prole, perſona, coniuge & amicis. his præmiſsis, Albertus textum hoc modo exponit: [Poſthæc aperuit IOB os ſuum,] vt locum daret diſputationi, & aperte loqueretur, ideo dicit, aperuit os ſuum. in hoc enim notatur, quod patens fuit locutio, & quod de rebus magnis fuerat loquuturus. [Maledixit diei ſuo] iudicio iuſtitiæ, non liuore vindictæ, & hoc ſecundum omnem expoſitionem tam literalem quam myſticam. [Et dixit: Pereat dies in qua natus ſum.] Dies naturaliter eſt principium vitæ naſcentis ex vtero ad lucem. & hæc dies ſecundum totam periodum, in quam ſatan accepit poteſtatem, vt malitiam ſuæ voluntatis in ea exerceat, in rebus & liberis, perſona atque amicis, quos in aduerſarios vertit, non poteſt optari, niſi vt pereat. ſi enim peribit, triſtitias & infelicitates non ingeret. ſi autem procedet de mane in meridiem, & de meridie in veſperam, multis afflictionibus vitam conſumet. & ideo optandum non eſt, niſi vt pereat. Nec maledicitur dies, in quantum eſt ſingularis, ſed in quantum principium eſt totius vitæ decurſus in afflictionibus ſatan. [Et nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo.] ſicut dies exterior, vt eſt principium exterioris vitæ, in luce hac optatur perire: ita nox quæ per conceptum principium eſt conceptionis talis hominis, in quem poteſtatem accepit ſatan atque in omnia eius ſecundum totam vitæ periodum, non poteſt optari, niſi vt pereat. non enim aliud facit, niſi quod vitam in amaritudinem vertit, & dicit: [Dies] natiuitatis, & [nox] conceptus: quia nox frigiditate ſubrepente, poros corporis claudit, vt ſpiritu & calore ad interius redundantibus, ſemina concepta intrinſecus magis coaleſcant: redeunte autem luce diei, calore perfuſa corpora, laxantur in poris & ſpongoſitate corporis, & diſponuntur ad emittendum quod conceptum eſt. ideo dies partui, nox conceptui debetur, ſecundum congruentiam. His verbis iungit

Albertus. Albertus: Expoſitio Gregorij ab hac non differt, niſi quod ille proceſſum dicit in peccatis, nos autem in afflictionibus ſatanæ. Inſuper ait: [Dies illa] data in poteſtatem ſatan in

Pſal. 55. hac vita, [vertatur in tenebras,] vt effectus ſatanæ nuſquā videatur, nuſquā appareat. hęc eſt enim de qua dicitur, Ab altitudine diei timebo: quia quo altius aſcēderit, plures calamitates ingeret, à quib. homo abſcōditur, ſi corā hominibus infauſta, i. infelix dies nō oriatur. Fauſtus, ſecundū

Britonem,

Britonem, eſt idem quod ſelix. inde infauſtus, id eſt, infelix, & cui fortuna non fanet. [Non requirat eam Deus deſuper.] Deus per ſublimia inferiora gubernans, menſuras & terminos ponit vitæ humanæ, numerumque dierum. etſi deeſt dies, à Deo ordinatore vitæ requiritur. petit ergo quod dies poteſtatis ſatanæ non requiratur ad numerum dierum ſuorum. [Et non ſit in recordatione] viuentis. ſi enim non eſt in recordatione, tunc nunquam fuit in preterita vita. Recordatio enim mali, male & ad triſtitiam afficit animam, iuxta illud in Eſaia: Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ [Nec illuſtretur lumine] ad hoc ſcilicet vt abundantiori lumine infauſta, id eſt, infortunata ſeu infelicia vitæ monſtrentur, cum magis ſit vtile talia occumbere, quam illuſtrari. [Obſcurent eum tenebræ] ab inferioribus oriuntur, & ſignificant diſpoſitiones quibus priuatur lumen infauſtum tam in corpore quam in anima. & talia priuantia lumen infauſtum, dicũtur tenebræ per effectum. [& vmbra mortis.] vmbra mortis dicitur recordatio mentis, vel auerſiones lucis infauſtæ hanc perimentes. [Occupet eum caligo] id eſt, fortiſsima & inſpiſſata ad contrarium diſpoſitio; Caligo enim eſt, caliginoſo vapore inſpiſſata tenebra, lucem impediens. & ſignificat ſpiſſam diſpoſitionem ſapientis, vel meritum boni contra lucem ſatanæ. Diſpoſitio autem ſapientis, vt dicit Philo, vel pœnitẽtis, vt dicit Gregorius, non dicitur caligo, ita quod omnem lucem priuet, ſed tantum propter hoc, quia obſtat illi infauſtæ, ſcilicet luci ſatanæ, ſicut in Exodo legitur: Moſes ingreſſus in caliginem. vt ſcilicet omnia quæ lux mundi huius illuſtret, ei occumberent, & ipſe ſolus in lumine Dei mirabilis eſſet. [Et inuoluatur amaritudine] diſpoſitionis contrariæ vel in corpore vel in anima, vel pariter in vtroque. ſic inuoluatur lux iſta infauſta, vt per ſe diffundere vitam non poſsit. & ſubdit de nocte conceptus, quæ initium fuit formationis vitæ, quæ data eſt in poteſtate ſatanæ. [Noctem illam] in qua ſemina formandi infauſtam vitam coaluerunt, [tenebroſus turbo poſsideat] Turbo ventus eſt, inuolutum habens flatum, & ſignificat diſpoſitiones cordis & corporis ex multis compoſitas, effectum ſatanæ corrumpentes & reprimentes. [Nec computetur in diebus anni] id eſt, circuli vitæ. ita quod in tota vita deſit ad computum, quia vitæ mala inducit. [Nec numeretur in menſibus.] luna propter vicinitatem in humanis, maiorem habet poteſtatem, & ſingulis menſibus facit ver, æſtatem, autumnum & hyemem, quod in anno facit ſol. Petit ergo quod effectus ſatanæ in particularibus immutationibus ſe non poſsit diffundere. [Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.] quia enim laude digna non eſt. petendum eſt vt ſit ſolitaria, ne ſe multiplicando per vitam diffundat. Et quod diuiſim dixit de die & nocte, dicit coniunctim: [Maledicant ei] ſcilicet tali diei: & nocti, [qui maledicunt diei.] Id eſt, maledicere ſciunt & conſueuerunt tali diei, quę infecta eſt nequitijs ſatanæ. [Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan,] ſecundum Abraham Iudæum philoſophum & Rabbi Moſen, diabolus (ſecundum qood à principio dici vitæ, per omnes dies, menſes & annos venenum diffundens. malum malo addit, & totam rotam natiuitatis noſtræ ſic inficit Leuiathan eſt. ſic enim vt ſerpens ſerpit, & vt vectis rigide nobis obſiſtit, vnde de lingua huius ſerpentis ſic venenum immittentis, dicit Iacobus: Lingua maculat & inflammat totam rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna. Qui autem in contrarium nituntur, ſerpenti obſiſtunt, & ideo ſuſcitant eum, vt omnes vires ſuas examinet, ſicut & dominus dixit in Geneſi Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. [Obtenebrentur ſtellæ caligine eius] ſtellas vocat nouas ad infauſta ſcintillationes, quas petit obſcurari caligine diſpoſitionis contrariæ. [Expectet] ipſe ſatan [lucem] id eſt, infauſtę ſuæ lucis ortum, [non videat] eam, quam peto in ortu ſuo occumbere, ne diem humanæ natiuitatis illuſtret. [nec ortum ſurgentis auroræ,] ſupple videat. Aurora eſt, Et quando radij ſolis immiſcent ſe tenebris noctis, & ſic aurora infauſtæ lucis eſt, quando primum immiſcet ſe diebus vitæ humanę, quam poſtulat non oriri. Et ſubdit cauſam tantæ maledictionis. [Quia non concluſit oſtia ventris,] vt ſcilicet clauſis oſtijs intra ventrem mortuus eſſem, ne ad hanc infauſtam lucem peperiſſet me mater, iuxta illud: Beatę ſteriles quę non pepererunt. [Nec abſtulit mala ab oculis meis] id eſt, à ſenſu experientiæ quæ mala ſatan in totam rotam natiuitatis infudit, Idem in Hieremia: Maledictus qui me non interfecit ab vtero &c. [Quare non in vulua mortuus ſum?] vt mala ſatan nec vidiſſem, nec ſenſiſſem, ſed in principio ortus, ſubtractus fuiſſem venenis eius, ſecundum illud in Matthæo: Melius illi erat ſi natus non fuiſſet, [Egreſſus ex vtero. non ſtatim perij?] id eſt, quare non ſtatim tunc perij, quia etſi tunc ſatanæ mala ſenſiſſem, tamen per rationem non diſcreuiſſem. [Cur exceptus genibus?] id eſt, à matris genibus, ab obſtetrice & ploratu prodidit mala ſatanæ. [Cur lactatus vberibus] id eſt, cur me aluit ad mala ſatanæ experienda, ſic enim outrire paruulum, crudele eſt. [Nunc enim] i. in diem infauſtæ lucis non progreſſus, [dormiens] per mortem ligatus ſenſibus, [ſilerem] i. querulas voces de malo ſatanę non emitterem. [cum regibus.] reges vocat, qui ſecundum perfectionem iuſtitiæ homines regebant. [& conſulibus terræ.] Conſules vocantur, qui prudentia

Eſaie 38, — Gregorius Exod. 20, — Iacob. 3. — Gene. 3, — Luc. 23. — Hiero. 20. — Matth. 26.

agendorum ſuo conſilio in dubijs valent dirigere. [qui ædificant ſibi ſolitudines] Ad literam,
in ſolitudine ædificant, vt ſtudio ſapientiæ veritatiſque dediti, inquietudini ſatanæ quam in
mundo concitant, ſe ſubducat, ſicut libro de contemplatione dicit Philo, quod ſecerunt Bra-
gmani philoſophi & primi monachi in AEgypto, facile præſentia contemnentes, ne inquietudi-
nibus ſatanę rotarentur. [aut cum principibus] principalibus ſcilicet, inter illos. [qui poſsident
aurum] id eſt, multum aurum habuerunt & contempſerunt, ne inquietudine ſatanæ bona perde-
rent animæ. In idem redit quod ſequitur: [& replent domos ſuas argento,] niſi quod aurum,
theſaurum contemptum in precioſiſsimis ſignificat: argentum in minus precioſis, vt bona ani-
mæ adipiſcerentur ſicut Plato dicitur proieciſſe anrum de ſinu dicens: Melius eſt perdere au-
rum quam animum. & vult dicere. Quæcunque lucra ſapientes contempſerunt, ne moleſtijs ſa-
tanæ rotarentur, vellem me non habuiſſe, quia tunc me rota ſatanæ non calcaret. [Aut ſicut
abortiuum abſconditum non ſubſiſterem] ſenſus eſt, aut non ſubſiſterem ſicut abortiuum non
ſubſiſtit, quod bona & mala huius ſeculi non guſtauit. Abórtiuum eſt, quod à primo ortu &
conceptu ſeminum, corruptum eſt antequam formaretur in partum per animæ adeptionem &
vitæ. [Vel qui concepti] formati in partum, morte pręuenti, [non viderunt lucem] infauſtam
vitæ præſentis, antequam enim oculos aperirent ad eam, mortui ſunt. quibus melius erat ſic
non eſſe, quam malis ſatanæ rotari. [Ibi impij] inquiete viuentes, ſe & alios inquietantes,] ceſſa-
uerunt à tumultu [quo ſe & alios inquietauerunt. Mortuus enim nec tumultum facit, nec ſen-
tit vt prius. [Et ibi requieuerunt feſsi robore] Robore dicitur, propter hoc quod viribus
ſuis confidentes, alios oppreſſerunt: à quo robore mortui, feſsi ceſſauerunt. [Et quondam
vincti] id eſt, capti & afflicti à robuſtis & tumultuoſis, [pariter] cum illis requieuerunt. [ſine
moleſtia,] ita quod moleſtiam vltra non ſenſerunt. In hoc ergo mors vtilis eſt, quod liberat
à ſenſu malorum. & in hoc affectu dixit Dauid, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus
Pſal. 119. eſt. Et dominus: O generatio incredula, quamdiu vos patiar? quamdiu apud vos ero? Qua-
Lucæ 11. re autem vincti ſint, ſubdit, & ſuppletur: [Quia non exaudierunt vocem exactoris] id eſt, ty-
ranni opprimentis, & differentias ſic quieſcentium ſubdit, [Paruus & magnus ibi ſunt.] ſup-
ple æquales & pariter quieſcentes. & ſeruus & liber à domino ſuo] id eſt, qui dominum non
habet, & ideo mors deſiderabilis eſt, qnia à tantis malis liberat. [Quare] oſtendit hic lu-
cem vitæ datam in poteſtatem ſatanæ, inutilem eſſe miſero. [Quare] id eſt, qua vtilitate, [mi-
ſero] inſelicitatibus ſatanæ ſubiecto, [data eſt lux?] ex luce enim nihil habet, niſi quod videt
miſeriam ſuam & plus dolet. ideo lux ſibi nocet. [& vita] in exteriori luce quare data eſt? [his
qui in amaritudine animæ ſunt] id eſt, in amaritudine pertingente vſq; ad animam & animæ
ſubuerſionem. [Qui expectant mortem,] quæ ſit finis miſeriæ. [& non venit,] vt amplius
miſeri ſint. [Quaſi effodientes theſaurum,] quoniam mortem theſaurum & lucrum reputant,
inquantum eſt finis miſeriæ. In Eccleſiaſtico enim dicitur: O mors, bonum eſt iudicium tu-
Eccl. 41. um homini indigenti, & qui minoratur viribus defecto ætate, & cui cura eſt de omnibus. Sic
Tob. 3. & Thobias dixit ad dominum: Fac mecum miſericordiam, & præcipe in pace recipi ſpiritum
3. Reg. 19. meum. expedit enim mihi mori magis quam viuere. Sic Elias petiuit animæ ſuæ vt more-
retur, & ait: Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Et hoc exaggerans, ſubdit: [viro
Eccl. 9. cuius abſcondita eſt via.] Neſcit enim homo vtrum bnnum vel malum exitum habeat. Sunt
iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu D E I ſunt. & tamen neſcit homo, vtrum amo-
re dignus ſit vel odio. Et circundedit eum Deus tenebris, quod ſcilicet ignorat finem ſuum,
& finis qualitatem & tempus. deinde oſtendit hoc taliter eueniſſe in ſe: [Antequam come-
dam,] non ad delicias, ſed ad refectionem, [ſuſpiro] ad pondus miſeriæ prementis. in hoc
multi reprehenduntur, qui ante ſuſpirium cibum accipiunt. [& quaſi inundantis aquæ,] qui ſo-
nat. [ſic rugitus meus] in planctnm, ſecundum illud Eſaiæ: Rugiemus quaſi vrſi omnes, &
Eſaiæ 59. quaſi columbæ meditantes gememus. [Quia timor] id eſt, cauſa timoris, [quem timebam,
euenit mihi] in bonis & liberis ac perſona. [& quod verebar] in amicis & vxore. [accidit.] Et
Roma. 12. ſubdit de innocentia: [Nonne diſsimulaui] mala mihi illata, patientia volens vincere, iuxta
illud ad Romanos: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum? [Nonne quieui] nulli in-
quietudinem faciens? [Nonne ſilui] in tumultu & contradictione peccatorum, ſecundum
Pſalm 38. illud in pſalmo: Obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis? [Et] ſupple tamen [venit ſu-
Thren. 2. per me indignatio] id eſt, plaga ex indignatione, prout dicitur in Threnis: Effudit quaſi
ignem indignationem ſuam, factus eſt dominus velut inimicus. Hæc dixit I O B, vt mate-
riam daret diſputantibus. Huc vſque verba Alberti, circa quæ multa occurrunt, quæ dubi-
tationem & difficultatem inducunt. Videntur enim pro magna parte ſtare non poſſe, vt ſo-
nant. Vnde quæ menti vel circa vel contra ea occurrunt, breuiter tangam, non vt tanto
Doctori in aliquo irreuerentialiter contradicam, ſed vt per inquiſitionem ſcholaſticam
ſacræ ſcripturæ clarius innoteſcat.

Introductio dubiorum & difficultatum circa præſcripta verba Alberti Magni. Articulus XI.

PRimo præterea oritur difficultas circa verbum Alberti, quo ait quod Iob conqueritur de
hoc,quod actus ſui non iudicantur à Deo ſecundum formam,modum ſeu ordinem huma- Albertus.
næ iuſtitiæ. Querimonia enim videtur impatientiæ eſſe. Iob autem de patientia ſpecio-
ſiſsime commendatur,nec ab ea cecidiſſe aſſeritur,ſicut iam patuit. Verum aliquis dicere poteſt,
quod etiam ſit quædam pia querela ex charitate & humilitate procedens, vt cum quis fratrem
peccantem,de eius exceſsibus conquerendo ſpiritali patri,charitatiue accuſat,vel humilis de hu
mili conqueritur,quod omnia ad humilitatem ſpectantia opera ſibi pręripiat, nec ſe aliquid ta-
lium agere ſinat.ſed propter pœnas à Deo directe vel permiſsiue inflictas,conqueri,reprehenſi-
bile eſſe videtur, & potiſsime de diuino iudicio conqueri. Inſuper oritur difficultas circa
verbum Alberti,quo ait quod I O B poſtea, ſcilicet ſanitate adepta vel circiter, rediens ad ve-
rum intellectum,Deo docente cognouit,quod ordo diuinæ iuſtitiæ penitus diſsimilis eſt ordi-
ni iuſtitiæ humanæ: & Ideo homo non debeat iudicari à D E O ſecundum humanæ æquitatis
proceſſum, cuius oppoſitum in principio ſuæ plagationis putauit Iob,vti ex verbis inductis Al-
berti conſequitur. Illud non videtur firmiter dictum,quod ſcilicet vir tantæ perfectionis ac ſa-
pientiæ antequam præſato modo affligeretur,neſcierit ordinem, proceſſum & modum diuinæ
iuſtitiæ diſsimilem eſſe modo & ordini iuſtitiæ humanæ, atque humanam iuſtitiam in infini-
tum deficere à diuina. Pręterea proceſſus & ordo humanæ iuſtitiæ eſt,vt nulli infligatur pœna
niſi pro culpa. ſi ergo Iob primo putauit ſe iudicari debere à Deo ſecundum humanam iuſti-
tiam,fuiſſet eiuſdem opinionis, immo erroris, cuius & ſui amici id ęſtimantes,ſecundum Tho-
mam, vel ſaltem cuius & Eliphatz, id æſtimans, ſecundum Albertum hunc ipſum. Hoc enim Thomas.
vel omnes tres, vel Eliphatz ſenſit,quod homines iudicarëtur à Deo ſecundum proceſſum huma Albertus.
næ iuſtitiæ,ita videlicet,quod Deus nulli infligeret pœnam niſi pro culpa. quod erroneum fu-
it,nec I O B illius fuit erroris, ſicut patet ex his quæ in expoſitione primi capituli dicta ſunt cir-
ca verba Iob. Amplius oritur difficultas circa verbum Alberti, dicentis, quod in fine ſeipſum
reprehendit atque pœnituit,eo quod taliter ſenſit,& quoniam dixit,innocentem & impium ip-
ſe ſcilicet Deus condemnat. ex quo ſequi videtur quod Iob loquendo quæ iſto ſcribuntur li-
bro,peccauit,cuius oppoſitum ſanctus Gregorius in principio primi libri Moralium multiplici-
ter probat & aſſerit,inter cætera dicens: Quædam verba reſponſionum ipſius Iob, imperitis le- Gregorius
ctoribus aſpera reſonant, quia ſanctorum dicta pie intelligere, ſicut dicuntur, ignorant. Et
quoniam animum dolentis & iuſti in ſemetipſis aſſumere neſciunt, ideo doloris verba bene
interpretari non poſſunt.Credunt ergo beatum I O B in ſuis ſermonibus deliquiſſe, minus
intuentes, quia ſi beatus Iob reſponſa redarguunt, falſam de eo & Dei ſententiam fuiſſe teſtan-
tur.Diabolo namque à domino dicitur: Conſideraſti ſeruum meum Iob,quod non ſit ei ſimilis
ſuper terram, &c? Cui mox à diabolo reſpondetur, Nunquid Iob gratis timet Deum? mitte
manum tuam,& cętera. Hoſtis itaque in beato Iob vires ſuas exercuit,ſed certamen contra De-
um aſſumpſit. Inter Deum itaque & diabolum, Iob in medio,materia certaminis fuit. Quiſ- Iob 1.
quis ergo ſanctum virum inter flagella poſitum,dictis ſuis peccaſſe aſſerit,quid aliud quam De-
um quę pro illo propoſuerat, perdidiſſe reprehendit? Idem probat Gregorius per hoc,quod in Gregorius
fine tentationis omnia ipſi Iob in duplo ſunt reſtituta: & quod per interceſsionem ipſius, Deus
amicis eius ignouit. Veruntamen iſtam difficultatem ſpecialiter differo, & infra congruis locis
tangendam ſoluendamque confido. Rurſus oritur difficultas,cum ait Albertus,S. Iob verba hu-
ius dixiſſe capituli,vt amicis ſuis diſputandi præberet materiam. Cum enim fuerit in tot ac tan-
tis afflictionibus conſtitutus,videtur quod occaſionē diſputandi non exquiſierit, nec diſputare
optauerit,cum talis actus debilibus & infirmis in maximis dolorib. poſitis ſit oneroſus: niſi for-
te quis dicat,ꝙ voluit ſibi tribulationem augere.& tamen infra reprehendit amicos, quod diſpu-
tando ipſum afflixerint: Conſolatores, inquiens, oneroſi vos omnes. Et iterum: En decies cōfun
ditis me, & non erubeſcitis me affligentes ſermonibus. Adhuc aūt oritur difficultas, cum ait Al- Iob 16. Iob 19.
bertus: Dies naturaliter eſt principium vitę naſcentis ex vtero. & hęc dies ſecundum totam perio
dum,in quam ſatan accepit poteſtatem,vt malitiam ſuę voluntatis in ea exerceat, In rebus & libe-
ris, perſona & amicis, non poteſt optari niſi vt pereat. ſi enim peribis, triſtitias & infelicitates
non ingeret: ſi autem procedit de mane in meridiem, & de meridie in veſperam, multis afflictio
nibus vitam conſumet. Et ideo optandum non eſt, niſi vt pereat. Ex quibus Alberti verbis ſequi
videtur, ꝙ tempus & vita hęc temporalis quę ſine illo eſſe nō poteſt in ſeculo iſto corporeq; mor
tali, ſint optāda nō eſſe ꝓpter mala pœnalia quæ occurrūt: quod ſtare nō poſſe cenſetur: quia hoc
impatientiæ, non patientiæ atq; conſtātię ſeu fortitudinis animi, eſſet. Patientia quippe perfecta

præſertim,omnem aduerſitatem,pœnam & perſecutionem fortiter ſuſtinet,nec ob talia ſuccumbit,cupiens mortẽ ſecundum ſe,vel ſolum vt eſt finis aduerſitatis,ſed bene vt eſt ianua felicitatis. itaq; dies cuiuſcũq; tribulationis poteſt optari, nõ vt pereat,ſed vt maneat,inquantũ in ipſo die maxime per patientiã promeremur,alijs exemplũ patientię ędificationemq; impedimus,Chriſto propter nos paſſo conformamur,i.gratia atq; virtutibus creſcimus, futura tormenta pręſentibus
1 Phil. 1. pœnis breuioribus minoribuſq; redimimus. Sic quoq; martyres S. fecerũt. Denſq; teſte Apoſto-
Matt. 5. lo,ꝓ Chriſto pati,donũ eſt Dei. Et Chriſt⁹ teſtatur: Beati eritis cũ maledixerint vobis homines,&
Lucæ 6. perſecuti vos fuerint. Gaudete in illa hora,quoniã merces veſtra copioſa eſt in cęlo. Sic & Iacob.
Iacob. 1. Omne,inquit,gaudium exiſtimate fratres,cum in diuerſas tentationes incideritis. Abſolute ergo & ſecundum rectam rationem loquendo, dies non eſt optanda perire, nec vita optanda ſtatim finiri ſeu nunquam fuiſſe,propter mala pœnalia: immo quo illa ſunt grauiora,patientiuſque ex Dei amore feruntur, eo dies huiuſmodi beatior perhibetur. Iterum ex verbis his ſequitur, quod Albertus iſta exponit de die exteriori vere temporali,conſueto, ſenſibili. talis autem dies dudum præterijt,quando Iob verba hæc protulit. ſicque impoſsibile fuit,diem illam repeti,eſſe,
Gregorius perire,obſcurari,&cætera pati ſeu ſuſcipere,quæ ei in iſto capitulo imprecatur. Vnde Gregorius
Thomas. ſatis probat,quod de illo die iſta exponi nõ queant,ſecundũ quod verba iacent ac ſonant. Vnde & Thomas qui de huiuſmodi die iſta exponit,aliter mutat ac ordinat verba,ac aliqua interponit ac addit,quod non facit Albertus. Ex quibus id quoque elicitur,quod expoſitio inducta Alberti,non ſolum differat ab expoſitione Gregorij,in hoc quod Gregorius proceſſum dicit in peccatis,Albertus in pœnis ſeu afflictionibus ſatan,quamuis Albertus quo neſcio ſenſu hoc dicat. immo in alijs valde multis ab inuicem differunt, quemadmodum intuenti amborum præſcriptas expoſitiones pateſcit. Immo & expoſitio Gregorij in hoc puncto rationabilior rite oſtenditur, quoniã tẽpus & vita pręſens magis optanda eſſent non eſſe nec fuiſſe ac perire,ꝓpter mala culpę, quã propter mala pœnæ. Et tamen Gregorius non exponit hęc de exteriori, ſenſibili, temporali ac ſolito die,nec de perſona Beati Iob,ſed nec ꝓpter mala culpę quę fecimus,debemus penitus velle nunquam fuiſſe aut eſſe,quia ad veniam licet venire,& in culparum remiſsione diuina miſericordia declaratur, Deuſq; præclare laudatur. ſed & malũ culpæ non totaliter perimi t bonum
Albertus. naturę. Iuxta hũc modũ poſſẽt & multa ſimilia obijci verbis Alberti,ſicut cum ait: Dies ſatanę,in quo ſcilicet ſatan afflixit Iob,non requiratur ad numerum dierum B. Iob, ita quod Iob orat pro hoc. certum eſt autem quod dies illa præterita non potuit non pertinere ad dies vitæ Iob. Rurſus,cum ait, Recordatio mali,male & ad triſtitiam afficit animam. Certum eſt autem quod recordatio tam mali pœnalis,quam mali culpabilis,frequenter bene ac delectabiliter afficit animam, vt cum aliquis gaudet ſe propter Deum pertuliſſe aduerſa, vel de priſtinæ infirmitatis curatione lætatur,vel pœnitens de ſuis peccatis ſalubriter per pœnitentiam recordatur,vel quod Deus ſibi
Pſalm. 89. pepercit,atque ad emendationem peruenit. Hinc nempe ait Pſalmiſta: Lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. iterum,quando ait, vtilius eſt talia infauſta, id eſt,infortunata,infelicia ſeu aduerſa occumbere,quam illuſtrari:& non apparere quam manifeſtari. Certum eſt autem,quod frequenter vtilius eſt, talia manifeſtari ad Dei honorem & fidei confirmationem,hominumque ædificationem,vt patet de ſanctorum martyrijs: immo & ipſum Iob voluit ſeu permiſit Deus ſic flagellari, vt per hoc eius perfectio ac patientia nobis ad noſtram inſtructionem pateret. vt ex verbis Gregorij patuit. Item,cum ait & ſubdit Iob cauſam tantæ maledictionis: [Quia non concluſit dies hæc oſtia ventris qui portauit me] vt ſcilicet clauſis oſtijs,intra ventrem mortuus eſſem, ne ad hanc infauſtam lucem peperiſſet me mater mea. Ex iſto ſequi videtur,quod propter pœnalia ſua mala Iob optauit ſe natum non fuiſſe, aut in matris ventre obijſſe, quod, ſicut ex præhabitis claret,irrationabile extitiſſet, prout etiam tangit Gregorius. Simili argumento ſequentium verborum Iob, expoſitio huius doctoris impugnaretur. Denique ſubdit, [Nunc enim dormiens ſilerem cum regibus terræ.] quod ſecundum iuſtitiæ perfectionem homines regebant. Sed vt tangit Gregorius,ſi intra matris aluum obijſſet,nullum habuiſſet remedium contra originale peccatum. idcirco in ſilentio & quiete iuſtorum non fuiſſet cum huiuſmodi regibus iuſtis, qui ante Chriſti paſsionem in ſinu Abrahæ quieuerunt,in aſ-
Pſalm. 119. cenſione vero ad cælos deducti noſcuntur. Poſtea addit Albertus: In hoc ergo mors vtilis eſt, ꝙ
Lucæ 11. liberat à ſenſu malorum. & in hoc affectu dixit Dauid: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Et Chriſtus, O generatio incredula,quamdiu apud vos ero? Contra iſtud obijcitur, quoniam licet mors in hoc vtilis aſſeratur, ꝙ liberat à ſenſu malorum, i. pœnali perceptione ſeu ſenſatione pœnarum,inquantũ ſunt quædam mala,non tamen inquantũ ſunt materia patientię,& magni ꝓfectus beatitudiniſq; occaſio. ideo propter mala pœnalia, abſolute loquendo, mors nõ eſt ſimpliciter appetenda in quantũ eſt mors ſeu terminus vitæ ſeu etiam pœnę pręſentis. Nec in tali affectu dicit Pſalmiſta, Heu mihi,ſed deſiderio vitæ beatæ ſeu melioris quietis ex charitate, ſe-
Rom. 7. cundum Auguſtinum alioſque expoſitores concorditer, ſicut & Paulus profatur: Infelix

ego

ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Chriſtus quoque inducta protulit verba
potius propter mala culpæ, vtpote incredulitatem quorundam, vt patet in Marco & Matthæo,
quam tædio malorum pœnalium, itemq́ue deſiderio redeundi ad patrem, & gloriſicationis ſuæ Marci 9.
in corpore. deinde ſubdit Albertus. [Quare data eſt miſero lux?] Ex luce enim nihil habet, niſi Matt. 16. Albertus.
quod videt miſeriam ſuam, & ita lux nocet ei. Iſtud rurſus inſtantiam patitur. afflictus enim, luce
ſenſibili ad multa commoda adiuuatur, vt ſi pergat ad conſolatorem, & ad Chriſti imaginem &
crucem adſpiciat, ac quam aſpecta, memor ſit paſsionis dominicę, diſcat atq; perficiat. Porro ſu-
per illud quod ſubditur: [Expectãt mortem quaſi effodiẽtes theſaurum:] dicit, quoniam mor-
tem, theſaurum & lucem reputant, inquantum eſt finis miſeriæ, iuxta illud Eccleſia- Eccl. 41.
ſtici: O mors, bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, &c. ſicut eſt allegatum, ſicut Tho- Thobiæ 3.
bias dixit ad dominum: Fac mecum miſericordiam, & præcipe in pace recipi ſpiritum meũ. Atq; 3. Reg. 19.
Elias, Tolle animam meam. Ex his potiſsime expoſitio Alberti fulciri videtur, quod ſcilicet pro
pter vitę aduerſitates pœnales optanda ſit mors, & vt pereat dies. Ad quod reſpondendum, quod
autoritas illa Eccleſiaſtici nihil amplius obtinet, niſi quod mors tollerabilior eſt egenis, infir-
mis, ſenibus atque ſolicitis, inquantum pœnalibus ſunt pleniores defectibus, & in quantũ mors
illis finem imponens, eſt ianua ad vitam meliorem ſequentem. ſicq́; excæcatus Thobias, & perſe
cutionem ferens Elias, locuti ſunt verba pręallegata, quamuis nõnulli dicant Thobiam in verbis
illis, pręſertim cum dixit, Expedit mihi mori magis quam viuere, ex humana infirmitate locutũ, Thobiæ 3.
venialiterq́ue peccaſſe. Vel forſitan dixit hoc, timens, ex abundantia aduerſitatum ſibi occurren Nume. 11.
tium ad culpam corruere, ſicut & Moſes in libro Numer. ait ad dominum: Obſecro vt interfici-
as me, ne tãtis malis afficiar. Vnde omnes hi ſancti, videlicet Moſes, Elias, Thobias, verba hæc lo
cuti creduntur magis ad vitandum mala culpę, & ne cernerent talia quæ videre eis grauiſsimum
fuit, ex amore Dei & zelo iuſtitiæ, itemq́ue deſiderio quietis ſequentis, quam ad vitanda mala
pœnæ ſimpliciter. Afflictio tamen pœnoſa, poteſt abſque culpa eſſe alicui occaſio cupiendi mor
tem, ſecundum quod mors eſt quidam ingreſsus ad vitam meliorem ſequentem, in qua non pec
catur vt hic, & præſuppoſita diuina circa hoc voluntate. Hæc autem deſiderio veritatis melioriſ-
q́ue informationis, ſaluo per omnia honore Magni Alberti, ſint inquiſitiue, non reprobatiue aut
pertinaciter dicta. Forte enim verba Alberti poſsunt ſaluari, quamuis per magna parte eorum
non videam quomodo faciliter poſsint ſaluari. Cui itaq; placet tam ſtudioſum doctorem deſen
dere, verba ipſius elucidet ac reſoluat, & quæ obiecta ſunt ſoluat.

De expoſitione S. Thome circa idem capitulum. Artic. XII.

QVoniam expoſitio S. Gregorij in iſto capitulo videtur ad ſpiritualitatem non modice ten Gregorius
dere, Thomas conatus eſt præſens capitulum literaliter explanare, cuius expoſitio in hac Thomas.
parte planior eſt & reſolutior quam Alberti. Itaq; ait: Sicut dictum eſt, circa paſsiones ani Albertus.
mæ duplex fuit antiquorum opinio. Stoici enim dixerunt triſtitiam in ſapientem non cadere. Pe
ripatetici vero dixerunt ſapientem triſtari moderate ſecundum rationem, quod veritati concor
dat. ratio enim conditionem naturę auferre non poteſt. eſt autem rationale ſenſitiuę naturę, con
uenientibus delectari, & de nociuis dolere atque triſtari, quod ratio nequit auferre, ſed mode-
ratur ita, quod ratio per triſtitias à ſua rectitudine non diuertat. Concordatq́ue hæc opinio ſa-
crę ſcripturæ; quę triſtitiam ponit in Chriſto, in quo eſt omnis virtutis ac ſapientię plenitudo.
Sic ergo Iob ex pręnarratis aduerſitatibus triſtitiam ſenſit: aliàs patientia in eo locum non ha-
buiſſet. ſed propter triſtitiam ratio eius à rectitudine non receſsit, ad quod oſtendendum, dici-
tur: [Poſt hæc] id eſt, poſt ſeptem dies taciturnitatis præfatę. Vnde conſtat quod ex ratio-
ne, non ex turbante triſtitia ſit locutus. aliàs ante protuliſſet hęc verba, quando triſtitia vehemen
tior fuit. Triſtitia namq; temporis longitudine mitigatur, & in principio magis ſentitur. ideo tã
diu tacuiſſe videtur, ne ex perturbata mente loqui iudicaretur. Solẽt autem ſapientes ex ratione
exprimere motus paſsionum quos ſentiunt, moderate, ſicut & Chriſtus dixit: Triſtis eſt anima Matt. 26.
mea vſque ad mortem. Et Boetius primo de conſolatione triſtitiam ſuam aperuit, vt oſtende- Boetius.
ret quomodo eam ratione mitigaret. [Et maledixit diei.] maledicere, multipliciter ſumitur:
Cum enim maledicere nihil aliud ſit quam mala dicere, tot modis maledicitur, quot modis ma
lum dicitur. Itaque tripliciter maledicitur. primo, maledictione cauſante malum, quem-
admodum dicere Dei, eſt cauſa eorum quę dicit: & ſententia iudicis, cauſa eſt pœnę eius quem
damnat: ſicq́ue in Geneſi dicitur, Maledictus Cham. Et Ioſue maledixit Achan. Secundo Gene. 9.
fit iſtud. imprecando vel optando malum alicui, & ſic Apoſtolus prohibet maledicere, dicens Ioſue 7.
ad Romanos: Benedicite, & nolite maledicere, non autem primo modo. Tertio fit hoc Rom. 12.
malum ſimpliciter enunciando per modum pręſentis, pręteriti vel futuri. ſic IOB maledixit
diei ſuo, eum malum eſſe dicendo ſecundum morem ſcripturæ, quo tempus dicitur bonum ſeu
malum propter ea quę fiunt in tempore. Denique, licet eſſe & viuere ſit ſecundum ſe appe-
tibile

tibile, tamen eſſe & viuere in miſeria eſt fugiendum, ſecundum quod huiuſmodi: quamuis interdum eſſe in miſeria, aliqui libenter ferant ob aliquem finem. Hinc miſera vita quæ non ordinatur ad aliquem finem bonum, nullo modo eſt eligenda, prout Chriſtus ait de Iuda: Melius ei erat ſi natus non eſſet. Bonum autem quod ex miſeria expectatur, non apprehendit vis ſenſitiua, ſed ratio tantum, ſicut amaritudinem medicinæ percipit guſtus, ſolaque ratio in fine ſanitatis delectatur. Si quis ergo ſecundum paſsionem ſui guſtus iudicaret de medicina amara, diceret eam malam. ratio tamen diceret bonam propter finem intentum. ſimiliter miſeria quam Iob patiebatur, rationi vtilis videbatur, ſed inferior pars animæ eam repudiabat. Vnde & viuere ſub tali miſeria, ſecundum quod tale, fuerat odioſum, & etiam ea per quæ deueniebatur ad illud. Ideo Iob ſecundum inferiorem animæ partem, cuius paſsionem & diſpoſitionem exprimere intendebat, odio habuit natiuitatem ſuam & diem ſuę natiuitatis, conceptionem quoque & noctem qua fuit conceptus. & hoc eſt quod dicit: [Pereat dies in qua natus ſum:] ac ſi diceret, vtinam nunquam natus fuiſſem. [& nox in qua dictum eſt,] id eſt, vere dici potuit, [Conceptus eſt homo.] id eſt, vtinam nunquam conceptus fuiſſem. Congrue autem natiuitatem adſcribit diei, & conceptionem nocti: quia ſecundum aſtrologos, conceptio diurna eſt melior, principali ſidere ſcilicet ſole, exiſtente ſuper terram, conceptio autem nocturna frequentior. Deinde Iob ad maledicendum diei ſuæ ea inducit, per quæ dies fit odioſa. dignitas vero diei, eſt claritas, qua a nocte diſcernitur, quam excludit, dicens: [Dies illa vertatur in tenebras.] ac ſi dicat, dies natiuitatis meæ debuiſſet eſſe tenebroſus, vt congrueret tenebris miſeriarum quas patior. Quædam enim per modum optandi dicuntur, ad exprimendum iudicium quod de aliqua re habetur. & niſi ſic intelligeretur verbum iſtud atque ſequentia, friuola viderentur: quoniam dies & nox, de quibus loquebatur, præterierunt, nec poterant immutari. Præterea dies multipliciter clarus eſt. primo ex ſanctificatione DEI, qui eum celebrem fecit, quam claritatem remouens, ſubdit: [Non requirat eum Deus deſuper] id eſt, non exigat vt ab hominibus celebretur. dies quippe aliqui exigebantur à Deo per homines celebrari, propter aliqua inſignia beneficia in eis collata hominibus, ſicut ſabbatum in veteri lege propter beneficium creationis. Vult ergo IOB inſinuare, quod ſua natiuitas non ſit computanda inter inſignia beneficia Dei, cum ad miſeriam magis quam ad lætitiam natus videatur. Secundo dies eſt clarus ex hominum recorda-

Gene. 41. Marc. 6. tione, ſecundum quod homines dies aliquos celebres ducunt, in quibus eis aliqua magna & lęta acciderunt, quemadmodum Pharao & Herodes diem ſui celebrabant natalis hanc claritatem remouet, dicens: [Non ſit in recordatione hominum.] Tertio dies eſt clarus ex lumine corporali, quę claritas quandoque auſertur per ſubtractionem radiorum ſolis. ideo ſubditur: [Non illuſtretur lumine.] Quandoque auſertur per interpoſitionem nubinm ſeu aliorum occultantium radios ſolis. & quantum ad hoc, dicit: [Obſcurent enim tenebrę.] Quandoque ex defectu viſus, vt dum quis moritur vel excęcatur, tunc claritas diei, quantum ad eum, auſertur: & quo ad hoc, ait. [& vmbra mortis, occupet eum caligo.] Tunc dies caligine occupatur, dum ei primo ſplendenti, ſubito atque ex inſperato tenebræ inducuntur, ſicut Beato IOB inductæ ſunt tenebræ aduerſitatis. [& inuoluatur amaritudine triſtitiæ.] Per quæ omnia aliud nihil intendit, quàm quod dies ſuæ natiuitatis non debeat iudicari dies gaudij, ſed mœroris. Conſequenter maledicit nocti ſuæ conceptionis, primo ei attribuens vnde nox horribilior redditur. Cum enim ſit nox horribilis propter tenebras, quo fuerit tenebroſior, eo fit horribilior, quod fit magna tempeſtate oriente in nocte. & quo ad hoc, ſubdit: [Noctem illam tenebroſus turbo poſsideat.] quaſi dicat, congruiſſet noctem illam tenebroſo turbine poſsideri, vt vitæ meæ congrueret, qui tanto turbine aduerſitatis inuoluitur. [Non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.] tanquam diceret, nox illa non eſt memoria digna, cum nihil inſigne, quo ad me, in ea acciderit, ſed potius aliquid doloroſum. Porro inter noctes quædam ſunt celebres, quibus homines ad feſta agenda concurrunt, quod ab ea remouet, dicens: [Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.] nox namque laude fit digna, propter aliquod magnum factum in ea contingens, quod in ea non accidit. [Maledicant ei qui maledicunt diei. [& qui illi ſint, ſubdit: [Qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan.] id eſt, piſcatores grandem piſcem, qui ſecundum vnam acceptionem vocatur leuiatham, in noctis tenebris mouentes ac capere cupientes. qui apparente die triſtantur, maledicuntque ei, in quantum per lucem diei opus eorum impeditur. Vel qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan, id eſt, homines vitioſi, qui diabolum dictum leuiathan ſuſcitant, eius voluntatem implendo, per hoc enim ſuſcitant

Ioan. 3. Eſai. 24. eum ad dominandum eis, & ad puniendum eos in poſterum, tales maledicunt diei, dum in eo peccare vetantur, ideo dicitur apud Ioannem. Omnis qui male agit, odit lucem. Diabolus autem vocatur Leuiathan in Eſaia, quo ſcribitur: Viſitabit dominus ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum, & cætera. Deinde excludit à nocte hac pertinentia ad bonum eius,

eius, quorum vnum eſt, quod decoratur adſpectu & luce ſtellarum. vnde ſubdit: Obſcurentur
ſtellæ caligine eius, vt ſcilicet non appareant. Aliud eſt. quod nox decoratur ſpe diei, quod remo
uens, addit: [Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ,] quatenus tenebræ e-
ius nec finiantur per diem, nec minuantur per auroram, quod intelligendum eſt, ſicut de die
prædictum eſt. [Quia nõ concluſit oſtia ventris qui portauit me.] id eſt, quia in ea non ſunt oſtia
ita concluſa, quod dicit, ad innuendum quod deſiderauerit ſuũ conceptum, non veniſſe ad par-
tum, neque ad pueritiam, quæ intelligitur per auroram: neque ad iuuentutem, quæ per plenam
lucem ſignatur. Nec abſtulit malum ab oculis meis.] quaſi dicat, Ipſam vitam non propter ſeip-
ſam abhorreo, ſed ob mala pœnalia quibus affligor. Vnde omnia quæ ſupra figuratiue loquu-
tus eſt, hac clauſula expoſuiſſe videtur. [Quare non in vulua mortuus ſum?] hoc dicit quan-
tum ad ſtatum vitæ, quo concepti primo viuunt in vtero: quantum vero ad ſtatum vitæ, quo vi-
uunt poſt natiuitatem ex vtero, ſubdit: [Egreſſus ex vtero non ſtatim perij?] Et quia cum aliquia
dicit, quare hoc factum eſt, dat intelligere ſaltem aliquando quod inutiliter factum ſit, hinc o-
ſtendit inutile, immo & nociuum ſibi eſſe, quod conſeruatus eſt in vita. [Nunc enim dormi-
ens ſilerem.] mortem nominat ſomnum, propter ſpem reſurrectionis. Per ſilentium vero
intelligit quietem ab aduerſitatibus quas patiebatur. quaſi diceret, ſi ſtatim poſt ortum mortu-
us fuiſſem, his aduerſis non inquietarer. [Et ſomno meo] id eſt, morte, requieſcerem ab
inquietationibus vitæ iſtius, [cum regibus & conſulibus terræ.] qui vel delicijs vel diuitijs
vacant. ideo ſubditur [Qui ædificant ſibi ſolitudinem,] cauſa venationis & aliarum volu-
ptatum, ſolitarij eſſe volentes. [Aut cum principibus qui poſſident aurum,] quaſi dicat, ſi
ſtatim mortuus eſſem, nihil nunc minus haberem quam habent illi, qui hic in multis proſpera-
bantur. Ex his verbis dat intelligere, hominem ſecundum animam poſt mortem ſubſiſtere.
Porro ſi obijciatur, quod huiuſmodi reges & principes non quieſcunt, ſed in inferno torquen-
tur, & quod vtile fuit Beatum IOB conſeruari in vita ad meritum acquirendum, dicendum
quod loquitur iſta ex parte ſenſualis partis, exprimens eius effectum, quę non reſpicit niſi ad cor
poralia atque præſentia bona vel mala. [Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem.]
hoc dicit, quo ad eos qui moriuntur ante infuſionem animæ rationalis. à fœtibus quippe
abortiuis ante rationalis animæ infuſionem morientibus, nil manet perpetuum. [Aut qui
concepti non viderunt lucem, [qui moriuntur in vtero poſt animæ rationalis infuſionem.
[Ibi] ſcilicet in ſtatu quem habent qui concepti non viderunt lucem, [impij ceſſauerunt
à tumultu,] quem alijs inferebant, quos afflixerunt: quod in ſtatu illo nondum facere po-
tuerunt, nec in ſimili facere poſſunt. [& ibi] videlicet in ſtatu mortuorum, [requie-
uerunt feſſi robore,] id eſt, qui pugnando aut laborando ſunt fatigati. non autem loquitur
niſi de quiete à malis vitæ præſentis. [Et] illi qui fuerunt [quondam pariter vincti,]
erunt ibi [ſine moleſtia] id eſt, priori anguſtia, cum eis qui vinctos eos tenebant, [& ibi]
homines oppreſſi angarijs, [non exaudierunt vocem exactoris] ſecundum illud Eſaiæ, Quo-
modo ceſſauit exactor, quieuit tributum? [Paruus & magnus ibi eſt] id eſt, qui hic diffe- Eſai. 14.
rebant per inæqualitatem proſperitatis terrenæ, ſunt pariter ibi: nec paruitas & magnitudo,
quo ad terrena, penſata, facit ibi diſtantiam. veruntamen differentia magnitudinis & parui-
tatis, ſecundum ſpiritualia bona, remanet ibi. ſed de his modo non loquor. [&] ibi [ſeruus]
erit [liber à domino ſuo.] ideo non habebit ibi locum exactio aut aliquid tale, Poſt-
quam deteſtatus eſt IOB propriam vitam, nunc deteſtatur totius generis humani vitam, tam
quo ad eos qui proſperantur, quam quo ad eos qui aduerſitatibus exercentur, à quibus iam
incipit. [Quare] id eſt, qua vtilitate. [data eſt miſero] id eſt, pœnis ſubiecto, [lux]
cognitionis, cum per eam conſideret mala quibus affligitur, [& vita his qui in amaritudine
animæ ſunt?] quia per amaritudinem vitæ admixtam, ipſum viuere tædioſum efficitur.
[Qui expectant mortem, & non venit] tam cito vt cupiunt, [quaſi effodientes theſau-
rum] id eſt, qui cum grandi deſiderio quæritur. & quoniam deſiderium completur, gaudium
parit, ſubiungit: [Gaudentque vehementer cum inuenerint ſepulchrum] id eſt, cum viderint
ſuperuenire mortem, per quam inueniant monumentum. Et quoniam dici poſſit quod vita de- Prouer. 4.
tur vtiliter his qui proſperantur, hoc remouens, dicit: [Viro cuius abſcondita eſt via] id eſt, cur Ibidem.
tali data eſt vita & lux? Dicitur autem via viri abſcondita, quia neſcitur quo præſentis proſpe- Hiere. 10.
ritatis ſtatus perueniat, iuxta illud Prouerbiorum: Riſus dolore miſcebitur, & extrema
gaudij luctus occupat. Et in Hieremia, Non eſt in homine via eius. In Eccleſiaſte etiam.
Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ei in vita ſua? Quo-
modo autem via abſcondita ſit, ſubdit: [Et circundedit eum Deus tenebris] ignorantiæ, quia Eccl. 7.
rerum omnium cognitionem ei non tribuit. deinde iſta aduerſa ſibi adaptat: [Antequam come
dam, ſuſpiro.] Suſpirium, eſt ſignum moderatæ triſtitiæ: rugitus vero, ſignum eſt triſtitiæ vehe-
mentis. ideo ſubdit, [Et quaſi inundantis aquæ ſic rugitus meus.] aqua enim de facili mo-

uetur, & murmuris efficit ſonum: ſic homo in magna poſitus afflictione, & leui ſuæ calamitatis memoria ad rugitum mox prouocatur. additque, Inundantis aquæ, vt amaritudinis ſuæ continuitatem oſtendat. Aqua namque inundans mouetur continue & ſonum producit. Porro miſeria hominis ad amaritudinem prouocans, in duobus conſiſtit, videlicet, in damnis rerum vel perſonæ & in dehonoratione. Quantum ad primum, ait: [Quia timor quem timebam, euenit mihi:] id eſt, quæ timebam, mihi iam acciderunt, quo enim perſona extat prudentior, tanto tempore proſperitatis magis præcogitat, quæ tempore aduerſitatis ſibi accidere queunt, iuxta illud Eccle-
Eccl. 11. ſiaſtici: In die bonorum ne immemor ſis malorum. Quo ad ſecundum, ſubiungit: [Et quod verebar, accidit.] eſt enim verecundia (ſecundum Philoſophum) timor inhonorationis. per quod oſtendit quod poſt gloriam magnam opprobria & dehonorationes ſuſtinuit. & quod hoc non meruit ſubdit: [Nonne diſsimulaui] iniuriam mihi illatam? Denique pœnam mereri quis poteſt dupliciter. Primo, dum ex illatis iniurijs vltra modum prouocatur ad vltionem, quod remouet, dicens: Nonne diſsimulaui? Alio modo, dum primitus alium ipſe offendit aut verbis, quod remouet, dicens: [Nonne ſilui] à verbis contumelioſis & impijs? aut factis, quod à ſe remouens,
Eſaiæ 57. ſubdit: Nonne quieui] ab opere malo? quod mali non implent, cum in Eſaia ſcriptum ſit: Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. [&]quamuis innocens fui, tamen [venit ſuper me indignatio.] id eſt, pœna à Deo, in quo ira non ponitur commotio animi, ſed punitio.

Quid de intellectu huius capitis rationabilius dictum videatur. Artic. XIII.

Gregorius. Thomas. Gregorius. QVantum capere queo, inter Gregorium aſſerentem præſens capitulum non poſſe ad literam exponi & Thomam aſſerentem ac ſacientem oppoſitum, non eſt tanta diſſonantia in re, ſicut in verbis apparet. Gregorius namq; inteudit probare, quod capitulum hoc non poſsit literaliter exponi, ſecundum quod verba iacent & ſonant, & vt ſumantur dicta à ſancto Iob ſecundum rationem deliberatam. ſic nempe (vt arguit) impoſsibilitatem & irrationabilitatem, maximamque impatientiam continerent. Nec Thomas ſic capitulum iſtud exponit, quemadmodum conſideranti verba eius, præcedenti capitulo introducta, euidentiſsime conſtat. Expoſitio quoque Alberti ſatis faciliter videtur poſſe ad expoſitionem Thomæ reduci, & concordari cum ea, paucis hincinde verbis ſubintellectis, quæ ſubintelligit Thomas: & præmiſſo notabili, quod Thomas præmittit. Porro Lyra, quamuis expoſitionem Thomæ dicat ſubtilem & gratioſam, obijcit tamen ſobrie contra eam, quod ſecundum dictum Thomæ, quo aſſerit beatum Iob loqui verba huius capituli ad inſinuandum diſpoſitionem ac paſsionem ſenſitiuæ partis ſuę, miſerias quas patiebatur abhorrentis, quamuis ipſe ſecundum rationem per patientiam eas acceptaret intuitu Dei ad præmij eius. Itaque contra iſtud ſic arguit: Amici Iob cum fuerint ſapientes ac literati, non contradixiſſent ipſi Iob hoc modo loquenti, ſcientes paſsiones eſſe triſtabiles ſecundum ſenſitiuam animæ partem. Et ideo ſecundum hoc dictum, tota diſputatio eorum contra Iob procederet æquiuoce, cum nitantur oſtendere, ſanctum Iob ex impatientia factum maledicum ac blaſphemum, tanquam ex erronea ratione loquentem, quæ tamen diſputatio protrahitur vſque III. cap. Nec videtur quod Iob tam diu tenuiſſet eos in verbis æquiuocis, ad propoſitum non ſpectantibus, quin aperuiſſet eis intentionem ſuam. Ob hanc rationem videtur huic expoſitori aliter eſſe dicendum, videlicet quod diſputans contra aliquem, frequenter dicit vel arguit procedendo ex conceſsis ab eo, ad concludendum aliquid contra eum, quemadmodum Apoſtolus ad Corinthios ex errore negantium reſurrectionem ſic arguit: Si reſurrectio
1. Cor. 15. mortuorum non eſt, ergo nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt fides veſtra. Amici autem Iob, licet conuenirent cum eo in hoc, quod actus humani reguntur diuina prouidentia, tamen diſſentiebant ab eo in hoc, quod punitionem peccatorum & remunerationem bonorum in futura vita negabant. Ad quod dictum eorum ſequitur, quod vita hominis in magna miſeria exiſtentis, à qua non apparet liberatio via humana poſsibilis, ſit ei oneroſa atque odibilis, ſi ſcilicet nulla eſt remuneratio in futuro ſeu alia vita: & per conſequens, ea per quæ venit ad tantam miſeriam, ſcilicet conceptio, natiuitas, educatio, ſint ei odioſa. In tali autem ſtatu erat Iob, & ideo ex ſententia amicorum ſuorum erronea, quam agnouit, concluſit vitam ſuam ſibi odibilem, & ea per quæ venit ad eam, ducendo eos ad inconueniens, quia iſtud pro inconuenienti habebant. Et ſecundum hunc modum Iob non poteſt de impatientia vel blaſphemia repræhendi. Nam ea quæ in iſto capitulo & ſimilia quæ in ſequentibus ait, non profert ex ſua ſententia, ſed magis tanquam ex errore amicorum deducta. Præterea quantum intelligo, ſi textus huius capituli literaliter debeat explanari, videtur expoſitio S. Thomæ conueniens, nec tacta obiectio quicquam concudit. Concedendum eſt equidem
Thomas. Iob. 4. quod amici Iob prima facie putauerunt eum verba huius capituli ex impatientia & turbata atq; erronea ratione locutum, quemadmodum ex verbis Baldath clariſsime liquet. Et hoc ipſum

ſecundum

ſecundum quod tangit Gregorius, fuit in eis culpabile: quia ex priſtina conuerſatione B. Iob, Gregorius
quam nouerunt, debuerunt aduertere quod non ex impatientia loqueretur, ſed myſtica ratione
talia promeret. Deinde addendum quod diſputatio inter Iob & eius amicos, in æquiuocis non
laborat, nec Iob in ęquiuocis eos tenet. quoniam ſtatim in prima reſponſione, qua reſpondet pri
mę obiectioni de Eliphaz, quę reſponſio incipit 6. cap. orſus eſt inſinuare ac demonſtrare, quod Iob 6.
non impatienter aut vitioſe hęc protulit, ſed ad exprimendum grauiſsimum corporalis naturæ
ſenſitiuęq; partis dolorem, quam pertulit: & ꝙ quantum ad huiuſcemodi afflictionem, vita ſua
eſſet ſibi odibilis ac molesta, ſecundum inſeriorem animæ partem, non antem quod ratio paſsio
ni ſuccumberet vel vinceretur dolore. Hinc nempe infra ait: Reſpondete, obſecro, abſq; conten- Iob 6.
tione, & loquẽtes id quod iuſtũ eſt iudicate, & non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in
faucibus meis ſtultitia perſonabit. ſtatimque ſequenti capite ſubdit, Militia eſt vita hominis ſu-
per terram: quo verbo oſtendit, quod homini habendum ſit bellum continuũ contra paſsiones Iob 7.
& vitia. Quod verò pręfata verba atq; ſimilia ſecundũ ſenſualitatis afflictionem ꝓtulerit, pandit,
dicendo: Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcenderit in inſernum, nõ aſcendet nec
reuertetur. Quapropter & ego nõ parcã ori meo: loquatur in tribulatione ſpiritus mei, confabu
labor cum amaritudine animę meæ. Inſuper adijciendum, quod tota diſputatio amicorum Iob
contra eum, non eſt ad oſtendendum eum factum maledicum & blaſphemum propter hæc ver-
ba: immo de hoc diu non diſputant: ſed principale intentum eorum eſt, diſputare de prouiden-
tia Dei, qualiter ſcilicet res humanæ gubernentur à Deo, ſecundum Albertum & Thomam con- Albertus.
corditer. Et quia timebant hominem non puniri, niſi pro pręuia eius culpa, conſequenter cona- Thomas.
ti ſunt demonſtrare, quod Iob pro ſuis peccatis punitus ſit, quodq; occultè iniuſtus atque hypo-
crita fuit, non quidem ob verba hęc, ante quorum prolationem fuit plagatus, ſed aliunde. contra
quos Iob zelo iuſtitię veritatem tuetur, ſuamque in omnibus æquitatem concludit, quemadmo-
dum in proceſſu lucebit. Præterea apparentiam habere non reor, quod omnia verba huius capi-
tuli, atque ſimilia, dixerit, non quaſi ex ſua ſententia, ſed tanquam ex errore amicorum deducta.
Non enim conſueuit quis taliter diſputare aut fari, videlicet ex errore aliorum inconueniens
deducendo, niſi de tali errore mentio aliqua ipſam diſputationem ſtatim præceſſerit. quem-
admodum præallegato loco quo Apoſtolus ſic arguit, errorem eorum, contra quos argumenta-
tur, commemorat, moxque impugnat. Conſtat autem quod ante verba hæc ſancti Iob, nulla pr- 1. Cor. 15.
ceſſerit mentio de errore amicorum eius prætacto. Poſtremo quod amici Iob illius fuerint opi-
nionis atque erroris, immo perfidiæ, quod nulla ſit remuneratio actuum humanorum poſt vi-
tam hanc, vtpote quod anima rationalis ſit mortalis, pereatque cum corpore, nequaquam vide- Thomas.
tur, neque probabile arbitror, quanquam etiam ſanctus Thomas hoc dicat, immo ex verbis ami-
corum Iob oſtendetur, quod poſuerunt animam hominis immortalem. Nam & Eliphaz ſtatim Iob 4.
inter cætera de impijs loquitur. De mane vſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelli-
git, in æternum peribunt. Infra quoque Sophar teſtatur: Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſu- Iob 20.
metur. iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum ſic & ſuſtinebit. reuelabunt cæli iniquita-
tem eius, & terra aduerſus eum conſurget. Hæc eſt pars hominis impij à DEO. Multa quo-
que ſimilia infra, ſpiritu veritatis præſtante, tangentur. Denique qui nouerunt caſum ange-
lorum, communiter cognouerunt illorum ruinam per homines inſtaurandum, ſicque ſenſe-
runt animam rationalem non eſſe mortalem, ſed ad angelicam & cæleſtem beatitudinem per-
ducendam. Vnde Saducæi dicentes animam hominis eſſe mortalem, dixerunt angelos non Actu. 4.
eſſe, nec ſpiritum, vt legitur in Actis. Amici autem IOB nouerunt quoſdam ex angelis corru- Iob 24.
iſſe. Eliphaz enim dixit: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis repe-
rit prauitatem. At vero cum viri iſti fuerint beato Iob tam familiares atque chariſsimi diu
ante hanc diſputationem, probabile non apparet, quod tanto tempore reliquiſſet eos in tanta
incredulitate atque inſania, & non niſi in hac diſputatione probaſſet eis animæ immortalita-
tem. ſed contra hoc aliquis dicere poſſet, quod pari ratione debuit eos iam dudum inſtru-
xiſſe de modo prouidentiæ Dei, ne circa illum errarent. Et reſpondendum quod ille eorum
error, quo putabant nullum à Deo puniri, niſi pro culpa, non fuit ſic periculoſus ac perfidus aut
impeditiuus ſalutis, vt iſta perfidia de animæ mortalitate. Gregorius etiam & Albertus ita ex- Gregorius
ponunt verba amicorum Iob, quod poſuerunt vitam poſt hanc vitam, & animam immortalem. Albertus.
nec ſequitur, ſi dixerunt, hominem non puniri à DEO, niſi pro ſua culpa, iuſtiſque contingere
proſpera, quod ſenſerunt animam eſſe mortalem. Nam illis temporibus communiter ita fie-
bat, quod virtuoſis hominibus etiam temporalis euenit proſperitas, quemadmodum in veteri
teſtamento Deus ipſis quoque Iudæis temporalium proſperitatem ſpopondit, ſi diuinis obtem-
perarent præceptis. Præterea, quid Beatus Hieronymus circa hæc ſentiat, mihi non conſtat, Hieron.
niſi quantum ex eius expoſitione ſuper Ieremiam elicio. exponens etenim illud Ieremiæ, Male- Iere. 20.
dicta dies in qua natus ſum, Maledictus vir qui annũciauit patri meo, dicens: Natus eſt tibi puer
maſculus.

maſculus. Maledictus vir qui non interfecit me à vulua, &c. circa hæc ſcribit Hieronymus: verba
Iob huic Ieremiæ teſtimonio coaptamus, quod ſcilicet ſit melius non eſſe quam viuere in ſuppli
Iob 1. cijs, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Quare data eſt miſero lux? & in euangelio, Melius illi fuerat, ſi
Matt. 26. natus non eſſet homo ille. Vnde & Iacob, eo quod vixerat in labore dies ſuos, paruos & malos aſ-
Geneſ. 47. Iere. 20. ſeruit. quomodo autem intelligenda ſunt verba Ieremiæ, ibidem plenius ſcripſi. vtque ibidem
ſenſi, ſentio adhuc, quod ſcilicet tam verba Iob quam Ieremiæ, intelligi poſſunt per modum hy-
perbolicæ locutionis, qua aliquid ſine mendacio dicitur per exceſſum, non ꝙ loquens ſic aſſerat
vel intendat, ſicut verba eius prima facie ſonant, ſed quoniam magnitudiné rei vel ſuæ affectio-
nis, aliter nequit tam conuenienter exprimere. tales quippe locutiones in ſcriptura ſacra frequē-
Gene. 41. tes ſunt, ſicut in Geneſi Pharao loquitur Ioſeph: Abſque tui oris imperio nullus in vniuerſa ter-
Iudic 20. ra Ægypti mouebit manum aut pedem. Et in lib. Iudicum filij Beniamin dicuntur ſic ad certum
Ioan. 21. ieciſſe lapidem funda, vt capillum tangere poſſent. Ioannes quoque ait: Multa alia fecit Ieſus,
quę ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mundum arbitror capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, li
bros. Præterea circa pręhabita, poteſt moueri, quomodo Gregorius dicat illud capitulum non
poſſe exponi ad literam, cum in omni loco ſcripturę ille dicatur ſenſus literalis, qui primo princi-
paliterque intentus eſt ab autore ſcripturæ. Et reſpondendum quod doctores circa hoc duplicē
habuerunt modum loquendi. Aliquādo enim dicunt quod ille ſit ſenſus literalis, qui primo per
verba literæ ſignificatur. & ita multa ſunt loca ſcripturę, quæ ad literam capi non poſſunt, potiſſi-
2. Cor. 3. me in prophetis. ſicque Apoſtolus proteſtatur: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Interdum
vero affirmant quod ille ſit ſenſus literalis, qui primo ac principaliter eſt intentus ab authore ſcri
pturæ. ſicque omnis locus ſacrę ſcripturę dicitur ſenſum literalem habere, qui tamen non eſt ſem
per ille qui per verba literæ primo ſignificatur. ſed ſæpe qui deſignatur per res, ſignificatas ipſis li
teræ verbis, & cum in lib. Iudicum ſcribitur, Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe regem: Et 4. Re-
Iudic 9. gum, Carduus Libani miſit ad cedrum quæ eſt in Libano, ſenſus literalis non eſt in iſtis de arbo-
4. Reg. 14. ribus, ſed de hominibus per arbores iſtis nominibus deſignatas ſignificatis. Hæc de huius capitu
li difficultatibus dicta ſint.

Expoſitio Capituli IIII. Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit. Art. XIIII.

AMici Iob, qui infra ſeptem dies quibus cum ipſo in terra ſederunt, nec eum affati ſunt,
Iob 2. propter vehementiam ſuæ afflictionis, auditis verbis B. Iob, ſumpſerunt loquendi fiduciā:
immo ad loquendum ꝓuocati ſunt valde, moti non parum & admirati propter verba Iob,
quæ videbantur eis diuino derogare honori, & deſperationem, prę ſumptionem, impatienti-
amque ſonare. Hinc zelo Dei ad loquendum moti videntur, ſed non ſecundum ſententiam,
quoniam indiſcrete: & qui ad conſolandum venerunt, ad redargutionem, increpationē, atq; acer
Iob 32. rimam diſputationem conuerſi ſunt. ſed quia prudentes fuerunt, ſibi inuicem deferebant, ordi-
nate loquendo, & principaliori inter eos loqui exordiente. venit autem & Elihu cum eis, vt in-
fra inſinuatur: ſed quoniam iunior fuit, tacuit, quouſq; hi tres diſputationes ſuas cum Iob termi-
nauerunt. Itaque dicitur, [Reſpondens autem Eliphaz] Cum Iob fuerit proponens atque reſpon
dens, & alij fuerint obijcientes, quomodo Eliphaz nunc reſpondens aſſeritur, pręſertim cū Iob
nihil ab eo quęſierit, nec ad ipſum direxerit verbū. Et reſpondendum quod in ſcripturis reſpon
dere dicitur, non ſolum ad interrogata ſeu propoſita loqui, & vicem ſolutionemue redderet, ſed
& proportionabiliter ſeu congrue verbum proferre ad dictum vel factum alterius. vnde (ſecun
dum Albertum) reſponſio vocatur hic, in contrarium diſputatio. [Themanites,] quia de Themā
Albertus. fuit, fuitque Theman (vt dicitur) terra iuxta Idumæam. viguit quoque ſtudium literarum ac ſapi
Baruch. 3. entiæ in Themā, iuxta id Baruch: Sapientia non eſt inuenta in terra Chanaan, neque viſa in The-
mā. quod de vera ac ſpiritali ſapientia dicitur quo verbo innuitur in Themā quædam ſapientiā
*accipies. viguiſſe. [dixit: Si cœperimus loqui tibi, forte moleſte * feres,] vel propter acerbitatem tui dolo
ris, (grauiter namque afflictis moleſtum eſt, multa audire & loqui. Hinc quippe tot diebus con-
ticuerunt:) vel propter impatientiam tuam, quam nunc in tuis verbis perpendimus. Impatientis
autem & irati conſuetudo eſt, non poſſe audire loquentem vſque ad congruum finem: ſed mox
in ipſo verborum exordio prouocatus, interrumpit verba loquentis. quod quam vituperabile
Prou. 18. ſit, in ꝓuerbijs oſtenditur quo oſtēditur: Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demō
ſtrat & confuſione dignum vel propter inordinatum proprij ſenſus amorem. Nempe qui talis
eſt, ſuæ impugnationem ſententiæ ægre fert. Nam & Ariſtoteles in Ethicis ait, quod etiam poe-
Philoſop. tæ ſua poemata amant vt proprios filios, & de illorum impugnatione grauantur, dicitque, forte
ne de interioribus alterius videatur temerarie iudicare, & vt ſobrie loqui cernatur. [Sed conce-
ptum ſermonem] id eſt, intus ad proferendum diſpoſitum per verba mentalia, [tenere] id eſt,
frenare & à prolatione vocali reprimere [quis poterit?] quaſi dicat, nemo aut pauci. quod ſi gene-
raliter intelligatur, ſonat in vitium. Paſſionati etenim cordis eſt leuiſque animi, eſſe in verbis
præcipitem,

præcipitem, non reſtringere linguam, non compeſcere inclinationem atq; propoſitumnon ſa- Eccl. 19.
lubre, iuxta illud in Eccleſiaſtico: Sagitta infixa fœmori canis, ſic verbum in corde ſtulti. Eliphaz
vero videtur hæc dicere de his, qui zelo æquitatis & veritatis amore ad loquendum interius inſti
gantur, quos huiuſmodi amnr & zelus, & potiſsime feruida Dei dilectio, ad fandum quaſi com-
pellunt, atq; ad veritatis defenſionem impellunt, etiamſi alter quamuis amicus inde grauetur,
quèmadmodum in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Pro iuſtitia agonizare, & vſq; ad mortem certa pro Eccl 4.
iuſtitia, & Deus expugnabit pro te. Itemque ne reuerearis in proximum in caſu ſuo, nec contine- Ibidem.
as verbum in tempore ſalutis. Deniq;, teſte Philoſopho primo Ethicorum, duobus exiſtentibus Philoſop.
amicis, ſanctum eſt pręhonorare veritatem. Chriſoſtomus quoque dicit, quod licet ſit pium pro- Chriſoſt.
priam æquanimiter ferre iniuriam, impium tamen eſt diſsimulare iniuriam Dei. Verba autem
Iob præinducta, videbantur amicis Iob ad diuinam pertinere iniuriam. Hinc ait & Thomas: Iu-
ſti interdum ex zelo diuino ea quæ ad Dei honorem dicenda concipiunt, tacere non poſſunt, ſe-
cundum illud Ieremiæ: Dixi, non recordabor eius, puta ſermonis Dei, neque loquar vltra in Iere. 20.
nomine illius. Et factus eſt ſermo domini in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in
oſsibus meis. & defeci, ferre non ſuſtinens. Porro ſecundum Gregorium triplex eſt genus ho- Gregorius
minnm. quidam enim mala loqui concipiunt, & nulla ſilentij grauitate frenantur. Alij quam-
uis ita concipiant, fortiter tameu ſe vincunt, & magno ſilentij ſe vigore reſtringunt. Alij tan-
tæ perfectionis celſitudinem ſunt adepti, quod nec ad loquendum peruerſa concipiunt. Boni
itaque viri freno conſilij retinent præcipitationem verbi, & caute conſiderant, ne loquendo in-
caute, audientium mentem lædant. Contra primos dicit Eccleſiaſticus: Audiſtis verbum ad-
uerſus proximum tuum, commoriatur in te, ſciens quod te non diſrumpet. Deinde Eliphaz ni- Eccl. 19.
titur demonſtrare ſanctum Iob eſſe turpiter impatientem. Cum enim Salomon dicat, Doctri- Pro. 19.
na viri per patientiam noſcitur; turpe eſt doctori patientiæ, ad impatientiam labi. inhone-
ſtumq; eſt, quenqnam alios edocere quod ipſe nõ facit, immo cuius contrarium agit. ideo ſubdi
tur: [Ecce] quod hic ponitur pro ſigno confuſionis, [docuiſti plurimos] ipſas virtutes, & quo-
modo in aduerſis patientiam conſeruarent. [& manus laſſas roboraſti] id eſt, homines, quorum
vis operatiua fuit in bonis operibus fatigata atq deficiens, tua ad bene agendum confirmaſti do
ctrina, ſicut Apoſtolus fecit, dicendo: Fratres bene facientes nolite deficere. tempore enim ſuo Galat. 6.
metemus non deficientes. [vacillãtes] id eſt, homines in bono nutantes & in rationis iudicio de-
biles, vel de diuina prouidentia hæſitantes, [confirmauerunt ſermones tui] quibus induxiſti eos
ad animi firmitatem, ad veritatis certitudinem, ad boni conſtantiam, quemadmodum Paulus ad 1. Co. 16.
Corinth. Stabiles, inquiens, eſtote, & immobiles, abundantes in opere domini ſemper ſcientes
quod labor veſter non eſt inanis in domino.. & genua tremẽtia] id eſt, eos qui in via iuſtitię clau
dicabant, aut tribulationum magnitudine premebantur, quaſi graue onus portantes, atq; ſub illo
deficientes, quemadmodum homini magnum pondus ferenti genua tremunt. [confortaſti] hor
tando ad patientiam inconcuſſam. in geniculorum autẽ tremore ac diſſolutione primo apparet
debilitas. Docuit ergo Iob ſub lege naturæ. quod poſtea docuit Eſaias ſub lege ſcripta, & Paulus
ſub lege euangelica. ſcriptum eſt enim in Eſaia, Conſortate manus diſſolutas, & genua debilia Eſaiæ 35.
roborate. puſillanimes confortamini, & nolite timere. Et ad Hebræos dicitur: Remiſſas manus Heb. 12.
& genua debilia erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris. Præterea ſecundum Gregori-
um dum Eliphaz ſanctum Iob vituperare intendit, ipſum non parum commendat. Penſemus,
ait Gregorius, cuius celſitudinis iſte vir fuit, qui inter curam domus, inter multiplicium rerum Gregorius
cuſtodiam, inter affectus pignorum, inter ſtudia tot laborum, erudiendis ſe cæteris ita impendit.
Conſequenter Eliphaz innuit, quod Iob propria dogmata non impleuit. [Nunc autem venit ſu-
per te plaga,] id eſt. percuſsio iſta & filiorum & opum ablatio. [& defeciſti] à fortitudine ac pa-
tientia animi virtuoſi. [tetigit te] plaga hæc vſque ad intima, [conturbatus es] id eſt, mente con-
fuſus, inquietatus, & inordinatus, à medio virtutis ruendo. cum tamen virtuoſi ac ſapientis ſit, à
mentis tranquilitate in aduerſis non labi. Porro peruerſi duobus modis bonorum impetunt vi-
tam, quia aut praua eos dicere aſſerunt, aut non ſeruare recta quæ docent, quorum vtrunque
amici Iob ei imponnnt. Hinc verbis ſequentibus Eliphaz innuit Iob non fuiſſe veraciter virtuo-
ſum, nec egiſſe quæ docuit. Cum enim virtuoſi profectus indicium, patientia vere dicatur, iuxta Eccl. 27.
quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribula- Eccl. 2.
tionis. Itemque, in igne probatur argentum & aurum, homines vero receptibiles in camino tri-
bulatinnis. Ideo non videtur vere fuiſſe virtuoſus in proſperis, qui confeſtim aut grauiter per im
patientiam labitur in aduerſis. Vnde ad oſtendendum quod Iob ſit virtutibus vacuatus, expro-
bratorie Eliphaz ſubdit: [Vbi eſt timor tuus] id eſt, timor quo te ante Deum vereri monſtraſti,
vel potius ſimulaſti? q. d. nunc apparet quod Deum non timeas, nec ante ſyncere timueris, cum tã
repente atque enormiter pecces per verba maledictoria, quæ dixiſti. Scriptum eſt namque, Ti- Eccl. 27.
mor domini expellit peccatum. Hinc & infra ait hic Eliphaz, quãtum in te eſt, euacuaſti timorẽ. Iob 15.

non poteſt, quamuis bene intelligi & ſic vniuerſaliter valeat verificari. Conſtat enim quod impij
ſæpe in ſeculo iſto vſq; ad vltimam ſenectutem ſubſiſtunt, & magis quã iuſti in temporalibus ꝓ-
ſperantur. Veruntamen, quia quantum ad animam, pereunt in æternum, vniuerſaliter verum eſt,
ꝙ impij Deo flante diſpereant, ſicut & Eſa. fatetur, dicendo: Et quidẽ neq; ſatus nec radicatus in Eſaiæ 40.
terra trũcus eorũ repente flauit in eos & perierũt. Et Pſal. Tanquã fœnũ velociter areſcẽt, & ſicut Pſalm. 36.
olera herbarũ cito decident. Itemq;, Deiecisti eos dũ alleuarentur, quomodo facti ſunt in deſo- Pſalm. 72.
lationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Quantumlibet etenim diu vi-
uant ac proſperentur in ſeculo iſto, tamen comparatione ſequentis durationis atq; futuræ æternæ
damnationis, velut momentaneæ defluunt ac ſubito pereunt. Vnde in lib. Sap. ſero pœnitẽtes Sap 5.
fatentur: Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra præteriens. Circa prædicta ait Greg. quoniam Gregorius
ſcriptum eſt: Dominus patiens redditor eſt, ſæpe diu tolerat, quos inæternũ dãnabit. Aliquando
omnipotens Deus diu præualere iniquos patitur, vt iuſtorum mundius vita purgetur. Aliquãdo
vero iniuſtos celeriter perimit, eorumq; interitu innocentium corda confirmat, puſillanimes ro
borat, humana ſe curare oſtendit, & ꝙ peccata vlciſcatur, demonſtrat. [Rugitus leonis, & vox leæ
næ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.] Certum eſt, homines nominibus beſtiarũ illarũ
ſignari, quarum proprietates & actus amplius imitantur. Itaq; verbis his innuit Eliphaz, cur Iob
cum pertinentibus ad ſe ſit plagatus, per leonem deſignans Iob ob crudelitatem, quam ei impo-
nit. æquitatem enim, quam viciſsim exhibuit S. Iob, iſte nũc crudelitatẽ fuiſſe interpretatur. Itaq;
ait, rugitus leonis, id eſt, animoſa & ſæua locutio Iob, inſtar leonis feraliter præſidentis, iuxta il-
lud Prouerbiorum: Leo rugiens & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. & Prou. 28.
vox leænæ, id eſt, ſæua locutio coniugis Iob, quæ viro ſuo in atrocitate conſenſit, vt Eliphaz aſſe-
rit. Et dentes catulorum leonum, id eſt filij Iob epulantes, Contriti ſunt, id eſt, repreſsi vel omni-
no extincti, ita quod tyrannides Iob eiuſque coniugis, humiliata eſt iuſte, eorumque filij ſunt oc
cili. [Tigris perijt, eo quod non haberet prædam.] ſecundum Gregorium & Albertum, ipſum Gregorius
Iob quem vocauit leonem, appellat nunc tigridẽ, propter velocitatem ſuam àd mala. Tigris nam- Albertus.
que eſt animal ſæuum & velox ad prædam, eſtque varietatem aliquam habens. ſic quoq; Eliphaz
notat Iob de ſimulatione hypocriſis, quem dicit periſſe, id eſt, animo deſtitutum, eo quod nõ ha-
beat prædam, id eſt, quoniam aliorum bona rapere magis non valet, nec laudes humanas acqui-
rere, quoniam eius hypocriſis cunctis iam patet. [Et catuli leonum diſsipati ſunt.] per quos fili-
os Iob, vt dictum eſt, exprimit: vel miniſtros atque domeſticos eius officiatos ad prædam tollen
dam. Porro (vt ait Greg.) in tranſlatione L X X. interpretum non dicitur tigris, ſed myrmicoleo. Gregorius
Myrmicoleo quippe paruum valde eſt animal, formicis inſidians, quod ſub puluere ſe abſcon-
dit, & formicas frumenta geſtantes interficit, interfectoſque conſumit. Myrmicoleo autem lati-
ne dicitur formicarũ leo, vel certe expreſsius formica & leo, quoniam alijs animalibus ob ſuam
paruitatem formica eſt, formicis autem eſt leo. eas namq; deuorat, atque ab alijs deuoratur. Itaq;
ſecundum hanc tranſlationem, Eliphaz reprehendit Iob de audacia & timore, ita quod contra
maiores fuerit pauidus, contra ſubditos audax. Quoniam ergo probare intendit ſanctum Iob
cum ſobole ſua pro eorum peccatis eſſe plagatos, quod prima facie apparentiam non habebat in
Iob, qui vita & fama celebris fuit, idcirco ex diuina reuelatione ſibi (vt aſſerit) facta, format ac eli
cit argumentum. Ratio quippe humana in ſpiritalibus & diuinis, in occultiſq; hominum actibus
& variabiliſsimæ diſpoſitionis eorum, diſcuſsione debilis eſſe ſolet atque incerta: & quo aliqua
fuerint altiora, eo ſunt humano ſenſu imperceptibiliora. authoritas vero diuina nõ fallitur. ideo
ſubdit, [Porro ad me dictum eſt verbum abſconditum] id eſt, ſermo alijs non auditus aut cogni-
tus, & altæ ſententiæ contentiuus, & in eo quod ait, dictum eſt, notat quod per oraculũ iſta acce
pit. quæ reuelatio certior eſt, quã quæ fit in ſomno, vt aſtruit Martialis ſuper ſomnium Scipionis. Valerius
[& quaſi furtiue] id eſt, per modum furti ſeu raptim & ſecrete. [ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij Maximus.
eius.] ſecundum Thomam, reuelatio iſta facta inſinuatur in plena vigilia, apertis videlicet exte-
rioribus ſenſibus, vt ſtatim tangetur, ſicque per aurem exteriores aures poſſent intelligi, exterio-
ribus etenim oculis vidit vultum ſibi incognitum, vt Thomas exponit. Albertus tamẽ de interio Albertus.
ribus auribus oculiſque exponit, allegans Baſilium ſuper primum Prouerbiorum dicentem: In- Baſilius.
tellectus per ſignum accipiens, dicitur auris, quemadmodum ipſe intellectus per ſpeciem acci-
piens, dicitur viſus: & intellectus immediate contingens, dicitur tactus: intellectus autem inte-
riora intelligibilis per exteriora accipiens, quaſi per quendam vaporem, dicitur olfactus: intelle- Baſilius.
ctus vero interiora intelligibilis immediate ſuſcipiens, dicitur guſtus: Porro ſuſurrium dicitur,
quia ſecrete de ore in aurem percipitur: & animo audiente, alij qui adſunt, illud non audiunt Gregorius
Venas quoque ſuſurrij nominat vias ac modos reuelationum ſecundum Greg. & Albertum, qui Albertus.
aduehunt ſeu deducunt veritatem ad intellectus refectionem, ſicut venæ corporeæ aduehũt ſan- Prou. 10.
guinem ad nutrimentum membrorum. vnde in lib. Prouerbiorum legitur: Vena vitæ os iuſti.
Itaque in eo quod ait, ſuſcepit auris mea venas ſuſurij eius, inſinuat quod modum, viam ſeu me-

dium huius ſecretæ allocutionis & reuelationis, ſimul cum ipſa allocutione ſecreta, quam ſuſurrium vocat, percepit ac intellexit: ipſaque oris apertio, prolati verbi ad aures deductio, loquendi materies, venæ quædam ſunt reuelationis, inſtructionis ſeu allocutionis. Eliphaz itaq; innuit ſe iſta audiſſe non per modum claræ ſeu altiſonæ vocis, ſed per modum ſuſurrij: forte equidem & alij quidam tunc ſecum fuerunt, vel cum coniuge fuit in lecto, ſoluſque ipſe iſta audiuit. Inſuper verbum diuina reuelatione perceptum, vocatur abſconditum, quoniam communitati hominum, ſenſum & imaginationem ſequentium, eſt occultum: quod quaſi furtiuè auditur, dum veritas eius clara mente aſpicitur. ſicque iuxta Albertum, furtum appellatur, puri ac ſimplicis intellectus abſtractio à ſtrepitu ſenſuum & ludificationibus phantaſiæ, quod bonum eſt furtum.
Thomas. Præterea ſecundum Thomam, triplex modus occultationis in reuelationibus ſolet contingere. Primo, cum veritas intelligibilis per viſionem imaginariam demonſtratur. Secundo, cum in imaginaria viſione ſeu alia figuratiuæ locutiones proferũtur, vt in Eſaia. Egredietur virga de ra-
Eſa. 11. dice Ieſſe, &cætera. Tertio, cum quis reuelationem diuinam habet non frequentem ac diutur-
Gregorius nam, ſed ſubitam ac tranſitoriam. Spiritaliter demum iuxta Gregorium verbum abſconditum,
1. Ioan. 2. allocutio intimæ aſpirationis poteſt intelligi, de qua ait Ioannes: Vnctio eius docet vos de omnibus; venas autem ſuperni ſuſurrij auris cordis ſuſcipit, quia ſubtilitatem locutionis intimæ mens deſuper inflata & raptim & occultè cognoſcit. Niſi enim ab exteriorum deſiderijs ſe abſcondat, interna non penetrat. Venæ vero ſuſurrij dicuntur cauſarum origines, quibus diuina aſpiratio ad mentem deducitur: quas nobis aperit Deus, dum latenter inſinuat, quibus modis ad noſtræ intelligentiæ aurem venit. aliquando enim nos amore, interdum nos terrore compungit. Iterum, qui ſuſurrat, occulte loquitur, & vocem aperte non exprimit. nos autem quouſq; carne corruptibili premimur, nullo modo claritatem maieſtatis diuinæ, ſicut in ſeipſa incommutabilis manet, videmus; quoniam acies infirmitatis noſtræ non ſuſtinet hoc, quod de eius æternitatis radio ſupernos intolerabiliter fulget. Cum ergo nobis omnipotens Deus per rimas contemplationis ſe indicat, nequaquam nobis loquitur, ſed ſuſurrat: quia etſi plene non intimat, aliquid tamen de ſe menti humanæ oſtendit. Tunc autem nequaquam ſuſurrat, ſed loquitur, cum eius nobis certa ſpecies reuelatur. Hinc in Euangelio veritas dicit: Palam de patre annun-
Ioan. 16. ciabo vobis. Et Ioannes: Videbimus eum ſicuti eſt. Hæc Gregorius. Conſequenter de tempore
1. Ioan. 3. reuelationis ſubiungit: [in horrore viſionis nocturnæ] id eſt, in viſione horribili, quæ tempore noctis monſtratur. [vel in horrore] id eſt, tempore noctis tenebroſæ, quo homines citius timẽt; & reuelationes frequẽtius fieri ſolent. Tempus namq; nocturnum ob ſuam quietem ad percipiendum reuelationes, magis eſt congruum, quando & exteriores ſenſus à ſuis occupationibus ceſſant, ipſaq; vis imaginatiua extat quietior, atq; ob id ad informationem deſuper ſuſcipiẽdam habilior. ideoq; intellectus ad contemplationem eſt tunc magis diſpoſitus. Itaq; in eo quod ait, In horrore, inſinuat magnitudinem reuelationis. horror etenim eſt de aliquo magno ac admirãdo, quod aut vix, aut non ſuffert natura humabana. in eo autem quod ait, Viſionis, innuit certitudinem veritatis. quoniam quod videmus, certum habemus. addens vero, Nocturnæ, deſignat exterioris atque ſenſibilis luminis occultationem, dum ſtrepitus ſenſuum, non impedit intellectum. [quando ſopor ſolet occupare homines] id eſt, quando ſolent dormire, ſicut in hymno ait Am-
Ambroſi. broſius: Deus creator, veſtiens diem decoro lumine, noctem ſoporis gratia. quibus verbis ſecun-
Albertus. dum Thomam, Eliphaz innuit ſe tunc non dormiſſe: dicitque hoc loco Albertus Sopor eſt profundus ſomnus, ligans ſenſus & imaginationes, ſed ad intellectum non perueniens: quia intelle-
Philoſop. ctus non eſt virtus in corpore, propter quod in ſopore magis operatur: quia nec operatione ſen-
Gene. 2. ſuum, nec imaginatione euocatur vel impeditur. Somnus autem commune eſt ligamentum ſenſuum, non phantaſiæ, nec imaginationis. Vnde dicit Ariſtoteles primo de ſomno & vigilia, mouetur & magis in ſomnio. huius ſignum eſt, quod dicitur in Geneſi, quia cum dominus vellet reuelare intellectuali reuelatione, qualiter de latere Chriſti fabricanda eſſet eccleſia, immiſit ſoporem in Adam, vt ſcilicet non impedito intellectu, lympide perciperet reuelationem. Hinc
Capt. 4. ſcriptum eſt in Canticis: Ego dormio, & cor meum vigilat. In Numerorum quoque libro,
Num. 4. vbi commendatur viſio Balaam, & dicitur quod viſiones omnipotentis intuitus eſt, præmittitur: Dixit homo cuius obturatus eſt oculus, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. Et intendit quod quanto obturatus eſt oculus exterior, tanto lympidius videt exterior: & quanto cadit exterior profundiori deſtitutus ſopore, tanto apertiores habet oculos interiores ad veritatis contemplationem. Hæc verba Alberti difficilia ſunt, nec admodum reſoluta, nec aſſerendo, ſed referendo ea commemoro, quorum diſcuſſio & explanatio multis indiget verbis; præſertim cum ſoleat dici, quod per ſomnum ſeu ſenſuum ligamentum, vſus rationis ac liberi arbitrij impediatur. Propter quod quædam quæ fiunt in ſomno, excuſantur à culpa, quæ alias eſſent prorſus illicita. Verba quoque Balaam ad literam, aliam habent interpretationem conuenientiorem: nec ipſe Balaam ſopore aut ſomno fuit oppreſſus, quando viſiones illas duas accepit, propter

quas allegata protulit verba, quemadmodum intueotibus textum libri Numerorum renr patere.
Itaque propter prolixitatem vitandam pertranſeo. nec enim verba expoſitorum, ſed textus, ex-
ponenda ſuſcepi. Circa hunc paſſum ait Gregorius. Horror nocturnæ viſinnis, eſt pauor internæ Gregorius
contemplationis. humana etenim mens quo altius eleuata, quæ ſunt æterna, cnnſiderat, eo de fa-
ctis ſuis temporalibus grauius tremefacta formidat: quia tanto ſe ream verius cernit, quinto ſe
ab illo lumine diſcrepaſſe, quod ſuper ſe iotermicat, conſpicit. Sed quando ad infirmos mentis
noſtræ oculos illud incommutabile lumen, ſicut eſt, non erumpit, adhuc Deum quaſi in noctur-
na viſione aſpicimus, in cuins magnitudinis contemplatione mens horreſcit: quoniam ipſis con-
templationis eius veſtigijs ſe imparem ſentit, atque ad ſe relapſa, eum arctius diligit, cuius mi-
ram dulcedinem ferre non valens, vix hanc ſub incompleta viſione guſtauit. Denique, quiſquis
internam quærens quietem, mundi ſtrepitum fugit, quaſi obdormit, Somnus autem in ſcriptu- 1. Theſ. 4.
ris tripliciter ſumitur. Primo pro morte carnis, dicente Apoſtolo: Nolumus vos ignorare de Rom. 3
dormientibus. Secundo pro torpore negligentiæ, iuxta illudi Tempus eſt nos de ſomno ſur-
gere. Tertio pro quiete vitæ æternæ, & voce ſponſæ in Canticis dicitur. Ego dormio, & cor me- Cant. 4.
um vigilat. [Pauor tenuit me & tremor] id eſt, formido animæ & corporis trepidatin inuaſerunt
& occupauerunt me. ex huiuſmodi namque ſupernis atque inſolitis auditis & viſis, præſertim
tempore noctis, naturale eſt homini, magno apprehendi timore. Vnde cum homini fiunt re-
uelationes inſolitæ, in principio timore concutitur, patiturque tremorem. Porro ſecundum Al-
bertum, pauor motus eſt cordis ſecundum ſyſtolen. tremor eſt trepidatio corporis, eſtque ma- Albertus.
gno aliquo apparente. fuga cordis intra ſeipſum. Dum enim intra ſe fugiens, intra ſe claudit
ſpiritum, calorem & ſanguinem, exteriora membra his tribus deſtituta, mox tremunt. virtus
namque membro affixa & debilis, mouet ad vnum ſitum. deſtitutio autem caloris & ſpiritus, fa-
ciunt decidere ad ſitum oppoſitum, ſicque cauſatur tremor inter duos ſitus oppoſitos. [Et om-
nia oſſa mea præterita ſunt] id eſt, tremore concuſſa ſeu alterata, ita quod timor cordis tam in-
gens ac vehemens fuit, quod in totum corpus intime atque fortiſsime redundauit. Sic & Eſaias
de ſeipſo teſtatur: Corrui, cum audirem: conturbatus ſum, cum viderem: emarcuit cor meum. Eſaiæ 21.
Similiter Daniel ait in libro viſionum ſuarum: Domine, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages Danie. 10.
meæ, & nihil in me remanſit virium ſed & halitus meus intercluditur. Spiritaliter ſecundum Gre- Gregorius
gorium, oſſa ſunt opera virtuoſa ac fortia: quæ qui agunt, alicuius aliquando momenti ea exiſti-
mant. quia quam ſit ſubtile iudicium diuinæ diſtrictionis, ignorant. ſed cum per contemplatio-
nem rapti ſuperna conſpiciunt, à ſuæ ſecuritatis præſumptione liqueſiunt: & tanto magis in di-
uino conſpectu trepidant, quanto nec bona ſua digna eius examine quem conſpiciunt, penſant.
[Et cum ſpiritus me præſente tranſiret] id eſt, me accederet, ſeque mihi adueniens præſentaret,
intelligendo per ſpiritum, angelum in forma viſibili apparentem, vt Thomas innuit, & Lyra a- Thomas.
pertius dicit. Albertus tamen per ſpiritum, intelligit ſuperiorem animæ portionem, in qua po- Albertus.
nitur intellectus, qui tranſiuit, id eſt, in tranſitu raptim intellectum viſionis accepit: coram me,
inquit, id eſt, aute meum conſpectum: ſed expoſitio prior eſt aptior. [inhorruerunt] id eſt, horri
pilationem paſsi ſunt, & præ horrore in altum ſurrexerunt. [pili carnis meæ.] Calore namque
& ſpiritu ad interiora retractis, frigus obrepit in pelle: qua contracta, eriguntur capilli, quod hor
ripilatio nuncupatur. Nec mirum, ſi ad præſentiam angelicæ ac cæleſtis præpotentis virtutis, vir-
tus humana inferior fragilis, taliter alteretur ac varietur, præſertim in nocte, quando res apparẽs
ſeu audita, viſu diſcerni non valet. propter quod parua commotio tunc turbationem formidi-
nemque inducit. opinantibus maius quid eſſe quam eſſe. Myſtice, iuxta Gregorium nobis Gregorius
præſentibus ſpiritus tranſit, quando inuiſibilia noſcimus, & tamen hęc non ſolide, ſed raptim vi-
demus. neque enim in dulcedine contemplationis intimę diu mens figitur: quia ad ſemetipſam
immenſitate luminis reuerberata, reuocatur: & cum iræ ſuper ſe nititur, confeſtim ad infirmita-
tis ſuæ tenebras fracta, relabitur. Pili vero carnis, deſignant vitæ veteris cogitationes, quę tranſe-
unte ſpiritu pertimeſcunt, quoniam compunctionis & diuinæ illuſtrationis gratia fugiunt. [Ste-
tit quidam cuius non ignoſcebam vultum] id eſt, ſpiritus angelicus in ſpecie vultus huma- Iudic. 6.
ni, cuius determinatam notitiam non habebam, ſicut nec Gedeon, nec Manue, clara die angelos Iudic. 13.
intuentes, primo nouerunt qui eſſent, & forte Eliphaz antea ſimilem viſionem non habuit, forſi-
tanq; in principio dubitauit an eſſet ſpiritus fallax, dicendo autem, Stetit quidam, ſtabilitatẽ oſtẽ
dit ſecundum Thomam, qui tamen paulo ante diſſeruit reuelatinnẽ iſtam ſubitam tranſitoriãq;
fuiſſe. quod forte ſic cõcordatur, qa operatione viſionũ quas habuit Moſes, de quo ibi loquitur
Thomas, ſubita ac tranſitoria fuit, quãuis abſolute loquẽdo ſatis fixa extiterit. [imago corã ocu- Thomas.
lis meis:] circa quod Alb. Ne putetur fuiſſe ſenſualis viſio, dicitur imago. q. d. nõ veritas alicuius Albertus.
fuit. ſed imaginaria viſione imago rep̄ſentata corã oculis meis imaginarię viſionis. Thomas ve-
ro aliter ſentit, & dicit, quia in ſomno ſpirituales minus diſcerni poſsunt à ſomnijs conſuetis ac
friuolis: ideo vt oſtendat hanc reuelationem non dormienti, ſed vigilanti factam, ſubiungit:

e 4 Imago

Imago coram oculis meis,per quod ſignificat ſe vidiſſe oculis per vigiliam apertis. Quę Lyra ſe-
quens,exponit:Imago&c.q.d.angelus ſuit in ſpecie viſibili mihi vigilāti apparens. quę viſio ex-
Idem. cellentior eſt,quam quę in ſomnijs habetur. Veruntamen Albertus nō negat eam in vigilia factā,
immo hoc innuit,ſiquidem aliqui vigilantes rapiuntur in mētis exceſſum, & alienantur à ſenſib.
res quoq; quæ ſoris præſentari apparet,nō niſi per ſimilitudinē intus imaginarie demonſtratā vi
Thomas. detur.Deniq; qui Thomam aſſequitur, quod ait, Imago,ita exponat, vt angelus vere apparuiſſe
oculis exteriorib. referatur, qui nihilominus imago vocatur,quia in humana apparebat effigie.
ſicq; quod oculis obijciebatur,imago[id eſt,ſimilitudo)fuit hominis,non res ſeu veritas perſo-
næ humanæ.[& vocē quaſi auræ lenis audiui]id eſt,gratioſe,molliter atq; ſuauiter locutus eſt mi
hi,quemadmodū lenis aura dulciter molliterq; diffunditur. Aura enim lenis,ſibilo tenui & mur
mure leui mouet aures ſine tumultu: ſic ſpiritus bonus aures eorum, in quibus nec mundus tu-
3.Reg.19. multuat, nec caro inundat, nec dæmon inquietudinem parit. Hinc III. Regum de apparitione
Thomas. facta Eliæ habetur: Poſt ignem ſibilus auræ tenuis,ibi dominus. Sibilus namque deſignat ſuſur-
rium ſpiritus cum Deo,vel Dei ſeu angeli cum homine. Præterea iuxta Thomam, apparitiones
aliquando fiunt à ſpiritu bono,aliquando à ſpiritu malo:& vtrobique timorem patitur homo in
principio propter viſionem inſolitam.ſed bono ſpiritu apparente, timor in conſolationem fini-
Dani.10. tur,vt patet in angelo conſortante Danielem,& Gabriele confortante Zachariam virginéq; bea-
Zach.2.3. tam,ſpiritus autem malignus hominem perturbatum relinquit. Vnde & nūc per vocem quaſi au
ræ lenis,conſolatio præcedentem ſedans pauorem,notatur:& viſio à bono ſpiritu fuiſſe monſtra
tur. Nihilominus in viſionibus à ſpiritu bono exhibitis, aliquando voces horribiles & magnę fi-
Exod.19. unt commotiones,quemadmodum in Exo. factum fertur in legis datione. In Ezechiele quoq; &
Ezech.1. Apoc.quod fiebat ad incutiendam hominibus reuerentiam maieſtatis diuinæ, vel ad declaratio
Apoc.1. nem potentiæ eius aut angeli,vel ob comminationes quę præfigurabantur. Poſtremo ſecundum
Gregorius Greg. per vocem auræ lenis,cognitio S.ſpiritus,deſignatur, qui tenuiter noſtræ mēti infunditur.
Deinde ponit Eliphaz quod ſibi in viſione ꝓlatum eſt:[Nunquid homo Dei comparatione iu-
ſtificabitur?q.d.non vtiq;.quia quantúlibet magna ſit hominis iuſtitia,à diuinæ tamen perfectio
ne iuſtitiæ deficit infinite. ideo comparatione illius,eſt nullius momenti,& iniuſtitia potius quā
Eſaiæ 61. Iuſtitia, ſicut comparatione Dei nemo bonus aut ſapiens. propter quod loquitur Eſaias: Quaſi
Pſalm 142. pannus menſtruatæ, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et Pſalm. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo om-
Eccl.7. nis viuens. Et Eccleſiaſticus quoque: Non te iuſtifices ante Deum. [aut factore ſuo purior erit
Eſaiæ 64. vir?]id eſt,impoſsibile prorſus eſt, vt homo quicunq; creatore ſuo ſit mundior,ſanctior ſiue prę-
ſtantior,immo immenſe diſtat à puritate, ſimplicitate & ſanctitate mentis diuinæ. Et quicquid
puritatis aut bonitatis ſortitur,à ſuo adeptus eſt creatore. Hinc Eſaias aſſerit: Facti ſumus vt im-
mundi omnes nos, & tu domine pater noſter es, nos vero lutum. Ex quibus Eliphaz probare
Intendit,quod Iob nō ſine ſua culpa à Deo punitus ſit:alioquin Deus eſſet iniuſtus, cū opus iuſti
tiæ ſit reddere vnicuique quod meretur. Pœnam autem nemo meretur ſine præuia culpa. Ali-
qui quoque homines tantæ ſunt æquitatis, quod nullum volunt plagare, niſi pro ſua iniquitate.
Si ergo Deus quem punit abſque ſuo demerito, ſequitur, virum aliquem Deo conſiſtere purio-
rem ſeu æquiorem. Hæc autem argumentatio contra Iob non concludit, quoniam apud Deum
opus iuſtitiæ non ſolum eſt, reddere pœnam pro culpa, ſeu pręmium pro merito, ſed etiam ele-
Eccl.36. ctos innocentes aduerſis exponere, vt glorioſiùs coronentur, ampliùs mereantur, tentamentis
probentur. Qui enim non eſt tentatus, quid ſcit? alijs quoq; in exemplum proponantur, aut ſuis
afflictionibus opem alijs præbeant, ſicut & Chriſtus ſua paſſione mundum redemit. Alius de-
mum eſt proceſsus diuinæ iuſtitiæ, quàm humanæ, vt patuit. Vel ideò dicit Eliphaz verba hæc, vt
demonſtret quod licet Iob ſecundum ſe humano modo iuſtus fuiſſet, comparatus tamen ad De-
um, defectu non caruit culpæ, quàm Deus in eo poterat iuſtè punire, & ſi ſe dicit ſine culpa puni-
tum, Deum affirmat iniuſtū. Ac ſi Eliphaz dicat, quiſquis de percuſſione murmurat, quid aliud
quam iuſtitiam ferientis accuſat? Puriorem ergo vir factore ſuo ſe æſtimat, ſi contra flagellum
querelam parat, eumque ſibi poſtponit, cuius iudicium de ſua afflictione redarguit. Conſequen
ter oſtendit hominem ſine peccato non eſſe, comparatione naturæ angelicæ. [Ecce qui ſeruiunt
ei, non ſunt ſtabiles]id eſt, ciues ſuperni, qui inceſſabiliter creatori laudibus puris deſeruiunt,
non ſunt penitus immutabiles & impeccabiles per naturam, ſed vertibiles atque peccabiles,
quando ſibijpſis relinquuntur, gratia deſtituti. propter quod aſtruit Damaſcenus, quod omne
creatum ſit vertibile. Et iuxta diuinū Dionyſium, omnis creatura inceſſanter conſeruatur à Deo,
Damaſce. à quo ſi penitus relinqueretur, in nihilum laberetur. Veruntamē angeli ſancti per gratiam in Deo
Diony. ſunt confirmati, & ab omni culpa pręſeruati. Idcirco ex his non ſequitur error Originis, dicentis
Error Originis. in cælo eſſe ruinam. [& in angelis ſuis]quibuſdam[reperit prauitatem]ſuperbiæ, antequā con-
firmarentur in bono, fruerenturue Deo, quem qui ſemel in patria per ſpeciem beatifice viderit,
nunquam ab eo auerti aut ruere poteſt. De cauſa autem primi angeli ſcriptum eſt Iſaia & Ezech.

vbi do-

vbi dominus ait: Tu Cherub extenſus & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, repleta ſunt Eſaiæ 12.
interiora tua iniquitate, & eieci te de monte ſancto Dei, & perdidi te. eleuatum eſt cor tuum in Ezech. 28.
decore tuo. Chriſtus inſuper ait: Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Et Petrus in Luc. 10.
ſecunda ſua Canonica: Deus angelis peccantibus non pepercit. [quanto magis hi qui habitant 2. Pet. 2.
domos luteas, [id eſt, homines, quorum terrena ſunt corpora, iuxta illud Gene. Formauit Deus Gen. 2.
hominem de limo terræ. Et Eſaias dicit Deo: Fictor noſter es tu, nos vero lutum. [qui terrenum Eſai. 64.
habent fundamentum, id eſt carnem mortalem animæ rationali ſubſtratam, quæ caro in generatione hominis prima eſt, quemadmodum fundamentum in conſtitutione domus. Anima autem, inquantum eſt forma corporis, habet ſe ad illud ſicut fundatum ad fundamentum. in eo namque fundatur ad conſiſtendum, & illud ſubijcitur ei. in quantum vero eſt corporis motor, habet ſe ad illud, vt habitator ad domum, & nauta ad nauem, iuxta quem modum ait Apoſtolus:
Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Et item, Scimus quia ſi terreſtris domus noſtra hu- 2. Cor. 4.
ius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam 2. Cor. 5.
in cœlis. dicitur quoq; homo habitare in huiuſmodi lutea domo, ratione partis ſuæ principalioris, videlicet animæ corpus inhabitantis. [conſumentur velut à tinea?] quod licet de corporali morte accipi poſsit, qua homo conſumitur ſicut veſtis à tinea, tamen intentio Eliphaz eſt de conſumptione ſpiritali per culpam, vt conſtat ex dictis. ideo ſenſus eſt, Conſumentur, id eſt, ſpiritalem vitam charitatis & gratiæ peccando amittent, velut à tinea conſumitur tunica. nam ſicut ex tunica oritur, eamque corrodit, ita ex carne eſt fomes peccati, & ſenſualitas ipſa infecta, ratio cęca, voluntas ad vitia prona: ſicque homo ex his quæ in ipſo ſunt, & oriuntur ex ipſo, per culpam
conſumitur. habet enim ex ſe inclinationem & pronitatem ad mala, quod angeli non habe- Sap. 9.
bant. Ideo ſcriptum eſt in lib. Sap. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit ter- Gene. 9.
rena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. In Geneſi quoque Senſus & cogitatio cordis humani proni ſunt in malum ab adoleſcentia ſua. [De mane vſque ad veſperam ſuccidentur] id eſt, Eſa. 38.
per totum diei proceſſum frequenter peccando, à ſpiritali vita virtutum tollentur. Quod item de continua conſumptione ſeu abbreuiatione naturalis vitæ accipi poteſt. indeficienter enim quid deperit de vita noſtra qualibet hora, ſecundum illud in Eſaia: De mane vſque ad veſperam finies me. [Et quia nullus intelligit,] nullus videlicet comparatiue, id eſt, perpauci, quid ſint &
quam fragiles, & quot vicijs ſubditi, iuxta quod ſcriptum eſt: Delicta quis intelligit? In Iſaia quo- Pſal. 18.
que, Populus non intelligens vapulabit. Et Apoſtolus ait: Qui ignorat, ignorabitur. [in æternum Eſa. 5.
peribunt] qui iſta non penſant, cum ſint mortaliter vitioſi, quibus pœna debetur æterna. ex quo 1. Cor. 14.
certum eſt, quod Eliphaz ex reuelatione hac, nouit animæ immortalitatem infernaliumque pœnarum perpetuitatem. [Qui autem reliqui fuerint]id eſt, qui præter illos non intelligentes iam dictos extiterint, ſcilicet boni atque electi, quæ Dei ſunt intelligentes, [auferentur ex eis] id eſt, de illorum reproborum conſortio ſecernentur, nec peribunt cum eis. [Morientur]morte naturali & corporali, quæ bonis & malis communis eſt. [& non in ſapientia]id eſt, quantum ad ſapientiam quam habent à Deo, non morientur, ita quod ſapientia per mortem non tolletur ab eis. Vel ſic: qui autem reliqui fuerint, id eſt, poſteri pereũtium vitia parentum ſequentes, ſeu alij à Deo non ſtatim damnati, ſed propter pœnitentiam agendam dilati, nec tamen pœnitentiam operati, auferentur de vita hac poſt patrum diſceſſum. Porro quod additur, Ex eis, ſecundum Ly
ram non eſt in Hebræo neque de textu. Morientur, & non in ſapientia vera ac ſpiritali id eſt, ſine Baruch 3.
ea decedent, quia nec eam habuerunt: ſed in ſtultitia propria ſeu carnali & ſeculari prudentia perierunt, iuxta illud Baruch: Quia non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Itaque Eliphaz per omnia iſta intendit tam fragilem atque immundam eſſe naturam humanam, quod ſine peccato eſſe non poſsit. & quod dicens ſe purum, cum puniatur à Deo, dicit Deum eſſe impurum ſiue iniuſtum, & præſert ſe ei, ſicque credendum ſit, quod Iob & filij
eius peccata ob ſua percuſsi ſint. Quæritur, an Eliphaz habuit reuelationẽ pręſcriptã à Deo, vel eã Thomas.
confinxerit. Hoc Thomas relinquit ſub dubio: Lyræ aũt videtur, quod finxit hæc, quia in fine li- Iob 42.
bri dominus ait ad Eliphaz: Non eſtis locuti rectum coram me. Rurſus, quia inducit & applicat eam ad ſalſum intellectum. potius tamen reor quod eam non finxit, quod & Gregorius ſentire
videtur, nec Iob ita ſenſit de Eliphaz, vt apparet, quod finxerit iſta. non enim aliquid imponit ſi- Gregorius
bi de hoc, nec argumenta concludunt. Non enim dubium eſt quin Eliphaz in proceſſu diſputationis ſuæ multa vera protulerit: nihilominus ipſe & eius amici dicuntur non recta locuti, quia ad falſam concluſionem ſeu finem peruerſum hæc retulerunt, videlicet ad probandum IOB pro ſuis exceſsibus eſſe plagatum, atque ad confirmandum poſitiones ſuas erroneas circa mo-
dum prouidentiæ DEI, vt dictum eſt ſuprà Præterea reuelatio iam præſcripta, in ſe vera at- Iob 4.
que ſublimis eſt, ſicque à DEO manauit. Eliphaz tamen abuſus eſt ea, male applicans eam ad IOB, ſicut frequenter ratio ſub veris principijs male ſubſumit, quod paſsio maxime facit.

Expoſitio literalis capituli quinti, Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat. *Art. XV.*

REcitata reuelatione ſibi deſuper facta, Eliphaz irriſorie ac inuectiue loquitur contra Iob: [Voca ergo] id eſt, quoniam mihi hæc reuelata ſunt, tu quoq; qui te tam innocentem ac iuſtum pręſumis, inuoca Deum, qui iuſtos magis quam peccatores exaudit. [ſi eſt qui tibi re-
Ioan. 9. ſpondeat] id eſt, precibus tuis effectum impendat, & tibi quæ dixi reuelet. [& ad aliquem ſancto rum conuertere,] orando aliquem ciuem regni cęleſtis, vt oret pro te, ſi de tuis meritis non confidis. Iſtud fuit & eſt ſanum conſilium, ſi recta intentione & ex charitate fuiſſet propoſitum: quia & nos in dubijs & ignotis Deum pro illuminatione inuocare debemus. iuxta id Iacobi: Si
Iac. 1. quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hęſitãs.
Pſal. 33. Et Pſalm. Accedite ad eum, & illuminamini. Deniq; conſiderantes imperfectum noſtrum, peccata & ſcelera noſtra, propter quæ indigni ſumus per nos ipſos immediate accedere ad thronum gratię Dei, ad aliquem vel aliquos ſanctorum nos conuertamus, ad quos ſpecialem affectionem fiduciamque habemus, præſertim ad virginem glorioſam, vt intercedat pro nobis. Conſequenter inſinuat S. Iob iracundum inuidumq; fuiſſe, quamuis in generali loquatur. cuius etiam verba in generali ſunt exponenda. ſic nempe profunda, ſunt vera atq; ſubtilia. [Virum ſtultum,] qui vera ac ſpiritali ſapiẽtia caret. ſtultitia quippe dono ſapiẽtiæ directe opponitur. Stultos quoq; vocatur, qui diſcretionem non habet eligendorum ac vitandorum. talem [interficit iracundia] formaliter, quoniam ira cum ſit peccatum mortale ex genere, animę mors eſt. ſicq; ſpiritaliter interimit hominem: interficit etiam eum, quoniam morte damnationis æternę & interdũ etiam morte corporali eum efficit dignum. Immo quicunq; peccat mortaliter, meretur diuina conſeruatione in eſſe priuari, protinuſq; à Deo corporaliter quoq; occidi. Nec mirum, cum mereatur & mortẽ gehennæ æternam. Quoniam vero ſapientia facit hominem in omnib. ordinatum, & prudentia reddit diſcretum, qui ſapientia atq; prudentia caret, confeſtim ſuperatur ab ira. ipſaq; ira facit hominem ſtulto conſimilem, rationis lumen vehementer obtenebrando, ita quod homo inſtar canis impetum ſequitur paſsionis. Ideo dicit Iacobus: Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur. Eccl. quoq;:
Iac. 1. Ne ſis velox ad iraſcendum. ira enim in ſinu ſtulti requieſcit. Pręterea cum ſcriptum ſit, Tu domi
Eccl. 7. Sap. 12. nator domine cum tranquillitate iudicas, ira facit hominem in iudicando ſpecialiter Deo diffor
Matt. 11. mem, dum homo cum turbulentia iudicat, quod maxime indecens eſt. Vnde ad iram ſpecialiſsime deuitandam admonet Chriſtus: Diſcite ad me, quia mitis ſum & humilis. Per iram etiam ſocialis vita confunditur, concordia diſsipatur, ſocietas aggrauatur, iuxta illud Prou. Spiritum ad
Prou. 18. iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? Et, Impetum ſpiritus cõcitati quis ſuſtinebit? Itemq;,
Pro 17 Noli aſsiduus eſſe cum homine iracundo, ne diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.
Prou. 22. Thomas. Deniq;, ſecundum Thomam, non eſt aliqua conditio hominum, cui non adſit aliqua pronitas ad peccatũ. Sunt aũt duæ hominũ conditiones. quidã ſunt magni elatiq; animi, qui facile ꝓuocãtur ad iram, quoniã ira eſt appetitus vindictæ ex p̃cedenti offenſa ꝓueniens. quanto aũt quis fuerit animi magni elati, tãto ex leuiori cauſa ſe putat offenſum. Talẽ vero nominat ſtultũ, q̃a per ſuperbiã homo pręcipue metas rationis excedit. & humilitas viã ſapientię parat. Stultitia quoq; iracũdiæ competit, quoniam in vltione modum rationis tranſgreditur. Quidã aũt ſunt puſillanimes, & hi ad inuidiam proni ſunt, de quibus ſtatim dicetur. Poſtremo aduertenda ſunt, quę hic ſcribit
Gregorius Greg de ira per zelũ. Solerter, inquit, ſciendum eſt, ꝙ alia eſt ira quã impatiẽtia excitat, alia quã zelus format: illa ex vitio, hæc virtute generatur. ſi enim nulla ira ex virtute ſurgeret, diuinæ ani-
Num. 25. maduerſionis impetum Phinees per gladium non placaſſet. hanc iram quia Eli non habuit, motũ
1. Re. 2. & 3. contra ſe implacabiliter ſupernæ vltionis excitauit. ſed cum per zelum animus mouetur, curandum ſummopere eſt, ne ira quę pro inſtrumẽto virtutis aſſumitur, menti dominetur, ne quaſi domina pereat, ſed velut ancilla ad obſequium parata, à rationis tergo nunquam recedat. Tũc enim robuſtius contra vitia erigitur, cum ſubdita rationi famulatur. [& paruulum,] eum videlicet, qui ſe ex proſperitate & bonis aliorum reputat minorari, [occidit inuidia.] quæ eſt triſtitia de bono alterius, in quantum appræhenditur vt proprij boni minoratio. ſicque inuidens, per ſuam ſibi inuidiam teſtis eſt quod paruulus ſit, quia ex aliorum magnificatione ſe æſtimat paruificari.
Gregorius Ideo dicit Greg. Inuidere non poſſumus, niſi eis quos nobis in aliquo meliores putemus. Paruulus ergo eſt, qui liuore occiditur: quoniam ipſe ſibi teſtimonium perhibet, quod eo minor ſit cuius torquetur inuidia. Porro cum charitas ſit directe ſpiritalis vita animę, princeps & forma virtutum, inuidia quę ei directe opponitur. eſt peſsimum vitium, occiſio mentis, & corporali quoq; vitæ multum nociua, Salomone dicente: Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſsium, inuidia.
Pro. 14. Inuidi inſuper ſpecialiter imitantur diabolum, iuxta quod Sapiens aſſerit: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. imitãtur autem illum, qui ſunt ex parte eius. Cum itaq; vnuſquiſq;
Sap. 2. noſtrum ex naturali diſpoſitione ſeu aſſuefactione ad aliquod ſpeciale vitium inclinetur & pronus ſit, debet contra illud ſpecialiſsimam pugnam aſſumere, Deum iugiter pro triumphandi gratia implorando, aptiora remedia inquirendo, ſeque ad virtutem oppoſitam cordialiſsime applicando.

applicando. Vnde qui ſingulariter ad ſuperbiam ſeu iram procliuus eſt, contra vitia hęc ſpecialiſ
ſime pręlietur, & ad humilitatem manſuetudinemq́; ſe diſponat & det tanto exuberantius, quo
oppoſitis vitijs magis tabeſcit. [Ego vidi ſtultum] id eſt, vitioſum, ſuperbum, & temporalia ſpiri-
talibus præferenté, quod ſummæ inſaniæ eſt. [firma radice] id eſt, in terrenis proſperitatibus fir-
miter radicatum, inſtar arboris firmã in terra radicem habentis, ita quod forti fundamento tan-
quam radici videbatur inniti ac ſtabiliri, in temporalibus abundando. [& maledixi] id eſt, mala
pręnunciaui ventura, atq; à Deo maledicendum prędixi. [pulchritudini eius] i. terrenæ ꝓſperita
ti, floritioni, ornatuiq́; ipſius, ſapientes enim perpendunt impiorum proſperitaté celeriter finien
dam, & ad miſeriam deducendam. Immo ꝙ tanto ſunt infeliciores, quanto plus proſperantur in
ſeculo iſto. ideo de viro iuſto ait Pſal. Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus. Et Sap. Pſal. 14
Adulterinę plantationes nó dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentũ collocabunt. Sic quoq; Sap: 4.
in Eccl. ſcriptum eſt: Omnis potentatus breuis vita. ſic rex hodie eſt, & cras morietur. Taliter Ecc. 10.
venerabilis Matthatias maledixit pulchritudini impij, præſertim Antiochi: à verbis peccatoris 1. Mach. 2.
ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis. hodie extollitur, & cras non inuenietur. Huiuſ-
modi autem maledictio oritur ex affectu iuſtitiæ. vel eſt prænunciatio futuri magis, quam im-
precatio mali. Adiecit autem Eliphaz [ſtatim:] ad inſinuandum, quod ex zelo æquitatis non di-
ſtulit, vel quia impiorum proſperitas mox ceſſabit. Talem ergo pulchritudinem vanam ac pro-
ſperitatem fallacem deſpicit virtuoſus, qui metuendum Dei penſat iudicium, præuidetq; infer
nale ſopplicium. quod agens Pſal. edocuit: Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris faci- Pſal. 59
entes iniquitatem: Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & quaſi olera herbarum cito
decident. [Longe fient filij eius à ſalute] i. qui non ſolum ſecundũ carnis propaginem, ſed per im
pietatis quoq; ſequelã, filij eius ſunt, vera beatitudine priuabuntur: & viciſſim in ſeculo iſto peri
cula incidunt, puniuntur & pereunt, iuxta qué modum ſcriptũ eſt: Ex iniquis omnes qui naſcun- Sap. 4.
tur filij, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes ſuos in interrogatione ſua. [& conterentur in por
ta] i. per publicam iuſtitiam in loco iudicij morti adijcientur. Olim enim iudices ſedebant in vr-
bium portis, vbi & impij accuſati atq; conuicti, condemnabantur ad mortes. Vnde in Deut. ſcri- Deut. 16.
bitur: Iudices & magiſtratus conſtitues in omnib. portis tuis. [Et non erit qui eruat] eos de mor-
te. propter enormitatem enim ſuorum exceſſuum, aliquando liberari non queunt.] vel quia
prauitatibus ſuis facti ſunt omnib. odioſi ſeu deteſtãdi, nó eſt qui veſit eos eruere. Nullus quoq;
de poteſtate diuini iudicij eos eripiet. Hinc & in Exod. habetur: Maleficos non patieris vi-
uere. [Cuius meſſem] i. blada & opes, [famelicus comedet,] i. prædo depopalator, ſeu depau- Exod. 22.
peratus, vel pauper neceſſitate compulſus, auide deuorabit. [& ipſum rapiet armatus] id eſt, à vi-
ro bellicoſo armato ducetur captiuus, aut ſpoliationem ſuſtinebit rerum ſuarum. [& bibent ſiti-
entes diuitias eius [i. potando conſument. Iſta frequenter ad literam ita fiunt, ſed ꝙ non ſemper,
certiſſimum eſt, cũ cernamus impijſſimos parétes ac filios vſq; decrepitã ſenectuté impune pec-
care, mirabiliter proſperari, à nemine moleſtari. Interdum vero vitioſi parétes eorumq; filij pra-
ui, hęc patiũtur in vita ꝓſenti, ſicut & filijs Iſrael multoties contigiſſe in lib. Reg. ac Iudic. legitur.
Vnde, quoniã multi eorũ qui amici Iob dicunt generaliter, non implentur eo modo quo dicunt
verbaq; ſonant, B. Grego. non immerito talia ſpiritaliter interpretatur. ſed quia amici Iob erro- Gregorius
neorum opinionũ fuerunt, & ea quæ dicunt, ad ſuorum confirmationem errorum inducunt, non
mirum ſi aliquando vniuerſaliter vera non ſint quæ proponũt. Ideo talia caute ac ſapienter ſunt
exponenda & capienda. Nec enim verba eorum in omnibus verba ſunt ſpiritus ſancti, quemad-
modum verba Iob: immo multa dicũt non vera, vt in proceſſu patebit. [Nihil in terra fit ſine cau
ſa.] Hoc ſecundum vnum intellectum clariſſimum atq; certiſſimũ eſt. ſi enim fit, ſequitur quod
ſit effectus ſeu quid cauſatum. quo dato, ſequitur quod habeat cauſam, eo quod cauſa & effectus
correlatiue ſe habeãt. Itaq; ad minus habet cauſam efficienté, determinatã vel indeterminatam,
per ſe vel per accidẽs. Sic & Plato loquitur in Timæo: Nihil fit, cuius ortũ cauſa legitima nó ꝓceſ- Plato
ſit. Nam & Philoſophus ait: Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, haud dubium quin effe- Philoſop.
ctus. Nec obſtat quod ſunt quidam effectus cauſales atque fortuiti. nam & hi habent cauſam
per accidens. & quamuis ſint tales per comparationem ad cauſas ſecundas & proximas, tamen
reſpectu primæ cauſæ ſeu prouidentiæ Dei, nihil caſuale fortuitumq́; conſiſtit, ſed certus eſt or-
do cauſarum. Porro ſi verbũ inductũ intelligatur de cauſa terminata & propria, & de cauſa per
ſe, veritaté non habet, vt in caſualibus patet effectus. Rurſus, ſi accipiatur ſecundum Eliphaz in-
tentionem, veritate carebit. Nempe Eliphaz verbo hoc voluit dicta I O B falſificare, quibus
ſe dixit ſine ſuo de merito ita plagatum. quaſi Eliphaz diceret, ſicut in naturalibus ni-
hil fit ſine determinata & legitima cauſa, ita in rebus humanis nihil fit ſine cauſa meri-
toria præcedenti. Tua ergo ô I O B aduerſitas, non niſi propter præcedentia tua de-
merita ſeu peccata, inflicta eſt tibi à D E O. Iſtud argumentum non valet, tum quia in
naturalibus non ſemper effectum præcedit cauſa determinata per ſe, tum quoniam in
huma-

humanis cauſa pœnæ inflictæ non ſolum eſt præuia culpa, ſed & aliquę cauſę diuerſæ, vt di-
ctum eſt & dicetur. Deus quippe ex ſua ſapientia, pietate & poteſtate flagellat aliquando & iu-
ſtum, non ob pręuiam, ſed ob ampliorem eius profectum, aliorumque ædificationem, ac diabo-
li confuſionem, vel ob diuinæ omnipotentiæ declarationem, beatitudiniſque futuræ augmen-
tum. Deus etiam in hominibus nihil facit, nec fieri ſinit, niſi ob cauſam quandam finalem, vt vel
ſua iuſtitia in reprobis manifeſtetur, vel ſua clementia in electis reluceat. [& de humo non egre-
dietur dolor.] Hoc ſecundum Thomam metaphorica extat locutio. Quędam etenim herbę ſine
iacto in terram ſemine producũtur, quæ de terra ſponte naſci dicuntur. Sicq; metaphorice quic-
quid ſine cauſa propria fit, dicetur de humo ſine ſemine naſci. Itaq; de humo non orietur dolor,
id eſt, aduerſitas ſine propria cauſa, ſcilicet præuia culpa, nulli continget, deſuperq; prǫſtabitur.
quæ argumentatio, vt tactum eſt, non eſt fortis. Nõ enim culpa eſt duntaxat cauſa pœnę inflictę.
Albertus. At vero ſecundum Albertum, de humo, id eſt, terra humida & commixta in naturam corporis hu
mani, puta de carne mortali. non egredietur dolor, id eſt, cauſa doloris, videlicet ſecũdum quod
Dionyſius. Auguſtin. caro eſt, & quo ad id quod habet à creatore. Sic enim non eſt origo peccati, quod ſecundum Eli
phaz eſt cauſa doloris ſeu pœnę. Immo ſecundum Dionyſium & Auguſtinum, voluntas, vt ex ni-
hilo facta atque ex ſeipſa defectuoſa ac labilis, eſt radix peccandi, & per eam infecta eſt caro. vn-
de Albertus allegat illud Fulgẽtij: Deus non eſt vltor cuius eſt actor. Porro quod nihil fiat ſine
*volandũ cauſa in terra, quaſi exemplificando in rationali irrationalique creatura, ſubiungit: [Homo ad
laborem naſcitur, & auis ad *volatum] id eſt, Deus creator nec hominem nec auem fruſtra, ſed
rationabilicam inſtituit, vt homo per laborem ſibi de neceſſarijs victui, habitationi, veſtituique
prouideat: & auis per volatum, quæ ſuæ conueniunt naturæ, exerceat, nidificando, victum quę-
rendo, pericula ſugiendo. vnde & auibus pro veſtimentis & armis natura contulit plumas & ro-
ſtra ac vngues. hominem vero nudum naſci inſtituit, vt laborando, veſtimentum, habitaculum-
que, ſi deſint conquirat. vult itaq; dicere, ꝙ res naſcatur vt actus ſuos exerceat, nõ vt Deus eam ſi-
ne cauſa affligat. Nam & naturalia eſſe dicuntur propter ſuas operationes, propter quod in ne-
ceſſarijs natura non deficit. Omnia namque habent diſpoſitionem operationi propriæ congru-
am. quo conſtat, quod naturales rerum diſpoſitiones non ſunt ſine cauſa, ſed propter determina
tum & congruum finem. Præterea verba hæc altius queunt exponi, ſicut prǫſtante Deo ſequenti
tangetur articulo. Omnia hęc Eliphaz ponit, ad concludendum quod omnia prouidentiæ diui-
næ ſubiaceant, eo quod ſingula ad proprios actus ac fines ſint ordinata. Quod (ſecundum Alber-
tum) inducit ad confutandum errorem philoſophorum quorundam, dicentium quod guberna-
tio hominis eſſet ex infauſtis vel fauſtis ſcintillationibus periodi: quoniam quamuis creator De
us res faciat, factas tamen mutabiles gubernandas committit periodo, & caſuali mutabilitati na-
Rabbi Moſes. turæ mortalis, quam opinionem dicit Rabbi Moſes Aegyptius, in tertia collatione ducis neutro-
rum, fuiſſe Ariſtotelis & quorundam peripateticorum. Veruntamen iſta non fuit omnium philo
ſophorum opinio, quia nonnulli eorum ex prætacta Eliphaz conſideratione, teſtati ſunt, proui-
dentiam Dei excelſi & glorioſi vſque ad inferiora & ima pertingere, ſecundum quod 10. de ciui
Auguſtin. tate Dei Auguſtinus oſtendit, dicendo: Plotinus Platonicus de prouidentia diſputans, eã à ſum
for. * in- mo Deo (cuius eſt *intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo) vſque ad hęc terrena & ima per-
telligibilis tingere, floſculorum ac foliorum pulchritudine comprobat, quæ omnia quaſi abiecta & velociſ-
ſime pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi in-
de formentur, vbi forma intelligibilis & incommutabilis ſimul exemplariter habẽs omnia, perſe
Matt. 6. uerat. Hoc & dominus Ieſus oſtendit in Euang: Conſiderate, inquiens, lilia agri quomodo creſ-
cunt. dico autem vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex illis.
Cum ergo diuinę prouidentię omnia ſubſunt, Eliphaz ſubdit: [Quamobrẽ ego deprecabor do-
minum,] vt te conuertat & me dirigat, quem orare eſſet inane, niſi rerum cognitionem proui-
dentiamque haberet, quam quia habet, exorandus eſt ſemper. [& ad Deum ponam] id eſt, diri-
gam [eloquium meum,] ipſum orando atque laudando, & ſecundum voluntatem ipſius loquen
Sap. 2. do. Scriptum eſt enim in lib. Sapientiæ: Auris cęli audit omnia. Propter hoc, qui loquitur iniqua,
non poteſt latere. [qui facit magna] in operibus naturę, [& inſcrutabilia] in myſterijs gratiæ, [&
mirabilia] in ſupernaturalibus donis glorię, [abſque numero] nobis noto, quamuis non abſque
Sap. 11. numero abſolute, cum ſcriptum ſit, omnia in mẽſura & numero & pondere conſtituiſti. Deniq;
quod ait, abſque numero, referendum eſt ad tria prędicta, quamuis etiam tria pręfata per quan-
dam coaptationem ad opera naturæ & gratiæ ac glorię ſint relata. Nihilominus tamen in operi-
bus naturę quam gratię & glorię, effecit Deus magna quantitate & virtute: & inſcrutabilia, quan-
tum ad omnia quę in rebus creatis conſiſtunt, quorum omnes ac ſingulas rationes, proprietates,
vires & actus nemo noſtrum poteſt diſcutere, ſcrutari & inuenire: & mirabilia, quæ conſideran-
tium mentes in admirationem conuertunt ob eminentiam ſuam, qualia maxime ſunt ſupernatu
Pſal. 71. ralia opera Dei, & quę proprie miracula appellantur, de quibus fert Pſalm. Benedictus dominus
Deus

Deus Iſrael,qui facit mirabilla ſolus. Hinc rurſus cantat Pſal.Non eſt ſimilis tui in dijs domi-
ne,& non eſt ſecundum opera tua. Quemadmodum enim incomparabilis ſapientiæ atque po-
tentiæ actor eſt Deus,ſic decet opera eius præclariſsima eſſe,cuius incomparabile opus eſt totus
hic mundus,de quo in libro de ciuitate Dei aſſerit Auguſtinus. Omni miraculo quod exhiberi
poteſt in mundo,maius miraculum eſt ipſe mundus.Prædicta igitur facit omnipotens abſq; nu-
mero,ſecundum modum expoſitum.Item, cum ſit poteſtatis penitus infinitæ, non poteſt in Auguſtin.
tot & tanta per effectum procedere,quin poſsit in plura atq; maiora infinities vtiq;.Præterea, in
minimis rebus,ſicut in arboris ſolio atq; ſimilibus,excellentiam Dei ſatis mirari non poſſumus,
neq; in particulari aſsignare omnes rationes formationis, diſpoſitionis ac virtutis huiuſmodi
rerum.Hinc V.de ciuit.loquitur Auguſtinus. Deus nec exigui & contemptibilis animantis viſ-
cera,nec auis penulam,nec herbæ floſculum,nec arboris folium ſine ſuarum conuenientia parti Auguſtin.
um & quadam veluti pace reliquit.Vnde & Hugo in lib.de tribus diebus,ait: Eſt verum & eui-
dens diuinæ ſapientiæ argumentum,quod omne genus ſibi ſimile procreat,& in tam multis ſi-
militudo vna propagata,primæ originis formam non variat.vnumquodq; ſuam ſpeciem habet,
& vnumquodq; generis ſui ſimilitudinē ſeruat.Vide foliū quomodo ſerratis dētibus per girū
diſtinguitur,quomodo intrinſecus ꝑductis coſtulis huc illucq; intexitur. numera vnū, numera
aliud,omne quod vnius eſt generis,vnius inuenies ſimilitudinis,[Qui dat pluuiā ſuper faciem]
i.ſuperficiē[terræ]diuina etenim ordinatione per ſolis calorē vapores eleuātur in aere, & con-
denſantur ibi in nubes,ac reſoluuntur in aquas pluuiales,guttatim ſeu riuulatim in terram ruen-
tes,vt eā fœcundent,atq; concepta in ea germina nutriant,iuxta illud Iſaiæ: Deſcendit imber de
cælo, inebriat terram,& germinare eā facit.Quod quia Deo eſt proprium,loquitur Iere. Nun-
quid ſunt in dijs gentiū qui pluant?Et Pſal.Qui operit cælū nubibus,& parat terræ pluuiā.Quod Eſaiæ 55.
& Chriſtus docet in Euāgelio,loquens de patre,dicenſq;: Qui pluit ſuper bonos & malos,Hinc Hiere.14.
legitur in Amos:Qui vocat aquas,& effudit eas ſuper faciem terræ,dominus nomen eius. [& ir- Pſal.146.
rigat aquas vniuerſa]terræ naſcentia,ſeu loca terrarum quibus aqua eſt neceſſaria, quod facit Matth.5.
tempore ſibi placēte atq; præfixo.ſæpè autē ob hominum vitia ſubtrahit beneficiū iſtud. Ait aūt
Thomas hoc loco: Res naturales contemperatæ eſſe videntur ad vitam hominum aliorumque Amos.5.
animalium conſeruandam. vnde licet naturalis ordo elementorum aliud requirere videatur,
(ſi quis enim in elemētis grauitatem & leuitatē conſideret,manifeſtū eſt naturaliter terrā in ele-
mētis aquæ ſubiacere,& aeri aquā,aerē vero igni)inuenitur tamē aliqua pars terræ diſcooperta
ab aquis, immediate aeri ſubiacere.Aliter nāq; animalia reſpirātia viuere in terra nō poſsēt.Cō
ſequēter Eliphaz actū diuinæ ꝓuidētiæ mōſtrat in diſpoſitiōibus hominū.[Qui ponit humiles
in ſublime,]quod Deus multipliciter facit,& aliquo modo non facit. Contingit quippe inter-
dum,vt deiectos, humiliatos,contēptos à ſuis eripiat aduerſitatibus in præsēti,& ad dignitates, Eccl.10.
poteſtates vel proſperitates promoueat,iuxta illud Eccl: Sedes ducū ſuperborū deſtruxit De-
us,& ſedere fecit mites pro eis.Et virgo beata: Depoſuit,inquit potētes de ſede,& exaltauit hu-
miles.Frequenter quoq; cōtingit oppoſitū,ita quod quidā electi vel etiā reprobi vſq; ad vltimū
vitæ oprimantur ab impijs,vt patet in multis martyribus.Vnde Iacobus ait in ſua Epiſtola primi-
tiuæ eccleſiæ filijs:Nonne diuites per potentiam opprimunt vos?Porro veraciter humiles,Deo
in ſancta humilitate ſubiectos. erigit Deus ſemper in vita præſenti ad altitudinem gratiæ, in Iacob.2.
futuro quoque ad ſublimitatem gloriæ, dummodo in virtutibus perſeuerent. Interdumque
penitentes in ſublimitate præſidentiæ ſpiritalis aut ſecularis, dando fidelibus principes aut
prælatos idoneos & cōndignos, [& mœrentes erigit ſoſpitate]id eſt,eos qui bono ac virtuoſo
afficiuntur dolore,ſua vel proximorum peccata deflendo, Chriſti paſsionibus condolendo,
Dei iniuriam,eccleſiæ ruinam,cæleſtis beatitudinis dilationem ex charitatis feruore plangen- Matt.5.
do:tales Deus à ſua mœſtitia transfert ad conſolationem,ad animi ſanitatem,ad mentis vigo- 2.Cor.1.
rem,ſicut & Chriſtus promittit: Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur,ideo ad Corinth. ibidem.
ait Apoſtolus:Benedictus Deus qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.Et rurſus, Sicut Pſal.93
abundant paſsiones Chriſti in nobis,ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Itemq; Pſal.
Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo,cōſolationes tuæ lætificauerunt animā meā,
itaq; tēpore aduerſitatis & afflictionis ſimus cōſtantes,Dei miſericordiā fiducialiter implorantes,
tes,ac longanimiter præſtolātes,illud Tobiæ intuētes: Non delectaris domine in perditiōibus no-
ſtris,quia poſt tempeſtatem tranquillum facis,& poſt fletum exultationem infundis. [Qui diſ- Tobiæ.3.
ſipat] id eſt,ab opere ac fine intento multoties impedit[cogitationes malignorum,] quibus
contra iuſtos inſidioſe cogitauerunt,[ne poſsint implere manus eorum]id eſt, potentiæ opera-
tiuæ,vel etiam corporales manus,quæ ſunt inſtrumenta intellectus practici, ſicut lingua inſtru-
mentum eſt intellectus ſpeculatiui,[quæ cœperant]vel per cordis affectum, vel per operis in-
choationem,Deus quippe ſuorum defenſor eſt,& inſidias impiorum frequenter conuertit in ca
put eorū,quemadmodū in lib.Reg.Paralip.ac Iudic.per multa exēpla deſcribitur,Pugnāte Deo

2.Eſdr.4. pro Iſrael,prout etiam in Eſdra habetur: Diſsipauit Deus conſilia eorum,videlicet Samaritano-
Pſal, 32. rum. Ideo cantat Pſal. Dominus diſsipat conſilia gentium,reprobat autem cogitationes popu-
Eſa.8. lorum. Et in Iſaia impijs dicitur: Inite conſilium,& diſsipabitur.acingite vos,& vincimini. [Qui
1.Cor.3. apprehendit]id eſt,concludit,capit,vincit & impedit[ſapientes] ſecundum carnem & ſeculú,
id eſt,aſtutos & callidos [in aſtutia eorum,conuertendo fraudulentiam eorum verſutiam in
2 Re,15.16. nocumentum & damnationem ipſorum,innocentes quoq; iuſtos & ſimplices eruendo ab illis,
Eſther,8. quemadmodum in Abſolone, Achitophel,& Amam legitur factum. Ideo dicit Pſal. de fraudu-
Pſal.7. lento: Lacum aperuit & effodit,& incidit in foueam quam fecit. In Eſaia quoq; legitur: Sapien-
Eſa.47. tia tua & ſcientia decepit te. Veniet ſuper te malum,& neſcies ortum eius. Hinc in Prouerb. ait
Pro.3. ſcriptura: Abominatio eſt Domino omnis illuſor,& illuſores ipſe deludet,cum ſimplicibus au-
tem ſermocinatio eius. Syncero ergo vero ac ſimplici corde coram Domino ambulemus,omnē
ſimulationem,duplicitatem,doloſitatem vitantes. Cum enim ſimilitudo ſit cauſa amoris, ipſe-
que Deus glorioſus ac adorandus,ſit ſuperſereniſsima,ſimpliciſsima atq; rectiſsima mens,con-
Prou.11. ſtat quod aſtutos & fraudulentos vehementer abhorreat, ſynceros vero, rectns & ſimplices
præcipue amet. Deniq;, Vt in prouerb. habetur: Non eſt ſapientia,non eſt ſcientia, non eſt con-
ſilium contra Dominum. Hinc frequenter contingit,quod quanto quidam aſtuti atq; doloſi
acutius contra iuſtitiam cogitant,& quæ recta ſunt Deoq; placita,callidius impedire conantur,
eo plus oppoſitum accidit,quemadmodum tyrāni quæ grauiora martyribus intulerunt ſuppli-
cia,vt Chriſtianā fidem,penitus abolerēt,eo amplius per beatiſsimorū martyrū conſtantiā,me-
Pſal. 63 rita atq; miracula,creuit religio Chriſtiana,propter quod fertur in Pſal. Narrauerunt vt abſcon-
derent laqueos,dixerūt,quis videbit eos? ſcrutati ſunt iniquitates, defecerūt ſcrutantes ſcruti-
Eccl.27. nia. Vnde mox ſubditur: & conſilia prauorum diſsipat.contraria conſiliatis inducendo, vel ſal
2.Reg.17. tem vana conſilia ab effectu impediēdo,iuxta illud Eccleſiaſti: Facienti nequiſsimū conſilium ſu-
2.Reg.16. per ipſum deuoluetur,& nō cognoſcet vnde illi adueniat illuſio. Sic legitur Deus diſsipaſſe cō-
Eſa.40. ſilia Achitophel,ſicut & Dauid orauit, Infatua quæſo Domine conſiliū Achitophel. hinc in Iſaia
fertur de Deo: Dat ſcrutatores ſecretorum quaſi non ſint. Præterea contemplandū, quod Deus
ſublimis & benedictus frequenter iuſto atq; occulto iudicio permittit filios huius ſeculi, re-
probos,doloſos & ambitioſos,cogitationes ſuas aſtutas & iniqua conſilia ad effectum perdu-
cere concupitum.& mirabiliter proſperari in adinuentionibus ſuis,ad grauiorem eorum dam-
nationem. Finaliter tamen apprehendet eos in ſuis aſtutijs,quando reuelabit abſcondita tene-
Prou.1. brarum.& manifeſtabit conſilia cordium. Tunc enim iuxta exigentia impietatis ac fraudulen-
tiæ ſuæ,confuſiones ſortientur & pœnas,iuxta quod in prouerb. prædicitur: Comedent igitur
fructus viæ ſuæ,ſuiſq; cōſilijs ſaturabuntur. [Per diem] ſ. dum proſperari & luce ſapientiæ ſuæ
nō vere vti videntur,[incurrēt tenebras] aduerſitatis & ignorantiæ,ita quod in cōſiliando cir-
cūſpecti non erunt. [& quaſi in nocte ſic palbabūt in meridie] i. eatenus excæcabuntur in mēte,
quod in his quæ tam clare vera ac iuſta ſunt,ſicut meridies, nutabunt, dubitabūt, errabūt, ſicut
in his quæ magnæ ſunt difficultatis & obſcuritatis Rurſus,dū in maxima videntur ſuę proſperi
Eſa.19. tatis ac ſecularis prudētiæ claritate cōſiſtere,grauius obtenebrātur in corde,qbus cōſonat illud
Hier.15. Iſaię. Palpauimus ſicut cæci parietem,& quaſi abſq; oculis contrectauimus,impegimus meridie
quaſi in tenebris.ad quod ſpiritaliter pertinet illud, Occidit eis ſol cum ad huc eſſet meridies.
Denique in omnibus his videtur Eliphaz S. Iob tangere,quaſi ipſe occulte vitioſus aſtutusque
fuerit,atque per plagam ſibi inflictam impeditus ſit implere quæ male concepit: & quando ma-
xime florere apparuit,ſubito eſt deiectus. Eſt enim conſuetudo quibuſdam, vt cum aliquem
pungere velint,diſputent in generali contra peccata,quibus eum implicatum ſciri inſinuareque
* à cupiunt. [Porro ſaluum faciet egenum * de gladio oris eorum] id eſt,de verbis eorum detra-
Pſal. 58. ctorijs, maledictorijs,pungitiuis.quæ gladio comparantur, quoniam penetrant viſcera mentis.
Pſal.56. Vnde in Pſal. Gladius in labijs eorum. &, Lingua eorum gladius acutus, in Prou. quoq;, Eſt gene
Pſal. 19. ratio quæ pro dentibus habet gladios,& cōmandit molaribus ſuis,vt comedat pauperes de ter-
ra, & inopes ex hominibus. [& de manu violenti pauperē.] quandoq; hæc Deus facit in vita
hac,interdū vero permittit innocētes, iuſtos & inopes vſq; ad mortē ab impijs moleſtari. Hic ait
Pſal. ad Dominū: Tibi derelictus eſt pauper,orphano tu eris adiutor. & in Hier. ſcriptum eſt.
Pſal.9. Laudate Dominū,quia liberauit animā pauperis de manu malorum. [Et erit egeno ſpes] eua-
Hier.20 dendi,ex hoc enim quod experitur auxilium Dei & prouidentiam eius circa regimen homi-
num,ſpem ſuam ponit in Deo. Ipſeque Deus eſt ſpes eius,id eſt. obiectum ſuæ fiduciæ, tanto
amplius,quo minus ab hominibus videt ſe adiuuandum. ſic & nos ſemper in Domino confida-
mus,obtemperando eius mandatis,iuxta illud: Spera in Deo tuo ſemper. [iniquitas aūt contra-
het os ſuum] id eſt, iniqui diuina poteſtate repreſsi,à ſolitis prauitatis ſuæ ſermonibus refre-
Oſe.12. nabūtur. hoc & Pſal. fatetur, Adiuuit, inquit pauperem de inopia. &, omnis iniquitas oppilabit os
Pal.106 ſuum. & iterū, Obſtructum eſt os loquentiū iniqua. Per Iſa. quoq; impio loquitur Deus: Ponā

circulum

circulum in naribus tuis,& frenum maxillis tuis. [Beatus homo qui corripitur à Domino] i. Ibidem.
qui in pręſenti caſtigatur & emendatur à Deo per ſuæ paternæ pietatis flagella aut increpatoria Pſal 62.
verba. hoc enim eſt ſignum paternæ dilectionis,curæ atq; clemētiæ Dei ad hominem,cum pec- Eſaiæ.17.
cata ſint animæ vulnera,quæ per aduerſa tanquā emplaſtra optimaq; remedia iam curātur. pro-
pter quod Dñs proteſtatur: Ego quos amo,arguo & caſtigo. Et alibi inducitur. Etenim multo Apoc 3.
tēpore nō ſinere peccatoribus ex ſentētia agere,ſed ſtatim vltiōes adhibere,magni beneficij eſt 2 Mach 6.
indiciū. hinc Ierem. ſapienter rogauit. Corripe me Domine,verūtamen in iudicio,& nō in furo Hiere.10.
re tuo. Porro nō caſtigari ita à Deo,ſed in ꝓprijs volūtatibus dereliq, & cū ſecuritate peccare
atq; ad libitū ꝓſperari, horribiliſſimū eſt,indiciūq; maximę iræ ac odij Dei,& metuēdiſſima vl-
tio eius,ſecundū quod ipſe de reꝓbis fatetur in Pſal, Dimiſi eos ſecundū deſideria cordis eorū.
Ibūt in adinuētionibus ſuis. Et per Ezech. indurato populo ait: Zelus meus receſsit à te, non ira-
ſcar tibi amplius. Cupiamus ergo nunc viſitari à Deo,patiētiamq; poſtulemus ab eo,qua omnē Pſal.80.
vitæ huius aduerſitatē ęquanimiter toleremus,tanquā purgamentū vitiorū noſtrorū. & tanquā Ezech.16.
pręparamentū gratiæ amplioris, pēſantes illud Apoſtoli: Cū iudicamur aūt,à Domino corripi-
mur,vt nō cū hoc mūdo dānemur. & illud, Quis filius quē nō corripit pater? ꝙ ſi extra diſciplinā 1.Cor.11.
eſtis, ergo adulteri & nō filij eſtis. Ex his Eliphaz cōuertit ſe ad exhortationē ipſius Iob, quē pu Heb.12.
tauit ex impatiētia,deſperatiōe & tædio vitæ verba cap.3. ꝓtuliſſe etiā ſecundū rationē paſsione
deuictā, videlicet, Pereat dies in qua natus ſum. [Increpationē ergo dñi] hāc tuā tribulationē & Iob.3.
quācunq; aduerſitatē tibi ex iudicio diuinæ ꝓuidentię accidētem. [ne reꝓbes,] murmurādo &
maledicēdo. [qa ipſe vulnerat] peccatorē in corpore plagādo, [& medetur] inflictā plagā tollē-
do,& cōſolationē pręſtādo, à vitijsq; purgādo, imo vulnerādo medetur, ita ꝙ eius vulneratio eſt
peccati medela. Pœnę etenim vitæ præsētis ſunt remedia vitiorū. ſic & medicus vulnerādo mede
tur, dū incidēdo expellit materiā morbū cauſantē, [percutit] pœna,& manus eius ſanabūt à cul-
pa, itēq; crebro à pœna inflicta, quēadmodū in Deut. teſtatur: Ego occidā,& ego viuere faciam: Deut 32.
percutiā,& ego ſanabo. Salomon quoq; huic alludit doctrinæ, dicens: Diſciplinā domini fili mi Prou.3.
ne abijcias,& ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit: & quaſi Heb.12.
pater in filio complaceat ſibi. & Apoſtolus ad Heb. Omnis diſciplina in pręſenti quidem non vi
detur eſſe gaudij, ſed mœroris. poſtea autē fructū pacatiſſimū exercitatis per eam reddet iuſti-
tiæ. Poſtremo ad patientē ac humilem diſciplinæ, ſiue in verbis, ſiue in pœnis ſuſceptionē, potiſ-
ſime monent nos lib. ſapientiales, laudantq; eos, qui eā gratāter recipiunt, eā vero ſpernētes di-
re vituperāt. hinc nēpe ſcriptū eſt: Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinā qui aūt acqeſcit Prou.13.
arguenti, glorificabitur. Alibi quoq;: Qui proijcit diſciplinā, deſpicit animā ſuā. qui aūt acqui-
eſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Similiter in Eccl. legitur: quā bonū eſt correptū mani
feſtare pœnitentiā ſic enim effugiet peccatū. Cōſequēter Eliphaz ſpecificat, à quibus aduerſita- Prou.15.
tibus eruēdus fuerit Iob, ſi pœnitentiā verā egiſſet, atq; illata flagella de manu Dei ęquanimiter Eccl.20.
ſuſcepiſſet. [In ſex tribulatiōibus liberabit te. & in ſeptima non tanget te malum.] Hęc aūt libe-
ratio dupliciter poteſt intelligi. Primo, per anticipationē, ita quod nulla earū eueniet iuſto ſeu
peccatori, per pœnitentiā & flagella ſufficiēter purgato & emēdato. Secūdo, per ſublationē, ita
quod cū aliqua earū cuiquā euenerit, auferetur, ſi ille pœnitētiā fecerit. Cūq; per ſex fuerit emē
datus, in ſeptima aduerſum nil patietur. Deinde nominat tribulatiōes. [& fame eruet te de mor
te] i. tēpore cariſtiæ alijs fame labentibꝰ, neceſſaria vitæ habebis. vel in fame, i. famē ex naturaliū
defectu pertuleris, prouidebitur tibi à Deo ne pereas fame. [& in bello de manu gladij] i. ſi in
bellū deſcēderis, nō ꝑmittet te deus occidi. Hęc eſt tribulatio ſecūda. de tertia ſubditur: [à flagel
lo linguę abſcōderis] i. ꝑſecutionē verborū ab alijs nō patieris. videlicet detractionem, cōuicia,
diffamiā. Iuſtus enim, vereq; pœnitēs, digni ſunt laudibus, exemplareſq; alijs. Ideo eis nō debēt
verborum inferre moleſtiā. Vnde Eccl. dicit: A laqueo linguę iniquę liberaſti me. Hęc tria Eli-
phaz cōmemorauit, quoniā fames cauſata eſt ſancto Iob ex ablatiōe ſubſtātię: bellū, qa Chaldęi Eccl.51.
contra ſua tres turmas fecerūt flagellū linguę, ex imꝑperio cōiugis. [Et nō timebis calamitatē]
i. cladē peſtilētialē ſiue hoſtilē, [cū venerit] alijs, certus de ꝓtectione diuina. Hęc eſt tribulatio
quarta. Alias duas tāgens, ſubiungit: [In vaſtitate] i. fructuū deuaſtatiōe vel hominū oppſsione,
[& fame] in pręcedente [ridebis] i. lætus eris: quia nullū iſtorū tunc patieris. Sed cum ſuperius
poſuerit famē ꝓ prima tribulatione, cur nunc eam reſumit & ponit ꝓ ſexta? Et reſpondendū,
ꝙ ibi ſumitur fames pro ea, quę generatur ex terrę ſterilitate: hic ꝓ ea, quæ cōcomitatur vaſtita-
tem terrę ab hoſtibus. Hęc tria Eliphaz dixit, quoniā filij & filiæ Iob erāt ſibi repēte ablati, ſicut
in peſtilentia & quoniam bona eius erant à Chaldæis & Sabæis vaſtata, ex qua re etiam penuria
ſibi exorta eſt. [& beſtias terræ non formidabis,] quia ſecurus eris, quod nec tibi, nec ſoboli aut
familiæ ſeu gregibus tuis nocebunt. Deniq;, verba hęc Eliphaz ad literam generaliter ſtare non
poſſunt, quamuis interdum contingat iuſtos ſeu per pœnitentiam emendatos, ab his erui malis, 1.Cor.4.
non autem ſemper ſic fit: immo ſæpe virtuoſi hęc patiuntur, vitioſi vero ab eis immunes ſunt.

1 Cor. 4. Nam & Apoſt.ait:Eſurimus & ſitimus,multiq; martyrum ac iuſtorum aſſlicti aut etiam perempti
ſunt fame. In prælijs quoq; interdû cadût qui iuſtâ cauſam habebant,& ſceleratiſsimi prævalent,
ſicut & filij Beniamin bis prævaluerunt contra filios Iſrael. Sed & iuſti detractionibus inuidorû
Pſal.43. quotidie corroduntur, & cæteris aduerſitatibus iam præſatis electi à reprobis exercentur, iuxta
quod ſcriptum eſt in eorû perſona: Quoniâ ꝓpter te mortificamur tota die,deinde Eliphaz ſpô
det B.Iob abundantiam bonorum poſt ſublationem malorum. [Sed cum lapidibus regionû pa-
ctum tuum]i.terræ ſaxoſæ erunt tibi fructiferæ,quaſi fœdus amicitiæ tecum inierint.Ita exponit
Thomas. Tho.quodq; ſubiungitur,[& beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi,]exponit de brutis,ꝙ ei nocumen-
tum nô inferent:Alb.vero per lapides terræ, intelligit viros conſtantes, ob animi ſoliditatem ſic
dictos,cum quibus erit ei pactum ſocialis atq; pacificæ conuerſationis: per beſtias aût,intelligit
crudeles ſiue tyrannos.[Et ſciens]per experientiam,[quod pacem habeat tabernaculum tuû]i.
domus tua erit quieta, & bene diſpoſita in perſonis,rebus & fabricis. [& viſitans ſpeciem tuam]
i.ꝓximum tuum ſeu coniugem eiuſdem tecum ſpeciei exiſtentem,[nô peccabis]inordinate te
ad eos habendo,ſed moderate.vel viſitans ſpeciem tuam,i.diuitiarum & rerum decorê,non pec
cabis per ſuperfluû affectum ad talia.[Et ſciens quo niâ multiplex erit ſemen tuû, i. filij tui multi
erût & plurimos gubernabunt.[& ꝓgenies tua]erit virens,fœcûda & pulchra[ſicut herba terræ.
*quaſi Ingredieris in abundâtia ſepulchrum]i.plenus diuitijs morieris ac ſepelieris,[ſicut inferturacer
uus tritici in tempore ſuo]i.tempore maturitatis ſeu meſsis, ita ꝙ ante decrepitam ſenectutê nô
Albertus. morieris.Circa quod ſcribit Albe.Aceruus ex multis colligitur, & triticum pretioſius granû eſt.
Et vult dicere ꝙ merita cumulabit, & in æterna erit refectione pretioſiſsimorum bonorû . vnde
Idem. Alb.quantum ad hoc,ſubtilius conſideraſſe cenſetur mentem amicorum Iob,ꝙaſſerit eos poſu-
iſſe vitam poſt hanc vitâ,ſeu animam immortalê,quam alij quidâ,aſſerêtes oppoſitû. Poſtremo,
quoniam Eliphaz rhetorice diſputauit,in fine ſermonê ſuum de duobus commendat, videlicet
quod ꝓbatus exiſtat & verus.[Ecce hoc]totum quod nunc introduxi in iſtis 2.cap.contra te,[vt
inueſtigauimus]per diligentê conſideratione & orationem ad Deû ꝓ ſua illuminatione ſuſam,
[ita eſt,]i.verû eſt.[quod auditû]à me,mente pertracta]i mentaliter penſa, vt reuertaris ad cor
Gregorius & corrigaris.Et in hoc ſecundû Greg.Eliphaz animoſitatem ſuam oſtendit. Sed (vt antea tactû
eſt, & Tho. ſatetur) quædam verborum Eliphaz ſecundû eius intentionê vniuerſaliter vera non
ſunt,quamuis aliquando impleantur.immo promiſsio iſta proſperitatis iam tacta,in ipſo Iob po
ſtea effectum ſortita eſt. *Myſtica eiuſdem capituli explanatio. Art. XVI.*

QValiter exordiû prælucidati huius cap.vnicuiq; fideli queat aptari,ex principio præcedê
tis claret articuli.Porro quod dicitur,[Ego vidi ſtultû firma radice,]B. Greg.de perfido
Gregorius populo Iudæorû exponit,qui populus firma radice conualuit, multis Dei beneficijs in ſpi
ritualibus ac corporalib.radicatus:& tandem collata ſibi poteſtate abutens,Chriſtû & primitiuâ
eius eccleſiâ perſecutus eſt,atq; extinxit ſaltê pro parte,videlicet multos credentiû, cui ſtulto po
pulo Eliphaz maledixit,i.quicunq; Chriſti amicus periturû prædixit.[longe fient filij eius à ſalu
Matt. 27. te.]Oês namq. poſteri perfidæ plebis illius,qui infidelitatê patrû ſuorû ſequuntur, vera beatitu-
1.Theſ. 2. dine ſunt priuati,de quibus populus ille clamauit:Sâguis eius,ſ.Chriſti, ſuper nos & ſuper filios
Ioan. 10. noſtros,de quib.ait Apo.Peruenit ſuper eos ira dei vſq; in finê.Et conterêtur in porta]Ad literâ,
in portis Ieruſalê vrbiumq; Iudææ à Rô.occiſi ſunt.contriti ſunt quoq; in porta,i.in Chriſto, qui
ait:Ego ſum oſtiû ouium,quia in eius ꝑſentia increduli facti ſunt,quê crediderunt venturû. Vn-
Luc. 2. de Simeô ait de Chriſto:Poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionê multorû in Iſrael. Et ipſemet
Ioan 9. Chriſtus:In iudiciû,inquit,ego in hunc mundû veni,vt qui nô vident,videant:& qui vident cæci
Pſal.117. fiant.Iuxta hunc modum dicitur Chriſtus factus lapis offenſionis & petra ſcandali incredulis. cu
1.Pet. 2. ius meſſê famelicus comedet.Meſsis Iudæorum,fuit ſacra veteris teſtamenti ſcriptura animæ re-
fectiua,qua Iudæi refecti nô ſunt,dum eâ carnaliter acceperunt,nec ſpiritaliter intellexerût.Alie
nus vero,i.plebs gentilis côuerſa,eâ comedit,quoniâ per Apoſtolicâ ꝑdicationê & ſancti ſpiritus
illuſtrationê ad verâ ipſius intelligentiam eſt perducta. Fuitq; eſuriês intellectû ſacræ ſcripturæ &
Act 17. prædicationê verbi cæleſtis,quemadmodum de Theſ.recitat Luc.ꝙ cum omni auiditate ſuſcepe
Amos 8. runt verbum Dei.de ſame huiuſmodi dominus ait:Mittâ ſamem in terra,non famem panis,neq;
Matt. 5. ſitim aquæ,ſed audiendi verbum Dei,de qua loquitur Chriſtus:Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſti
Danie. 9 tiam.[Et impium]populum Iudæorum incredulum[rapiet armatus]populus Ro. de quo ſcribit
Daniel:Ciuitatem & ſanctuariû diſsipabit populus cum duce venturo . Rapuit etiâ eos diabolus
ſuis ſuggeſtionibus,eos per infidelitatem necando,de quo in euang dicit ſaluator:Cum ſortis ar
Luc. 11. matus cuſtodit atrium ſuum. Armatus eſt quippe multiplici experientia, naturali induſtria, acu-
tiſsima fraude,& grandi potentia contra electos.[Et bibent ſitientes.]aquam ſapiêtiæ ſalutaris,
Eſai 55. videlicet conuerſi gentiles.[diuitias eius]i. pretioſiſsima ſpiritalia pocula Iudaicæ plebis, puta
Eſai. 12. ſacræ ſcripturæ fluenta,gratiarum chariſmata,quibus dicit Eſa.Omnes ſitientes,venite ad aquas.
Ioan. 7. Et alibi: Haurietis aquas in gaudio de ſontibus ſaluatoris. De tali ſiti & poculo ait Chriſtus: Si
quis

quis ſitit,veniat ad me & bibat. qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluēt
aquę viuę.Hę fuerũt cęleſtes diuitię, quas ſaluator ꝑplnauit obtulitq́;Iudęis,quas ipſi ſpreuerũt,
gentes vero cõſecutę ſunt eas. Prẹterea ſicut iſta expoſita ſunt myſtice de pfido populo Iudęorũ,
ita poſſunt exponi de docto, ſed vitioſo populo Chriſtanor.eis pręſertim qui alios docent q̃ ipſi
nõ faciunt.[nihil in terra ſine cauſa fit.]Circa quod ſcribit Gr. Idcirco ſępe deſidioſus ingenium Gregorius
accipit,vt de negligẽtia iuſtius puniatur. Et ideo nonnunq̃ ſtudioſus tarditate intelligẽtię premi
tur,vt eo plus mereatur,quo magis ſtudẽdo laborat. Deniq;,iudicia Dei ſunt ꝑrſus rationabiliſ-
ſima & ſapiẽtiſsima,quãuis occulta.Ideo ſine cauſa nil efficit nec pmittit.Propter quod XI. de ci- Auguſtin.
uitate Dei aſſerit Au. Deus nullum aut hominum aut angelorum quẽ malum futurum præuidit,
creaſſet,niſi nouiſſet quib. eos bonorum vſibus cõmodaret, atq; ita ordinem ſeculorum tanquã
carmẽ pulcherrimum honeſtaret.Prẹterea, quãuis malum culpæ ſecundum quod tale,nõ ſit pul-
chrum,nec ad pulchritudinẽ conferens, tamen inquantum per ſapientiam creatoris omnia con-
uenientiſsime ordinantis, ex ipſo elicitur bonum,atq; ex ejus iuſta punitione diuina ęquitas cõ-
mendatur , bona quoq; ſibi oppoſita cõparatione euidẽtius innoteſcũt,& pulchriora apparẽt.Sic
malum culpę cõfert ad pulchritudinẽ vniuerſi. Sic namq; electorum beatitudo & gloria ex reꝓ-
borum miſeria & tormento amplius decoratur,augetur,ipſoſq; electos ad pleniorẽ Dei amorem
& gratiarũ actionẽ inflammat,dum mala culpę & pœnæ in damnatis aſpiciunt,quę ipſi diuinę mi
ſerationis auxilio euaſerunt. vnde rurſus in Ench. loquitur Aug. vniuerſa ſimul ſunt valde bona, Auguſtin.
quia ex omnib.conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo: in qua id quod malum dicitur be
ne ordinatum & ſuo loco poſitum eminentius cõmendat bona,vt magis cõplaceant, laudabillo-
raq́; ſint.[Et de humo nõ egredietur dolor.] p humum ſeu humidã terram, peccator aliquis cõ-
cupiſcẽtia & fluxu carnalium deſideriorum pertranſiens, apte ſignatur, de quo dolor pœnitẽtiæ
nõ ꝓcedit,imo lætatur cum male fecerit,& exultat in reb.peſsimis, ſicut & omnis induratus in vi
tijs. Qui etſi nonnunq̃ diuinitus flagelletur,nõ tamẽ de ſuis veraciter dolet exceſsib. de qualibus Prou. 2.
ſcriptum eſt in in Ier.Percuſsiſti eos domine,& nõ doluerunt,renuerunt accipere diſciplinã, in- Ierem. 5.
durauerunt facies ſuas ſupra petrã, & noluerũt reuerti. Quod etiã in Iudęis obſtinatis videmus
potiſsime adimpletum. Nam vſq; in pſens quantumlibet premantur aduerſis, nolũt aduertere q́
ꝓpter Chriſti occaſionẽ hæc patiantur,nec de eius occaſione atq; blaſphemia dolent, iuxta illud Pſal. 68.
in Pſal. Obſcurentur oculi eorum ne videant.[Homo ad laborem naſcitur.]vnde & Adę dñs di- Gene. 3.
xit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo . ſunt autẽ quidam labores boni, virtuoſi, laudabiles,
ad quos naſcitur homo,vt ſ.p ſtudium & labores ſcientijs atq; virtutib. decoretur, diuinis præce-
ptis obtẽperet, ꝓ peccatis ſuis per labores pœnitentiales ſatisfaciat, omni cuſtodia cor ſuum cu- Pro. 4.
ſtodiat.quo nihil laborioſius inuenitur. Itaq; vę eis qui in his hominũ laboribus non ſunt,nec cũ Pſal. 72.
hominib.flagellatur,qui ocioſitatib. ac vanitatibus vacant,& tẽpus ſibi conceſſum nõ infructuo-
ſe duntaxat,ſed & vitioſe expendunt. [& auis ad volatum.] Poteſt per auem mens contẽplatiua
intelligi,q̃ ad contemplationis eleuationẽ perducitur,vt carnalib. ac terrenis contẽptis, ad Dei a-
morem totam ſe erigat,ad contuendã pulchritudinẽ eius ſuperſanctiſsimã totam ſe acuat, pẽnas
orationis ac deuotionis pręaſſumendo, virtutumq́; plumis ſe veſtiendo. de talib. loqtur Eſa. San Eſai 40.
cti qui ſperant in dño, aſſument pennas vt aquilæ: volabunt & nõ deficient. Sicq́; volare optauit Pſal. 54.
qui dixit: Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ,& volabo,& requieſcã? Itaq; tẽporalia vana & vi-
lia tranſcendamus,& quo corpore anima extat nobilior,eo plus delitias atq; diuitias animę quã
corporis exqramus : quod vt implere poſsimus. dicamus ſinguli quod adiecit: [Quamobrẽ ego
deprecabor dominum,& ad Deũ ponam eloquium meum.] Nõ enim ſine affectuoſis,quotidia-
nis,imo & inceſſabilib.precibus gratiã adimplendi hoc ſortiemur. [Qui facit magna & inſcruta-
bilia & mirabilia abſq; numero.] Nam Aug teſtãte,maius opus eſt Dei, iuſtificatio impij,quã cre
atio mundi. Quam magna vero & inſcrutabilia ac mirabilia ſine numero facit Deus omnipotẽs Auguſtin.
& excelſus quotidie in ſacramento altaris,in creatione rationabilium animarum,in baptiſmo ac
cæteris ſacramentis,in immutatione voluntatum mentiumq́; noſtrarum? Verum in regno beati-
tudinis ſempiternæ in magno illo ſupermundano ſuo palatio, in triumphanti eccleſia, vere per
maxima,inſcrutabiliſsima & mirabiliſsima facit. Hinc vnigenitus patris ęterni ait: Pater meus vſ Ioan. 5.
que modo operatur, & ego operor. Prętereа,nõne mirabiliſsimum Dei opus fuit,cõuerſio mun-
di ad tam incomprehenſibilem ac arduiſsimam euangelij fidem ac legem, quod ſine innumera-
bilibus miraculis factum non eſt? Sed & quotidiana ac naturalia Dei opera,nonne tanto maiora,
inſcrutabiliora & mirabiliora probantur,quo diligentius conſiderantur, quamuis aſsiduitate nõ
aduertantur? Quomodo fœtus,qui mox natus, per baptiſmum tempus ſine aeris attractione ſeu
reſpiratione viuere nequit,tot diebus in vtero matris ſine illa viuere valet? Si vnus ſuſcitetur de-
functus,oẽs occurrunt,mirantur, ſtupeſcunt, cum quotidie tot homines naſci non admirentur:
quamuis vtiq; plus ſit,quod non erat, creare, quam quod cecidit & diuiſum eſt, reparare & de-
nuo adiuuare. Poſtremo, ſicut Eccleſiaſt. ſcribit, Multa ſunt abſcondita, maiora his. pauca enim Eccl. 43.

vidimus operum eius. Nihilominus ex his paucis quæ nonimus, ſuper glorioſi creatoris maieſta
te iugiter reuereri diſcamus, & omne opus ſui obſequij cũ diligentia & affectu ſoluamus. [Qui
dat pluuiam ſuper faciem terræ.] pluuia hæc, eſt prædicatio cęleſtis doctrinę, procedens de nubi-
Eſai. 61. bus, id eſt, prædicatorib. atq; doctorib. virtuoſis, de quib. loquitur Eſai. Qui ſunt iſti qui vt nubes
Pſal. 67. volant? Facies autem terræ, eſt intellectus viatorum in terra peregrinantium, qui docetur, de qua
pluuia ait Pſal. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ. [& irrigat aquis] id eſt, gra
Ioan. 12. tiarum fluminibus, donis & conſolationibus, [vniuerſa] fidelium corda, de quibns Chriſtus prę-
Marc. 16. dixit: Omnia traham ad meipſum. & alibi, Prædicate euangelium omni creaturæ. De hac irriga-
Eſai. 11. tione inſolita tempore gratiæ facta, prædictum fuit ab Eſaia: Repleta eſt terra ſcientia domini, ſi
Ioan. 4. cnt aquę maris operientes. Vnde Saluator teſtatur: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſi
tiet in ęternum. ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam ęternam. [Qui
Luc. 14. ponit humiles in ſublimi.] Conſonat huic Chriſti ſententia, aſſerentis: Omnis qui ſe exaltat, hu-
1. Pet. 5. miliabitur. Vnde & Petrus in prima ſua epiſtola nos hortatur: Humiliamini ſub potenti manu
Dei, vt vos exaltet in die viſitationis. Væ ergo ſuperbis, væ ambitioſis atq; inanibus, qui cum in-
digni ſunt pane quo veſcuntur, vel quod à terra portantur, nihilominus excæcatiſſima mente in-
flantur. Ideo conſideremus nos per comparationem ad mala quæ fecimus, ad bona debita quæ
omiſimus, ad nihil ex quo conditi ſumus, ad propriam fragilitatem & corporis vtilitatem, ac ani-
mæ in omne vitium pronitatem, ad pericula quibus expoſiti ſnmus, ad Deum à cuius perfectio
ne, ſanctitate & gloria infinitè deficimus. ſicque nobiſipſis intimè vileſcamus, noſipſos ſperna-
mus, nihil de noſtris viribus præſumamus. diuinæ pietati omne bonum noſtrum ſynceriter aſcri
bamus, & Deo ſuperexaltato profundiſſime ſubſternamur, ei in omnibus cum debita, amoroſa
atq; humilima obedientia ſubditi, qui cunctis fere in infinitum honorabilior demonſtratur, &
immenſa reuerentia dignus exiſtit. Iſti ſunt actus veræ humilitatis, in quibus qnanto nos amplius
actuamus, tanto plus erigemur in pręſenti per gratiam, atque in futuro per gloriam: Immo in die
iudicij iudicabunt cum Chriſto, qui nũc iuxta eius conſilia mundũ relinquunt, & ſub obedientia
1. Cor. 6. ſancta militant Deo, dicente Apoſt. Neſcitis quia angelos iudicabimus? [per diem incurrunt in
tenebras.] ſic Iudæi in die Chriſti & tempore prædicationis ac gratiæ miraculorũq; eius, quãdo
in terra viſus & cum hominib. conuerſatus eſt, incurrerunt tenebras errorum, vitiorum atq; perfi
diæ, contradicendo, perſequendo & tandem occidẽdo Dei filium Ieſum Chriſtum, quemadmo
Eſai. 6. dum Eſai. prędixit: Excęcatum eſt cor popnli huius. [Et quaſi in nocte ſic palpabunt] i. mente nu
tabunt, & dubioſe inquirent de Chriſto. [in meridie] id eſt, in euidentiſſima ſuę veritatis decla-
ratione, quãdo per miracula ſoli Deo poſſibilia pater teſtimonium perhibuit Chriſto, quẽadmo
Ioan. 5. Ioan. 6. dum ait: Opera quæ dedit mihi pater quæ facio, teſtimonium perhibent de me. Et iterum ait
Ioannes: Cum tanta feciſſet coram eis, non crediderunt. immo quaſi palpando ſciſcitabantur, di
centes ad Chriſtum: Qnouſq; animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam. Vnde ob
Ioan. 15. inexcuſabilem eorum cæcitatem diclt Saluator paſſioni iam proximus: Si opera non feciſſem in
Luc. 4. eis, quę nullus alius fecit, peccatum non haberent. Deniq; in meridie ſeu claro die quaſi in nocte
Ioan. 10. etiã corporaliter pro Chriſto inueniendo palpabant, quãdo quærebant eum pręcipitare, lapida-
re, comprehendere, & exiuit de manibus eorum, ita quod ſubito fecit ſe inuiſibilẽ eis, & elapſus
Matt. 8. eſt manus eorum, nõ percipientibus eis quomodo. [Porro ſaluum faciet egenum de gladio oris
Zach. 9. Ioan. 19. eorum.] Chriſtum enim ꝓpter nos tam pauperẽ factum, vt diceret, Filius hominis nõ habet vbi
caput reclinet, de quo ſcriptum eſt, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, ſaluum fecit pater de
gladio oris Iudæorum clamantiũ, Tolle tolle, crucifige eum, 3. die ſuſcitando eum à mortuis, im
mo in puncto ſuæ mortis eum ab omni deinceps paſſibilitate ac paſſione eripiens, ſicut ait Apo.
Rom. 6. Chriſtus reſurgens à mortuis, iam nõ moritur, immo ipſemet Chriſtus mortẽ deuicit, vt in Oſea
Oſeę 13. ꝓfitetur: Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. [Et erit egeno] i. pauperi Chriſto [ſpes]
i. certa expectatio reſurrectionis, aſcenſionis & glorificationis in corpore ſeu pręmij accidẽtalis.
nam & tẽpore paſſionis conſtãter aduerſarijs dixit: A modo videbitis filiũ hominis ſedentẽ à de
Matt. 26. xtris virtutis dei, & venientem in nubib. cæli. Spẽ vero quæ eſt theologica virtus, nõ habuit, quo-
niã anima eius à primo ſuæ creationis inſtanti vidit deũ clare per ſpem. ſicq; eſſentiale præmium
nõ expectauit. Poteſt etiã per egenũ intelligi panper ille populus diſcipulorũ Chriſti, qui in eius
paſſione ſpẽ perdidit, quam poſt reſurrectionẽ ipſius reſumpſit. Iniquitas aũt cõtrahet os ſuum,
quia poſt Chriſti aſcenſionẽ miſſo deſuper ſpiritu S. atq; apoſt. in Hieruſalẽ Chriſtũ publice ꝑdi-
cantib. & in nomine eius miracula magna agẽtib. repreſſa & cõfuſa eſt loquacitas Iudæorũ, quẽ-
admodũ recitat Luc. ꝙ principes ſacerdotũ & ſeniores, auditis verbis Pet. apoſt. & viſo nato clau
Actuum 4. do quẽ curauit, nil cõtradicere potuerunt. & poſtea ſcribit, qualiter Iudęi diſputantes cũ Step. nõ
Actuum 5. potuerũt reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. hoc equidẽ Chriſtus in euãg. ante ꝓmiſit.
Actuum 6. Luc. 21. Dabo inquiens, vobis os & ſapientiã, cui nõ poterunt reſiſtere & contradicere oẽs aduerſarij ve
ſtri, ꝓterea, ſicut iã dictũ eſt, Iudæos per diẽ incurriſſe in tenebras, ſic generaliter vitioſi ac inuidi
die

die incurrunt caliginẽ,dum aliorum opera bona peruertere ſtudent,de aliorum ꝓfectu triſtãtur,
bonos diffamant,& indifferentia ſeu dubia interpretantur in peius. immo ſæpe quę aptiſsime bo
na ſunt,obfuſcare nituntur,aſſerendo ꝙ ex vanitate aut ſingularitate ꝓcedant, & ob gloriam ꝓ-
priam peragantur. Inuidia nãq; mẽtem prorſus excæcat.& quo is qui oditur,virtuoſius operatur,
clariuſq; famatur ac amplius honoratur,eo qui odit eũ,plus in ſeipſo torquetur, & acutiores no-
cendi modos excogitare conatur.ſed Deus pauperẽ ſpiritu,i.virtuoſum ſeu humilẽ ſaluat de gla
dio oris eorum, oſtendens ꝙ vera virtutum luce ornatus ſit, & iniquum ac inuidum monſtrabit
mendacem.[In ſex tribulationibus liberabit te,& in ſeptima nõ tanget te malũ.]Septenario vni
uerſitas deſignatur. nam 7.diebus omne tempus hoc voluitur. & in Apoc.per 7. ſpiritus qui in cõ
ſpectu throni Dei ſunt,oẽs angeli denotantur. Itaq; ſenſus eſt,ꝙ omnem electum in vita hac tribu Apoc. 1.
latum Deus cito ſaltem in morte & aliquando in vita à cunctis ſuis aduerſitatib. ac ærumnis eripi
et iuxta id Pſal. Multæ tribul. iuſtorum,& de omnib. his liberabit eos dominus.[In fame]audien
di verbũ dei & acquirendi iuſtitiam,[eruet te de morte]animæ,quod eſt peccatũ mortale,ita ꝙ Pſal. 33.
prę inopia verbi dei nõ incurres peccatum:Immo actib. iuſtis reficieris,& verbo dei erudieris,&
deũ intra audies te affantẽ ac informantẽ.[& in bello]animę cõtra 3.hoſtes ipſius,videlicet con-
tra dęmonẽ,mundũ & carnem,eruet te[de manu gladij,i.acutæ atq; peſtiferę ſuggeſtionis diabo
li,& de pœna quam ipſe ſuis ſeruitoribus ꝓ præmio reddit. De huiuſmodi bello ſcribit Apoſt.ꝙ
colluctatio nobis eſt aduerſus principes & poteſtates,cõtra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtib. & in
Pſal. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.[à flagello linguæ abſconderis]iuxta pręceden Epheſ. 6.
tis Art. expoſitionẽ. Porro cũ homo cœperit eſſe perfectus,eradicato priuato amore,irriſiones, Pſal. 139.
detractiones,vituperationes cum gaudio patietur:& male loquentibus condolens ꝓ ipſis preca-
bitur.[Et nõ timebis calamitatẽ cũ venerit]i.penuriã. immo perfectorũ theſaurus paupertas eſt, 2.Cor. 8
in quo ſicut in omnibus diuitijs gloriantur,ſecundum illud Apoſt. Altiſsima paupertas eorũ abũ
dauit in diuitias ſimplicitatis eorum.[in vaſtitate & fame ridebis]i.in die iudicij,quando reꝓbi
conſummata vaſtitate prementur,omniq; refectione lætitiæ priuabuntur, toto corde gaudebis,
iuxta illud: Ridebit in die nouiſsimo.& per Mal.dominus ait electis: Egrediemini & ſalietis ſi- Matt. 25.
cut vituli de armento,&calcabitis impios in die quo ego facio,ſ.die iudicij,de quo loquitur ibi. Prou. 31.
Quod aũt in inferno ſit infeliciſsima fames,inſinuatur in Eccl.quo habetur. Ante obitũ tuũ ope- Malac. 3.
rare iuſtitiã, quoniã nõ eſt apud inferos inuenire cibos.[Et beſtias terræ]i. dæmones ferociſsi- Eccl. 15.
mos impiorũ in terra hominum deceptores ac voratores,de quib. fertur in Pſal. Ne tradas beſtijs Pſal. 73.
animam confitentẽ tibi.[nõ formidabis.]perfecta etenim charitas excludit ſeruilẽ timorẽ, quo
diabolus & infernus timentur. in morte quoq; & in diuino iudicio virtuoſi, Deo ſubueniẽte à ti
more dæmonũ eruuntur,quos ad patriã peruenientes in ęternũ ſecuri contẽnunt.[ſed cum lapi-
dibus regionum pactũ tuum erit]lapides regionũ, ſunt electi fideles particulariũ eccleſiarum,
quemadmodũ per Eſa.dominus pollicetur eccleſiæ: Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos. Eſa. 54.
Et Pet.fidelibus dicit: Ad quem(puta ad Chriſtum)accedentes & vos tanquã lapides viui.ſuper- 1.Pet. 2.
ædificamini domus ſpirituales. Cũ his eſt cuicũq; iuſto fœdus dilectionis & pacis.[& beſtię ter-
ræ erunt pacificę]i.pacẽ cum Deo facientes,[ibi]nõ ex intentione,ſed occaſionaliter. Dęmones
namq; qui(vt dictum eſt)per beſtias exprimuntur,quo electos plus perſequuntur,eo reſiſtentib.
fiunt occaſio meriti amplioris & incrementi pacis ac charitatis. Poſſunt quoq; per beſtias,motus
carnales ac beſtiales intelligi,quos viri virtutũ habent rationi ſubiectos. Vnde nec eos verentur,
ſed facile vincunt,gratiæ magnitudine id agente.[Et ſciens quia pacẽ]i. quietẽ in Deo ſeu ſubie
ctionem tranquillã ſub ratione[habeat tabernaculũ tuum]i.domus conſcientiæ tuæ, animiq; cu
bile vel corpus,de quo loquitur Pet. Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Porro pax cor 1.Pet. 1.
poris,eſt eius tranquilla directio,ſiue ſubiectio eius ſub rationis imperio.[& viſitãs ſpeciẽ tuã]i.
pulchritudinem & ornatũ tibi à Deo conceſſum in naturalib.atq; gratuitis conſiderans,[nõ pec-
cabis]i.per vanã gloriam aliquid tibi attribuendo,aut in teipſo inaniter gloriando, quaſi nõ ac-
ceperis omne bonum à Deo,ſed illi omne bonum aſſcribes,gratias cordialiter ages,tantoq; amo
roſius obtẽperabis,& humilius ac formidoloſius ſubditus eris,quo plura tibi bona largitus eſt,&
quo ad reddendã rationem obligatiorem te penſas,metuẽs ne tam pijſsimo benefactori fias in-
gratus. Cui enim plus datum eſt,plus vtiq; requiretur ab eo. immo & inde nobis cordialiter do-
lendum,quod id ipſum bonitatis,lucis & ſapientiæ,quod ex diuina pietate nobis gratioſe col-
latum eſt,noſtra prauitate,cæcitate & negligentia tantum & toties obſuſcamus, Deiq; dona præ-
inclyta & Deum in ſuis donis inhonoramus,dum ea non ſatis reuerenter atque ſolicite cuſtodi-
mus. immo & noſtra peccata eius miſcemus. ꝓpter quod valde plangendum eſt nobis, ſemperq;
humiliandũ eſt cor coram iudice Deo.[Et ſcies quoniã multiplex erit ſemen tuũ]i. verbo doctri
næ & bonis operibus à Deo ditaberis. quia per virtuoſa virtutũ moraliũ exercitia,ſ.per paſsionũ
reformationẽ,tanquã per viam purgatiuã,ad ſupernã illuminationẽ pertingitur. vnaq; actio virtu
oſa diſponit ad aliã. ꝓpter quod ait Salu: Habenti dabitur,& abũdabit. & Eccl. aſſerit: Fili, cõcupi

Matth. 25. ſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. [& progenies tua] id eſt, filij tui
Eccl. 3. ſpiritales, videlicet operũ tuorũ imitatores, vel tuę doctrinę ſectatores, erũt] ſicut herba terrę per
gratiã reflorẽtes, & bonis operibus ſe ac alios fœcundantes, vt ſint arbores fructuoſæ, nõ ſteriles.
[Ingredieris in abundantia ſepulchrum] i. plenus virtutibus morieris, ſicut de iuſtis ait ſcriptu-
Gene. 25. ra, quod mortui ſunt in ſenectute bona, pleni dierum. Iterum, ingredi eris in abundantia præce-
dentium meritorum vitę actiuę ſeu virtutum moralium. ſepulchrum ſolitudinis, id eſt, locum ſe-
cretum orationis, meditationis & potiſsime ſecretum contemplationis. vita etenim contempla-
tiua, ſepulchrum vocatur, quia à mundi actibus nos abſcondit, huicque ſeculo mortuos exhibet,
Col. 3. prout ſcribit Apoſt. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. De con-
templatiuis quoq; Pſal. loquitur deo: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione
Pſal. 30. hominum. Qui autem in actibus virtutum moralium ſe rite excitauit, & animum habet purga-
tum, ſimplificatum, ſancta charitate feruentem, ad contemplationis diuitias aptus eſt, inſtarque
vitri terſi, peruij & politi diſpoſitus, vt in mente ipſius ſplendeat, ferueat ac moretur ſol ſapientię,
lux æterna, Deus altiſsimus. [Ecce hoc vt inueſtigauimus] per ſtudium ſcripturarum, & conſide
rationem actuum humanorum, [ita eſt: quod auditum mente pertracta.] Qui alium ex charita-
te inſtruit, corrigit ſeu hortatur, non proprium quærit lucrum aut commodum inordinatum, ſed
audientis correctionem, illuminationem ſiue profectum: totaq; mente peroptat, ne alter ad ſuæ
damnationis incrementum, audita ſpernat aut negligat. ideo de veritate dictorum reddit eum
ſecurum, dicendo: Ecce (quod eſt ſerioſitatis iudicium) hoc vt inueſtigauimus, ita eſt. Deinde
hortatur ad vigilantem auditorum memoriam ac operis exhibitionem, ſubdendo: Quod audi-
tum mente pertracta. *Explanatio literalis cap VI Reſpondens autem Iob, dixit.* *Art.* XVII.

Veritatis zelo S. Iob ſe falſitati opponit, veritatẽ defendit, ad ſingula ſibi obiecta reſpõdet, nõ
ad ſui iactantiam, ſed ad diuinæ iuſtitię ac modi prouidentię eius declarationem, atq; ne ali-
quis ex ſua percuſsione ſcandalizaretur. [Reſpondens autem Iob, dicit: Vtinam apprehen
derentur peccata quibus iram] i. plagam pœnamue, vt tu Eliphaz aſſeris, [merui] à Deo, & calami
tas] i. miſeria tribulationis [quã patior] i. anima & corpore, filijs quoq; & rebus ſublatis, in im-
properio coniugis, in conuicijs amicorum. [in ſtatera] i. in libratione iuſtitię, hęc ad inuicem cõpa
rarentur, quaſi arena maris, i. innumerabiliter ſicut arena maris innumerabilis eſt. [hæc] calami-
tas mea [grauior appareret] i. maior q̃ mea peccata requirat. Sed nõne verba hæc præſumptuoſa
& falſa videntur? Iob namq; quotidianis venialibuſq; peccatis nõ caruit, præſertim cum ſcriptum
Pro. 24. ſit, Septies in die cadit iuſtus & reſurgit. Et Iaco. conteſtatur: In multis offendimus oẽs. ſi autem
Iacob. 3. grauitas peccati venialis penſetur per reuelationẽ ad indefinitam maieſtatẽ diuinam, q̃ per ipſum
aliquo modo inhonoratur, apparet q̃ ſecundum rigorem iuſtitię q̃cunq; temporalis afflictio vix
aut nõ ſufficit pro ſatisfactione illius. & potiſsime, q̃ calamitas Iob non ſuffecit vniuerſis venialib.
quę per tot vitę ſuę incurrerat annos. mirũq; omnino videt, q̃ ait pœnã ſibi inflictam, incõparabi
liter eſſe grauiorẽ vniuerſis peccatis ſuis. Et reſpõdendũ q̃ S. Iob loquitur cõtra errorẽ Eliphaz,
affirmantis nõ infligi pœnam à Deo, niſi pro propria pręuia culpa afflictis, ita q̃ pro culpa maiori ma-
ior infligeretur punitio. Cõtra hos loquens Iob aſtruit multo maiorem ſibi calamitatẽ inflictam,
quam peccata ſua exegerint: quia de grauibus ſibi exceſsibus nõ extitit conſcius, ſed de minutis
duntaxat. cum ergo fuerit ſibi inflicta grauiſsima pœna, patet q̃ pœna vehementer exceſserit cul
pam. Rurſus, Deus grauitatẽ peccati venialis nõ ſolum attendit vt eſt ſuę maieſt. inhonoratio ali-
qua, ſed etiam ſecundum quod procedit ex fragilitate humana, quæ tanta eſt, q̃ licet homo poſsit
ſingula, nõ tamen omnia venialia vitare peccata. Ideo Deus leuiſsima inter venialia, quę ex mera
& maxime excuſante fragilitate & ſubreptione humana proueniunt, qualia fuerunt venalia B. Iob
ac cæterorum ſanctorum, facilime donat. Nec ſolet ea in vita hac grauiter vindicare. ſicq; loq̃tur
Iob de venialibus ſuis peccatis, videlicet nõ ſolum vt grauitatem aliquam habuerunt per compa
rationem ad Deum, ſed etiam vt excuſationem habuerunt ex parte ipſius. imo quoniam viri per-
fecti pro ſuis venialibus quotidie ſatisfacere ſolent per multa remedia contra illa præſertim per
frequentem atq. feruentẽ affectionem ſuæ mentis ad Deum, peccata ipſius Iob per eius ſanctiſsi
mam cõuerſationẽ, quo ad pœnã, & culpã, deleta vel omnino vel pro maxima parte fuerũt. idcirco
pro eis tãta aduerſa nõ meruit, ſed iſta ſua calamitas peccatis ſic cõſideratis, quaſi incomparabiliter
grauior fuit. Quod tamen per hyperbolẽ dictum intelligi poteſt, ſecundũ quod homines ex ma
gna affectione loquentes, hyperbolicis vti ſolent ſermonib. [vnde & verba mea quib. dixi, pere-
at dies in qua natus ſum, & quę nunc profero, [dolore ſunt plena] i. ex vehementi dolore proueni
unt, & eundem ſignificant. Ideo non impatientiæ, ſed dolori ſunt aſſcribenda, prout in expoſitio-
ne I I. cap. plenius dictum eſt. [quia ſagittæ domini] id eſt, improuiſæ atque acutiſsimæ afflictio-
nes mihi, Deo permittente, inflictæ, [in me ſunt] id eſt, vſque ad intima viſcera mea peruenerũt.
[quarum indignatio] i. preſſura [ebibit ſpiritum meum] i. animam ſeu vitam animalẽ quaſi cõſu
mit & de corpore extrahit, anhelitum impedit, me reſpirare nõ ſinens. Spiritum quoq; corporalẽ
qui

qui eſt rector virtutis & vitæ, quaſi deglutit. Sed cum percuſsio ſancti Iob non venerit ex ira, in-
dignationeúe Dei contra eum, cur pœnam ſuam appellat indignationem Dei, videlicet inquan-
tum fuit ſignum indignationis? Et reſpondendum quod loquitur ita propter apparentiam exte-
riorem & ſimilitudinem cum flagellis, quæ ex indignatione Dei contra peccata peccatoribus in-
fliguntur, & propter acerbitatem pœnarū ſuarum in ſe. ſic enim & Chriſtus ait ad patrem: Super
me confirmatus eſt furor tuus. Vel etiam ideo ait, indignatio &c. quia forte pro aliquibus ſuis ve Pſal. 89.
nialibus partim percuſſus eſt, non quod illa fuerunt percuſsionis ſuæ cauſa totalis aut principa-
lis, ſed concauſa forſitan aliqualis. [& terrores domini] id eſt, horribiles aduerſitates ab impio
mihi inflictæ. vel terrores domini, id eſt, formidines, quibus vereor mihi à Deo grauiora infligi,
vel iſta diu continuari. Sapiens enim in omnibus metuit. Et quoniam ſanctus Iob ſibi de culpa,
ob quam hæc pateretur, non fuerat conſcius, metuebat ne rurſus ex cauſa ſecreta occulto Dei iu-
dicio plagaretur. Ideo ſubditur: [militant contra me,] impugnando me & opprimendo. His ver-
bis Iob conſonat quod in pſalmo loquitur Chriſtus ad patrem: In me tranſierunt iræ tuæ, & ter- Pſal. 89.
rores tui conturbauerunt me. Nam & Chriſtus naturali timore expauit pœnas inſtantes, quem ti
morem ſponte aſſumpſit, & poteſtatiue depoſuit. Deinde probat iſta à ſimili, oſtendens propo-
ſitum in oppoſito: [Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam?] id eſt, aſinus ſylueſtris vocem Iere. 14.
doloris non profert, dum victui neceſſaria habet, ſed dum talibus caret ex terræ ſterilitate, iuxta
id Ieremiæ: Onagri ſteterunt, traxerunt ventum quaſi dracones, defecerunt oculi eorum, quia
non erat herba. [aut mugiet bos, cum ante præſepe plenum ſteterit?] non vtiq; tunc vocem mœ-
roris emittet, niſi forte aliunde ſit cauſa mugitus, vt languor aut aliquid tale. Itaque ſicut bruta
non in præſentia, ſed in abſentia delectabilis & in præſentia contriſtabilis dolent, doloremque
exprimunt, ſic naturale eſt homini, quantum ad partem ſenſitiuam, tempore magnę aduerſitatis
& pœnæ dolere, doloroſaque verba proferre, præſertim cum homo calamitatem ſuam penſet &
ponderet, quod bruta facere nequeunt. Bos itaque mugit neceſſarijs carens, iuxta illud Ioelis: Ioel. 1.
Mugierunt greges armenti, quia non eſt paſcua eis. Deinde idem in rationali natura declarat: [* *An.
aut poterit comedi inſulſum quod non eſt ſale conditum?] i. nullus libenter manducat eſcam in-
ſipidam, nec ſale temperate permixtam, niſi forte neceſsitate cogatur, aut corruptum habeat gu-
ſtum Iob aūt loquitur ſecundum cōmunem curſum ac naturalem ꝓceſſum. Nā & ſubiūgit: [aut
guſtare aliquis poteſt, quod guſtatum, affert mortem?] i. nullus ſecundū naturalē ſenſitiuūq; ap-
petitum edere vult cibū mortiferum. vnde ꝓbat, ꝙ naturalis appetitus hominis, aduerſa atq; pœ
nalia deteſtatur, ſed deteſtatio hæc per rationē virtuoſe moderatur. [Animæ n. eſurienti] i. homi Pro. 27.
ni magnā famē patienti. Ponit nāq; partem ꝓ toto. [etiā amara dulcia videntur] præ auiditate &
indigentia alimenti, & quoniā talia pœnā famis aliqualiter minuūt. Ex quo etiā innoteſcit, quan
tū appetitus naturalis ex abſentia obiecti delectabilis doleat. Hinc in Pro. ſcribitur: Anima ſatura
ta calcabit fauū, anima eſuriens etiam amarū ꝓ dulci ſumet. Quid aūt tā ingēs fuerit ſua afflictio,
ſubditur: [quę prius tāgere nolebat anima mea] i. per guſtū cōtigere, ſed quaſi inſulſa abhorruit.
[modo præ anguſtia] i. preſſura tribulationis atq; inopię meę, [cibi mei ſunt] mihi accepti, quē-
admodū diuites depauperati edūt, quæ tēpore opulentiæ abhorrebāt. Deinceps oſtendit ſe mor
tem appetere ꝓpter rationabilē cauſam, videlicet ne aduerſitatis magnitudine perdurāte, ad im
patientiā ruat, & vt ad vitā quietiorē perducatur in limbo patrū. Quomodo aūt quis mortē ꝓpter
pręſentis vitę miſerias rationabiliter queat appetere, dictū eſt in elucidatione II. cap. [Quis mihi
det] i. vtinam mihi detur [vt veniat petitio mea] i. opere compleatur, [& quod expecto, tribuat
mihi Deus? &] pro i. [qui cœpit me] conterere, ſ. Deus per ſatan, ipſe Deus [me cōterat] per mor
tē [ſoluat manū ſuā] i. poteſtatē ſuā magis in opus extendat. quę manus quaſi ligata videtur, dum
operari aliquid ceſſat. Tunc enim quantū ad aliquē, fertur ligata, quāuis inceſſabiliter operetur.
[& ſuccidat me] i. de vita hac tollat. [Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligēs me dolore, nō parcat]
id eſt, affligere non deſiſtat donec intercam. ſicque de inualeſcentia pœnæ conſoler, inquantum
eſt acceleratio mortis & abbreuiatio vitę odibilis. Porro quod iſta non ex impatientia oret, pan-
dit ſubiungens: [nec contradicam ſermonibus ſancti] i. verbis Dei per eſſentiam ſancti, quibus
licentiauit me taliter flagellari, contra eum murmurando, aut per impatientiam corruendo. hoc
eſt, oro vt detur mihi gratia nō contradicendi Deo in vniuerſis quę patior, atq; idcirco mortē ef-
flagito, ne forte in doloribus diu viuens, tandē per impatientiā vincar.] Quę enim eſt fortitudo
mea vt ſuſtineam] id eſt, per naturalem & propriam animi fortitudinem iſta diu ferre non pote-
ro, ſcilicet prout fortitudo eſt virtus naturalis & acquiſita. per gratiam non adiuta. Vel dicit hoc
de fortitudine, vt eſt virtus infuſa ſeu donum, quę tanta nō fuit in eo, quin poterat ſuperari quo-
modo ipſe nondum confirmatus fuit in bono, ideo caute expauit periculum, non puſillanimiter
deſperauit Dei ſubſidiū. [aut quis finis meus] i. terminus tribulationū iſtarū. [vt patiēter agā?]
i. q uia tēpus mortis meę ignoro, eā cito venire deſidero. Qui em̄ in tribulationib. ſunt ex hoc po
tiſsime conſolantur, quod norunt determinate quando ſunt liberādi. & tunc intuitu finis illius
patienter

patienter ſe habent, Iob vero finem iſtum determinate non prænoſcebat. Ideo ne tædio obrueretur patiētia eius, mortem expetijt. Hinc etiam patet, firmiter dictum non eſſe quod quidam hic ſcribit, dicendo quod verbum iſtud, ſcilicet, aut quis finis meus, Iob expreſſe dicat contra errorem Eliphaz, negantis aduerſa vitæ pręſentis ordinari ad finem vitæ beatæ in futuro, quaſi Iob verbum hoc dixerit non ſecundum propriam mentem, ſed ſecundum Eliphaz erroneam poſitionem. Q. d. Cum iuxta tuam opinionem ô Eliphaz non ſit mihi finis beatificus in futuro expectandus, non eſt ratio cur debeam patienter hæc ferre. Immo verba iſta, vt iam patuit, aliter rationabiliter exponuntur. neque ex hoc verbo poteſt probari, quod Eliphaz negauit beatitudinem vitæ futuræ. [Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea] id eſt, non eſt tam inſuperabilis & ſine ſenſu, vt lapidū fortitudo, quod de corporali fortitudine clarius verificatur, & de ſpiritali fortitudine accipi poteſt propter fragilitatem ſubiecti fortitudinis talis. Anima namque fragilis eſt atq; inſtabilis. [nec caro mea, ænea eſt.] ſed mollis, tenera ac multum paſsibilis. Ideo grauiſsimam ſentit pœnam, ob cuius vehementiam timeo de periculo patiētiæ meę. Inſuper grauitatem tribulationis ſuæ demonſtrat ex carentia auxilij atq; ſolatij contra aduerſa ſibi inflicta. [Ecce non eſt auxilium mihi in me] id eſt, me ipſum iuuare non valeo, nec damna mihi illata recuperare, cum tam grauiter læſus ſim, corpore, cunctiſq; facultatibus ac filijs ſpoliatus, [& neceſſarij quoq; mei] id eſt, familiares atq; domeſtici & amici [receſſerunt à me] tempore neceſsitatis afflictioniſq; meæ, dum eis magis indigeo. Et forte aliqui eorum corporaliter obierunt, alij ſpiritaliter non impēdendo opera charitatis, imo charitati contraria irrogantes, ſicut hi tres qui ad conſolandum venerunt, ad contumelias proruperunt. [Qui tollit ab amico ſuo] id eſt, eo quem ſe diligere dilexiſſeúe aſſerit, ſeu dilexit tempore proſperitatis, [miſericordiam] id eſt, compaſsionem & pietatis affectum ſeu ſubuentionem tempore neceſsitatis & afflictionis, [timorem domini derelinquit] id eſt, contra filialem Dei timorem agit, quoniam contra charitatem, & contra diuinum agit præceptum. ſicque peccando mortaliter, charitatem & timorem caſtum ex ea prodeuntem amittit. In quo verbo B. Iob notat Eliphaz. quod ipſemet inciderit culpam, quam ſuperius dixerat incidiſſe Iob, loquens ad eum. Vbi eſt timor tuus? Itaque tempore aduerſitatis comprobatur amicus, propter quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico. Si poſsides amicum, in tentatione poſside eum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanet in die tribulationis. Hinc quoq; Ioannes ait in prima ſua canonica: Nō diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. [Fratres mei] i. non amici duntaxat, ſed & cognati ac proximi, [præterierunt me] i. in afflictionibus poſitum reliquerunt, ad ſua commoda feſtinantes. Eſt aūt cōſuetudo ſcripturæ, vt omnes conſanguinei alicuius, fratres eius vocentur, ſicut in Geneſi Abraham ait ad Loth: Fratres ſumus. Et ſecundo Regum Ioab ait ad Amaſam ſuum nepotem: Salue mi frater. Ioānes quoq; euangeliſta in euangelio ſuo teſtatur, quod fratres Chriſti quē peperit virgo, non crediderunt in eum. Vtrum vero Iob fratres carnales propriæ dictos habuerit, & an illi in tribulatione ſua pręterierunt eū, quis nouit? [Sicut torrens qui raptim tranſit in cōuallibus] i. improuiſe, impetuoſe, ac ſubito me reliquerunt, quemadmodum torrens fluit in imis cū impetu. Torrens autem ſecundum Albertum, dicitur aqua liqueſecta torrore ſolis in mōtibus, ex nubibus & glacie diſſoluta pręcipitāter decurrēs in ima [Qui timent pruinā, irruet ſuper eos nix] i. qui ita ab amico diſcedunt, atq; à me taliter diſceſſerunt, impuniti non erunt, niſi pœniteant quia dum amico ſubuenire omittunt, timore damni minoris, quod exprimitur per pruinā, maius incommodum patientur, quod per niuem notatur. Dicit enim philoſophus in libro meteorum, quod pruina eſt nix parua, & nix pruina magna ſeu multa. [Tempore quo fuerint diſsipati] i. per magna aduerſa destructi. diuiſi, depauperati, [peribunt] i. ſpiritaliter morientur per impatientiæ culpam. vel cum fuerint diſsipati per mortem, peribunt damnatione æterna. [& vt Incaluerint] i. igne tribulationis, ſeu ira diuinæ punitionis fuerint tacti, [ſoluentur de loco ſuo] id eſt, de terra tollentur, atq; in tartarum proijcientur, quemadmodum pruina ſeu nix ſolis calore attacta, diſſoluitur ſtatim ac defluit. [Inuolutę ſunt ſemitæ greſſuum eorum.] Quod inuoluitur, in ſeipſo replicatur, & quadā tortuoſitate in ſeipſum reuertitur. Hinc inuolutum vocamus, cuius fines occulti ſunt. Itaq; ſemitæ greſſuum eorum, i. media quibus falſi amici accedunt, & iuuare ſe monſtrant amicum afflictum ſeu alium, inuoluta ſunt fraudulentijs atque aſtutijs, & ad proprium commodum reflectuntur, dum amicitiam ante oſtendunt, finem amicitiæ ſub velamine hypocriſis clā inuoluunt, iuxta illud Eccl: Eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiā, & eſt amicus qui rixam ac odium denudabit. Itemq;: Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanet in tēpore neceſsitatis: [Ambulabunt in vacuum] i. infructuoſe viuent, nec finem ſortientur beatum. [& peribunt,] quia non ſolū beatitudine priuabuntur, & ſed pœnā incurrent ęternā, iuxta illud Iacobi: Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Eſaias quoq: Væ impio in malū, retributio n. manuū eius fiet ei. Salmō quoq; fatetur: vir verſutus odioſus eſt.] Conſiderate ſemitas Themam] id eſt, proceſſum, verba & geſta Eliphaz venientia de terra Themam [itinera.

Eccl. 6. 1. Ioan. 3.
Gene 13.
2 Reg. 20.
Ioan. 7.
Albertus
Philoſo.
Eccl. 6.
Ibidem
Iacob. 2.
Eſaiæ 3.
Prouer. 14.

[itinera Saba] id eſt, aliorum qui de illa terra venerunt. Aliqui tamen per Saba intelligunt
apertos aduerſarios ſancti Iob, puta Sabæos, de quibus ſupra dictum eſt, quod bona eius diri- Iob 1.
puerunt. ſicque intendit quod Eliphaz conformatus eſt illis, quia ad improperia Iob prorupit;
ita quod ſicut illi perſecuti ſunt ipſum Iob factis, ſic Eliphaz verbis. quod de alijs duobus amicis
quando dixit Iob hæc. nondum innotuit. [& expectate pauliſper.] pręſtolando finem diſputa-
tionis atque negotij huius, [conſuſi ſunt] id eſt, nunc ex verbis meis confuſionem incurrerunt,
erubeſcentes vel ex hoc, quod maledixi tempori natiuitatis meæ, amicus quippe erubeſcit,
dum audit amicum ſuum coram alijs multum irrationabiliter loqui. Hi autem tres amici Iob,
putauerunt eum irrationabiliſsime eſſe loquutum. Vel ex reſponſione ipſius Iob, qua eos repro
bauit atque confudit. [quia ſperaui] id eſt, fidutialiter & audenter locutus ſum ex teſtimonio
bono conſcientiæ meæ, qua aſſerui & aſſero me abſque culpa mea percuſſum, & eſſe me iuſtum. Thomas.
Porro Thomas exponit ſic: Confuſi ſunt venire ad me, quia ſperaui, id eſt, quoniam tempus
erat in quo auxilium ab eis ſperare debebam. Homines enim qui auxiliari nolunt, confundun-
tur viſitare illos, quos putant à ſe auxilium petituros. Iſta expoſitio incerta videtur. Dictum eſt Iob 2.
enim primo cap. quod amici Iob venerunt vt conſolarentur eum, Ideo non apparet quod non
voluerint ei ferre auxilium. vel quod ideo venire confuſi ſunt, quia noluerunt ſuccurrere. immo
vt in expoſitione primi capitis reſponſum eſt, bona intentione & ex amicitia vera venerunt.
Poſtea vero ex verbis Iob, quæ non ſatis intellexerunt, permittente Deo & inſtigante diabolo, Albertus
ex zelo veritatis indiſcreto ad verba ignominioſa dilapſi ſunt. Denique Albertus exponit ſic:
Confuſi ſunt, id eſt, in proximo confundentur, quia ſperaui, id eſt, ſpem de iuſtitia iudicis
habui. [Venerunt quoque vſque ad me] gratia conſolationis impendendæ, & pudore co-
operti ſunt] id eſt, totaliter circunfuſi, vehementiſsime erubeſcentes de tam inſolita ac inuiſa
mea deiectione. quoniam enim vere amabant Iob, quando primo eum in tanta calamitate in-
tuiti ſunt, non dubium quin erubuerint: & pręſertim, quia putabant eum ſuis peccatis id meru-
iſſe. Deinde alloquitur eos: [Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis]
ne & vobis tale quid accidat, vel ne petam à vobis ſubſidium. [Nunquid dixi, afferte mihi]
id eſt, aliquid de bonis veſtris mihi adducite, [& de ſubſtantia veſtra] id eſt, facultatibus
donate mihi [pro releuamine inopiæ meæ] quaſi dicat, Non timeatis quod grauabo vos ve-
ſtra petendo, quæ hucuſque non petij. vel liberate me de manu hoſtis [& de manu robuſto-
rum eruite me] id eſt, auxilium non poſtulaui à vobis contra aduerſarios meos, qui mea
nunc abſtulerunt, Chaldæos & Sabæos, aut ſimiles, [Docete me, & ego tacebo] id eſt, ſi aliqua
vera atque ſalubria documenta conuenienter propoſueritis mihi, cum reuerentia atque ſilentio
audiam ea & acceptabo. [& ſi quid forte ignoraui] eorum quæ vos ſcitis, & quæ ſcire me de-
cet. de illis etenim loquitur, non abſolute de quibuſcunque, cum certum fuerit ſibi, quod mul-
ta neſciuit. [inſtruite me.] Sapientis equidem eſt, libenter informari & docilem eſſe. Nam
& docilitas pars eſt prudentiæ. In Prouerbio quoque habetur: Doce iuſtum, & feſtinabit ac-
cipere. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Alibi quoque: Audiens ſapiens ſapi- Prouer. 9.
entior erit. Veruntamen quod ait, docete me &c, accipi poteſt vt ſuperioribus condepen- Prouer. 1.
dens, non quaſi ſententia per ſe dicta, vt ſit ſenſus: Nunquid dixi, docete me, id eſt, doctrinam
à vobis non poſtulaui, non quod ex elatione omiſerim hoc, ſed quoniam tantæ ſapientiæ vos
non noui. [Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis] id eſt, veris verbis, quibus me innocen-
tem ac iuſtum aſſerui, cæteriſque eloquijs meis, quæ in deploratione mea ſeu lamentatione
deprompſi veritatis amore, dicentes quod ex impatientia ſim locutus. [cum * ex vobis nullus * è vobis
ſit qui me poſsit arguere] quia nec authoritate, nec vita, nec ſapientia me ita excellitis, vt me
rationabiliter reprehendere valeatis, quod zelo iuſtitiæ dicitur. [Ad increpandum tamen,]
non ad vtilitatem, [eloquia concinnatis] id eſt, diſputationes curioſe componitis [& in ven-
tum verba profertis] id eſt, infructuoſe & iactanter loquimini. [Super pupillum irruitis]
id eſt. me omni humano auxilio deſtitutum verbis inuaditis] id eſt, infructuoſe & iactanter
loquimini. [Super pupillum irruitis] id eſt, me omni humano auxilio deſtitutum verbis inua-
ditis. [& ſubuertere] id eſt, à recta ſententia retrahere, & ad veſtros errores inducere, ſeu impi-
um comprobare [nitimini] me [amicum veſtrum]. Amicus eſt, qui in eadem diſputatione
concordat ad veritatis inquiſitionem. E contra ſecundum philoſophum in Top. Prauus eſt ſoci- Philoſo.
us, qui impedit cõmune opus in inquiſitione veritatis. [Veruntamen quod cœpiſtis * implete] * explete
id eſt, cœptam diſputationem proſequamini, quatenus ex collatione diſputatoria veritas ampli
us declaretur. Hoc addit, ne putent ſe territum, quaſi eis reſpondere non poſsit. [Prębete aurẽ]
id eſt, dociles eſtote, & patienter audite, [& videte] id eſt, conſiderate [an mentiar. Reſpondete,
obſecro, abſq; cõtentione.] Contentio em̃ rationis impedit actũ, & per cõſequens veritatis in-
quiſitionẽ diſputationiſq; fructũ. propter quod ait Apoſt. Noli verbis cõtendere. ad nihil enim
vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Contentio quippe, teſte Ambroſio, eſt inpugnatio 2. Tim. 2.
verita-

eula magis veretur, ne rurſus Deum offendat, ne in manus incidat Dei viuentis, ne à vultu gloriæ
ſupergloriofiſsimi Dei pellatur, & pœnas irruat ſempiternas. Da hoc felici terrore in prouerbijs
habetur: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Itemque, Timor domini fons vitæ, vt declinet à Pro. 18.
ruina mortis. Præterea, quoniam Iob fuit euidens Chriſti figura, poſſunt hæc verba de Chriſto Pro. 14.
exponi. Quemadmodum enim amici IOB imputabant ei quod pro ſuis affligeretur pec-
catis, ſic Iudæi Chriſtum pro ſuis dixerunt exceſsibus comprehenſum, tentum & tortum, co-
ram Pilato clamantes: Si non eſſet malefactor hic, non tibi eum tradidiſſemus. Et rurſus: Hunc Ioan. 18.
inuenimus ſubuertentem gentē noſtrā, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtū Ioan. 19.
regē eſſe, quib. Chriſtus poterat reſpōdere verba præhabita: [Vtinā appenderētur peccata mea,]
non quę cōmiſi, ſed quę imposuitis mihi, [quibus iram merui] i. pœnam mortis, ſecundū veſtram
cenſuram, quæ de me dixiſtis, Reus eſt mortis.] & calamitas] acerbiſsimæ paſsionis [quā patior, Matt. 26.
in ſtatera,] ſecundum ſenſum expoſitū. [quaſi arena maris] i. incōparabiliter [hęc] calamitas [gra
uior appareret,] q̃ peccata præfata: quia in veritate nulli peccato obnoxius fui. [vnde] i. ob ama-
ritudinem paſsionis, mihi pro aliorum exceſſu inſtantis, verba mea dolore ſunt plena. doloroſa
plane fuerunt verba Chriſti, quando paſsione iam imminente, cum clamore valido & lachrimis Heb. 5.
preces fudit ad patrem, ſecundum Apoſtolum. Terq; rogauit, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo ca- Matt. 27.
lix. Similiter verba quæ dixit in cruce: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me, ac cætera Marc. 15.
ibi prolata, nonne dolore fuēre pleniſsima? [Quia ſagittæ domini] id eſt, amariſsimę mortis pun Luc. 23.
cturæ, præſertim tempore diſtenſionis in cruce, [in me ſunt.] quas, Deo patre diſponente atque
volente, ſuſtinui, quemadmodum pater ait de Chriſto per Eſaiam: Propter ſcelus populi mei
percuſsi eum. Et rurſus ibidem: Dominus voluit conterere eum infirmitate. [quarum indigna- Eſai. 53.
tio,] in qua totum fuerunt velut in vltionem, caſtigationem ſeu correctionem peccatorum gene-
ris humani, iuxta illud Eſaiæ: Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. [ebibit ſpiritum meum.] quia
per pœnæ illius acerbitatem vere mortuus fuit Chriſtus, per ſeparationem animæ eius à corpo- Ibidem.
re, quamuis vtrunque manſerit verbo vnitum. Inſuper verba inducta poſſent exponi de quocun- Ibidem.
que innocente ac iuſto, grauiſsime afflicto non vitæ ſuæ demerito, ſed propter probationem ip-
ſius & patientiæ demonſtrationem, ad aliorum ædificationem, atque ob incrementum ſui profe
ctus ac felicitatis, quod in multis electiſsimis factum conſtat martyribus. Sed quia ex præindu-
ctis clariſsime innoteſcit, quomodo ad hoc valeat litera applicari, pertranſeo, ad difficiliora que
propero. [Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam?] Per onagrum deſignatur plebs gen-
tilis indomita, voluptatique dedita, cuius non parua pars expectauit Chriſtum venturum, ſicut
& Iob patriarchæ gentilium cum ſubditis ac diſcipulis ſuis. Qui populus quo Chriſti aduentum
magis optauit, eo ipſius dilationem doloroſius tulit. Cum vero per apoſtolicam prædicationem
euangelicam legem ſortitus eſt, Chriſto vnitus, & gratiæ ac ſacramentorum eius particeps factus
non rugijt, ſed lætus effectus eſt. Habens herbam, id eſt, incarnationi dominicæ gratiam & vir- Ioan. 6.
tutem ſeu Chriſtum dulciſsimum, qui teſtatur: Caro mea vere eſt cibus. [aut mugiet bos] id eſt,
populus Iudæorum, iugo legis aſſuetus ac ſubditus, ad Iudaiſmum proſelytos colligens, ſicque
per corda eorum vomerem legis trahens, [cum ante præſepe plenum ſteterit?] id eſt, Chriſtum
corporaliter præſentem agnouerit ſibi in lege diu promiſſum, iamque in ea poſitum ac oblatum.
Quod de electis Iudæorum reliquijs accipi congruit, qui Chriſti aduentum cordialiter optaue-
runt, eumque præſentem viderunt, aut veniſſe crediderunt cum ingenti lætitia. Idcirco non mu- Matt. 9.
gierunt triſtantes, ſed pſallebant gaudentes. Denique de diſcipulis ſuis Dixit Chriſtus Iudęis in- Marc. 2.
credulis: Nunquid lugere poſſunt filij ſponſi, quam diu cum illis eſt ſponſus? Itaque præſepe fuit
ſcriptura veteris teſtamenti, ſeu lex quę ſine Chriſto vacua fuit, & ipſo incarnato repleta eſt. [Aut
comedi] id eſt, mente ſumi ac maſticari [poterit inſulſum?] id eſt, vetus teſtamentum, ſeu lex &
ſcriptura ipſius ad literam intellecta, non ſpiritaliter ſumpta. Non vtique. ſic enim non reficit, ſed
occidit, dicente Apoſtolo. Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Sal ergo literæ legis, eſt intelli- 2. Cor. 3.
gentia ſpiritalis: qua ſi fuerit ſcriptura illa condita, erit ſalubriter refectiua. [Aut guſtare quis po
teſt, quod guſtatum, affert mortem?] hoc plane rationabiliter & ſcienter non fit proprio motu
guſtantis, quanquam aliqui martyrum venena pro fide potauerint. Myſticus igitur ſenſus eſt,
quod ſanctorum prophetarum vaticinium ſecundum literæ ſuperficiem ſumptum, frequenter
mortiferum eſſet, ideo taliter guſtari non debet. Deinde Iob tanquam viuum membrum eccle-
ſiæ voce eius ſubiungit: [Quę prius] id eſt, ante Chriſti aduentum [tangere nolebat anima mea,]
videlicet veteris teſtamenti cibum ſeu documentum, [nunc] poſt Chriſti paſsionem per apoſto
licam prædicationem, [præ anguſtia] pœnitentiæ & amoris, [cibi mei ſunt] id eſt, mentis meæ
refectiones. Hoc eccleſiæ ex gentibus collectæ eſt competens. Poteſt nihilominus de conuerſa-
electaque ſynagoga exponi, quæ vnigenito Dei nondum incarnato ac paſſo, contempſit genti-
les, nolens eis communicare aut iungi, quemadmodum loquitur Petrus gentilibus: Vos ſcitis Act. 10.
quomodo abominatum ſit viro Iudæo accedere aut coniungi ad alienigenam. vnde & poſt Act. 11.

quidam conuerſi Iudæi, locuti ſunt Petro: Quare introijſti ad viros præputium habentes, & man
ducaſti cum eis? Poſtea autem miſſo ſpiritu ſancto, orſi ſunt ſancti apoſtoli prædicare gentilibus
præ anguſtia æſtuantis amoris, Incorporauerumtque eos ſibi, & de eorum conuerſione atque ſa-
lute mente refecti ſunt non mediocriter delicioſe. [quis mihi det vt veniat petitio mea, & quod
expecto, tribuat mihi Deus: & qui cœpit, ipſe me conterat, &cæt.] iuxta ſenſum, quo præceden-
ti articulo verbum hoc de ſancto Iob extat expoſitum, intelligi poteſt de quocunque iuſto in
grauiſsimis tribulationibus conſtituto, qui timore offendendi Deum & tædio malorum culpæ
ſeculi huius, deſiderioque viſionis beatificæ ſummi Dei, cupit diſſolui, & tribulationem ſibi
inflictam continuare ac ingraueſcere, quouſque auferatur de vita præſenti. Sic nempe dixit Apo
Rom. 7. ſtolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Pſalm. Heu mihi quia
Pſalm. 119. incolatus meus prolongatus eſt. Iterum accipi poteſt de contritione bona & ſucciſione ſalubri,
quam Deus per gratiam & virtutes conterit in nobis, quod à nobiſipſis habemus & ſumus, vide-
licet peccata noſtra, paſsiones & vitia. ſicque ſpiritualiter atque vitaliter mortificemur, & nos ip-
ſos relinquamus ac abnegemus, vt ab alto elationis ſucciſi, ad propriæ paruitatis humilia deſcen-
Gregorius damus: ipſa quoque flagella paternæ caſtigationis Dei libenter feramus, inquantum ſunt crimi-
nũ ſanctiua. Immo in vita hac corrigi peroptemus, ne æternaliter cruciemur. Hinc ait Gregori-
us. Sancti viri cum de occulta erga ſe diſpoſitione Dei ſuſpecti ſunt, proſpera pertimeſcunt, ten-
Pſal. 25. tari appetunt, flagellari deſiderant, quatenus incautam mentem metus & dolor erudiat, ne in hac
Pſal. 37. peregrinatione hoſte ex inſidijs erumpente, ſua eam ſecuritas deterius ſternat. Hinc ait Pſalm.
Proba me domine, & tenta me. Itemque, Quoniam ego in flagella paratus. Ideo ſubditur: [Et
hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat.] Electi quippe cũ peccaſſe ſe norunt,
nec tamen ob hoc aduerſa perpeſſos ſe meminerunt, pauore tabeſcunt & æſtuant, ne eos in æter-
num deſeruerit gratia, quos in præſenti nõ cuſtodit culpæ ſuæ punitio aliqua: timent ne vltio quæ
differtur, grauior in fine ſeruetur. ideo nunc paterna caſtigatione feriri deſiderant. [Nec contra-
Thren. 3. dicã ſermonibus ſancti] Dei me corripientis, impatienter ferẽdo, murmurando aut male loquen
do, ſed gratias referam in aduerſis. vnde in Thren. legitur: Quid murmurauit homo viuẽs vir pro
peccatis ſuis? ſcrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad dominum. nos inquam egi-
mus, & ad iracundiam prouocauimus dominum. Rurſuſq; ſcriptum eſt, Sapiens nõ murmurabit
Eccl. 10. correptus. [Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam tormenta vitæ futuræ? Ideo in præſenti cu-
pio emendari. [Aut quis finis meus vt patienter agam?] id eſt, nulla eſt ratio habendi patientiã
plenã in pœnis inferni, cum non ſit ſpes euadẽdi, nec expectatio alicuius finis beati, cuius intuitu
ſolet in aduerſis patientia conſeruari. [Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea
eſt.] Multi iam dignos pœnitentiæ fructus agere renuunt, religionem intrare verentur, dicentes
ſe pati dura non poſſe ieiunia, vigilias, diſciplinas, cæteraque ſimilia abhorrentes, qui vtinam
paſsibilitatem ac teneritudinem ſuam prudenter intuerentur, per comparationem ad futura pra-
uorum ſupplicia. Sicque penſantes quam ineffabiliter grauiora ſint illa præſentibus pœnis, viri-
liter aggrederentur arctam viam ſalutis, omneque exercitium potentiale ac virtuoſum. [Ecce
non eſt auxilium mihi in me] id eſt, propria virtute ſeu naturali fortitudine, aut per ſola & nuda
dona naturæ ſaluari non valeo, à peccatis purgari, meritoriè operari, dæmonibus reluctari ſine
Oſeæ 13. ſupernaturali Dei ſubuentione & dono gratioſo non queo. Itaque nullus de ſe præſumat, nemo
Ioan. 15. ſibi bonum quod agit aut habet, aſſcribat, ſed totam ſuam fiduciam ponat in Deo, qui ait per
2. Cor. 3. Oſeam. Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Et loquitur Chriſtus: Sine me
nihil poteſtis facere. Denique Apoſtolus: Fiduciam, inquit, talem habemus ad Deum, non quod
ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex DEO eſt.
Iere. 10. Ieremias quoque loquitur Deo: Scio domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt am-
bulet & dirigat greſſus ſuos. [Neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.] Hoc dicere poteſt is à
quo amici eius tempore neceſsitatis aut indigentiæ auertuntur, manum adiutricẽ non porrigen-
Pſal. 37. tes, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in corporalibus bonis. Sic nempe ait Pſalmiſta: Amici mei & pro-
2. Tim. 4. ximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Atque Apoſtolus. In prima mea de-
fenſione omnes me dereliquerunt. [Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem domini
derelinquit.] Hoc de omni proximo intelligi poteſt. omnem etenim proximum tanquam ami-
cum & fratrem, Immo ſicut nos ipſos amare tenemur, eique auxiliari quando ratio dictat, dum
ſcilicet locus, tempus & cauſa requirunt, quod qui omittit, præceptum charitatis tranſgreditur,
Oſeæ 10. non faciens alteri ſicut vellet fieri ſibi. [Fratres mei præterierunt me, [non condolendo aut ſuc-
currendo. [Tempore quo fuerint diſsipati] id eſt, peccato corrupti, corde diuiſi, ab integritate
virtutum collapſi, [peribunt] perpetuo, iuxta id Oſeæ: Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.
[& vt incaluerint] feruore paſsionum, videlicet iræ, impatientiæ, indignationis ſeu concupiſcen
tiæ, [ſoluentur de loco ſuo] id eſt, impetum paſsionis ſequentur, nec ſtabiles erunt in ratione,
Eſaiæ 57. in qua homo debet quaſi in loco quieſcere. vnde ſcriptum eſt in Eſaia, Impij quaſi mare feruens,
quod

qnod quieſcere nō poteſt. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum. Hoc omnibus verſutis & calli-
dis, duplicibus, adulatoribus ac ſimulatoribus competit, qui dum aliud mente intendunt. aliud
verbis actibuſue oſtendunt, inuolutis greſsibus gradiuntur, & ſeipſos à vero virtutum profectu
impediunt. immo inſtar cancri retrogrediuntur, in tartarumque labuntur. propter quod ſubdi- Iere. 9.
tur: Ambulabunt in vacuum, & peribunt. De talibus Ieremias inducit: Sagitta vulnerans, lingua Pro. 2.
eorum: in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. Recti ergo & pla-
ni ſint greſſus noſtri, quoniam ſcriptum eſt: Deus proteget gradientes ſimpliciter. Coſiderate
ſemitas Theman, itinera Saba, & expectate pauliſper. Per Themam, quod interpretatur auſter,
qui diſſoluit afflata temporibus membra, animi remiſsio deſignatur. Itaque conſiderandæ Apoc. 3.
ſunt ſemitæ Theman, id eſt, actus remiſſe viuentium, qui Deo negligenter ſeruiunt cum tepore,
vt agnitis eorum diſpendijs atque periculis, domino feruide obſequamnr, penſantes quod lo-
quitur Deus: Scio opera tua, quia nec calidus es, neque frigidus: & nunc quia tepidus es, inci- Eſaiæ 32.
piam te euomere ex ore meo. Porro per Saba quod interpretatur rete, ſignificantur doloſi, qui Pſal. 5.
alijs deceptionum modos extendunt & moliuntur inſidias, capiuntque intra rete ſuæ verſutiæ
innocentes ac ſimplices. Contra quos Eſaias aſſerit: Frandulenti vaſa peſsima ſunt. Ipſe Pro. 1.
enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij. Et in Pſalmis: Vi-
rum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus. Tales docet Salomon eſſe vitandos: Fi-
li, inquiens, ſi te lactauerint peccatores, nec acqnieſcas eis. ſi dixerint, veni nobiſcum, inſidie-
mur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtrà, ne ambules cum eis. Horum
damnationem videbimus, ſi paululum præſtolemur. Confuſi ſunt, quia ſperaui. dum repro- Pſal 12.
bi & peruerſi bonos turbare, à via virtutum retrahere, ab animi conſtantia impedire nituntur,
exhilarantur, ſi quod moliuntur, ad affectum perdncunt, iuxta id Pſalmi: Qui tribulant me,
exultabunt ſi mortuus fuero. Dum vero quis tota mente in Deo confidit, nec ab animi tran-
quillitate deijcitur, confunduntur tanquam ſpe ſua fruſtrati. venerunt quoque vſque ad me, &
pudore cooperti ſunt. Hoc in perſona cuiuſlibet iuſti profertur, quem iniqui aggreſsi ſubuer-
tere nequiuerunt, ideo erubeſcunt. Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis.
vitioſi, qui Deum non amant, neque in proſperis eum verentur, frequenter quodam ſeruili
concutiuntur timore, dum aliquem præſertim ſuorum propinquorum ſeu amicorum iuſto-
rum, viderint horribiliter plagatum, moleſtatum aut cæſum, quos iuſtus vir tribulatus redargu-
it, quod non in proſperis quoque DEVM formidant, nec eum ex timore filialiter timent.
Nunquid dixi, afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi? ſubſtantia impiorum, mun-
dana atque carnalis prudentia dicitur, quam iuſtus, ab eis non petit, ſed aſpernatur, nec per
eam conſolari dignatur. vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me.
virtuoſi ab inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus impugnantur. Scientes vero reprobam vi-
tam prauorum, non quærunt eorum ſuffragio ab inuiſibilis hoſtis tentatione ſaluari. Et quo-
niam eos non timent qui corpus occidunt, dum fides vel iuſtitia exigit, parati ſunt à viſibilibus
inimicis occidi, nec quærunt de eorum tyrannide erui. Docete me, & ego tacebo. Multoti-
es carnales pigri ac paſsionati putant & iactant ſe melius ſcire & ſanius ſapere, quam virtuoſi ac
feruidi. vnde præſumunt eos arguere ac docere. quibus iuſtus vereque ſapiens ironice zelo
æquitatis reſpondet, docete me, quaſi dicat. Aut vere me informate, aut ab inſipienti inſtru-
ctione ceſſate. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis? Tales equidem verba virtuoſorum ir-
rationabilia, vanaque arbitrantur, cum dicat Apoſtolus: Animalis homo non percipit quæ ſunt 2. Cor. 2.
ſpiritus Dei. Ideo detrahit verbis veriſsimis, aſſerens ea aut non vera, aut non recta intentione
prolata. Et dum videt ſe ratione iuſtum ſuperare non poſſe, ad increpationes & exprobationes
conuertitur, inaniterque verba multiplicat. Ideo ſeqnitur: Ad increpandum tantum eloquia
concinnatis, & in ventum verba profertis. Cæterum quomodo ſequentia textus verba ad mora-
litatem valeant applicari, ex præcedenti articulo facilime conſideratur.

Elucidatio literalis capituli ſeptimi, Militia eſt vita hominis ſuper terram.

Artic. XIX.

DOcet beatus IOB in huius capituli exordio, vitam præſentem ordinari ad aliam magis perfectam, eamque anxietatibus eſſe plenam, atque ob id rationabiliter appeti poſſe terminum eius. aliqui vero opinati ſunt, ipſum IOB principium præſentis capituli inducere ad reprobandum errorem Eliphaz, aſſerentis vltimam hominis felicitatem eſſe in vita hac, animam quoque rationalem eſſe mortalem. verum (vt clare iam ante probatum eſt, & demum probabitur amplius) illa non fuit opinio Eliphaz, immo in verbis quarti capituli quæ ſibi perhibet deſuper reuelata, euidenter innuit animæ immortalitatem, atque futuram impiorum

perpetuam calamitatem, inter cætera loquens: Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.
Iob 4. Itaque verba huius capituli Iob inducit ad ſuæ declarationem ſententiæ, qua intendit defende-
re, quod iuſtis in vita hac multa contingant aduerſa ſine eorum præuia culpa, quod item ad ali-
Hieroni. am & ipſam vere felicem vitam aſpirent. Ait ergo: [Militia eſt vita hominis ſuper terram.]
Gregorius vbi Hieronimus tranſtulit, Militia 70. tranſtulerunt, tentatio. Sed vt docet ſanctus Gregorius,
ſenſus redit in idem, Tentatio namque eſt pugna contra hoſtes ſpirituſque malignos, militia
vero exercitium contra aduerſarios appellatur. Itaque vita bonorum, militia tentatioque vo-
catur: quoniam contra deſideria carnis paſsioneſque animæ, contra mundi vanitates, contra dæ-
monum ſuggeſtiones, omnem quoque impietatem indeſinenter ac fortiter præliantur. vnde
ob grauitatem ac multitudinem tentationum hominis in hac via, vita eius non tentationem ha-
bere, ſed tentatio dicitur, quamuis nonnunquam ſine actuali tentatione viuamus, & mente tran-
2.Cor.3. quilla Deo ſine luctu vacemus. ſed in hoc parua eſt mora, niſi fortaſſe viris perfectis ex gratia
Gregorius ſingulari, qui reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in deformem transformantur imagi-
nem à claritate in claritatem. Circa hoc verbum, ſicut & circa cætera ſancti Iob verba, ſcribit
multa pulchra illuminatus Gregorius quæ vitandæ prolixitatis cauſa omitto, & quoniam ſcri-
pta eius (vt decet) vbique habentur. Præterea verbum inductum, ipſi Iob tanto literalius com-
petit, quanto paſſus eſt duriora, fortioremque habuit contra inuiſibilem hoſtem luctam. [& ſi-
cut mercenarij dies eius.] Hoc primo ita exponitur: Quoniam vita hominis eſt militia ſuper
terram, propter continuum atque duriſsimum contra paſsiones ac vitia prælium, ideo dies eius
comparantur diebus mercenariorum, quorum dies ſunt laboribus interdumque tædijs pleni.
Ita & dies hominis viatoris graues & anxij ſunt, præſertim tempora electorum, quoniam mul-
tæ tribulationes iuſtorum. nilque laboroſius extat quam mentem in vera puritate cordis, Deo
ſemper ſeruare, Deum in nullo inhonorare, vanas cogitationes, inordinatas affectiones, viles
occupationes, omiſsiones & commiſsiones iniquas vitare, abijcere deteſtari. Secundo exponi-
tur ſic: Quemadmodum mercenarius finem dierum ſui laboris deſiderat, vt præmium aſſequa-
tur, ſic homo viator huius optat finem exilij ac laboris, vt ad æternam beatitudinem perduca-
Philip. 1. tur, prout ait Apoſtolus: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. & Pſalmiſta: Conuertere anima
Pſal.114. mea in requiem tuam. Tertio ſic: Quemadmodum mercenarius in alienis rebus ſeu alio-
rum bonis laborat, & ſibi mercedem adipiſci conatur, ita electi nunc in rebus occupantur diui-
nis ac Chriſti negotijs, & tamen ſibijpſis præmium adipiſcuntur. Denique, quoniam duo ho-
mini in vita iſta incumbunt, videlicet impedimentis ſuæ ſalutis reſiſtere, & ſuæ beatitudinis
accommoda operari, ideo quantum ad primum, comparat vitam humanam militiæ, cuius eſt
hoſtibus pacis occurrere: quantum vero ad ſecundum, diebus mercenarij, cuius eſt vtilia
ſuæ mercedis peragere. Inſuper ex his declaratur vita humana prouidentiæ ſubeſſe diuinæ,
quia & milites ſub duce exercitus militant, eiuſque directione aguntur: mercenarij quoque
à domino operis inducuntur, ac præmium præſtolantur. Rurſus ex his error Eliphax repro-
batur, dicentis tribulationes & pœnas non niſi pro peccatis infligi, nec aduerſitates maiores ni-
ſi pro grauioribus culpis. Dux namque exercitus frequenter melioribus magiſque ſtrenuis
militibus grauiora luctamina atque pericula ſapienter iniungit, ſecundum quod pro commu-
ni expedit bono, vt expleto labore, eos amplius veneretur. Similiter paterfamilias inter-
dum melioribus operarijs grauiores committit labores: quibus, opere conſummato, præmia
largitur maiora. Itaque ſuperaltiſsimus omnium princeps D E V S, ſanctus ac ſapiens, ſu-
os pugnatores electos ac milites meliores, frequenter aduerſitatibus exponit maioribus, ef-
ficacioreſque operarios fortioribus laboribus applicat, vt in fine, adepto triumpho ac Dei ob-
ſequio conſummato, ſublimius honorentur, abundantiuſque munerentur in cælo. Dein-
de beatus I O B adducit ſimilitudines ad prædicta. Exempla enim in moralibus quo particu-
Philoſop. lariora ac planiora extiterint, eo plus inſtruunt. Moralia quippe circa particularia verſantur,
*ſeruus cum agere & pati ſint ſuppoſitorum, ſecundum Philoſophum [Sicut *ſeruus] æſtu afflictus [de-
Pſal. 41. ſiderat vmbram] id eſt, locum refrigeratiuum, quo poſt laborem & curſum quieſcat, ſicut &
ceruus à venantibus agitatus, feſtinat ad aquæ fluentá, ſecundum illud Pſalmi: Quemadmo-
dum deſiderat ceruus ad fontes aquarum. [& ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui]
id eſt, moram qua ſuum obſequium compleat, vt ſortiatur mercedem. [ſic & ego habui menſes
vacuos] id eſt, menſes annorum quibus vixi, ſine conſecutione optatæ felicitatis expendi, &
affectuoſe ſemper ad veram felicitatem futuram, tanquam ad præmium conſummatum menta-
liter acceleraui. [& noctes laborioſas enumeraui mihi] id eſt, noctes vitæ meæ reputaui, &
Pſal. 76. quaſi diu durantes computaui laboribus plenas. Virtuoſi enim in noctibus ſolent medi-
tationibus inſudare, futura penſare, pœnitentiæ lamentis inſiſtere, iuxta quod ſcriptum eſt:
Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus ſum, & non ſum loquutus. cogitaui dies antiquos,
& annos

& annos æternos in mente habui. & meditatus ſum nocte cum corde meo. Et iterum: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. (Pſal. 6.) Itemque, Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, & effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini DEI tui. (Thren. 2.) Conſtat quoque quod homines frequenter numerent tempus, quod eis diu durare videtur atque moleſtum eſt. Iterum, noctes huiuſmodi laborioſæ dicuntur, propter optati boni dilationis difficultatem. Laborioſum etenim eſſe ſolet, diu expectare bonum vehementer cupitum, iuxta illud Prouerbiorum: (Pro. 13.) Spes quæ differtur, affligit animam. lignum vitæ, deſiderium veniens. [Si dormiero] id eſt, me ad dormiendum poſuero, aut parum quieuero, [dicam] expergefactus ſeu præ dolore ac tædio dormire non valens: [quando conſurgam] id eſt, diei aduentum optabo. Qui enim in triſtitia atque doloribus eſt, ad futurum tempus anhelat, in quo ſe melius habiturum confidit. [& rurſum expectabo veſperam] id eſt, orto iam die, noctem fieri præſtolabor & cupiam. Dolor namque ea quæ adſunt, nón permittit placere, optaturque tempus afflictionis finiri. [& replebor doloribus vſque ad tenebras] noctis, id eſt, tota die pœnis afficiar, cuius cauſam adiecit: [induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris] id eſt, materia & ſanie vlceroſa, immundicijſque loci quo ſedeo, ſcilicet ſterquilinij, corpus meum circundatur, impletur ac tegitur, ſicut quis veſte operitur. Vel ſordibus pulueris, id eſt, puluerulentis. ſanies enim indurata, ſcabiem facit: quæ areſacta, in puluerem recidit. [Cutis mea aruit & contracta eſt] id eſt, rugioſa facta ex ſiccitate. Naturali quippe humore conſumpto, & virtute naturali deficiente, caro intus conſumitur, foriſque ſiccatur, atque rugatur, qui defectus contingit ex ſenectute aut infirmitate vel fame. Vnde in Threnis de confectis eſurie ſcribitur: adhæſit cutis eorum oſſibus eorum. facta eſt quaſi lignum. [Dies mei velocius tranſierunt, quam à texente tela ſuccidıtur.] id eſt, tempora quibus vixi, celerrime defluxerunt. (Thren. 4.) Nil enim tam cito decurrit vt tempus, in quo nulla eſt mora, quies aut fixio, ſed defluxus continuus. Sic & Iezechias profatur: Pretioſa eſt velut à texente vita mea. (Eſai. 38.) Et Pſalmiſta: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. (Pſal. 109.) Quamuis autem tempus dum præſens eſt, longum appareat propter aduerſa quibus homo afficitur, nihilominus cum fuerit éuolutum, ratio intuetur quam breue extiterit. [& conſumpti ſunt abſque vlla ſpe] recuperandi tempus præteritum: quod cum fuerit lapſum, idem nequaquam reuertitur. Vel abſque ſpe, redeundi ad priſtinos dies, ſeu vitam in terra agendam poſt mortem. Fuit autem Platonis opinio, (Plato.) quod poſt certa tempora, corrupta in inferioribus iſtis eodem numero reuerterentur, quem errorem ſanctus IOB pluribus reprobat locis. Deinde DEVM alloquitur: [Memento quia ventus eſt vita mea] id eſt, duratio temporis qua hic viuo, conformis eſt vento ob nimiam vtriuſque fluxibilitatem ac labilitatem & breuitatem. Itemque, Quoniam ſicut ventus idem non redit, ita vita hominis poſt mortem ad iſtum non reuertitur ſtatum. Hinc ſcriptum eſt. Quæ eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, deinceps exterminabitur. (Iacob: 4.) Et, Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. (2. Reg. 14.) Orat autem vt DEVS horum ſit memor, non quod in Deo cadat obliuio aut recens memoratio, ſed quoniam inſtar obliuiſcentis ſe habet, dum quenquam iuſte relinquit, aut inæternum condemnat, aut peccatis ignoſcit. Dum vero aliquem miſericorditer iuuat, gratiam tribuit, beatitudinemue largitur, per modum recordantis ſe habet. Sicque oramus, vt Deus noſtræ fragilitatis ac labilitatis meminerit, id eſt, illas intuendo, pronus ſit ad parcendum ac ſuccurrendum, quemadmodum ait Pſalmographus: Recordatus eſt quoniam puluis ſumus, (Pſal. 102.) homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri ſic efflorebit, [& non reuertetur oculus meus vt videat] id eſt, ad videnda huius vitæ bona non redibit poſt mortem. [nec aſpiciet me viſus hominis] id eſt, ab alijs in hoc ſtatu, loco ac ſeculo amplius non videbor, quia poſt mortem huius amplius non reuertar, quibus conſonat illud in Eſaia. Non aſpiciam hominem vltra & habitatorem quietis; quæ ſunt verba Ezechiæ. (Eſaiæ 38.) Sed cum Iob poſt plagam hanc ſit ad ſanitatem, longamque & proſperam vitam reductus, quomodo protulit verba hæc abſque mendacio? Et reſpondendum quod naturaliter ſanandus non fuit, vel protinus moriturum ſe æſtimauit, vel verba ſua retulit ad tempus poſt mortem ſuam futurum, ſicut expoſitum eſt. [Oculi tui in me] id eſt, ab oculis ſapientiæ & ſcientiæ tuæ ô DEVS nuſquam nec viuus nec defunctus abſcondar, iuxta illud Prouerbiorum: (Pro. 5.) Reſpicit dominus viam hominis, & omnes greſſus illius conſiderat. (Pro. 15.) Alibi quoque ait ſcriptura: In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos, [& non ſubſiſtam] diu in vita præſenti. vel non ſubſiſtam, quia vita præſens inſtabilis eſt. Iterum non ſubſiſtam, id eſt, coram tua iuſtitia ſtare non potero, ſi ſecundum rigorem eius ſine admixtione clementiæ examinatus iudicatuſque fuero. [ſicut conſumitur nubes & pertranſit] Nubes enim ad altiora ſuſpenditur. denſata autem impellitur vento ad diſcurrendum, & ſolis calore diſſoluitur ac diſſipatur, ita quod euaneſcit, nec eadem numero vltra reuertitur. [ſic qui deſcendit ad inſe-

ros] id eſt, defunctus, quoad animam, ad aliquem locum inferni deſcendens, ad quem ante
Chriſti paſsionem omnes deſcẽderunt, videlicet prout inferni nomine etiam limbus patrum &
puerorum, ac purgatorium intelliguntur: quantum vero ad corpus, ad loca ſepulchrorum ſub
terra. [non aſſcendet]id eſt, ad vitam ſeculi huius & ad ſtatum mortalem non reuertetur, natu-
raliter vtique, quamuis miraculoſe fieri poſsit, ſæpeq́ne factum ſit. [Nec reuertetur vltra in do-
mum ſuam]id eſt, ad priſtinas opes ac manſiones, [neque cognoſcet eum amplius locus eius]id
eſt, in priori vitæ huius loco non erit nec cognoſcetur ibidem, nec conſpicietur. Dicitur autem
locus cognoſcere, vel quia confert ad habendam rei cognitionem: vel eo modo, quo tempus di-
citur ea facere quæ fiunt in tempore. His verbis excludit Iob errorem ponentium circulatio-
Auguſtin. onem generationum in inferioribus. Quemadmodum enim in libris de trinitate & ciuitate
Dei recitat Auguſtinus. Platonis opinio fuit, quo poſt certa annorum curricula omnia iſta
inferiora ad priſtinum ſtatum redirent, ita quod idem Plato in eadem vrbe Athenienſi eiſdem
diſcipulis eſſet lecturus, qui olim ibi legerat eis. quorum ratio vna fuit, quoniam inferiora diſpo
nuntur ſecundum cæleſtium corporum motum. Vnde eadem conſtellatione & influentia poſt
plurima tempora redeunte, ponebant, eandem rem numero reparari atque ad priſtinum ſtatum
Error Originis grauis. reuerti. Ad quod etiam quidam hæretici, errorem illum partim ſequentes, vt Origines, qui circa
hoc grauiſsime inuenitur erraſſe in libro Periarchon & alibi, prout ſanctus Hieronymus in ſu-
Hieron. is epiſtolis proteſtatur, allegabant illud Eccleſiaſt. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt.
Eccl. 1. quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum, nec valet aliquis di
Auguſtin. Philoſop. cere, ecce hoc recens eſt. Iam enim præceſsit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. verum vt Auguſti-
nus exponit, verba hæc Salomonis intelligenda ſunt non de eiſdem numero, ſed ſpecie. Hoc
que Ariſtoles ſecundo de generatione docet & probat, ſcilicet in circulatione cæleſtium corpo-
rum idem numero redit, videlicet idem ſol, quia in illis per motum non corripitur, ſed quo ad ſi
tum ſolum variatur ſubſtantia. In motu autem & circulatione inferiorum & generabilium &
corruptibilium, non redit idem numero poſt occaſum, ſed ſpecie, quia res ipſa corrumpitur. ſicq;
3 Eſd 3. ſententia ſancti Iob conſonat fidei Chriſtianæ & Peripateticorum philoſophiæ. [Quapropter]
3. Eſd. 4. id eſt, quia veritas ita ſe habet circa vitam humanam, vt dixi. [& ego non parcam ori meo]id eſt,
à labore ſeu actu loquendi ipſum non ſupportabo. Et confiſus de ipſa veritatis firmitate, non
contracto ore loquar vera quæ reſtant. bona namque conſcientia & vera ſententia præſtat fidu-
tiam. Ideo tertio Eſdræ libro habetur: Super omnia vincit veritas. Et rurſus. Veritas inuale-
ſcit in æternum, & viuit & manet in ſecula ſeculorum. [Loquitur in tribulatione ſpiritus mei,]
ita quod ipſa tribulatio inſtigabit me ad loquendum, atque ex ea ſumam loquendi materiam.
[confabulabor cum amaritudine animæ]id eſt, cauſam ipſius inquiram, & (ſicut eſt moris ama-
ricatis)per modum querelæ de ea tractabo. Ipſamq́ue in ſecreto affabor, conſiderando qualita-
tem ipſius. Deinde alloquitur Deum. [Nunquid mare ego ſum aut cetus, quia circundediſti me
carcere?]Hoc multipliciter explanatur. primo ſic, Nunquid tantæ ſum fortitudinis ſicut oceanus
& cetus. qui eſt maximus piſcis, quia impleſti me afflictione, ita vt inſtar incarceratorum non ha-
2. Cor. 1. beam conſolationem aut exeundi facultatem? quaſi dicat. Supra vires & modum grauaſti me,
eo modo quo ait Apoſtolus, Supra modum grauati ſumus. non quod electos permittat DEVS
tentari abſolute ſupra quod ferre poſſunt, ſed quia ſupra communem modum aliquando pre-
muntur, & amplius quam proprijs viribus poſsint. Eſtque in talibus verbis quodammodo hyper
bolicus ſermo, ad exprimendum lucidius magnitudinem rei. Secundo exponitur ab Alberto
Albertus. ſic: Duo imponebantur beato Iob. primo, quod inquietudine auaritiæ ſuos ſemper terminos di
lataret, quemadmodum mare, quod effluens operit alia, & refluens attrahit multa. de hoc excu-
ſat ſe, dicens: Nunquid mare ego ſum? Quaſi dicat, non. Secundo, quod ſubiectos deuoraret
atque opprimeret, quod excuſans, adiecit: Aut cetus. Nihilominus ſum percuſſus, qui circum-
dediſti me carcere. Tertio Thomas exponit, dicendo: Circa creaturas irrationales, quibus
Thomas. non competit meritum aut demeritum, operatur diuina prouidentia, ſecundum quod compe-
tit bono vniuerſi. hinc mare coercet, ne totam terram operiat, vt animalibus & terræ naſcenti-
bus remaneat locus. ſimiliter cetum intra oceanum mare coercet, ne ſi in alia maria deducere-
tur, noceret hominibus. Ideo inquirit IOB, an ſimili cauſa afflictus ſit, vtpote non ob ſuum
demeritum, ſed ob longinquam vtilitatem ex ſua percuſsione alijs prouenientem: vel, vt ne alijs
eſſet nociuus, ſi non eſſet plagatus. & conſtat quod non ideo ſit percuſſus, ne ſi proſperaretur,
Auguſtin. alijs aduerſaretur, quia nec in priſtina proſperitate hoc fecit. vna vero ſuæ percuſsionis cauſa
fuit communis vtilitas inde prouenìens, hoc eſt, ædificatio omnium noſtrum, ad patientiam
iugiter conſeruandam. Inſuper oſtendit ſe circundatum carcere, id eſt, omni priuatum ſola-
tio. [Si dixero, conſolabitur me lectulus meus]id eſt, ſomnus qui ſolet eſſe in lecto. ſomnus
enim, quemadmodum balneum ac alia quædam, eſt relatiuus triſtitiæ, quemadmodum Augu-
ſtinus aſſerit ſe expertum. Somnus quippe & balneum corporalem naturam triſtitia deordina-

tam, ad

tum, ad naturalem ſtatum reformant, ad conuenientem quoque proceſſum vitalis motus cor-
dis, reducunt. [& releuabor loquens mecum in ſtratu meo]id eſt, ſi dixero me habiturnm tri-
ſtitiæ meæ aliquod releuamen ex meditatione, ſeu ſecreta ad meipſum locutione in lecto ho-
ra quietis, quando anima ad meditandum eſt aptior exterioribus ſenſibus ab actibus ſuis va-
cantibus, quietatoque exteriori tumultu atque obſtaculo contemplationis. Ipſa equidem
meditatio ſpeculatiua ſeu contemplatio, vel ſagax ad ſeipſum locutio, triſtitiam maxime au-
fert, quia naturaliter delectabilis eſt veritatis cognitio. [terrebis me] vel affectiue, vel permiſ-
ſiue, [per ſomnia,] quæ dormienti apparent. [per viſiones] quæ vigilanti ab exterioribus ſen-
ſibus alienato apparere ſolent, [horrore concuties] Somnia enim ſimilia eſſe ſolent præceden-
tibus cogitationibus in vigilia habitis. Quoniam ergo I O B in vigilia, quæ mortis & triſtitiæ
ſunt cogitabat, ſimilibus phantaſmatibus inquietabatur in ſomno. Satan quoque à Deo
permiſſus, mouebat (vt creditur) phantaſiam beati Iob, immittens ei terribilia afflictiuaque ſom-
nia. ſed & infirmitas corporalis cooperatur ad hoc, vt perturbata phantaſmata dormienti appa-
reant. Circa quod dicit Albertus: Infirmitas cuius cauſa intus eſt, non ſinit ſomniare niſi ter- Albertus.
ribilia, ſicut in medicina dicitur, quod in quo collectio apoſtematis callidi generatur, ſomni-
at ſe flammis ſuccendi: in quo colligitur hydrops frigidus, ſomniat ſe glacie cōgelari. [*Quam- *quapropter.
obrem] id eſt, quoniam pœnis afficior, omnique conſolatione deſtituor, [elegit ſuſpendium
anima mea]id eſt, ſuſpenſionem influxionis, qua corpori influit vitam. ab actu namque & offi-
cio ſuſpenditur anima, dum corpori vitam non influit, ſecundum Albertum. Itaque anima
eius deſiderauit à corpore ſeparari. Thomas exponit de corporali ſuſpendio, ita quod deſide- Thomas.
rauit mortem quantumcunque abiectam & vilem, qua vitam tam pœnoſam miſeramque fini-
ret. quod etiam ſecundum deliberatam rationem ſe optaſſe deſignans, adiecit: [& mortem] ſci-
licet corporalem, elegerunt [oſſa mea]id eſt, quę robuſtiora in me ſunt, vt ſunt actus intellectus
ac voluntatis. robuſtiora quippe per oſſa ſignificantur. Quomodo autem iſtud licuerit, dictum Iob 3.
eſt ſupra. Sancti aliquando mortem optauerunt vt terminum tribulationis præſentis, & vt in-
greſſum vitæ melioris ſequentis, non penitus abſolute, ſed quantum in ipſis fuit, & dummodo
Deo placeret, à qua etiam petierunt tolli à vita hac. de hoc dictum eſt planius atque completius.
[Deſperaui] non de miſericordia Dei & animæ meæ ſalute, ſed deſperaui, id eſt, ex cauſis natu-
ralibus ſpem conualeſcendi non habeo, ideo ſubditur: [Nequaquam vltra iam viuam] id eſt, diu
in vita hac naturaliter non durabo. vel non viuam vltra, id eſt, ad vitam iſtam mortalem ac ani-
malem poſt mortem nequaquam redibo. Porro quod non ſimpliciter deſperauerit, innuit ad-
dens: [Parce mihi] vel corpus meum ſanando, vel ab eo meam animam ſeparando. ſic & Tobi-
as orauit: Fac mecum miſericordiam, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Et quia ad pro- Tob. 3.
merendam Dei clementiam confert potiſsime humilis propriæ vilitatis cognitio, ſubdit: [Ni-
hil enim ſunt dies mei]id eſt, nihil comparandi, præſertim reſpectu æternitatis ſequentis, cuius
comparatione omne tempus eſt quaſi momentum. & nulla eſt comparatio finiti ad infinitum.
vnde I. Paral. habetur: Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Specialiter autem
Iob dicit hoc de ſeipſo, quia putauit ſe protinus moriturum, & quoniam dies vitæ ſuæ pro ma- Pſal. 143.
gna iam parte fluxerunt. ac ſi dicat, Tempus eſt vt corpus ſepulturæ tradatur, & anima mea ad
limbū patrum trāsferatur. [Quid eſt homo quia magnificas eum?]id eſt, tam vilis ac fragilis cre-
atura eſt homo, potiſsime quantum ad corpus & originalem infectionem, ſeu virium corruptio-
nem per quatuor vulnera ex originali peccato ſecuta, vt mirum appareat, quod per tua beneficia
etiam ſupernaturalia, intantum magnificas eum. [aut quid apponis erga eum cor tuum?]id eſt,
mentis tuæ ſapientiam, qua eum & omnia eius conſiderans, ſpecialique prouidentia eum guber
nas, Quaſi dicat. In hoc admiranda eſt bonitas tua. nam homo indignus videtur ſecundum mo-
dum prædictum potiſsime per comparationem ad infinitam excellentiam creatoris, & quoad
ſupernaturalem beatitudinem, ad quam Deus hominem ordinauit ac dirigit. Tali vtique pro- Pſal 8.
uiſione ac directione Dei indignus eſt homo, quantum ad naturalia ſua, qui vilis eſt, vtpote ma- Pſal. 143.
teria lutum, conditione ſeruus, fortuna inſtabilis, actu prauus, conceptu immundus, ad vitia pro-
nus. Simili admiratione diuinæ clementiæ, non reprobatione diuinæ prouidentiæ, loqui-
tur Deo Pſalmographus. Quid eſt homo quod memor es eius? aut filius hominis quoniam
viſitas eum? Et rurſus: Domine, quid eſt homo quia innotuiſti ei? aut filius hominis quoni-
am reputas eum? homo vanitati ſimilis factus eſt. [Viſitas eum] id eſt, tuis beneficijs eum
adornas, & per angelum dirigis.]id eſt, à natiuitatis & vitæ ac lucis ſuæ exordio. Item que
diluculo, id eſt, ſpiritali mane, quando gratiæ tuæ illuſtratione incipis cordis humani tene-
bras, vitia & errores expellere, internumque diem in mente producere, lucem infuſæ ſapien-
tiæ ilico diffundendo, quemadmodum in Prouerbijs inducitur: Iuſtorum ſemita quaſi Pro. 4.
lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. Hoc diluculum oritur illu-
ceſcente parum bonitate D E I ſuper hominem. Ad literam quoque homines ſolent diluculo
eſſe

eſſe ad deuotionem plus dediti, quando ſenſus ad ſobrij manent, nec cor negocijs occupatur. Vn
Iob 1. de. 1. cap. de S. Iob dictum eſt: Conſurgens diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Et Iſaias
Eſa 26. alloquitur Deum: De mane vigilabo ad te. Similiter Eccl. de ſapiente iuſtoq; dicit: Cor ſuum tra
Eccl. 36. det ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum. Ideo dicitur Deus hominem diluculo
per inſpirationem & motionem S. ſpiritus viſitare, [& ſubito] i. ſtatim poſt hoc, [probas illum] i.
tentari permittis, & per aduerſa exerces ac probas, non vt tu eum agnoſcas, ſed vt homo cogno-
ſcat ſeipſum, & alijs qualis ſit oſtendatur, per tribulationes quoque probatus ac virtuoſus redda
Pſalm. 25. tur: ſic enim orat Pſal. Proba me domine, & tenta me. Hinc ſcriptū eſt in lib. Sapient. Tanquā au-
Sap. 3. rum in fornace probauit electos dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos. In Eccl. quo-
Eccl. 27. que: Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. [Vſquequo non parcis
mihi] i. cur tam diu differs mihi ſuccurrere, vel miſeram vitam hanc terminando, aut ad ſanita-
tem me reducendo? [nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam?] id eſt, nec ad modicum das mi
hi à doloribus repauſationem, ſed ita deſiccatus ſum corpore, exhauſtuſque viribus, vt ſaliuam
aut non, aut vix naturali conuenientiqua modo queam glutire. Eſt & partim hyperbolica locu-
Albertus. tio, ad exprimendum magnitudinem ſuæ preſſuræ. quo circa ſcribit Albertus: Humidum ſaliua-
le ſecundum naturam eſt, quo omnis ſapor neruis guſtatiuis per linguam diſperſis infunditur, &
quo ad incorporationem glutitur. & eſt ſenſus: Dimitte me vt aliquid ſapidum vitæ guſtem
vel glutiam. [Peccaui.] Infra ſæpe, ſed & ſupra innuit ſe non peccaſſe. quomodo ergo nunc ait,
peccaui? Nam infrà teſtatur, neque enim repræhendit me cor meum in omni vita mea. Et reſpon
Iob 27. dendum quod innuit ſe non peccaſſe peccato graui & tantæ afflictionis meritorio, non autem
à quotidianis & venialibus ſe excuſat, cum & Salomon proteſtetur: Non eſt homo ſuper ter-
Eccl. 7. ram, qui faciat bonum, & non peccet. Ioannes quoque in prima ſua epiſtola: Si dixerimus
3 Reg 8. quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. [Quid faciam
Ioan. 1. tibi] id eſt, ad tuam gloriam & honorem [ô cuſtos hominum [id eſt, Deus hominum gerens
Pſal. 114. curam atque cuſtodiam, iuxta illud Pſalmiſtæ: Cuſtodiens paruulos dominus. & Niſi dominus
Pſal. 126. cuſtodierit ciuitatem, quaſi dicat, O DEVS, nihil condignæ ſatisfactionis proprijs viribus fa-
cere valeo, nec ſine gratia tua veniam conſequi, aut aliquid promereri ſufficio. [Quare poſu-
iſti] id eſt, poni & eſſe ſeu fieri permiſiſti [me contrarium tibi?] id eſt, tuæ voluntati aut legi per
culpam. In omni enim peccato eſt quidam receſſus à rectitudine voluntatis diuinæ atque ab
ordine ſapientiæ DEI, & à dictamine ſeu doctrina legis naturalis aut ſcriptæ vel euangelicæ.
Porro qui peccat, ponit & facit ſeipſum Deo contrarium, diſſentientem ſeu diſplicentem. Ita-
que eo modo ponit Deus hominem ſibi contrarium, quo dicitur hominem indurare, videlicet
Iob 30. quoniam gratiam non largitur. Poteſt & ita exponi: Quare poſuiſti me contrarium tibi? id
eſt, me quaſi aduerſarium habuiſti & oſtendiſti, dum me tam grauiter percuſsiſti. Vnde & in-
fra Iob loquitur Deo: Sto, & non reſpicis me. mutatus es mihi in crudelem, & duritia ma-
nus tuæ aduerſaris mihi. [& factus ſum mihimetipſi grauis] per pœnas quas patior, atque per
culpam ex qua dolor & remorſus conſcientiæ oriuntur, ipſumque peccatum quaſi pondus eſt
aggrauans animam. Denique ex peccato oritur in viribus animæ protinus ad peccandum,
& difficultas in ratione ad refrenandum paſsiones & vitia ſenſualitatis. ſicque fit homo ſibimet
Heb. 10. grauis, ita quod difficulter recedit à malo, & laborioſe efficit bonum. Hinc ad Hebræos mo-
net Apoſtolus: Deponentes omne pondus & circumſtans nos peccatum, per pœnitentiam cur-
2. Cor. 1. ramus ad propoſitum nobis certamen. De aggrauatione vero per pœnam ait ad Corinthi-
os: Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos viuere. [Cur non tollis
peccatum meum] in proximum, ſi quid eſt illud, per pœnam hanc dimittendo, vel ex tua cle-
mentia ignoſcendo? [& quare non auſers iniquitatem meam] commiſſam in te? Omnis au-
tem culpa eſt aliquo modo iniquitas, quia à perfecta æquitate defectus. Et homines virtuo-
ſi etiam parua peccata deflent ac reputant quaſi magna; ſicque loquitur Iob. Præterea contu-
endum, quod tam audenter ac fiducialiter loquitur Deo, non ex elatione, præſumptione, impati
entia aut temeraria diuinorum iudiciorum inquiſitione aut repræhenſione, ſed potius ex qua-
dam pia querela & humili admiratione. immo ex affectionis magnitudine virtuoſa, quaſi dicat,
Vtinam non poſuiſſes me tibi per peccata contrarium. & vtinam omnem culpam meam auſer-
res. [Ecce nūc in puluere dormiam] id eſt, ſtatim moriar, & in ſepulchro quieſcam, in puluerem-
que reſoluar. immo tam cito moriturum me reor, ſecundum naturalem cauſarum proceſſum,
quod [& ſi mane] diei ſequentis [me quæſieris] in hac, [non ſubſiſtam] in ea. Loquitur autem
Iob affectu & morte grauiter atque lætaliter infirmatum & mortem optatum, qui ſic proloqui
ſolent, Ego mox moriar. quod & ideo agit, vt innuat ſe incertum de vitæ ſuæ duratione vſque ad
alteram diem. Rurſus, quemadmodum in ſcripturis per craſtinum diem non ſemper intelligitur
Gen. 30. dies proxime ſequens, ſed interdum tempus cito futurum, vt dum in Geneſi ait Iaco: Cras re-
Ioſu. 22. ſpondebit mihi iuſtitia mea. & in libris Ioſue, Cras dicēt filij veſtri filijs noſtris, taliſq; modus
loquendi

ſoquendi frequẽs eſt, maxime in Dentero. ita & nunc per mane non neceſſario inteliigitur mane diei proxime imminentis, ſed alicuius diei non longe diſtantis. Poſtremo, ex dictis eliciuntur tres cauſæ, cur aliquis nunc affligatur à Deo. Prima, quatenus coërceatur eius malitia, ne aiijs ſit nociua: ſecunda, ad hominis probationem, vt virtus eius manifeſtetur: tertia, in pœnam peccati.

De intellectu tropologico eiuſdem capituli. *Art.* *XX.*

GEneraiem hominis conditionem, proprietatem ac ſtatum inſinuans ſanctus Iob: [Militia, inquit, eſt vita hominis ſuper terram.] Quicunque ergo veraciter Dei ſeruus eſt, etiam miles eſt eius, & contra aduerſarios ipſius iugiter prœliatur, videlicet contra aciem vitiorum, contra inſidias: tentamentaque dæmonum: immo aduerſus omnia quæ Dei ſunt offenſiua, & veræ ſalutis impeditiua. Quoniam ergo vita noſtra militia eſt, debemus indeſinenter ſpiritalibus armis eſſe armati, virtutibus roborati, omnem torporem abijcere, ſtultam ſecuritatem expellere. ad prælia Dei ſemper parati conſiſtere, totam in rege noſtro Deo altiſsimo ſpem firmare, eius auxilium fideliter implorare, eius adiutorio vbique inniti, hoſtibns eius nullatenus conformari. Sed hæc non ſine grandi labore impientur. Verum (teſte Apoſtoio) non coronatur, ni- 2. Tim. 2.
ſi legitime certans. immo frequenter contingit, vt tunc plura proficiendi obſtacula nobis occurrant, plura turbantia obuient tam à dæmonibus, quam ab hominibus improbis, dum firmius vitam emendare decreuimus aut cœpimus. ſed non vincamur, quin potius tanto affectuoſius recurramus ad Deum, quo ſentimus nos importunius impediri ac impugnari. [Et ſicut dies mercenarij dies eius.] Circa hoc præcedenti articulo ſatis dictum videtur. Præterea, væ eis qui viam hanc præſenſque exilium pro patria diligunt: qui æternis atque diuinis præferunt carnalia iſta vaniſsima: qui vanis ac friuolis rebus immundiſsimiſque delectationibus magis, quam ſuperdi-
gniſsimo Deo infinito & iocommutabili bnno, inhærent: qui in labore hominum non ſunt, nec Pſal 72.
cum hominibus flageilantur: qui vitijs non ſolum non reluctantur, ſed & ad explendas concupiſcentias ſuas conantur, ad ſatisfaciendum proprijs voluptatibus operam largiuntur: ad obtioen-
dos mundi honores, diuitias, deiitiaſque intenti ſunt. Illi ſunt milites diaboli, hoſteſque Dei, Eſaiæ 28.
qui pepigerunt pactum cum morte, & cum inferno fœdus inierunt, diaboio in omnibus con- Pſal. 72.
cordantes. Ideo tenet eos ſuperbia, proditque quaſi ex adipe iniquitas eorum, quorum dies non diebus mercenariorum, ſed ocioſorum, infructuoſorum atque ludentium comparantur. [Sicut ceruus deſiderat vmbram] &c. [ſic & ego habui menſes vacuos] Hoc peccator pœnitens dicere poteſt, qui tempus ſuum infructuoſe expendit. ſicq; menſes habuit à bonis operibus vacuos, va-
nitate & vitijs (quæ nihil ſunt) plenos. Ideo ait Ambroſius: Plenitudinem vita iuſta habet, inanes Ambroſ.
autem ſunt dies impiorum. Porro quod ait, ſicut ceruus deſiderat vmbram, de homine virtuoſo
pnteſt exponi, qui propter agilitatem deuotiſsimam ad vniuerſa quæ Dei ſunt, ceruus vocatur: Pſalm. 41.
vmbramq; deſiderat, quoniam poſt tentationis feruorem, operiſque ſudorem, æternæ felicitatis refrigerium quęrit, cum Pſal. proclamãs: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. [Et noctes iaborioſas enumeraui mihi.] per noctẽ intelligitur actio vitioſa, tenebris erroris immixta, iuxta illud Pron. Via impiorum tenebroſa, neſciunt
vbi corruunt. Peccatores itaqne noctes habent laborioſas, quia in ipſis eorum vitioſis operibus Prou 4.
variæ anxietates, fatigationes, pœnæ & difficultates conſiſtunt. Propter quod in lib. Sap. fatẽtur. Sap. 5.
Laſsati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiies. Quemadmodũ enim virtus ex ſua natura ſuauis eſt, & actus eius deiectat: ſic peccatum vel amarum eſt in ſe, vel a-
maritudinem habet adiunctam. propterquod Aug. teſtante, animus inordinatus ſibijpſi pœnãlis Auguſtin.
& grauis eſt. Vnde Eccl. ait: Homini bono dedit Deus ſapientiam & ſcientiam & lætitiam, pecca Eccl. 2.
tori autem afflictionem & curam ſuperfluam. [Si dormiero] i. ab actu ceſſauero, & torporem ocium q; admiſero, [dicam] ipſo ocio attędiatus, [quando conſurgam] ab ocioſitate ad opus? Tanta nempe eſt humanæ naturæ inſtabilitas, imperfectio atq; varietas, vt nec in ocio, nec in opere diu delectabiliter perſeuerat: ſed nunc iſto, nunc illo ſatigetur, & de vno aſpiret ad aliud. Ideo ſequi-
tur [& ruſſus expectabo veſperam] id eſt, operationis occaſum & corporis repauſationem. Hinc Ibidem.
Eccl. aſſerit: Cuncti dies hominis doioribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente quieſcit. Poteſt quoque ita exponi: Si dormiero, id eſt, ab exterioribus alienatus, in Deo per contemplationem quieuero, iuxta illud: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. hęc eſt obdormitio dulciſsima in dilecto. [dicã] intra me verbo affectuoſo mentaii, [quando conſurgã] de contẽplatione imperfecta hac viæ, ad contẽplationẽ beatiſsimã patrię? tũc enim ad facialẽ Dei benedicti intuitũ vehemẽtius inflãmamur, quãdo hic per contemplationẽ theoricã myſticę theologię viſionẽ internam atq; amorẽ flammigerũ ſuccedentem, ad ipſum leuamur, in ipſo ſuſpendimur & va-
camus. Tunc equidem delitias patriæ prægustamus, futuram viſionem beatificam inchoamus. tã- Pſalm. 4.
toq; amplius ad claram ac immediatam diuinæ ſuperinfinitæ pulchritudinis viſionem atq; diuinæ immenſę ac ſuperpuriſsimę bonitatis dulcediniſq; fruitionem completam appropinquamus

& digni-

& dignificamur, quo in vita hac ad ſereniorem ac amoroſiorem ipſius contemplationem proue-
himur. Deus enim eſſentialiter interminabiliterque amabilis, quo clarius ſe oſtendit, eo viden-
tem plus attrahit & delectat. [& rurſus expectabo veſperam] id eſt, contemplatiui ſplendoris
ceſſationem, quia in vita iſta mens contemplatiua in luce theorica & contemplatione deifica iu-
giter ſtare non valet, ſed ad defectuoſitatis ſuæ tenebras cito relabitur. præterea in perſona ele-
cti, quamuis peccatoris, ita exponitur: Si dormiero, id eſt, peccatis ſopitus iacuero, motuque
vitę ac ſenſus ſpiritalis priuatus extitero, dicam: quando conſurgam à ſomno peccati ad virtutum
vigiliam? Electi namq; emendationem proponunt, quemadmodum Micheas in perſona huiuſ-
Mich. 7. modi dicit: Ne lęteris inimica mea ſuper me quia cecidi, conſurgam, cum ſedero in tenebris, do-
minus lux mea eſt. Et rurſus expectabo veſperam, quia poſt pœnitentiam rurſus metuunt ſe caſu
ros, immo ad venialium vmbras, actualiſque illuminationis occaſum frequenter labuntur. nam
in eodem illuſtrationis dilectioniſque Dei fulgore atq; feruore non diu actualiter manent, ſed
freqoentius innouantur & recaleſcunt. [Et replebor doloribus vſq; ad tenebras: quia ex hac mi-
ſerrima inſtabilitate, defectuoſitate & lapſu iuſtus vehementer affligitur, ex puriſſimo Dei amo-
re maxime dolens, quod creatorem ſuum ſuperſanctiſſimum toties inhonorat, offendit, perdit,
relinquit, etſi non quantum ad habitum, tamen quantum ad actum. Iſtudq; durat vſque ad tene-
Gregorius bras, id eſt, horam mortis, tenebris anguſtiarum repletæ. Hinc ait Gregorius: Volt in contempla
tione mens ſtare, ſed nequit meditationis greſſum figere: nititur, ſed infirmitatis ſuæ lapſibus e-
neruatur. [Induta eſt caro mea putredine.] id eſt, carnalium vitiorum inquinamentis. [& ſordi-
Pſpl. 37. bus pulueris] id eſt, immunditijs cogitationis terrenæ ſiue carnalis. ſic & pœnitens ait, Putruerunt
& corruptę ſunt cicatrices meę à facie inſipientiæ meæ: quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſio-
nibus, & non eſt ſanitas in carne mea. [Cutis mea] id eſt, conuerſationis meæ ſuperficies appa-
rentiaue exterior [aruit] id eſt, alijs exemplaris & fructuoſa non fuit, ſed potius ſcandalizatiua;
[& contracta eſt] id eſt, plicis duplicatis & rugis tortuoſæ iniuſtitiæ deformata. Veruntamen hęc
exponi queunt in bono, vt caro pœnitentis dicatur putredine & ſordibus pulueris quaſi veſtito,
id eſt, præ rigore abſtinentiæ ac operum pœnitentiæ naturali vigore aliqualiter deſtituta, & ab
æqualitate harmoniæ aliquo modo corrupta ac infirmata. Inter abſtinentiam quippe virtutem
acquiſitam ac naturalem, & inter abſtinentiam virtutem infuſam, iſta diſtinctio aſſignatur, quod
ad abſtinentiam naturalem pertinet, tamē accipere alimenti, quantum expedit ad naturalia ope-
ra rationis exequenda, atq; ad bonam vitæ naturalis habitudinem in corpore conſeruandam: ad
abſtinentiam vero infuſam ſpectat, etiam aliquid neceſſariorum abſtrahere corpori, propterre-
compenſandum eius in alimentis alijſque exceſſum, & vt Chriſto concrucifigatur, aut per hoc
plus gratię mereatur. quo facto, cutis aret atq; contrahitur, ita qood pallore ac macie, quæ ſunt ſi-
gna amoris, homo afficitur. Sic enim ait Pſalmiſta: Oſſa mea ſicut cremium aruerunt, à voce ge-
Pſal. 101. mitus mei adhæſit os meum carni meæ. [quapropter] id eſt, cum tanta ſit generis humani ac mea
calamitas in malis culpæ meæ, [& ego non parcam ori meo] id eſt, propriam vilitatem ac vitia p-
palare & ſacrificaliter confiteri non deſinam, ſed ſponte & copioſe me accuſabo & humiliabo, ne
vulnera animæ meæ intus abſcondite permanētia, periculoſius, immo & incurabiliter, putreſiat,
cum dicit ſcriptura: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui aūt confeſſus fuerit & relique-
Pro. 28. rit ea, miſericordiam conſequetur. [Loquor in tribulatione ſpiritus mei] verba dinina ac conſo-
Iac. 5. latoria pferendo, quemadmodum Iaco. edocet: Triſtatur aliquis veſtrum? oret æquo animo? &
pſallat. nam & hoc tribulationem triſtitiamq; internā diminuit, ſi foris per verba ordinata erum-
2. Reg. 1. pat. intus etenim permanens clauſa, plus cruciat. Hinc I. Reg. S. Anna fatetur: Ex multitudine do-
loris & mœroris mei locuta ſum. [confabulabor cum amaritudiue animæ meæ] comparando eā
ad ea quæ paſſi ſunt Chriſtus & martyres ac alij ſancti, quorum comparatione nullius eſt ponde
ris, faciliterq; ſuffertur. Confabulabor qooq; cum ea ex qualitate meæ afflictionis ſeu pœnę, cōſi
derādo qualitatē & multitudinē peccatorū meorum. vexatio namq; dat intellectum. ideo multi
infirmitatibus deprehenſi, penſant, confitētur ac deflent vitia ſua. vnde tribulatio vitę pręſentis,
inter maxima Dei munera computatur: & niſi hęc eſſet, pauciſſimi ſaluarentur, ſicut & S. Brigitta
ſibi aſſerit reuelatum. Dein anima ad contemplationis libertatē patriāq; cæleſtem anhelans, ſub-
iungit: [nonqoid mare ego ſum aut cetus,] ſecundū expoſitiones pręhabitas, quia circundediſti
me carcere] i. corruptibili corpore me grauāte ac deprimēte, ſuiſq; indigētijs, infectionib. ac mo
tibus, mille contēplandi impedimenta prębente, quemadmodū Plato comprobat in Phædone.
Pſal. 41. Corpus enim quo ad multa, carceri aſſimulatur. ꝑpter quod orat vir ſanctus: Educ de cuſtodia
(vel, vt alia habet tranſlatio, de carcere) animam meam ad confitendum nomini tuo. Itaque viris
heroicis ſeu diuinis moleſtum eſt diu in carcere iſto teneri, atque à felicitate differri. [Si dixe-
ro, conſolabitur me lectulus meus] id eſt, cordis cubile ſe cogitatio eius ſecreta, contemplatio-
niſue quies, [& releuabor] à grauitate afflictionis meę, [loquēs mecum in ſtratu meo] i. intus cō
ſiderando ea per quorum attentionem minuitur dolor, [terrebis me per ſomnia, & per viſiones
horrore

horrore concuties] quemadmodū enim homines timorati in die atq; vigilia intentè perpendūt
diſtrictum Dei iudicium, anguſtias mortis, æternum illud intolerabile metuendiſsimúq; ſuppli
cium, & quā ſuper grauiſsimū ſit à diuino vultu in æternum repelli, ſic talia frequenter in ſomno
& viſione ſeu imaginatione nocturna eis nō ſine pauore occurrunt. Porro vt ſcribit Gre. ſomnia
interdum ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando verò illuſione, aliquando cogitatione ſi- Gregorius
mul & illuſione, aliquādo aūt reuelatione, aliquādo cogitatione ſimul & reuelatione generant.
Prima duo genera oēs in nobis multoties experimur. Porro ex illuſione naſcūtur, dū ab hoſte
occulto, ſ. diabolo, ingeruntur. Propter quod ſcriptum eſt in Eccl. Multos errare fecerūt ſomnia.
In Leu. quoq;: Nō augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Quod vero ex illuſione ſimul & cogi
tatione interdū ꝓcedant, conſtat ex eo quod Salo. aſſerit: Multas curas ſequuntur ſomnia. Quod
aūt viciſsim ex reuelatione ſint, patet in ſomnijs Ioſeph. Poſtremo, ꝙ nonnunquā ex præuia cogi Eccl. 34.
tatione ſimul & reuelatione oriātur, ꝓbatur per id quod Daniel ſomnium Nabucho. regis inter- Leuit. 19.
pretans ait: Tu rex cœpiſti cogitare in ſtratu tuo, quid eſſet venturum poſt hæc, & qui reuelat my Eccl. 5.
ſteria Deus, oſtendit tibi quæ futura ſunt. [Quamobrem] id eſt, cum tantæ ſint meæ afflictiones, Gene. 37.
[elegit ſuſpendium] id eſt mentis eleuationem ad alta, [anima mea] vt ab inferioribus per conſi Dan. 2.
derationem ſuſpenſa, diuinorum contemplationi intenta ſit. quorum contemplatio contēplatio
niſq; delectatio, corporalium obliuiſcatur dolorum, & delectetur in Deo, quod fortiſsimum cō
tra dolores extat remedium. Siquidē quo anima actui vnius potentiæ fortius eſt intendens, eo
aliarum actus virium minus aduertit. [& mortem oſſa mea] i. virtutes animæ meæ carnis mortifi
cationem viuificam elegerunt, quemadmodū ait Apo. Mortificate membra veſtra ſuper terram. Col: 3.
Caro enim & mēbra ſalubriter mortificantur, dum à proprijs inclinationib. voluptatibuſq; fre-
nantur, atq; ab omni inordinato vſu iugiter cōpeſcuntur. Sic nāque & Chriſtus iubet oculos erui, Matt. 5.
manus & pedes (ſi nos ſcandalizent) abſcindi. Salubrius aūt eſt tēpore aduerſitatis, infirmitatis &
afflictionis omnē carnalem delectationem & conſolationē contemnere, atq; in ſolo Deo refrige
rium quærere, quā ad mitiganda aduerſa conſolationē carnalem admittere, ſicut fatetur Pſal. Re
nuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. Ideo ſubditur: [deſperaui] i. in ex- Pſal. 76.
terioribus & terrenis nullam fiduciam habui, quia hæc totis præcordijs ſpreui, cum Pſal. decan- Pſal. 83.
tans: Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. [Parce mihi] id eſt, peccatis meis igno-
ſce, [nihil enim ſunt dies mei] iuxta ſenſum præhabitum. Virtuoſi etenim viri, quo verius * quo for. &
clarius diuina & ſumma cognoſcent, eo ſubtilius terrena deſpiciunt: ideoq; præſentis vitæ dies
nil eſſe conſpiciunt, quoniam illuminatos mentis ſuæ oculos in æternitatis conſideratione defi-
gunt. Verum quoniam pars iſta huius cap. in officijs defunctorum pro lectione aſſumitur, intuē-
dum quid ad animas defunctorum in pœnis remedialibus exiſtentes, ꝓ quibus duntaxat oratur,
iſti pertineant, & quomodo applicari his valeant. Itaq; in perſona huiuſmodi animæ loquēs Iob,
ait: [Parce mihi] Anima namq; in purgatorijs pœnis conſiſtens, poſtulat ſibi parci, ne quantū me
ruit puniatur, ſed ſecundum diuinæ magnitudinem pietatis ſibi de pœna quid remittatur, etiam
per eccleſię militantis ſuffragia, ſed & per preces & merita beatorum. [Nihil enim ſunt dies mei]
i. tempora quibus temporaliter vixi, penitus tranſierūt, nec habeo tēpus merendi, ita ꝙ meipſam
nequeo adiuuare. Inſuper talis anima loquitur Deo: [Quid eſt homo quia magnificas eum?] i.
cūm tantæ ſit fragilitatis, mirū ꝙ opera eius tā rigoroſe ac ſerioſe aduertis, iudicas atq; vlciſceris,
quaſi magnum aliquid ſit, quē etiam per dona naturæ, per munera gratiæ, per doteſq; glorię miro
modo magnificas, [Aut quid apponis erga eum cor tuū.] ſibi de neceſſarijs quantum in te eſt ꝓ-
uidendo, & omnia eius opera interiora ac exteriora diligentiſsime vſq; ad minimum quadrantē
examinando ac iudicando. Ideo ait Pſal. Dominus ſollicitus eſt mei. Veruntamē nō obſtante ho- Pſal. 39.
minis naturali imperfectione, pręſertim quantū ad corpus, nō iniuſtū, ſed penitus iuſtū eſt, homi
nem ſic curari, gubernari, iudicari & pręmiari à Deo, inquantū ratione ornatus eſt atq; ad creato-
ris ſui imaginē factus, inter bonum & malū valens diſcernere, & quod placeat, libere potēs elige
re. Nō enim dedit homini rationē, niſi vt ea vtatur: liberumq; arbitrium, niſi vt malis & falſis abie
ctis, veris ac bonis inhęreat: quod faciens, dignus eſt laude & pręmio: omittens vero & oppoſitū
agens, pœnā meretur. Exigit quoq; ſapientia & iuſtitia Dei, vt vnicuiq; quod meruit rependatur,
ꝓpter quod ait Pſal. ad dominū: Nunquid vane conſtituiſti oēs filios hominum? Vnde de inſipiē Pſal. 88.
tibus ſapiens quidā ſcribit: Aeſtimauerunt luſum eſſe vitā noſtram, & conuerſationē vitæ ad lu- Sap. 16.
cra compoſitā, & oportere vndecunq; acquirere. Præterea anima taliter loquitur admiratiue, ad
ꝓuocandā Dei clementiā ad parcendum. Nam & in verbis his quo amplius ꝓpriā naturam humi
liat, eo plus Dei maieſtatē inſinuat. [Viſitas eū diluculo, & ſubito probas illum.] Hoc pręcedenti
articulo ſatis explanatum videtur. Viſitatio aūt Dei in ſcripturis interdum in bono accipitur, ſ. ꝓ
beneficij impenſione, quēadmodū in Luca: Benedictus dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit
redēptionē plebis ſuę. Quādoq; in malo, videlicet ꝓ iuſta vltione, vt dū p Sop. dominus phibet.
Viſitabo ſup viros defixos in fecib. ſuis, & viſitabo ſup oēm q arrogāter ingreditur. Deniq; ꝓbat Lucæ 1.

Deus hominem tempore mortis, iudicans qualiter vixit: atque deinceps per purgatorij ignem probat eum, qui ſine mortali decedit, non plene mundatus, ſicut probatur aurum in igne fornacis. Ruſus, lumen gratiæ ſe habet ad lumen gloriæ, ſicut aurora ad diem. Ideo Deus viſitat eum diluculo in pręſenti, id eſt, radio gratiæ ſuæ mentem eius perfundit. ſubito autem hunc probat, quoniam vita tribulationibus plena eſt. [Vſquequo non parcis mihi? Id eſt, heu quod tam diu me punis & differs à gloria. Gloriæ quippe dilatio, animabus in purgatorio pœnaliſsima eſt atque grauiſsima. Immo grauior omni pœna ſenſibili vitę pręſentis, prout Thomas ſuper quartum ſententiarum pulchre declarat. Sunt enim huiuſmodi animæ vehementer affectuoſę, atque in charitate & circa ſpiritualia tamen intentæ, in magno quoque tormento. Hinc breue tempus eis videtur longiſsimum. Ideo verba hæc quarulosa proferunt voce: [Nec dimittis me] à ſupplicijs euolare aut recreari, [vt glutiam ſaliuam meam] id eſt, charitatem aut ſapientiæ donum, quibus ornata ſum, ad beatificæ fruitionis ſaporem deducam. Quemadmodum enim ſaliua corpus humectat & ſapidum efficit cibum, ſic charitas & ſapientia cæteras virtutes ſaporoſas efficiunt, atque gratioſo fluctu has rigant: quæ glutiuntur, dum ad intimum mentis ſaporé in pręſentia admittuntur: interim vero quaſi aridæ ſunt & abſque ſapore. Vel iſtud eſt parabolica locutio, ad inſinuandum vehementiam purgatoriarum pœnarum. [Peccaui] ideo iuſte hęc patior, immo & circa cōdignum affligor. Hinc iſta non loquor quaſi tuæ derogans æquitati. [Quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Id eſt, iam per me ſatisfacere nequeo, mereri nil valeo, pro iniuria quam tibi exhibui, recompenſare nil poſſum. Itaq; alios audi pro me, & quo impotentior ego ſum, eo pietas tua ad parcendum ſit pronior. [Quare poſuiſti me contrarium tibi?] id eſt, doleo quod me te offendere permiſiſti, nec in hoc te, ſed meipſum accuſo, quoniam iuſte me taliter reliquiſti. Verbũ iſtud, ſicut & cætera in præcedenti articulo plenius habentur expoſita. [& factus ſum mihimetipſi grauis.] Spiritus qui in purgatorio puniuntur, eo ſibijpſis ſunt grauiores, quo intenſiori pœna premuntur. dolent quoque de peccatis præteritis & Dei offenſa, quia in charitate perſiſtunt. hoc tamen dolore nil promerentur, cum non ſint in ſtatu merendi, qui terminatur in morte, ſicut & via

Io. Dam. peregrinationis iſtius. Hinc (ſecundũ Damaſcenum) quod angelis fuit ruina, hoc hominibus eſt mors. [Cur non tollis peccatum meum?] quando tum ad pœnam, quod ante receſſum à corpore abſtuliſti, quantum ad culpam ſeu maculam vel obligationem ad pœnam æternam. ſic enim per contritionem deletum eſt, ſed plene ſatisfactum non eſt. Iſta ſunt verba vehementis, doloroſi & amoroſi ſimul & queruloſi affectus: quę magis penſanda ſunt ſecundum intẽtionem mentalem, quam iuxta ſonum verborum. [Ecce nunc in puluere dormiam] id eſt, in venialibus meis, quantum ad debitum pœnę manebo donec me liberes. vel in puluere, id eſt, loco pœnali terreno. Vel in puluere, id eſt, meijpſius humiliatione ac ſupplici venię affectione. [Et ſi mane me quæſieris] id eſt, ſi cito vel quocunque tempore matutino me ad iudicandum requiſieris, ſeu tibi offerri pręceperis, meque ſecundum rigorem iuſtitię iudicare volueris, non adiuncto dulcore clementię, [non ſubſiſtam] id eſt, coram te ſtare & tuę diſtrictionis pondus ferre nequibo, ideo ad tuam pietatem confugio. Poſtremo, dum iſta pro defunctis proferimus, affectuoſe atque intente agere id debemus, penſantes ineffabilem pœnarum eorum acerbitatem, vehementiſſimumque affectum, quo ſibi cupiunt ſubueniri: impotentiam quoque ipſorum, quoniam ſibijpſis non valent ſuccurrere, itemque multiplicem, quem inde conſequimur, fructum. cum enim ex charitate pro eis quid agimus, non dubium quin vitam meremur ęternam & charitatis ac gratię incrementum, aut certe ad tale incrementum aliquo modo diſponimur. Defunctis autem ſeu animabus eorum nihil horum poſſumus promereri, cum non ſint in ſtatu proficiendi in charitate ſeu gratia, ſed ſolum meremur ei pœnarum minorationem ſeu abbreuiationem, & ex conſequenti gloriæ accelerationem. Idcirco nobiſipſis per talia meremur vitam ęternam, & charitatis ac gratię incrementum. Veruntamen quo ex puriori Dei & proximi charitate egerimus iſta atque ſimilia, vtpote non ad proprium commodum, ſed ad Dei honorem ac gloriam, proximorumque ſalutem reſpicientes, eo amplius promeremur etiam nobiſipſis accreſcimus. idem equidem opus ex charitate procedens, eſt meritorium & ſatisfactorium: meritorium, quia ex charitate: ſatisfactorium, propter laborem adiunctum. ſicque prodeſt defunctis per applicationem ad eos, quibus etiam tanto plus prodeſt, quo intentio atque dilectio amplius diriguntur ad ipſos. nec dubium quin & animæ tales cum ad felicitatem peruenerint, orent fideliter pro oratoribus ſuis. Merito quoq; lectiones officij pro defunctis, ex libris Iob ſumptę ſunt, qui de generali reſurrectione pręceteris prophetis euidentius vaticinatus cenſetur.

Expoſitio capituli VIII. *Reſpondens autem Baldath Suhites, dixit.* *Art.* XXI.

Gregorius Thomas. EXpoſitores communiter dicunt, Gregorius quoque & Thomas id ſentiunt, quod tertio iſti amici Iob, concorditer ſentiebant quod Deus in vita præſenti nulli homini infligat pœnam, niſi pro illius culpa. Hoc & ego aliquando ſenſi, quod ſcilicet concordabãt in hoc, atq; ob id

ob id putabant. B. Iob diuinæ derogare iuſtitiæ, quia ſe dixit abſq; ſuo peccato plagatum, immo innocentem ſe eſſe ac iuſtum, & nihilominus flagellatum. Vnde contra hoc tota eorum diſputatio principaliter occupari videtur. (Albert. Iob 3.) veruotamen cum expnſitionem Alberti vidiſſem, incidi circa hãc dubitationẽ, Ait namq; Albertus in principio expoſitionis cap. III. Eliphaz ponit quod gubernatio diuioa in rebus humanis eſt ſecundum merita, & quod bonis bona, & malis mala eueniant. ſed quod aliquando lateat hominem, mala eſſe opera ſua, & quod propter vilitatẽ naturæ homo ſine peccato eſſe non poſsit. propter quod dicit: Nihil in terra fit ſine cauſa, & in Angelis ſuis reperit prauitatem: quanto magis quia terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? Porro Baldath ponit quod gubernatio non ſit ſecundum merita, ſed ſecundum ordinem optimum felicitatis humanæ. & ideo ſi Deus aliquando bonis mala pœnæ infligit, hoc in fine bonis multiplicibus recompenſat: & ſi malis bona concedit, hoc fit, vt iuſtior ſit eorũ damnatio. idq; ſonat in verbis ſuis. nam dicit: Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manũ malignis, donec impleatur riſu os tuum. Præterea Sophar ponit quod gubernatio Dei ſit ſecũdum ſolam eius vnluntatem, & illa quærenda nnn eſt, quia ab homine nõ poteſt cognoſci. ideo dicit: Forſitan veſtigia Dei compræhendes, & vſq; ad perfectum omnipotẽtem reperies. & ſi ſubuerterit omnia vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Poſt hæc inducitur poſitio Elihu, qui cum tribus prædictis concordat, & maxime cum poſitione Sophar. Ideo dicit quod Deus conteret multos & innumerabiles, & illius cauſa quęreoda non eſt, & non addit ad hanc intentionẽ, niſi quod per mediatorem vel per ſeipſum aliquando inſtruit, qualiter humana diuinis debeant concordare. & ideo dicit: Si fuerit angelus loquens pro eo vnum de millibus, & quod per nnctẽ erudit corda virorum & ioſtruit diſciplina. Glorietur tamen de ſapientia ſua, quod hoc inuenit poſt alios, & illam laudat in nubibus & fulgure. Hæc ſcribit Albert⁹ loco iam nominato. (Albertus.) quibus, qnantum ad ea que narrat de poſitione Sophar, obuiare videtur quod in principio expoſitionis 8. capituli introducit, dicendo: Baldath cõuenit cum Eliphaz, quod mundus regitur ſecundum ordinẽ iuſtitiæ. quod eſt retributio pro meritis. ſed addit duo, ſ. quod peccans per pœnitentiam reſurgere poteſt & iudicium Dei effugere. (Iob. 5.) item quod ſi Deus aliquando punit io damnis vel rebus, (Ibid.) dummodo puoitus pœniteat, patienterq; agat, multipliciter Deus recompeoſat in remuneratione pœoitentis. Ecce hoc loco ſubdit Albertus, quod ſecundum Baldath mundus regitur ſecundum ordinem iuſtitiæ, quod eſt retributio pro meritis. ſuperius vero aſſeruit, quod ſecundum Baldath gubernatio oon ſit ſecundum merita. Deniq; quod hic ait ipſum Baldath duo addere poſitione Eliphaz, ſ. quod peccans, per pœnitentiam reſurgere, iudiciumq; Dei effugere poteſt, non videtur poſſe defendi: quia & ipſe Eliphaz hoc ipſum apertiſsime ſaſſus eſt, dicens: Beatus homo qui corripitur à domino. Iocrepationem ergo domini ne reprobes: quia ipſe vulnerat, & medetur. totumq; reſidunm illius cap, pertinet ad hoc. Secundum quoq; quod Albertus affirmat ipſum Baldath ſuperaddere poſitiooi Eliphaz, ipſe Eliphaz tangit, dicendo: Scies quod pacem habeat tabernaculum tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. ingredieris in abnndantia ſepulchrum, ſicut ioſertur aceruus tritici in tempnre ſuo. Non intentione reprobandi Albertum Magnum hæc ſcribo: ſed vt veritas elueeſcat. & is cui placet tenere Albertum, verba eius reſoluat, quæ mihi irreſoluta videntur. Itaq; cum B. Gregorio ſanctoq; Thoma id ſeotio, (Gregorius Thomas.) quod amici Iob concorditer tenuerunt pœnam pro ſnla culpa infligi. Vnde vnanimiter arguunt contra Iob, oppoſitum affirmantem. Diuerſis tamen argumentis vtuotur, quamuis ad eandem tendant concluſionem, vnde non ſequitur quod diuerſæ inter ſe fuerint opinionis ob id, qnod varias habent aſſertiooes ac multiplicia media ſed multiformes præmiſſas. hoc quippe qnotidie in diſputatiooibus ita ſe habet, & in proſecutione præſentis capituli atq; ſequentium clare patebit, amicorum S. Iob voam eſſe opinionem circa prouidentiam Dei ac regimem vniuerſi. Poſtremo aliqui expoſitiones ſuas literales pro magna parte fundant in hoc, quod amici Inb oon poſuerunt vitam poſt hanc vitam, ſed animam rationalem eſſe mortalem. quod dictum ſuperius euideoter ex verbis amicorum Iob improbatum recordor, euidentiusq; pelletur, nec aliquam (quantum capio) apparentiam habent. Nihilominus textus ſicut hucuſq; expoſitus eſt, ita deinceps præſtante ſpiritum veritatis, literaliter exponetur. Itaque Baldath poſt Eliphaz principalis, audita aſſertiooe B. Iob, & obiectione Eliphaz, reſponſione quoq; Iob ad verba Eliphaz, reputaos obiectionem Eliphaz concludentem, reſponſionemq; Iob inſufficientem, imò inſipientem & inconuenientia nnn parum augentem, nunc obijcit contra Iob, volens dicta Eliphaz confirmare, (Iob. 8.) Itaq; dicitur: [Reſpondens autem] id eſt, proportinoate (vt ſibi apparuit) (Iob. 4. & 5.) loquens ad verba Iob Baldath Suhites, dixit: [Vſquequo loqueris talia] præſumptuoſa, ad tui (Iob. 6. & 7.) iuſtificationem, diuinęq; æquitatis derogatiooem ſpectantia, vtpote quod ſioe tuo demerito ſis percuſſus à Deo, & diei natiuitatis tuæ maledixiſti. Q. d. Periculoſe & pertinaciter verba multiplicas. [& ſpiritus multiplex ſermonis oris tui?] Spiritus quandoq; pro ira ſeu indignatione accipitur, quaodnq; pro anima. Dupliciter ergo hoc verbum expooitur. primo ſic: Spiritus ſermonis oris

nis oris tui,i.ira ſeu indignatio vel impatiẽtiæ paſsiõ,ex qua tua procedit locutiõ, eſt multiplex,
magna,perſeuerans & varia:& nunc de iſto,nunc de illo turbaris, ex turbationeq́; loqueris. Ita
Gloſſa. ſecundum Gloſſam accipitur ſpiritus in Geneſi, vbi dominus loquitur: Non permanebit ſpiri-
Gen.6. tus meus in homine in æternum,quia caro eſt. Poteſt tamen ibidem ſpiritus aliter ſumi. Secun-
do ſic: Spiritus ſermonis oris tui,id eſt,mens ſeu anima tua,quæ prorupit in verba præhabita,eſt
multipliciter paſsionata, diuiſa, diſtracta, non in Deo ſimplificata ac recollecta. Ideo friuola
Iob. 15. proſers & inordinata,non condependentia.His verbis conſonat, quod infra ait contra Iob Eli-
phaz:docuit iniquitas tua os tuum,& imitaris linguam blaſphemantium. [nunquid Deus ſup-
plantat] id eſt,præcipitat aut opprimit [iudicium] id eſt, ſententiæ prolationem ſeu æquitatis
effectum iudicando non recte. [aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt?] Q.d.nequaquam
& tamen ex verbis tuis ò Iob hoc infertur,quoniam dicis te ſine tua culpa percuſſum.Iuſtum au-
tem eſt vnicuiq; reddere quod meretur. Si ergo iuſtus & innocens es plagatus, contra iuſtitiam
fecit Deus. Ex hoc elicitur,quod Baldath concordauit cum Eliphaz, opinãdo quòd Deus non
niſi pro culpa infligeret pœnam. & etiam quod non intellexit profunditatem verborum Iob,
quibus præcedentibus 2.capitulis,præſertim in principio capit.7.oppoſitum docuit, Ideo argu-
mentum Baldath non procedit. quamuis enim iuſtum ſit pro culpa pœnam infligi, non tamen
ſemper eſt contra iuſtitiam,infligere pœnam pro alia cauſa,quàm pro culpa,videlicet pro gratiæ
incremento,pro gloriæ cumulo,pro bono communi,quod eſt proximorum ædificatio. Nec ra-
tio iuſti conſiſtit ſolum in hoc,vt retribuatur pro meritis,ſed & in alijs multis ſaluatur ratio iuſti.
Nam & Deus tam bonus & pius eſt,vt iuſtum ſit eum peccatoribus miſereri. Ipſe quoq; tam ſa-
piens eſt,vt iuſtum ſit,eum iuſtos aduerſitatibus exercere ad maiorem eorum profectum, & pro
bono communi fidelium. Vnde hoc modo omnia argumenta amicorum Iob carent vera ſyllo-
giſtica forma, eſtque in eis fallatia aliqua, ſed apud minus peritos prima facie quadam appa-
rentiam ſortiuntur. & nonnunquam ſuperficialiter ſumpta, rationabiliora apparent quam verba
Iob, ſed ſecundum intentionem loquentium ſumpta, longe aliter inueniuntur. [Etiam ſi] id eſt,
quamuis,& quia (ſecundum mentem huius Baldath) [filij tui peccauerint ei] id eſt, contra De-
* ſuæ um. [& dimiſit eos in manu] id eſt,in vigore & actu [iniquitatis * eorum]permittens eos vſque
ad horam mortis peccare atque in actu & intenſo affectu impietatis depræhendi ac obrui quãdo
videlicet erant pariter epulantes. [tu tamen ſi diluculo [id eſt,cito ſeu tempeſtiuè] conſurrexe-
Eccle. 5. ris ad Deum] id eſt,à terrenis,imis ac vitioſis affectibus mentem tuam ad Deum leuaueris per
veram contritionem,iuxta id Eccleſiaſtici: Ne tardes conuerti ad dominũ, & ne differas de die
in diem, ſubito enim veniet ira illius. [& omnipotentem fueris deprecatus] pro remiſsione tu-
orum exceſſuum, [ſi mundus] mente à cogitationibus vanis & affectionibus paſsionum inordi-
natis. [& rectus] id eſt,iuſtus in conuerſatione [inceſſeris] id eſt, per viam huius peregrina-
tionis ad futuram beatitudinem ambulaueris,non declinando ad dexteram aut ſiniſtram. [ſta-
tim euigilabit ad te]id eſt,cito exaudiet te,ſeq; tibi gratioſum præbebit per modum vigilantis,
qui tibi in tuis aduerſis quaſi dormiens fuit, ſolita beneficia ſua ſubtrahens tibi, iuxta id pſalm.
Pſalm. 43. Exurge,quare obdormis domine? Hinc in Ioanne habetur: Si quis cultor eſt Dei,& voluntatem
Ioan. 9. eius facit, hunc exaudit. [& pacatum reddet * tabernaculum iuſtitiæ tuæ] i.domum & familiam
* habita-culum. tuam,tuæ iuſtitiæ merito tibi donandam, ita quod pax erit tibi & cunctis tuis opibus atque do-
vt ſi meſticis. [intantum * vt priora tua] id eſt, diuitiæ & familiæ,quas aliquando habuiſti. [fuerint
parua] comparatione ſequentium bonorum tibi dandorum [& nouiſsima tua] id eſt,bona tibi
in vltima tua ætate præſtanda [multiplicentur nimis] valde abundent. Quamuis autem iſta Bal-
dath promiſsio in ipſo Iob fuit impleta, quantum ad hoc quod poſt maximam aduerſitatem ad
maximam reductus eſt in hoc ſeculo proſperitatem, vniuerſaliter tamen vera non eſt, nec in his
qui pro ſuis plagantur peccatis, neque in his qui ſine preuio ſuo demerito affliguntur. nam de
vtroque genere percuſſorum iſtorum multi vſque ad mortem permanent in aduerſis, Inſuper
Baldath dictum ſuum nititur cõfirmare communi teſtimonio ſeniorum, & per ſcripta ipſorum.
[Interroga enim generationem priſtinam] id eſt,antiquam atque præteritam, non illos qui diu
defuncti ſunt alloquendo,ſed dicta & ſcripta ſeu geſta eorum legendo. [& diligenter inueſti-
ga patrum memoriam.] id eſt, memorabilia facta,vel ea que eorum recordationibus continen-
tur,quærendo ab his quid eorum occurrat memoriæ circa hæc,ſicq́; de patribus adhuc viuenti-
bus loquitur Baldath. Iuniores autem à ſenioribus eruditionem ſumere debent, quẽadmodum
Deut 32. in Deut.habetur: Interroga patrem tuum,& annunciabit tibi:maiores tuos,& dicent tibi. & E-
Eſai.38. zechias loquitur Deo: Pater filius notam faciet veritatem tuam. Vnde Eccleſiaſticus docet: Ne
te prætereat narratio ſeniorum,& ipſi enim didicerunt à patribus ſuis. quoniam ab ipſis diſces
intellectum,& in tempore neceſsitatis dabis reſponſum. [Heſterni quippe ſumus] id eſt, heri
nati,intelligendo per heri, tempus non diu præteritum: ſicut per cras, frequenter exprimitur
Eccl. 8. tempus poſt pauca futurum,& loquitur ſic,ad inſinuandum breuitatẽ vitæ præſentis. [& igno-

ramus] que diuelapſa ſunt,quia pauca conſpeximus: & ea quæ ſcimus, minima ſunt compara-
tione eorum quæ ignoramus, præſentisq; breuitas vitæ non ſinit nos omnia diſcere. Vnde ſacer-
dotes Aegyptij gentiles dixerunt Soloni adhuc minus decrepito: Non eſt in vobis (id eſt Græ-
cis) vlla cana ſcientia, vt habetur primo Timæi. Hincq; ſubiungitur: [quoniam ſicut vmbra dies
noſtri ſunt ſuper terram] id eſt, inſtabiles, celerrimè tranſeuntes, iuxta illnd Sapientiæ: Tranſiet
vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur. Vmbræ enim tranſitus, eſt tem- Sap. 2.
pus noſtrum. [Ipſi docebunt te] verbo ſcripto aut memorabili facto, [loquentur tibi] per ſe,
vel per ſcripta quæ reliquerunt, [& de corde ſuo proferent eloquia] id eſt, non fictè aut falſe,
ſed ex corde pandent qnod verum eſt, vtpote quod dicta à me In iſto capitulo, vera ſint. Porrò
ſapientes de corde loqnuntur, videlicet ex præmeditatione ſagaci, & circumſpectè. Stulti au-
tem de ore, iuxta quod Eccleſiaſticus inducit: In ore ſatuorum cor illorum, & in corde ſapien- Eccl. 21.
tium os illorum. Verba autem hæc Baldath, quibus aſſerit priſtinos & antiquos ſuæ aſſertioni
conſentientes, vera non ſunt, ſi de vere ſapientibus intelligantur, quamuis illis temporibus &
ante multi fnerunt opinionis eiuſdem cum amicis Iob, ſcilicet, Deum non infligere pœnam niſi
pro culpa, quodq́ue pœnitens rediret in vita hac ad proſperitatem terrenam. Conſequenter
Baldatb dicta ſua confirmat per ſimilitudinem in naturalibus rebus compertam: [Nunquid
viuere] vita vegetatiua, id eſt, creſcere, florere, durare, [poteſt ſcirpus] id eſt, iuncus [abſ-
que humore?]. indiget enim indeſinenter humore ſaltem ſub terra latente. Circa quod ſcri-
bit Albertus: Quoniam ſcirpus abſque omni nodo eſt, nihil habet in quo ſtet nutrimentum
ipſius. Idcirco non viret, niſi continue trahat humorem. Nodus enim in calamo vel planta ad
hoc eſt, ad quod eſt ſtomachus vel inteſtinum, quod dicitur inuolutum in homine vel animali,
vt ibi ſtet & inde dirigatur nutrimentum ad membra, nec cogatur continuo ſolicitari pro nutri-
mento. Intenditq́ue dicere, quod Iob fuit ſicut ſcirpus extra virens, & intus vanus; continue
ſumens humorem ſeu nutrimentum per auaritiam, [aut carectum creſcere abſque aqua?] quaſi
dicat, non niſi in aqua creſcit: quia loca aquoſa requirit. Carectum vero proprie dicitur locus,
quo creſcit herba, nomine carex, ſed hic pro ipſa herba accipitur, quæ acuta atque duriſsima
fertur. Vnde Albertus: Carectum (inquit) gladiolus eſt, qui etiam nodum non habet in fo-
lijs, & viret extra, intusq́ue vanum eſt, & per eandem cauſam, qua ſcirpus, eſſe nequit ſine conti-
nuo tractu humoris & aquæ, dilatatur quoque in folijs, quod ſcirpus non facit. [Cum adhuc
ſit in flore] id eſt, vigore atque virore ſcirpus ſiue carectum, [nec carpatur manu] id eſt,
violenter non extrahatur de terra, [ante omnes herbas areſcit] id eſt, citius alijs per ſubſtra-
ctionem vel defectum humoris aut aquæ. Præterea, ſecundum Albertum, ſcirpus verum non
habet florem, ſed loco floris in ſummitate ſui emittit virgulas paruas & breues. Carectnm
quoque eſt duplex, videlicet maius & minus: maius, in extremis ſolij planum & lene eſt: mi-
nus autem dentatum & aſperum, valdeq́ue inciſiuum, vt falx metentis: & hoc non carpitur ma-
nu, quia ſecaret manum carpentis ſeu capientis. Et intendit quod Iob ita odiuit correptionem,
quod tangi manu corripientis non potuit, ad tactum enim conturbatur, qui correptionem non
ſuſtinet. [Sic viæ] id eſt, operationes & ſtudia, omnium qni obliuiſcuntur Deum,] vel eius
non reminiſcendo, vel eius mandata non obſeruando. Aliqui enim frequenter legunt, lo-
quuntur, audiuntq́ue de Deo, & tamen ei non obediunt, nec habent eius memoriam amoro-
ſam, formatam & efficacem. Ideo dicuntur eum obliti, quemadmodum Deum non cognoſce-
re aſſeruntur, qui mandatis ipſius non obſequuntur. [& ſpes hypocritæ,] qui aliud intus ab-
ſcondit, aliud forinſecus exhibet, [peribit] id eſt, optato bono fruſtrabitur, ant certe cito pri-
uabitur, quod ſicut ſine humore non poteſt ſubſiſtere ſcirpus ſiue carectum: ſic impia conuer-
ſatio, vanaq́ue ſpes damnabuntur, & non valent diu florere, eo quod careant rore gratiæ cæle-
ſtis, & aqua ſapientiæ ſalutaris, ſœcundatione & irrigatione donrum ſpiritus ſancti. Ideo di-
cit Pſalmiſta: Iter impiorum peribit. Et iterum: Conuertantur peccatores in infernum, omnes Pſalm. 9.
gentes quæ obliuiſcuntur Deum. In Eccleſiaſte quoque habetur: Non ſit bonum impio, Pſalm. 1.
nec prolongentur dies eius, ſeb quaſi vmbra tranſeant, qui non timent faciem domini. Et Sa- Eccl 8.
piens: Spes impij tanquam lanugo eſt, qnæ à vento tollitur: & quaſi ſpuma, & tanquam memo- Sap. 5.
ria hoſpitis vnius diei prætereuntis; [Non ei placebit vecordia ſua] id eſt. Deo non placebit,
imo & maxime diſplicebit vecordia, id eſt, inſania ſeu Inſipientia hypocritæ, cuius hæc inſania
eſt, quod in operibus ex genere bonis magis quærit hominibus placere quam Deo, laudem hu-
manam quam diuinam, commodum temporale quam fructum æternnm. Ideo in Pronerbijs ſcri
ptum eſt: Qui vanus & vecors eſt, patebit contemptui, Vel, non placebit ei, id eſt, hypocritæ, Prou, 12.
ſua vecordia: quia dum viderit ſe optatis bonls fraudari, & ob ſuam vanitatem damnari diſpli- Sap. 5.
cebit ſibi inſipientia ſua, inquantum eſt meritoria pœna quam horret. Hinc in libro Sapientiæ
impij dicunt: Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? tran-
ſierunt omnia illa tanquam vmbra. [& ſicut tela aranearum,] quæ debilis eſt & paruo motu de-

 ſtruitur,

ſtruitur, [fiducia eius:] quia (vt dictum eſt) ſpes eius peribit, & vanis rebus innititur, atque æter-
Pſalm. 38. nis ſupplicijs punietur. Hinc loquitur Pſalmiſta Deo: Propter iniquitatem corripuiſti ho-
Eſai. 59. minem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Et Eſaias: Opus eorum opus inutile,
telas araneæ texuerunt. [Innitetur ſuper domum ſuam,] id eſt, in diuitijs, ſobole, familia, cæ-
teriſq; ad ſe pertinentibus temporalibus rebus, ſpem ſuam conſtituet. quo contra ſcriptum eſt
Eſai. 50. Quis ambulat in tenebris? ſperet in nomine domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. [& non ſta-
bit] id eſt, ſpes talis eum non figet in bono, ſed corruet ipſa cum ſua fiducia, quia non innitur
ſtabili fundamento, videlicet ſummo & incommutabili bono, ſed rebus caducis. Propterea
Ierem. 17. ſcriptum eſt in Hieremia: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachi-
um ſuum, & à domino recedit cor eius: erit enim quaſi myricæ in deſerto. [Fulciet eum,] id
eſt, domum ſuam muniet contra aduerſa. [& non conſurget] id eſt, nec ipſe, nec domus eius ad
veram ac ſtabilem proſperitatem perueniet. [Humectus videtur] (ſupple ſcirpus) id eſt,
humore aqueo irrigatus, [antequam veniat ſol] humorem exiccans, viriditatemque auferens,
[& in ortu ſuo] id eſt, ſtatim in ortu ſcirpi, [germen eius] id eſt, fructus eius nulli vſui aptus,
*egredie-tur. [*egreditur] quia celeriter creſcit & fructificare videtur, vel in ortu ſuo, id eſt, ſole oriente
germen eius egreditur, id eſt, perit ſolis calore loca paludis ſiccante: ſiquidem humidum aque-
um inſipidum, faciliter epotabile atque ſiccabile eſt à ſole. Per hæc intendit, quod ſimili modo
impius ſeu hypocrita proſperatur & floret, antequam ſuperueniat ei æſtus aduerſitatis, ſeu fer-
uor diuini iudicij, qui per ſolem notatur, quo veniente, falſa perit proſperitas, & latens aperitur
impietas. [Super aceruum petrarum radices eius deſolabuntur,] id eſt radices ſcirporum in
locis petroſis ac humidis multiplicabuntur, ita quod plurimi ſcirpi ibi concreſcent. [& inter la-
pides commorabitur] id eſt ſcirpus manebit in huiuſmodi locis lapidoſis ad tempus. [Si ab-
ſorbuerit eum de loco ſuo] id eſt, ſi quis extraxerit ſcirpum de loco quo ſtat, vt eum alibi
plantet. [negabit eum, & dicet: Non noui te] id eſt, ſcirpus negabit extrahentem, & dicet ei,
non noui te, id eſt, alibi non creſcam ſicut intendis, nec tibi conſentiam. Itaque negat & dicit
hæc non verbo, ſed facto, non formaliter, ſed materialiter, quemadmodum in ſcripturis inani-
Pſalm. 64. matis actus aſcribuntur vitales, vt ibi: Valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hym-
num dicent: ſicque Deum laudare dicuntur. Vel ſic, negabit eum, id eſt, ſcirpum negabit lo-
cus eius, & dicet, non noui te, id eſt, mihi amplius non poteris implantari. [Hæc eſt enim lætitia
viæ eius] id eſt, lætitia naturalis proceſſus ſeu proprietatis ſcirpi, [vt rurſum de terra alij germi-
nentur:] id eſt, vt ipſo extracto, non idem ipſe rurſum naſcatur, ſed alij ſimiles ſpecie ſibi ſucce-
dant. Sicque lætitia metaphoricè aſcribitur ſcirpo, ſecundum quod vnicuique rei corruptibile
appetibile eſt perpetuari in ſimili ſibi ſecundum ſpeciem, vt ait philoſophus. Per iſta intendit
quod impius per mortem ſublatus, non reuertetur ad vitam hanc, ſed obliuioni tradetur, & alij
in loco eius ſuccedent, ex quibus principaliter intenta concludit. [Deus non proijciet ſimpli-
cem] id eſt, veraciter virtuoſum, & mente in Deo ſimplificatum, qui in omnibus intentionem
ſuam figit in Deo, talem vtique Deus non ſpernit nec deſerit. [nec porriget manum] id eſt,
auxilium [malignis] quod intantum verum eſt, ô Iob, quod experieris hoc in te ipſo, ſi pœni-
tentiam egeris. Ideo ſubdit: [donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo] id eſt, tantam
proſperitatem ſuſceperis, quod tanta erit tibi inde iucunditas cordis, quod redundabit in cor-
pus. Sicque ridebis, & ineffabili quodam gaudio perfunderis, ita quod mentis lætitiam expri-
mere labijs non valebis. Iubilus autem eſſentialiter ineſt menti, ſed per redundantiam in cor-
pore ponitur. Denique, quamuis vera ſint verba hæc ſecundum ſanum piumque ſenſum, non
tamen ſecundum loquentis intentionem. Baldath quippe inducit hæc contra Iob, ad inſinuan-
dum quod Deus non deſinit virtuoſum aduerſitatibus exercere, ſed à talibus eum tuetur, &
quod impijs non det in vita hac proſperitatem ſaltem notabilem, ſeu magnam & longam, cuius
oppoſitum conſtat ab initio ſæpius contigiſſe. Verum eſt tamen, quod Deus non proijcit ſim-
plicem, quantum ad ſpiritualia gratiæ bona, nec quantum ad talia, porrigit manum malignis in
Prou. 15. malitia ſua manentibus, iuxta illud Prouerbiorum: Longe eſt dominus ab impijs. [Qui ode-
runt te, induentur confuſione, & tabernaculum] id eſt, opulentia ſeu proſperitas, & quicquid
ad bona domus pertinet, [impiorum non ſubſiſtet] ſtabiliter, ſed auferetur eis ac diſperi-
bit, ſecundum opinionem amicorum Iob, quanquam ſecundum veritatem frequenter contin-
gat, impios vſque ad mortem, in omni terrena proſperitate florere, immo vſque ad vltimam ſe-
nectutem. Ideo quoque Baldath de hypocrita mentionem induxit, quoniam propter plagam
quam vidit in Iob, putauit eum non virtuoſum fuiſſe ac ſimplicem, ſed duplicem animo atque
hypocritam, quod & alij duo, immò & Helihu putauerunt, tamen ante hanc plagam tenuerunt
eum pro viro eximiè virtuoſo.

Myſtica elucidatio eiuſdem Capituli.
Artic. XXII.

SIcut præhabitum eſt, per Iob, quilibet veraciter iuſtus & tribulationibus plenus,
ſignatur: per amicos autem ipſius, fictè virtuoſi & ſapientes in oculis proprijs expri-
muntur. Talis ergo quicunque, ait ad Iob, id eſt, hominem virtuoſum afflictum, nec
aliquo modo à via iuſtitiæ recedentem, ſed veritatem in omnibus docentem &
defendentem. [Vſquequo loqueris talia, & ſpiritus multiplex ſermonis oris tui.] Iniu-
ſtis enim grauia eſſe ſolent verba iuſtorum: & dum corrigi nolunt, rectè prolata criminan-
tur. Inſuper cum ſe increpari conſiderant, increpantem non ex rationis indicio, ſed impetu
paſsionis, varijſque inordinatis affectionibus loqui teſtantur, quod item menſuram lo-
quendi aut non perpendat, aut neſciat, immo ſeipſos ſapientiores ac meliores illo eſſe aut
aperte profantur, aut implicite innuunt, ſed & verba loquentis interrumpere ſolent. I-
deo Sapiens ait. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. [Nun- Prou. 26.
quid Deus ſupplantat iudicium?] Prædicti fictè virtuoſi & intus vani, vt amplius repu-
tentur & præualere putentur, aliqua vera & pulchra atque ad Dei excellentiam, laudemque
ſpectantia, tamen ad propoſitum ſecundum veritatem non pertinentia, iactanter ſolent
proferre, quaſi talibus verbis dicta aut facta iuſtorum à quibus repræhenduntur, repu-
gnent, ſicut & Baldath egiſſe hic legitur. Porro cum Deus eſſentialiter verus, iuſtus ac ſa-
piens ſit, nequaquam ſupplantat, ſed conſeruat, diligitque iudicium, dicente Pſalmiſta:
Quia dominus amat iudicium. Et Eſaias: Deus iudicij dominus, ſed quoniam incom- Pſalm. 98.
præhenſibilia ſunt iudicia Dei, interdum videtur hominibus humanum ſenſum ſequen- Eſai. 30.
tibus, non deſuper vnctis, eſſe ſupplantatio iudicij, quod Deus æquiſſimo agit aut permit- Rom. 11.
tit iudicio. [Etiam ſi filij tui] id eſt, diſcipuli aut ſubditi ſeu imitatores, [peccaue-
runt] ei, [& dimiſit eos] Deus [in manu iniquitatis eorum,] ita quod in mortali
peccato defuncti ſunt, æternaliterque damnati ſunt, tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad
Deum, ſtatim euigilabit ad te. Peruerſi dum charitatiue arguuntur, paſsionate redar-
guunt, & vitia ſibi vere obiecta aut ſimilia in arguentem falſe retorquent. ne tamen ex paſ-
ſionis ardore loqui cernantur, quaſi amoroſe ad emendationem hortantur, veniamque pro-
mittunt, ſed hoc prorſus vitandum eſt, immo ſi quiſpiam etiam non vere reprehendatur,
debet patienter audire, & cæteros ſuos defectus atque exceſſus aduertere. nec reprehen-
dentem protunc increpare aut durius alloqui. Præterea verba hæc Baldath, quam-
uis beato Iob non rectè fuerint applicata, nihilominus ſecundum ſe ſumpta, venuſta-
te ac veritate ornantur. Pater enim non portabit iniquitatem filij, nec econtra, vt Eze- Ezec. 18.
chiel aſſerit. Et quantumcunque alij perierint, quamdiu aliquis manet in vita hac, pœnite-
re poteſt ac veniam adipiſci. Primo itaque debet peccator diluculo ad Deum conſurge-
re, id eſt, cito mentaliter pœnitere, & de bonis creatis, caducis & vanis, ad creatorem ſu-
um ſe vertere per eius cognitionem & amorem: deinde ad orationes ſe dare, pro malis
delendis & bonis ſpiritualibus adipiſcendis. Oratio quoque eſt præcipua pars ſatisfa-
ctionis. Tertio debet operationibus virtuoſis conſtanter inſiſtere, hoc eſt, munde & recte
incedere, Deoque in ſanctitate & iuſtitia deſeruire, quæ cum impleuerit homo, Deus ſta- Eſai. 30.
tim euigilabit ad eum, dando quod petit ſalubriter & conſtãter ac etiam pro ſeipſo, iuxta
illud Eſaiæ: Miſerans miſerebitur tui. ad vocem clamoris tui ſtatim, vt audierit, reſpon-
debit. Poſtremo, ſecundum diuerſas conſiderationes, dicitur Deus ſuper eundem dor-
mire & vigilare. Super impium enim dormit, inquantum eum relinquit, nec per gratiam
viſitat: ſuper quem etiam vigilat, inquantum ſibi pœnam pro culpa infligit. Propter
quod ait per Hieremiam: Sicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, ſic vigilabo ſuper eos vt ædi- Ierem. 31.
ficem & plantem. Qui ergo cupit diuinitus exaudiri, ſtudeat diuinæ voluntati per obe- Prou. 28.
dientiam conformari, irreprehenſibiliter conuerſari, verbiſque opera concordare. Alio-
quin aduertat quod ſcriptum eſt: Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius e-
rit execrabilis. Quo equidem diuinæ voluntati quis conformiorem ſeipſum præbuerit,
ardentiusque Deum dilexerit, & irreprehenſibilius ei ſeruierit, eo erit charior, intimior
& familiarior Deo, & eum tanquam amicum chariſsimum Deus copioſe etiam in magnis
exaudiet, immo affectum eius antequam in verba prorumpat, aut incepta compleat, aſ-

Piciet & implebit, ſicut per Eſaiam teſtatur de talibus: Antequam clament, exandiam eos:
adhuc illis vociſerantibus, dicam, ecce aſſum. [Et pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ
tuæ] id eſt, corpus tuum (in quo anima tua degit) faciet rationis iudicio cum tranquil-
Math. 25. litate ſubiectum, ne de cætero more ſolito militet contra animam atque recalcitret, in tan-
tum vt priora tua fuerint parua, id eſt, priſtina ſpiritalia gratiarum chariſmata, modica fue
1. Cor. 12. rint reſpectu ſequentis tuæ perfectionis. Qnia vt ait ſaluator: Abundanti dabitur, vt plus
1. Cor. 15. abundet, & profectus parit profectum, vnaque actio virtuoſa diſponit ad aliam. Ideo mo-
net Apoſtolus: Aemulamini chariſmata meliora. Et iterum: Abundantes in opere domi-
ni ſemper. [& nouiſsima tua] id eſt, dona gloriæ tibi in patria conferenda, [multipli-
centur nimis.] Deus enim ſicut citra condignum reprobos punit, ſic ſupra condignum e-
Pſalm. 81. lectos remunerat. Et quamuis ſint quatuor dotes corporis glorificati, & tres animæ quan-
Pſalm. 35. tum ad Principales pertinet dotes illorum, tamen in particnlari innumerabilia nobis ſunt
munera ac gandia beatorum. Nam & innumerabiles eis ſunt materiæ gaudiorum. [In-
terroga enim generationem priſtinam] id eſt, teſtimonio patriarcharum ac prophetarum
antiqui temporis hoc diſcere potes. Ideo ſubditur: Ipſi docebnnt te. Prædicta enim verbis
illorum probantur. Nam & de abundantia proficiendi in gratia fertur In pſalmo: Ibunt
Eſaiæ 64. de virtute in virtutem. De exuberantia vero donorum gloriæ, rurſus ait Pſalmiſta: Inebria-
buntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, Et in Eſaia habetur:
Eccl. 39. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ preparaſti expectantibus te. His verbis ſuperbi &
ſcioli confunduntur, qui à maioribus aut ſenioribus ſuis ſeu doctioribus diſcere aſpernan-
tur. Qui autem veraciter ſapiens eſt, ſemper diſcere cupit, vt probat Cyrillus. Propter quod
ſcriptum eſt: Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vatabit.
Lucæ 8. [Nunquid viuere poteſt ſcirpus abſque humore, aut carectum creſcere ſine aqua?] De his
herbis & quid deſignetur per eas, dictum eſt præcedenti articulo, quibus etiam verbis con-
Hiere. 17. ſonat in Euangelio Chriſtus, dicens arborem aruiſſe, quia humorem non habuit, & de ho-
Prou. 18. mine virtuoſo loqnitur Hieremias: Erit tanquam lignum quod tranſplantatur ſuper aquas,
quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus, id eſt, feruor ad-
uerſitatis & ignis tentationis, Erit enim Deus fiducia eius. De quo in Pronerbijs aſſeritur:
Turris fortiſsima nomen domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur. Itaque ad ma-
Philip. 3. nendum in virore virtutum, gratiarumque flore, indeſinenter egemus pluuia ſpiritali ac
Eſai. 26. humore cæleſti, videlicet inundatione internæ motionis, directionis, tactuſque ſpiritus ſan-
cti, cuius actuali motione egemus in omni meritorio actu, dicente Apoſtolo: Deus eſt
qui operatur in vobis velle & perficere. Ad qnem loquitur Eſaias: Domine, dabis pacem
nobis. Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. [Non placebit ei] puta iniuſto at-
que hypocritæ, [vecordia ſua] In veritate nihil inſanius, nihilque ſtultius cogitari po-
teſt aut vilius, quam D E O non obedire ac ſubdi, quàm creatorem non diligere, filiali-
terque timere ac iugiter venerari, quam caduca & vana iſta terrena atque carnalia D E O
immenſæ bonitatis præferre, quam pro humanis laudibus agere prompte, & quod pro Dei
laude & gloria tædet implere, quàm diabolo aſſentire conuerſando inique, quam pro his
temporalibus, breuibus, carnalibusqne delicijs æternam perdere felicitatem. Poſtremo,
quam taliter viuere, qualiter mori eſſent damnabile, & tamen ſic agunt omnes iniqui. Idcir-
Sapi. 5. co prorſus vecordes ſunt, tanto vtique ſtultiores, quanto his quæ ſuæ ſalutis ſunt neglectis,
circa ſecularia prudentius occupantur, & corporis opes, decorem & delectationes magis
quam animæ quærunt, ſed veniet hora, in qua ſero diſplicebit eis eorum vecordia, quan-
Auguſt. do & dicent illud: Nos inſenſati vitam iuſtorum æſtimabamus inſaniam, & finem ſine ho-
Pſalm. 32. nore. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ
non eſt ortus nobis. [ſicut tela aranearum fiducia eius] id eſt, iniuſti atque hypocritæ.
Qnod enim incertiſsimo fundamento innititur, facilime labitur. Qni ergo in terrenis va-
nitati ſubiectis ſpem figunt, ruent atque peribunt, nec in illis vnquam veram quietem inue-
nient. Propter quod Auguſtinus loquitur Deo: Creaſti nos propter te, & inquietum eſt cor
noſtrum, donec perueniat ad te. Et Pſalmiſta: Mihi, inquit, adhærere Deo bonum eſt,
ponere in domino Deo ſpem meam. [Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit.] Sic
multi in ſua progenie, opulentia, manſione confidunt, ſed in illis non ſortientur ſalutem,
immo per impiam ſpem pœnam merentur æternam. [ſuper aceruum petrarum radices e-
lus] id eſt, hypocritæ per ſcirpum ſignati, [denſabuntur, & inter lapides commorabi-
tur.] Per petram ſeu lapidem homo frequenter exprimitur. Itaque hypocritæ & iniu-
ſti radi-

ſti radices, id eſt, occultæ & intimæ cogitationes ſeu affectiones, ex quibus prodeunt ope-
ra, quemadmodum ex radice virgulta, denſabuntur ſuper aceruum petrarum, Id eſt, abun-
danter fundantur ſuper hominom fauorem ac laudem ſeu dona, quia ad hæc illorum inten-
tio, ſertur & inter hæc commorantur, non creatori, ſed creaturæ placere quærentes: non
DEO, ſed hominibus cor ſuum principaliter infigentes, quod eſt cæcitas deteſtanda.
Nempe quo Deus benedictus omnibus melior, digniorque conſiſtit, eo plus in omnibus
mentem dirigere, affectum firmare, finemque in ipſo locare debemus, alia vana & friuola
intuitu Dei infioitum ſpernentes. [Hæc eſt enim lætitia viæ] id eſt, conuerſationis, [e-
ius] puta hypocritæ ſeu iniuſti, [vt rurſum de terra alij germinent] id eſt, vt eo per mor-
tem ſublato, alij ſibi ſimiles ei ſoccedant. Carnales enim & ſeculares præſentia maxime di-
ligentes, cognatos & charos cupiuot io hoc ſeculo promouere, ditare, & ſuperſtites ſibi in
mundana proſperitate relinquere, idque ſolatioſum eſt eis, qnod ſuos tales relinquunt,
quaſi arbitrantes ſe in ſuis manere. [Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manum
malignis.] Hoc in die iudicij tam particularis quàm vniuerſalis, præſertim implebitur, In
die enim generalis iudicij omne malum pœnæ & culpæ auſertur electis, omniſque conſo-
latio tollitur reprobis, nec quicquam diuini conſequuntur auxilij, niſi quod citra condi-
gnum torquentur. Interim vero in ſeculo iſto dona naturæ & bona fortunæ, aliaque diuerſa
beneficia gratiæ gratis datæ, dantur à Deo communiter ſimplicibus & maliguis. Deus nan-
que in ſua bonitate Immeoſa Iniquos conſeruat io eſſe, & pluit ſuper bonos ac malos, ſolem
faciens oriri ſuper iuſtos atque iniuſtos, imò interdum malignis & peſſimis de præfatis bo-
nis plura diuinitus conferuntur, quam electis & virtuoſis, dum illos Deus proſperari per-
mittit, iſtos autem inſtanter caſtigat. Præterea, quoniam Deus in vita præſenti flagellare &
purgare ſolet electos per reprobos, vt electi, purgati ſaluentur, reprobi autem flagellantes
iuſte damnentur: ideo Deus frequenter porrexit malignis maoum, id eſt, auxilium & tri-
umphum aduerſus electos, vt patet in libris Iudicum, Regum & Machabæorum: ſed quan-
tum ad conſecutionem felicitatis æternę, nō porrigit maoum malignis ac reprobis, quos re-
linquit, quanquā varijs modis eos quantum in ſe eſt, ad emendationem moueat & hortetur,
per inſpirationem ſecretam, per angelorum cuſtodiam, per deuotorum prædicationem, per
miracula, & ſcripturas, per impreſſionem ſynderefis, ac per naturalis iudicium rationis. ſed
& malignis qui prædeſtinati ſunt, porrigit manum tempore æternaliter præordinato, ita
quod in charitate & gratia moriuntur. Sed & malis reprobis, interdum ex miſeratione diui-
na confertur gratia veræ contritionis, ſed finaliter in ea non permanent. Vnde malignis re-
probis non præſtatur finale auxilium conſequendi ſalutem. [donec impleatur riſu os tu-
um, & labia tua iubilo.] Quod item in iudicio plene complebitur in vnoquoque electo Luc. 6.
iam afflictio, per Sanct. Iob deſignato, qui tunc pereuntibus reprobis in mente & corpore, Matth. 5. Malac. 3.
omni gaudio perfundetur, quemadmodum ait ſaluator: Beati qni nunc fletis, quia ridebi- Pro. 31.
tis. Et iterum: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Hinc per Malachiam dominus Luce 6.
ait electis: Egrediemini & ſalietis quaſi vituli de armento, & calcabitis impios. Hic eſt ri- Iacob. 4.
ſus ex ſpirituali lætitia naſcens, de quo in Prouerbijs legitur: Ridebit in die nouiſſimo.
Eſt autem & riſus diſſolutionis atque laſciuiæ, de quo aſſerit Chriſtus: Væ vobis qui ride-
tis, quia plorabitis & flebitis. De quo ſcriptum eſt in Iacobo: Riſus veſter in luctum con-
uertatur, & gaudium in mœrorem. Porro quod ait, donec impleatur, &c. non eſt intelli-
gendum, qnod ore ſanctorum riſu impleto, Deus poſtea porrigit manum maligois. Vnde
per, donec, excluditur tempus vſque ad illud, non autem duratio ſequens, ſicut in Pſalmis. Pſalm. 109 Pſalm. 71.
Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Itemque: Deus, ne derelinquas
me, donec annunciem brachium tuum. Poſtremo, etiam ſæpe in vita præſenti poſt grauem
tentationem ſeu quamlibet diram tribulationem, electi quadam ineffabili conſolatione ex 2. Cor. 1.
occulta ſanctiſpiritus viſitatione pijſſima recreantur, magis plane quam verbis queant ex- Pſalm. 30.
primere. Prepter quod Paulus fatetur Corinthijs: Sicut abundant paſſiones Chriſti in no- Pſalm. 93.
bis, ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Et Pſalmiſta deuotiſſime loquitur Deo:
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Et rur-
ſus: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætifica-
uerunt animam meam. Dicit autem Gregorius: In æterna patria cum iuſtorum mens
in exultatiooe rapitur, lingua in laudis canticum eleuatur, qui quoniam tamem vident, quan
tum exprimere nequeunt, io riſu iubilant, ex quo ſentire videtur Gregorius, quod in patria Gregor.
erit laus vocalis. [Et tabernaculum] id eſt, ædificatio terrenæ proſperitatis [impiorum non

ſubſiſtet.] Dum enim molem diuitiarum, turrim honoris, conſiſtorium deliciarum, con-
tra paupertatem, triſtitiam & depreſsionem vitæ præſentis ſibi conſtruere moliuntur, ſi-
Pſalm.72. mul cum ſuis vanitatibus ruunt atque damnantur, iuxta id Pſal. Deiecisti eos dum alleua-
rentur, quomodo facti ſunt in deſolationem? Subito deſecerunt, perierunt propter iniqui-
tatem ſuam. Quod ſi ioterdum diu videantur florere, hæc tamen diuturnitas reſpectu du-
rationis vitæ ſequentis, minor & breuior eſt, quam ictus oculi ad innumera-
bilia & inexplicabilia millia annorum. Non ergo vitam hanc alicuius
reputemus momẽti, ſed ad æternitatis conſideratiooem
mens noſtra ſemper feratur.

Declaratio cap.9. Et reſpondens Iob, ait: Vere ſcio quod ita ſit. *Art. XXIII.*

ET reſpondens Iob, ait: Vere ſcio quod ita ſit,] ſicut tu ô Baldath dixiſti præcedenti cap.
ſcilicet. quod Deus non ſupplantat iudicium, nec peruertit quod iuſtum eſt, [& quod
non iuſtificetur homo compoſitus] id eſt, comparatus [Deo,] hoc eſt, homo quan-
tumlibet iuſtus, comparatione infinitæ iuſtitiæ Dei, iuſtus non eſt: quia io infinitum à di-
uina iuſtitia deficit & occumbit. Ideo ſicut reſpectu diuini eſſe, diuinæque lucis & ſapien-
tiæ Dei, eſſe creatum, eſt tanquam non eſſe, & lux creata oon lucet, ſed quaſi caligo cen-
ſetur, ſapientia quoque humana velut ſtultitia reputatur: ita comparatione diuinæ iuſti-
tiæ, humana iuſtitia eſt tanquam iniuſtitia quædam. Maius equidem obſuſcat quod minus
eſt. Rurſus, iuſtitiæ noſtræ in vita præſeoti multæ iniuſtitiæ, id eſt, veniales culpæ miſcentur,
Eſai.64. intantum vt aſſerat Eſaias: Tanquam pannus menſtruatæ, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Idcir-
co ad increatam ſupermundiſsimam atque immenſam Dei iuſtitiam quid eſt oiſi iniuſtitia
quædam? Præterea, cum Deus ob ſuam ſuperinfinitam dignitatem ac ſanctitatem dignus
ſit reuerentia infinita, palàm quod omnis cultus & honor quem ei impendimus, & amor
quo eum diligimus, diſtent in infinitum ab honore atque amore, quibus ipſe incompræhen-
ſibiliter dignus eſt. Idcirco iuſtitia qua colimus eum, immo & qua beati colunt eum in
patria, diſtat immenſe à plenitudine iuſtitiæ, qua Deus dignus eſt coli, quantum eſt ex parte
ipſius. Hinc omnis mentis creatæ iuſtitia per comparatiooem ad Deum, prorſus in infini-
Pſalm.142 tum occumbit. Ideo merito orat Pſalmiſta & cum illo ſemper orare debemus: Non intres
in iudicium cum ſeruo tuo domine, vtpote ſecundum rigorem meræ iuſtitiæ iudicaodo,
non enim oramus nullatenus iudicari à Deo, cum hoc derogaret diuinæ iuſtitiæ, ſed vt mi-
ſericorditer iudicet nos, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Porro quod
Iob.4. ait Iob, non iuſtificetur homo compoſitus DEO, Eliphaz quoque dixit: ideo Iob illud
concedit, quia ſuperius ad hoc nihil reſpondit: [Si voluerit] homo [contendere cum
eo] id eſt, ex æquo litigare aut diſceptare cum DEO, hoc eſt, ſi voluerit probare iu-
ſtum ſe eſſe, abſolute loquendo, vel quantum ad Deum. [non poterit ei reſpondere
vnum pro mille] id eſt nec in vno ſeu minimo poterit ſe excuſare ex mille deſectuoſitati-
bus ſeu peccatis ſaltem venialibus, quæ Deus poteſt ei obijcere. Et ponitur hic numerus
determinatus pro indeterminato, loquiturque de homine ſecundum communem eius con-
ditionem & ſtatum. Idcirco iſtis non obſtat, quod virgo beata ex ſingulari gratia nulli fuit
peccato obnoxia, Inſuper Thomas exponit hæc ſic, Non poterit ei reſpondere vnum pro mil
le, id eſt, nulla determinata numeri ſpecie ſeu menſura metiri aut exprimi poteſt, quantum
diuina iuſtitia excedit humanam. Millenarius namque cum ſit maximus oumerus, qui apud
nos proprium nomẽ habet: cæteri enim numeri maiores per replicationem minorum nume
rorum promuntur, vt duo millia, decem millia, mille millia: ideo pro quantumcunq; magno
Pſal.104. numero ſumitur, quemadmodum & in Pſal. Memor fuit teſtamẽti ſui, verbi quod mandauit
Apoca.22. In mille generationes. Itemque in Apocalipſi. Regnabunt cum Chriſto mille annis. Itaque
humiliemur ſub omnipotenti manu ſuperiuſtiſsimi Dei, & imperſectum noſtrum videant
oculi noſtri, & impleamus quod in Eccleſ. ſcriptum eſt: Non te iuſtifices ante Deum. Hinc
Eccl.7. Galat.6. ait Apoſtolus: Qui ſe putat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Et iterum: Horren-
Hebr.10. dum eſt incidere in manus Dei viuentis. Metuamus ergo diſtrictionẽ diuini iudicij. Etenim
Prou.28. beatus homo qui ſemper eſt pauidus. [Sapiẽs corde eſt, inimo mens Dei nõ ſolum ſapieos

veraciter

veraciter appellatur, ſed ipſa eſſentialiter eſt ſapientia inde pendens, æterna, idealis, exmeplaris: immenſa: à cuius perfectione, ſplendore ac puritate omnis creata mens deficit infinite. Propter quod ad Romanos ait Apoſtolus: Soli ſapienti Deo honor & gloria. [& fortis robore.] Rom. 13.
Eſt nanque omnipotens & prima ac infinita poteſtas, de quo dicitur in Heſter: Domine rex Heb. 13.
omnipotens, in ditione tua cũncta ſunt poſita. Denique ad perfectionem iuſtitiæ requiritur ſapientia dirigens & potentia exequens. Duplex quoque eſt contentio, vna verbalis in diſputando, quæ per ſapientiam maxime agitur. Alia realis in pugnando, quæ per fortitudinem fit. Ad inſinuandum ergo quod iuſtitia Dei eſt vndiquaque perfecta, & quod nec diſputando neque pugnando poſsit quis cum Deo contendere, perhibet quod Deus ſit ſapiens atque robuſtus. [Quis reſtitit ei] tam ſapienti, iuſto ac omnipotenti, [& habuit pacem?] quaſi dicat, Rom. 13.
nullus, ſed videtur contrarium. Omnes enim vitioſe viuentes, Deo rebelles ſunt, & iuxta Apoſtolum: Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. & tamen videmus huiuſmodi temporaliter proſperari, & carnalem pacem habere, de quibus cantamus: Zelaui ſuper iniquos, pacem Pſalm. 72.
peccatorum videns. Et reſpondendum quod dupliciter dicitur aliquis Deo reſiſtere. Primo, ei diſſentiendo, ſicque iniqui, quorum affectiones & operationes ſapientiæ ac iuſtitiæ Dei difformes ſunt atque contrariæ, Deo rebelles ſeu reſiſtentes dicuntur. Secundo diuinæ voluntati ſeu Deo volenti renitendo, ita quod eam ab effectu impediat. Sicque nulla creatura poteſt Deo reſiſtere. Diuina enim voluntas, vt in Deo accipitur pro ipſa eius volitione vt aliquid fiat, nullatenus impeditur, ſed ſemper infallibiliterque impletur, quemadmodum in Eſaia Deus teſtatur: Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Hinc ſcriptum eſt alibi: Non eſt qui poſsit tuæ reſiſtere voluntati. Et in Hieremia: Quis ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? Eſai. 46.
dicit dominus, & quis eſt ille paſtor qui reſiſtat vultui meo? Deus nempe in infinitum fortior Heſt. 13.
eſt cunctis creatis. Ideo eius voluntati hoc modo acceptæ, nullus valet reſiſtere, ſed conantem Hiere. 49.
reſiſtere Deus mox impedit & ſuperat, ſicque turbatur deſiderio ſuo fruſtratus, qui reſiſtere nitebatur, vt patuit in Herode volente Chriſtum occidere. Ideo talis pacem non habet. Hinc Matth. 2.
Salomon loquitur: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. Prou. 21.
Qui vero ſecundum primum modum Deo reſiſtentes dicuntur, vera, interna, ſpiritalique pace priuantur, cum pax talis ſit tranquillitas ordinis, & quies mentis in Deo. Ideo in Eſaia fertur: Non eſt pax impijs, dicit dominus. Inſuper contingit hominem acquirere pacem, impotentiori Eſai. 57.
vel æquipotenti reſiſtendo, ſed à potentiori non ſolet quis pacem obtinere reſiſtendo, ſed ei cedendo, ſeque illi humiliter ſubijciendo. Vnde cum Deo omnipotente ac ſuperſapiente non valet quis pacem habere, niſi ſe ei ſubijciat. Deinde potentiam Dei per eius effectus declarat. [Qui tranſtulit montes] id eſt, deiecit, deſtruxit, vel ad alia loca tranſpoſuit, [& neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo] id eſt, tam repente id fecit, quod præuidere non potuit ab his, qui circa vel ſupra montes morabantur, atque per montium tranſlationem extincti ſunt in rigore diuinæ iuſtitiæ, quæ per montium tranſlationem eorum peccata ſic vlta eſt. præterea, iuxta Thomam, montium tranſlatio dupliciter fit, ſcilicet, miraculoſe ad fidei confirmationem, Math. 17.
prout ait ſaluator in Euangelio: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. dicetis monti: Tolle & iacta te in mare, & obediet vobis. Secundo fit naturaliter. Omne enim quod naturaliter generatur, tempore determinato corrumpitur. Cum ergo generatio montium ſit naturalis, quandoque naturaliter deſtruuntur, quorum deſtructio fertur tranſlatio, quia cum quadem translatione partium ipſorum fit montium, & de hac naturali tranſlatione videtur Thomæ. S. Iob loqui. potius tamen reor, quod de miraculoſa translatione loquatur, quia in illa euidentius diuina poteſtas oſtenditur, & quoniam addit, quos ſubuertit in furore ſuo. Miraculoſa nanque translatio montium, ad peccatorum vindictam magis ordinatur & fit, quam naturalis. Naturalis quoque translatio montium, non videtur tam ſubitanea, vt nulla præcedant indicia, quibus homines * admoueantur ad ſugam. Generatio quippe & corruptio fiunt cum diſpoſitioni- for. * admoneãtur
bus præuijs. [Qui commouet terram de loco ſuo] quia in terræ motu tam naturali qui miraculoſo, terra ſecundum aliquas ſui partes de loco ſuo mouetur, iuxta id Pſalmi: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Terra autem ſecundum ſe totam, de loco ſuo nunquam mouetur, ſed Eccl. 16. * concutiuntur.
manet immobilis, vel tanquã centrum mundi, quemadmodum ab Eccleſiaſte inducitur: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra vero in æternum ſtat. [& columnæ eius * concutien- Eccle 1.
tur,] quod accipi poteſt de montibus, qui ſunt velut columnæ ſuper terram fundatæ, vel de in- Pſalm. 103
ferioribus terræ partibus, quibus ſuperiores videntur inniti, ſicut columnis ſtructura innititur. His conſonat illud Eccl: Ecce cælum & cæli cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & omnia quæ in eis ſunt, in conſpectu Dei commouebuntur, montes ſimul & colles & fundamenta terrę, & cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Naturalis autem terræ motus, cauſatur ex vaporibus terræ incluſis, egreſſum petentibus. Deus vero interdum ſpeciali ex cauſa ſupernaturaliter mouet terram, ſicut in Chriſti paſſione ac reſurrectione. [Qui præcipit ſoli, & non oritur]

per circulum ſuum non mouetur, quemadmodum tempore Ioſue factum eſt, quando ſol ſtetit
in medio cœli, ſpatio vnius diei. Luoa quoq; tunc tanto tempore ſtetit immota. Ita exponit Al-
Ioſu.10. bertus. Thomas exponit ſic: Non oritur, id eſt, claritas ſolis hominibus nonapparet, interpoſito
aëre oebuloſo, [& ſtellas claudit] id eſt, viſui homioum occultat, [quaſi ſub ſignaculo] aliquam
rem regente. Sic enim per interpoſitionem oubium ſtellæ claudũtur, cui concordat illud in Pſal.
Pſal.146. Qui operit cœlum nubibus. Eſt quoque conſuetudo, præſertim in libris propheticis, vt lumina-
ria cœli obſcurari, & non oriri ſeu operiri dicaotur, non propter mutationem in eis effectam,
ſed dum homines in aliquam præcipuam labuntur triſtitiam, ita quod hominibus ad conſola-
Eſai 13. tionem non lucent. Sic quippe io Eſaia ſcribitur: Stellæ cœli & ſplendor earum non expandent
lumeo ſuum, obſcuratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo, qnod totum
Iohel.2. ilico dicitur propter Babylonis deſtructiooem, de qua ibi ad literam ſermo eſt. Simili modo
ſcriptum eſt in Iohele: Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum, quod
Ezec. 32. dicitur ibi propter vaſtitatem Hieruſalem à Chaldæis. In Ezechiele quoque dominus loqui-
tur regi Aegypti: Operiam, cum extinctus fueris, cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas eius, ſolem
nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te.
Exo.10. Denique in Exodo ſcriptum eſt, qualiter tribus diebus fuerunt tenebrę horribiles atque palpa-
biles in terra Aegypti, itaque tunc ſol non oriebatur Aegyptijs. In Actis quoque fertur, quem-
admodum nec ſol nec ſidera apparuerunt multis diebus his, qui cum Paulo erant in naui. Poſtre-
Act. 27. mo, Deus omni creaturæ etiam inanimatæ & irrationali pręcipere dicitur, & illa obedit: quia
potentia quædam obedientialis ei innata aſſeritur, qua creatori obedit. Hinc Chriſtus mari &
Marc. 4. ventis præcepit, loquens ad mare: Tace & obmuteſce, vt legitur in Marco. [Qui extendit cælos
ſolus] id eſt, ſine cuiuſquam adiutorio ſeu cooperatione dedit cæleſtibus orbibus magnitudi-
nem, certamq́ue quantitatis menſuram ſeu ſphæricam quam habeot figuram, ſecundum Sapien-
Pſal.103. tiæ ſuæ inſcrutabile, profundiſsimumq́ue decretum. Vnde ait pſalmiſta: Extendens cœlos ſicut
Eſa. 40. pellem. Et Eſaias ſcribit: Qui extendit velut nigilum cœlos, & expandit illos ſicut tabernacu-
lum ad iohabitandum. Ex quibus quorundam philoſophorum ac hæreticorum, dicentium om-
nia corporalia ab aliqua meote creata eſſe producta, non immediate à Deo, error confunditur.
Nam & Arriani dixerunt Chriſtum puram eſſe creaturam, & nihilominus vniuerſa creaſſe, cuius
oppoſitum hoc loco & infra clariſsime educetur. [& graditur ſuper fluctus maris] id eſt, inſtar
gradientis atque calcantis ſubijcit eos ſuæ ſapientiæ diſpoſitiooi, ſuæq́ue voluntatis imperio, ne
terminos ſibi præfixos egrediantur: quemadmodum enim ambulans ſuper aliquid, pedibus il-
lud ſuis ſubſternit, ſic Deus ſua virtute fluctus maris ad libitum ſuum reprimit, mitigat & com-
peſcit, dicente Pſal. Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Simi-
Pſal 88. li modo ſcriptum eſt io Mich. Dominus calcabit ſuper excelſa terræ. [Qui facit arcturum & ori-
Mich,1. ona & hyadas] Per arcturum, Albertus intelligit polum arcticum ad priocipium frigoris. Tho-
mas vero ait, quod arcturus ſit quædam conſtellatio in cœlo, quæ dicitur vrſa maior, & habet
ſeptem ſtellas claras, quæ nobis nunquam occidunt, ſed ſemper circũeunt polum ſeptentriona-
Amos.5. lem ſeu arcticum. Idem aſſerit Gloſſa ſuper illud Amos: Facientem arcturum & orionem. In
Mammotractu quoque Bibliæ fertur: Arcturus eſt ſignum ſeptem ſtellis in axe lucens, & ſem-
per verſatur, nunquamq́ue mergitur, quod ſeculares currum appellant. Itaque horum aggre-
gatio ſiderum, vocatur arcturus. Orion vero ſeu oriona, dicitur conſtellatio quædam nota ac
euidens ob magnitudinem ſuam & claritatem, partim exiſtens in tauro, & partim in geminis.
Quidam vero affirmant, quod ſit ſignum ante tauri veſtigia fulgens. Porro Hieronymus ſu-
Hieron. Gregor. per Amos dicit, quod orion hyeme oritur, ſuoq́ue ortu tempeſtates ſignat & excitat, cui con-
cordans Gregor. Oriones, inquit, in ipſo pondere temporis hyemalis oriuntur, & ortu ſuo
tempeſtates excitant, maria terraſq́ue perturbant. Vnde (ſecundum quoſdam) orion dicitur
quaſi vrion, ab vrioa, id eſt, ac inundatione aquarum. Ex quibus patet, cur in libro Meteororum
dicat Philoſophus, quod orion ſit indiſcretus atque difficilis. Poſtremo, Albertus ſcribit hoc
loco. Orion conſtellatio eſt verſus meridiem, lucens ſub ſagittario, & ſole exiſtente in ſagitta-
rio ortu coſmico ſiue mundano, eſtq́ue principium hyemalis tempeſtatis, dum frigidum mouet
ad elementorum commixtionem, vt inſpiſſentur elementa ad generationem. Verba hæc intri-
cata, & à predictis partim diſcrepantia mihi videntur. Præterea, ſecundum Thomam, hyades
ſtellæ quædam ſunt, in pectore tauri conſiſtentes, ſuntq́ue multum notabiles viſu. Huic dicto
ſaltem partim coocordat, quod alij dicunt, hanc eſſe conſtellationem io fronte tauri, vernali
Gregorius tempore orientem. Gregorius quoque teſtatur: Iuueneſcente vere, hyades ad cæli faciem pro-
deunt, atque illius ſigoi inhærent initijs, qnod ſapientes ſeculi taurum appellant. Græco autem
nomioe hyados pluuia dicitur, & hyades à pluuijs nomen acceperunt, quoniam ortæ, proculdu-
bio imbres ferũt. Hinc ait Albertus: Hyades dicũtur à Græco hydor quod eſt aqua, & ſunt ſtellæ
quæ dicuntur caput tauri, oriunturq́ue ortu coſmico in Maio, qui etiam Maius, quaſi madidus,
dicitur,

dicitur & mouent humidum generationis ad natiuitatem & germen. [& interiora auſtri,] id eſt,
abſcondita & ſecreta, quæ ſunt circa partem cæli auſtralem ſeu meridionalem, videlicet ſtellas
quæ ibi ſunt circa polum antarcticum, qui ſimul cum aſtris ſibi propinquis manet nobis
(in parte ſeptentrionali locatis) ſemper inuiſibilis & occultus, interior & depreſſus. Circa quod
ſcribit Thomas: Illis qui ſub æquinoctiali habitant, ſi tamen aliqui ibi habitant, vterque polus
conſpicuus eſt, cum horizõ eorũ ad rectos angulos æquinoctialem ſecet, ſicque oportet vt tran-
ſeat per vtrunque polum æquinoctialem. Recedentibus autem ab æquinoctiali, & accedẽtibus
verſus polum ſeptentrionalem, eleuatur ſuper horizontem polus ſeptentrionalis, & deprimitur
polus auſtralis, ſecundum menſuram elongationis ab æquinoctiali. Hinc nobis non poteſt eſſe
conſpicuus, nec ſtellæ ei vicinæ. Albertus quoque hic ait: Interiora auſtri dicuntur, quia ſub axe
ſpheræ in polo antarctico nobis in quarta aquilonaris terræ habitantibus deprimuntur. Vnde
Lucanus: Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum Occultum Styx atra tegit. & ſtellæ ibi poſi- Iob. 37.
tæ, principium ſunt caloris, propter quod infra habetur: Nonne veſtimenta tua calida ſunt, cum
perflata fuerint auſtro? [Qui facit magna & * inſcrutabilia & mirabilia, quorum non eſt nume- * incompræhenſibilia.
rus.] Hoc ipſum ſupra loquutus eſt Eliphaz, quod ibidem diffuſe expoſitum eſt, idcirco per-
tranſeundum. [Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abierit, non intelligam.] Hoc aliqui ſic Iob. 5.
exponunt: Si venerit ad me per ſuam gratiam, ſeu gratiæ infuſionem, non videbo eum, hunc ad-
uentum percipiendo: ſi abierit, gratiam ſubtrahendo, non intelligam huiuſmodi ſubtractio-
nem, quoniam neſcit homo an amore vel odio dignus ſit, vt in Eccleſiaſtico habetur. Sed circa Eccle. 9.
hanc expoſitionem, cui ſecundum vnam interpretationem concordat quod ait Saluator: Spiri- Ioan. 3.
tus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis: & neſcis vnde veniat, aut quo vadat, dubitationes occur-
runt. Frequenter etenim homo ſcit ſe peccare mortaliter, & tunc vtique certus eſſe poteſt, quod
Deus ab ipſo recedat, & gratiam ſubtrahat. Rurſus: Dum adultus baptizatur recta intentione,
ſcit ſe gratiam adipiſci, & Deum per gratiæ infuſionem ad ſe venire. Denique aliqui ſic rapiun-
tur ad Deum, ſicque inflammantur in eo, & ad myſticam theologiam ſic eleuantur, quod certiſ-
ſimi ſunt ſe diuinitus viſitari, ſupernaturali dulcedine affici, in Deum ſynceriſsime abſorberi,
quemadmodum ſanctiſsimi viri ſibi ſæpius contigiſſe humiliter grataque mente ſuis in ſcriptu-
ris fatentur. Apoſtolus quoque affirmat: Non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum 1. Cor. 2.
qui ex Deo eſt, vt ſciamus que à Deo donata ſunt nobis. Itemque: Ipſe ſpiritus teſtimonium per-
hibet ſpiritui noſtro, quod filij Dei ſumus. Ad iſta atque ſimilia arbitror reſpondendum, quod
verba inducta, vno modo queunt ſecundum modum prætactum exponi, ita vt verbis conſonent
Salomonis. Sed tunc vniuerſaliter ita exponi non valent, ſicut nec verba Salomonis inducta.
Multis quippe infuſa eſt gratia cum certitudide abſoluta, vt ipſi Apoſtoli ſpiritum ſanctum ac
eius chariſmata, multique alij de quibus in Actibus Apoſtolorum narratur, cum clariſsima cer-
titudine ſuſceperunt. Sic & ipſi ac alij innumerabiles viri perfecti, in vita hac certi fuerunt ſe eſſe
in charitate & gratia, ſeu dignos amore. Vnde etiam ſine hæſitatione cupiebant diſſolui, & eſſe Phil. 1.
cum Chriſto. Et Paulus de ſe, ceteriſque ait Apoſtolus: Nos ipſi primitias ſpiritus habentes. Præ- Rom. 8.
terea, vitioſi publicis intenti ſceleribus, ſciunt dignos ſe odio. Itaque verba Iob ac Salomonis
intelligenda ſunt ſecundum communem legem, curſum atque proceſſum, ſecundum quem neſ-
cit homo certitudinaliter an dignus ſit amore. Veruntamen ex ſingulari munere pietatis diui-
næ, interdum ſimul cum viſitatione Dei & gratiæ infuſione, datur à Deo certitudo & gratioſa
Dei præſentia, ſeu pio eius aduentu, ſiue per exteriora quædam indicia, vel angelicam apparitio
nem, vel inſpirationem internam, ſeu reuelationem occultam. Itaque quod ait, Si venerit ad
me &c. non eſt ſic intelligendum, quaſi ſemper ſic ſit, ſed quia frequenter ſic accidit tam S. Iob,
quam ceteris viris perfectis. Aliquibus tamen imperfectis ſemper ſic poteſt accidere, atque plu-
rimis in tota ſua vita ita contingit. Hinc etiam Thomas iſtud particulariter exponit, dicendo:
Ad rectorem rerum humanarum pertinent tria. Primo, ſuis ſubiectis præcepta iuſtitiæ, ac alia
beneficia diſpenſare. Secundo, actus eorum examinare. Tertio, culpabiles pœnis ſubijcere,
In his tribus oſtendit Iob diuinæ ſapientiæ profunditatem. Primo, quod tam profundè atque
ſubtiliter ſubditis ſuis ſua beneficia prouidet, quod etiam recipientibus ea incomprehenſibile
eſt, & hoc eſt quod ait: Si venerit ad me, non videbo eum. Deus nanque ad hominem venire aſ-
ſeritur, cum ei beneficia ſua largitur: & recedere ab eo, cum beneficia aut protectionem ſubtra-
hit ei. Interdum autem contingit quod Deus tribulationes alioſue ſpirituales defectus electis
prouenire permittit ad procurandum eorum ſalutem, ſicque venit ad eos, & tamẽ ipſi eum non
vidẽt, quoniã beneficium nõ percipiunt, nec attendũt. Quibuſdam vero quædã beneficia mani-
feſta nõ ſubtrahit, quę tamẽ in eorũ perniciẽ vergũt, ſicq; recedit ab eis, ita quod eũ nõ intelligũt
abeũtẽ. Iſta expoſitio Thomæ, fundatur in verbis Greg. hic ſcribẽtis: Homo ſæpe irã putat, quod Gregorius
gratiæ donũ eſt: & ſæpe quod diuinæ diſtrictionis ira eſt, gratiã æſtimat. Et conſequẽter Grego-
riorũ declarationẽ proſequtur clarius multò, quã Thomas. Albertus inſuper ita exponit: Si venerit
ad me,

ad me,in aliquo effectu gratiæ vel naturæ apparens,non videbo eum, ſupple perfectè, quoniam
Deus effectum infinite excedit.Si abierit,effectum ſubducendo,non intelligam vbi ſit. Deinde
oſtenditur profunditas ſapientiæ Dei examinatione actuum humanorum. [Si repente interro-
get] i.vitam hominis diſcutiendo,rationem totius conuerſationis ſuæ ab eo requirat. [quis re-
ſpondebit ei?] i. nullus poterit ſufficienter reſpondere de ſeipſo præſumens, aut ſuæ æquitati
innitens,præſertim ſi ſecundum ſolum rigorem iuſtitiæ iudicetur,ſignãterq; addit,repẽte: quia
ſi reſpondendi ſpatium detur, poteſt homo pœnitendo peccata delere. Veruntamen quidam
in hac vita ſunt viri heroici ſeu perfecti,qui etiam dum moriuntur,mox euolant, qui & ſi repẽte
ad Dei Iudicium deducantur,reſpondere idonei ſunt,quia & pro venialibus ſatisfecerunt. Pro-
pter quod in Sapiẽtię libro habetur: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit,in refrigerio erit. Vnde
Sap.4. quod ait,Quis reſpondebit ei,intelligi poteſt eſſe dictum ad inſinuandum quam pauci ſint tales.
Vel generaliter intelligendum eſt iuxta ſenſum prætactum,quia & iuſti miſericorditer iudican-
tur ac coronantur.[Aut quis dicere ei poteſt?] Rationabiliter & impune. [Cur ita facis?] opera
Dei dijudicãdo aut reprobando vel præſumptuoſe ſcrutando? Nullus omnino, cum Deus ſit iu-
dex altiſſimus,à quo appellare,nec licet,neque poſſibile eſt, fons virtutum,menſura veritatis,&
Roma,9. regula æquitatis.Ideo dicit Apoſtolus: O homo,tu quis es reſpondeas Deo? Scriptumq́ue eſt in
Eſai.45. Eſaia: Væ qui contradicit factori ſuo.Nunquid dicit lutum figulo ſuo,quid facis? [Deus cuius
Exo.32. iræ reſiſtere nemo poteſt.] Si iræ Dei nemo reſiſtere poteſt, quomodo in Exodo dominus lo-
Ibidem. quitur Moſi: Dimitte me vt iraſcatur furor meus cõtra eos? Et poſtea legitur Deus precibus Mo-
Ezec.22. ſis eſſe placatus.In Ezec, quoque dominus proteſtatur: Quæſiui virum qui interponeret ſepem,
Num.22. & ſtaret oppoſitus contra me pro terra,ne diſſiparem eam. Denique in Nume.dominus loquitur
Pſal.105. Moſi: Phinees filius Eleazari auertit iram meam à filijs Iſrael,vt non ipſe delerem filios Iſrael in
zelo meo,cui conſonat illud in pſal. Et ſtetit Phinees,& placauit,& ceſſauit quaſſatio. Multaq́ue
talia poſſent commemorari. Et reſpondendum, quod ira Dei deſignat vel diuinæ æquitatis ri-
Rom.6. gorem.videlicet ipſam Dei rigoroſam iuſtitiã, quam Paulus apoſtolus ſeueritatem abſque tre-
pidatione appellat,vel Dei vindictam.Ira igitur Dei primo modo accepta, inflexibilis eſt, cum
1. Reg. 15. ſit ipſemet iuſtus & inuariabilis Deus,de quo primo Reg. fertur: Porro triumphator in Iſrael
Nume.23. non parcet, & pœnitudine non flectetur. Et in Numer.lib. Non eſt Deus quaſi homo vt mentia-
tur,nec vt filius hominis vt mutetur. Sic igitur iræ Dei in ſeipſa & ſecundum ſe, nullus valet re-
Pſal.138. ſiſtere, quin quicquid decreuit & vult, faciat. eſt enim omnipotens. Propter quod ait pſal.
Quo ibo à ſpiritu tuo? &c. Vel certe ira Dei deſignat diuinæ iuſtitiæ diſtrictam vltionem, cui
etiam nemo valet reſiſtere propria poteſtate & niſi quantum Deus voluerit atq; præſtiterit au-
xilio aut gratiæ Dei poſſumus Deum placare, eiuſq́ue iram extinguere, peccata diluere, & om-
nem iuſtam vindictam per eius clementiam & pœnitẽtiam noſtram euadere. Ex quo innoteſcit
concordantia & intelligentia omnium authoritatum iſtarũ,& verbi B. Iob nunc introducti. Po-
Seneca. ſtremo, cum iuxta Senecã ira viri moralis ac probi ſit maxime ponderanda ac deuitanda, quæ ta-
men aliquando irrationabilis eſſe poteſt atque iniuſta: quanto magis ira ſuperuirtuoſiſſimi om-
nipotentis Dei, quæ nec iniuſta nec irrationabilis eſſe valet, eſt mutuenda, vitanda, placanda? I-
Pſal. 6.37. deo orat vir ſanctus: Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. [ſub quo
curuantur] i. ſub cuius maieſtate humiliantur, [qui portant orbem] i. angelicæ poteſtates, per
Dionyſius quas eccleſiaſtica hierarchia nunc gubernatur, ſecundum Dionyſium, totaq́ue corporalis crea-
Auguſti- tura adminiſtratur, ſecundum Auguſtinum tertio de Trinitate, quæ ſapientia prouidentiali, &
nus. virtute deiformi, atque regiminis ſui cura orbem portant, ſuſtentant, & ſuo in curſu ſeu profe-
ctu conſeruant hunc mundum & homines. De horum ſpirituum incuruatione ſcriptum eſt in A-
pocal. Omnes angeli ſtabant in circuitu in conſpectu throni, & ceciderunt in facies ſuas, &
Apo. 7. adorauerunt Deum. In cæleſti etenim curia pleniſſime adimpletur, quod ait ſcriptura. Quanto
Eccl.3. maior es, humilia te in omnibus. Quo nanque ſuperni ciues ac ſpiritus altioris ſunt ordinis, eo
reuerentialius atque profundius ſe Deo ſubijciunt, proſternũt, parent, humiliãt, preſertim quia
quo altioris ſunt chori, eo diuinæ maieſtatis incircumſcriptibilem dignitatem ac lucem clarius
intuentur, hincq́ue profundius ſe ei inclinãt. Denique, orbem portantes, intelligi poſſunt prin-
cipes & prælati, in ſeculo iſto alijs præſidentes, quorum eſt alios paternaliter ferre, imbecillita-
tes eorum portare, & ipſos in omnibus prouidentialiter ſuſtentare, propter quod tales vocan-
Pſal. 71. tur aliorum columnæ, qui curuantur ſub Deo, quemadmodum ſcriptum eſt: Adorabunt eum
omnes reges. Hinc princeps Græco nomine Baſileos appellatur, i. à baſis, quod eſt fundamen-
tum, & laos, quod interpretatum eſt populus, quaſi baſis populi ſibi ſubiecti. Poteſt & ita ex-
poni: Sub quo curuantur, i. deiecti & à propria altitudine fracti humiliantur, qui portãt orbem,
Ezec. 4. i. ſuperiores, ſuperbe ſe erigentes, qui alios in ſua habent poteſtate ac manu, & ferunt eos quo
Sap.6. volunt, qui primo deficient, iuxta id Sapientis: Iuditium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Et:
Potentes potenter tormenta patientur. In Eccleſiaſtico quoque Sapientia ait: Superborum &
ſublimium

ſublimium colla propria virtute calcaui. [Quantus ergo ſum ego vt reſpondeam ei?]id eſt, cum
tales ac tanti ſe Deo ſic ſubdant, &ab ejus excellentia tam immenſe deficiant, ego nequaquam
ſufficio ei in diſtricto examine reſpondere, nec ad omnia rationem proferre ſecundum rigorem
iuſtitiæ. Sic enim vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ eſſent multipliciter, immo & ineffabiliter defectuoſæ,
vt pannus vtique menſtruatæ. [& loquar verbis meis]id eſt, ex proprio ſenſu formatis, [cum eo]
quaſi æquo & contentioſe, ſeu eius iudicia nimis audacter ſcrutando. Veruntamen affectuoſis
precibus, deuotiſque laudibus, poſſumus & debemus iugiter alloqui Deum, & in hoc diſtribu-
ta eſt nobis à Deo dignitas præamanda, quod indeſinenter licitum nobis eſt cum Deo adoran-
do habere colloquium, in quo & diuinæ maieſtatis infinita monſtratur dignatio. [Qui etiam ſi
habuero quippiam iuſtum] id eſt, quamuis fuero iuſtus, [non reſpondebo] id eſt, ad reſpon-
dendum ſecundum rigorem iuſtitiæ me exhibere non audeo Deo, ſed miſericordiam peto,
quia & mea iuſtitia comparatione iuſtitiæ Dei, nullius momenti poteſt cenſeri. Hinc dicit
Gregorius: Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe conuincitur, ſi diſtricte iudicetur. Ideo ſub- Gregorius
ditur: [ſed meum iudicem deprecabor]dicens: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. Pſal. 142.
Et: Ab occultis meis munda me, quia in tua clementia potius quam in mea ſpero iuſtitia, iuxta Pſal. 18.
id Danielis: Neque in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in mi- Dan. 9.
ſerationibus tuis multis. [Et cum inuocantem me exaudierit, nõ credo quod exaudierit vocem
meam] Loquitur ſanctus Iob in perſona ſuijpſius, aliorumque iuſtorum grauiter afflictorum,
qui frequenter tempore ſuæ anguſtiæ preces fundunt ad Deum, vt releuentur ſeu alia conſe-
quantur, quæ quandoq; eorum ſaluti vel non proficiunt, vel minus proficiunt. Vnde in talibus
Deus tanquam pijſsimus pater ac ſapientiſsimus medicus audit eos aliquando ad profectum,
non autem ad votum. Id equidem dat, quod ſcit eis finaliter magis prodeſſe, quamuis ipſi ita non
putent. Sicque ſalubrius ac paternalius audit eos quam ipſi deſiderant, nec tamen exanditos
ſe credunt, qui votum ſuum non conſequuntur. Iterum ſæpe contingit hoc virtuoſis, vt poſt al-
tam cæleſtium contemplationem, feruentem in Deo affectionem, præcipuam ſanctæ deuotio-
nis alacritatem, ſubito tentationibus agitentur, vanis & friuolis cogitationibus impleantur, vi-
tioſis paſsionum motibus impugnentur intantum, vt ipſi vehementer mirentur, quomodo poſt
tantam in Deo ſerenitatẽ tantis repente caliginibus inuoluantur. Hinc ergo eorum mens ex ipſa
ſua alternatione & mutabilitate fit trepida, atque per hæc quę nolens patitur, repulſam ſe ſuſpi-
catur, ſuaſque preces abiectas quibus in pręhabita ſerenitate ſtabiliri, immo & perfici exorauit.
Inſuper Deus ſeruos ſuos frequenter ignorantibus eis exaudiuit, & gratiam concupitam inſen-
ſibiliter ipſis infundit, multotieſque largitur, quod vix credebant ſe ſortituros, quoniam ipſe
ſuper glorioſus Deus, infinite ac naturaliter bonus, abundãtia pietatis ſuę merita ſuppliciũ excedit
& vota. Nihilominus Deus frequẽter ita ſuos exandit, ꝙ nõ ſolũ credũt & ſciunt, immo & magni
fice experiuntur, ſe exauditos, dicentes, gratias referendo cum Pſalmiſta: Benedictus domi-
nus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. Et iterum: Benedictus dominns qui non
amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me. Deinde aperit cauſam, cur dixit, non Pſal. 27.
credo quod exaudierit vocem meam. [In turbine enim]id eſt, aduerſitatum inquietudine an- Pſal. 65.
guſtiarumque tenebris, [conteret me]id eſt, dire affliget, & quaſi conſumet, cum tamen oraue-
rim releuari. [& multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa]id eſt, ſine culpa mea, vel ſine cauſa
mihi nota, non tamen penitus abſque cauſa. Hoc ait beatus Iob, quia ſemel ſibi ſic accidit & ig-
norauit, an adhuc ſibi tale quid eſſet futurum. magiſque dixit hoc, quia ſic fieri potuit, ſine de-
rogatione diuinæ iuſtitiæ, quam quia ita euenit. Nec enim legitur Iob poſt hanc plagam du-
rius aut iterato percuſſus. [Non concedit quieſcere ſpiritum meum]hoc ait, quia hæc ſua dolo-
roſa percuſſio cito ſanata non eſt, ſed diu durauit, ita quod anima eius à doloribus multis die-
bus non quieuit. [& implet me amaritudinibus] id eſt, pœnis animæ & corporis, dum & cauſam
percuſsionis meæ ignoro, & de releuamine ſpem certam non habeo, immo & de grauioribus pia
gis formido. Hæc eadem dixit Iob ſupra, quæ ibi ſunt plenius explanata. [Si fortitudo quæ- Iob 6.
ritur, robuſtiſsimus eſt. [immo in infinitum vniuerſis & ſingulis fortior, tanquam omnipotens,
cuius incircumſcripta eſſentia eſt ſua illuminata potentia, idcirco iudici Deo contradicere non
præſumo, nec me ei opponere audeo. [Si æquitas]indicij in iudice quæritur, [nemo pro me
audet teſtimonium dicere] id eſt, tunc Deus tam iuſtus mox inuenitur, quod ipſo me accuſan-
te, nullus audet me excuſare, cum certum ſit, DEVM omnibus eſſe veriorem ac iuſtiorem, qui
etiam ſolus cordium nouit ſecreta, nec alij ea agnoſcunt, niſi in quantum ipſe eis reuelat. Ve-
runtamen angeli ſancti pro animabus virtuoſis ſeu bonis hominibus teſtimonium perhibent
coram Deo, tam in vita eorum quam in iudicio: ſed hoc contra dæmones accuſantes ſeu aduer-
ſantes, non contra Deum dijudicantem. [Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit
me.] Nonne ſicut & ante prætactum eſt, ſanctum IOB in omni hac diſputatione contra ſuos a-
micos iuſtum ſe eſſe affirmat, defendit ac probat? vnde & infra habetur: Omiſerunt autem

viri iſti reſpondere Iob, eo quod ſibi iuſtus videretur, quomodo ergo nunc ait: Si iuſtificare,
&cæt. Et reſpondendum quod verbum iſtud tripliciter poteſt exponi. Primo ſi iuſtificare
me voluero, id eſt, inſtum affirmare, DEO iudicante oppoſitum. Ita exponit Albertus &
Thomas. Secundo, ſi iuſtificare me voluero, id eſt, ab omni peccato prorſus immunem me
dixero. Tertio, ſi iuſtificare me voluero coram Deo, ſeu comparatione ipſius, os meum con-
demnabit me, id eſt, verba oris mei iniqua me condemnabilem facient tanquam menda-
Sap. 1. cem. Os enim quod mentitur, occidit animam, vt dicit Sapiens. Et alibi ſcriptum eſt: Ex
Matt. 12. verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Quod autem IOB non fuit à ve-
nialibus prorſus immunis, ſæpe iam patuit, cum de talibus præſertim Iacobus proteſtetur: In
Iac. 5. multis offendimus omnes. Et Ioannes: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſip-
1. Ioan. 1. ſos ſeducimus. [Si innocentem oſtendero] id eſt, ſi probauero, quod nulli nocuerim vel ma-
lo exemplo, vel damni elatione,] prauum me comprobabit] id eſt, præſumptuoſum & menti-
entem, quod intelligi poteſt tripliciter, prout in expoſitione præcedentis particulæ claruit.
it. [Etiamſi ſimplex fuero [ſimplicitate virtutis, & excluſione duplicitatis ac doloſitatis,
Iob 1. ſicut diffuſe elucidatum eſt in pertractatione primi capituli, [hoc ipſum ignorabit anima
mea.]

Hic rurſus dubitatio oritur, quomodo verum ſit hoc, cum iam ſupra tam frequenter conſtan
Eccl. 9. terq́, dixerit ſe ſine ſua culpa percuſſum. Et reſpondendum, quod ob varias cauſas, præſertim ob
inſtabilitatem & varietatem motuum affectuumq́ue animæ, neſcit homo an amore an odio di-
gnus ſit, iuxta ſenſum prehabitum, niſi in quantum Deo reuelante certitudinaliter nouerit amo-
re ſe dignum. Talis autem reuelatio ceu certificatio non ſemper actualiter adeſt viris ſanctis. Id-
circo pro tempore quo talis aſſecuratio eis non datur, abſolutam certitudinem non habent de
hoc, quod ſint digni amore, quamuis hoc coniecturaliter ac probabiliter ſciant, & ita nunc loqui-
tur Iob: [& tædebit me vitæ meæ] partim ex hac ignorantia, quia inter cauſas, quibus fit iuſtis
vita hæc tædioſa, ita quod ad aliam aſpirant, vna hæc eſt, quod quamuis virtutibus ſtudeant, atq;
Iob 3. quotidie contra vitia laborioſe compugnent, nihilominus manent incerti an amore Dei ſint di-
gni, niſi (vt dictum eſt) deſuper certificentur. Vnde vita hæc anxietatibus plena eſt. Quomodo au-
tem liceat tædium habere de vita hac, in expoſitione capituli 3. patuit. [Vnum] præcipue quoddã
[eſt quod locutus ſum] ſupra diſputando contra Eliphaz, & quid ſit illud, ſubiungitur: [& in-
Sap. 16. nocentem & impium ipſe conſumit] quod tripliciter accipi poteſt. Primo, quia tam iuſti quam
Deu. 32. impij communiter mortem patiuntur, quæ à Deo eſt, habente imperium ſeu poteſtatem vitæ
& mortis, prout in Sapientia ſcribitur, qui in Deuteronomio teſtatur: Ego occidam, & ego viue-
re faciam. Mors autem eſt, viuentis quædam conſumptio. Secundo, quia tam iuſtos quam pra-
uos Deus in vita hac aduerſitatibus, pœnis, & tribulationibus attenuat & fatigat, ita vt & corpo-
re per maciem conſumantur, ſicut ſancto Iob contigit. Tertio, quoniam Deus immenſitate ſuæ
iuſtitiæ non vitioſos duntaxat, ſed & virtuoſos ſuperat infinite, ita vt comparatione Dei etiam
innocentes inueniantur defectuoſi, nec diuinæ æquitatis poſsint ferre rigorem, niſi miſceatur
Exod. 34. effectus clementiæ, prout clarius dictum eſt. Vnde in Exodo Moſes loquitur Deo: Nullus
per ſe apud te innocens eſt. Ex quibus Iob reprobat opinionem amicorum ſuorum pro ſola
culpa pœnam à DEO infligi dicentium, cuius oppoſitum aſſerit ſe dixiſſe, & adhuc firmiter ſu-
Pſal. 43. ſtinere. [Si flagellat] id eſt, quia Deus per quotidianas tribulationes iuſtos inceſſanter in hac
vita exercet, ita vt fateantur, quoniam propter te mortificamur tota die. [occidat ſemel] id eſt,
iuſtis breuem imponat aduerſitatis finem, & non tam diuturna eos morte afficiat. Hoc enim (vt
Iob 1. ſuperius expoſitum eſt) iuſti aliquando licite orant deſiderio futuræ quietis, & ex timore, ne
pondere aduerſitatis ad impatientiam ruant, aut aliquo modo Deum offendant. Neceſſe eſt
autem ad intelligendum verba beati Iob, conſiderare proprietatem hominis in maximis con-
ſtituti doloribus, qui cordis ſui pandit affectum, tamen ſub regula rationis, & ſub conditione
implicita, dummodo ſcilicet Deo ſic placeat, quoniam afflictus, quantum in ſe eſt, ita cupit. [&
non de pœnis innocentum rideat,] id eſt, per modum ridentis ſe habeat, permittendo eos diu
ſine eorum culpa affligi, ac ſi Deus in ipſa eorum afflictione ſecundum ſe complacentiam quan-
dam haberet, quod tamen benigniſsimo Deo non competit, ſed tyrannis ſæuiſsimis. Deo quip-
pe innocentum pœnæ placent, non ſecundum ſe, ſed propter fructum ex eis ſequentem, & finẽ à
ſuperſapiente Deo intentum, qui diligentibus ſe electis omnia facit cooperari in bonum. Verun
Iob 3. tamen quamuis Deus de innocentũ pœnis nõ rideat, nihilominus orat Iob, vt nec per modum ri-
Num. 11. dẽtis ſe habeat, i. vt eis finẽ cito imponat, quod intelligendũ eſt iuxta expoſitionẽ cap. 3. Interdũ
nempe hoc licite poſtulatur, ſicut & Moſes dixit: Obſecro vt interficias me, ne tantis malis affici-
ar. Cur autem hoc dixerit, ſubdit: [Terra data eſt in manus impij] id eſt, homines habitantes in
terra, traduntur diabolo ad tentandum, & impij eius donationi ſubduntur, quẽamodum ad Ti-
mot. ſcribit Apoſtolus: Reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatẽ.

Vnde diabolum Chriſtus principem mundi appellat. Apoſtolus quoque ſpiritus malignos vo- a. Tim. 2.
cat mundi rectores, id eſt, hominum mundanorum, qui diabolicas ſuggeſtiones ſequuntur, & Ioan. 12.14
non ſpiritu Dei, ſed ſpiritu infernali aguntur. Hinc in Apocalyp. ſcribitur: Væ terræ & mari, quia Ephe. 6.
deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam. Attamen non ſic data eſt terra in manus impij, Apoc. 12.
vt liceat diabolo pro libitu ſuo homines infeſtare, ſed tantundem quantum à Deo permittitur.
[vultum] id eſt intellectum, qui eſt vultus interiór hominis, [iudicium eius] id eſt, eorum qui iu
dicant habitantes in terra, [& operit] id eſt, impius iſte diabolus excæcat, ita quod iudicando in-
diſcrete & vitioſe ſe habent. Excæcat quippe eos tam per ſeipſum, ſuis videlicet tentamentis eos
veritate & æquitate multipliciter abducendo, phantaſiam perturbans, & varias deceptionis cau-
ſas miniſtrans. Inſuper eos excæcat per homines malos, quos inſtigat ad hoc, vt adulatione, com Sap. 6.
minatione, donis, dolis aut alijs modis iudicum mentes corrumpant. Talibus iudicibus dicitur
in Sapientia: Audite & diſcite iudices terræ, quoniam data eſt vobis à Deo poteſtas, qui interro
gabit opera veſtra & cogitationes veſtras ſcrutabitur: quoniam cũ eſſetis miniſtri regni illius, nõ
recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis:
horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt, fiet. Poſtre
mo, his verbis, ſanctus Iob ſuos notat amicos, quod cum iudices eſſent hominum ſibi ſubiecto-
rum, veritatem tamen à ſe prolatam atque probatam, dæmone cooperante, non ſuſceperunt, ſed
reprobauerunt, in ſuis erroribus pertinaces. [Quod ſi ille non eſt, quis ergo eſt?] hoc dupliciter
valet intelligi, ſecundum quod dictio hæc, ille, duplicem poteſt facere demonſtrationem ſeu re-
lationem. Si enim referatur ad impium, cuius manui data eſt terra, iſte eſt ſenſus: Si ille, puta dia-
bolus, non eſt cauſa prædictorum malorum in iudicibus terræ, quis ergo eſt cauſa illorum ma-
lorum quaſi dicat, nullus. Non quia homines, dæmone ſecluſo, errare non poſſent neque pecca-
rent, ſed quia ad tantam impietatem non deuenerint, vt aſſerit Origines. Si vero quod ait, ille re- Origines.
feratur ad Deum, de quo principalis ſermo præceſsit, qui & terram diabolo ſecundum ſenſum
inductum donauit, iſte eſt ſenſus: Si ille, ſcilicet Deus, non eſt gubernator vitæ humanæ & dator
terræ in manus iniquis, quis ergo eſt qui innocentem & impium ſic conſumit? quaſi dicat, Opor-
tet primam horum cauſam ad Deum reducere, ita quod dęmon iuſtum nequit affligere niſi Deo
ſinente. Sanctus Thomas, libri huius expoſitor inclytus & ſubtilis, quantum ad literalem perti-
net ſenſum, verba nũc introducta ad ſenſum alium, iſto (ni fallor) difficiliorem trahit & applicat,
eo quod dicat amicos Iob non poſuiſſe vitam poſt hanc vitam: quod quia non reor, ab expoſitio-
ne ipſius in multis declinare compellor, quanquã multa ſcholaſtica valde vtilia ſcribat ad proſe-
quendum ſuum intentũ, videlicet ad declarandũ ꝙ liber iſte ſic literaliter poſsit exponi, vt amici
Iob dicantur non poſuiſſe vitam poſt hanc vitam. Mihi tamen apparet, ꝙ verius certiuſq; elucida
ri queat ad literam, dato quod poſuerunt vitam futuram ſeu animam rationalẽ cõſiſtere immor-
talem. Porro Lyra in expoſitione lib. huius intantum ſequitur Thomam, vt expoſitio eius videa
tur quaſi quoddam excerptum ex Thoma. Conſequenter tangit cauſam quandam tædij huius vi
tæ, eiuſq; labilitatẽ, & ꝙ in ea nõ cõſiſtat felicitas. [Dies mei velociores fuerũt curſore]. celerius
præterierunt, quàm curſor poſsit percurrere. Dies nanq; ſ... interpellatione pertrãſeunt, curſor
aũt in curſu pedem figẽdo, quietis curſum ſeu motum intercipit, quoniam inter duos motus ſem
per mediat quies, vt probat philoſophus. [fugerunt] id eſt, continuo defecerũt, quia in tempore
ſicut in cæteris ſucceſsiuis, idem eſt eſſe & fieri. [& non viderunt] viſionem perfectam & fruiti-
uam, [bonum id eſt, id quod vere & per eſſentiam bonum eſt, ſcilicet Deum, cuius comparatio-
ne nil aliud bonum, quemadmodum veritas ait: Nemo bonus niſi Deus. Vel non viderunt bonũ Marc. 10.
fixum & ſtabille in hac vita, in quo fuerit mihi vera felicitas. Porro tempori aſcribitur, quod fit
in eo, vel accidit his qui in tempore ſunt. ſicque nũc ait: Non viderunt bonum, id eſt, ego in eis
exiſtendo bonum non vidi, de qua viſione loquitur Deus ad Moſen: Non videbit me homo, & Exod. 33.
viuet. Et alibi ſcriptum eſt: Deum nemo vidit vnquam. [Pertranſierunt quaſi naues poma portã Ioan. 1.
tes] id eſt, multum velociter, quoniam nauis poma deferens, cũ feſtinãtia ducitur, ne & poma læ
dantur ſiue putreſcant. & ſicut huiuſmodi nauis bono odore & fructibus plena eſt, ſic vtiq. dies Sap. 5.
Iob fructuoſi fuerunt, vt ſanctæ famæ odore reſperſi. Sic in Sap. inducitur: Tranſierunt omnia il
la tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non eſt veſtigiũ inue
nire, neq; ſemitam carinę illius in fluctibus. [Sicut aquila volans ad eſcam] Quę cito prouolat ad Ibidem.
cadauer dum fame vrgetur, cui conſonat illud Sapientis: Aut tanquam auis quæ tranſuolat in Matth. 24.
aere, nullum inuenitur argumentum itineris illius. Et Chriſtus teſtatur: Vbi fuerit corpus, con-
gregabũtur aquilæ. [cum dixero, nequaquam ita loquar,] i. cum ex aliquibus cauſis motus, pro-
poſuero non taliter loqui de mea calamitate, præſentiq; vitæ moleſtia, [commuto faciem meã] i.
nouam quandam diſpoſitionẽ vultus incurro, quia ex varijs animæ conſiderationib. affectonib.
atque propoſitis facies diuerſimode coloratur, diſponitur, ſeu mutatur, nunc [pallens], nunc ru-
bens, nuncque albeſcens, quod in afflictis, contriſtatis, & plura cogitantibus ſolet accidere.

[& dolore torqueor]id eſt, quia ex hoc quod dolor interior per verba & ſigna ant geſta non ex-
primitur, nec erumpit, plus aggrauatur, quoniã quaſi intra ſe clauſus violẽter tenetur: dum vero
præſatis modis foris oſtenditur, quaſi per quandam euaporationem minoratur. Nec immerito
torqueor. Nã[verebar omnia opera mea]id eſt, in omnib. timorate me habui, & actus meos cum
formidine feci, ne in eis te Deum offenderem vt pœnam incurrerem. [ſciens quod non parce-
res delinquenti] id eſt, peccanti peccato omiſsionis ſiue commiſsionis, quia culpam non relin-
quis inultam, nec ignoſcis peccanti niſi pœniteat. Pro omni autem peccato quædam pœna in-
fligitur, quia & ipſa pœnitentia eſt dolor de peccatis interior, & pro peccato fit ſatisfactio. Hinc
ſecundo Paralipomenon ſcriptum eſt: Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta fa-
2. Paral. 19 cite. Et alibi: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Et: Sapiens in omnibus metuit. quod de filia-
Pro. 28. li ac caſto timore potiſsime verum eſt. Chriſtus quoque in Euangelio comminatur: Niſi pœni-
Eccl. 18. tentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Et in Ioſuę libro habetur: Deus ſanctus & fortis, æmu-
Luc. 13. lator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris. [Si autẽ & ſic impius ſum]id eſt, tantæ impietatis, vt vos
Ioſu. 24. amici mei mihi imponitis, ita quod enormitate vitiorum meorum tantam plagam meruerim.
[quare fruſtra laboraui?]id eſt, infructuoſe atq; inaniter, tam ſolicite peccare vitaui, adipiſcen-
diſque virtutibus ſtudui, quod dici non poteſt, quia quicunque debitam diligentiam adhibet,
faciens quod in ſe eſt, vt peccata deuitet, gratiamque ſuſcipiat, talis iuuatur à Deo, & virtuoſus
2. Par. 15. efficitur, & quod petit à Deo, ſi perſeueret in bono incepto, ſortitur. Propter quod ſecundo li-
Sap. 4. bro Paralipomenon fertur: Non diſſoluantur manus veſtræ, erit enim merces operi veſtro. Et in
lib. Sapientiæ: Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sed ne iſta iactanter & præſumptuoſe di
cere videatur, ſeq; coram Deo nimium iuſtificare, proinde ſubdit, alloquens Deum: [Si lotus
fuero quaſi aquis niuis]id eſt, quamuis valde diligenter me à peccatis meis per contritionem,
confeſsionem, ſatisfactionem, & lamenta pœnitentiæ purgauero, ſicut linteum, aqua niuea clari-
us emundatur, cum aquæ niuis ſint ſubtiles magiſque penetratiuę, & bis ablutæ dicuntur. [& ful
ſerint velut mundiſsimæ manus meæ]id eſt, actiones meæ præcipuo decore virtutum apparue-
rint ſplendidæ & ornatæ, ita vt in ſuo genere ſint perfectæ, [tamen ſordibus intinges me]id
eſt, maculatum oſtendes & multis imperfectionibus offuſcatum, comparatione tuæ claritatis &
æquitatis immẽſę, ad quam comparata noſtra iuſtitia, velut iniuſtitia reputatur, vt ſępius dictum
Eſa. 43. eſt. Vnde per Eſaiam dominus ait: Ego contaminaui principes ſanctos. Venialibus quoque cul-
pis viri perfecti quotidie aliqualiter inquinantur, & ipſis eorum actibus virtuoſis multæ imper-
fectiones atq; defectus miſcentur. Deniq;, quantumcunq; dilectionis aut cultus Deo impende-
rint, infinite minus eſt dilectione, veneratione & cultu, quibus Deus eſt dignus. Ideo iudicium
miſericordia temperatum, eis eſt neceſſarium. [& abominabũtur]id eſt, abominabilem reddẽt
& demonſtrabunt[me veſtimenta mea]id eſt, opera, quæ licet hominibus videantur pura, ſubli-
mia, & perfecta, tamen coram Deo imperfecta & contemptibilia comprobantur, ſi ſecundum im
menſitatem diuinæ iuſtitiæ iudicentur, vt ex pręhabitis innoteſcit. Præterea opera hominis, veſti
menta eius dicuntur: quoniam ornamenta ſunt animæ opera virtuoſa, & inſtar veſtis agentẽ cir-
Cant. 5. cundant & muniũt contra aduerſarios poteſtates. Vnde in Cãt. dicitur: Exui tunicã meam, quo-
Apoc. 3. modo induar illã? Et in Apo. loquitur Chriſtus: Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambula
bunt mecum in albis. Sic & Iudas in ſua ſcribit Canonica: Odientes eam qui carnalis eſt, macula-
Iudæ 1. tam tunicam. Sed & ſaluator: Veniunt, inquit, ad vos in veſtimentis ouium. Thomas per veſtimẽ
Matth. 7. ta intelligit opera exteriora, quæ hominẽ abominãtur quando exteriora opera virtuoſa apparẽt,
& tamen interiori puritati non correſpondent, dum ſcilicet cor intus impurũ eſt. Exteriora equi
dem opera virtutum, ſunt velut ſigna interioris virtutis. Idcirco ſi mens intus pura non eſt, exte-
riora opera quæ iuſtitiam prætendunt, ei non competunt. [Neq; enim viro qui ſimilis mei eſt, re-
ſpondebo]i. idcirco corã Deo me iuſtum aſſerere non præſumo, quãuis mihi de mortali nõ ſim
cõſcius culpa, quiã in diuino iudicio habeo reſpõdere nõ homini mortali, mihi in natura, ſtatu &
culpa ſimili, ſed Deo immortali & omnipotenti. Hinc ipſe me ſordibus intingente, nõ audeo re-
clamare, quãuis cõtra homines arguens, iuſtum me aſſeram, [nec qui mecum in iudicio ex æquo
poſsit audiri]i. non tali habeo reſpondere, qui ſimul mecum coram iudice tertio altiore, illum &
me iudicante, poſsit aſsiſtere, ſed Deo, quem iudicare nullus valet, quia nec authoritate, nec ſapiẽ
entia altior illo quis eſt. Cum ergo à iudicio Dei appellare non queã, reſtat vt me ei prorſus ſubij-
ciam. Ideo ſequitur: [Non eſt qui vtrunque valeat arguere]ſcilicet Deum & me: quia licet ego
argui poſsim, Deum tamen nullus poteſt arguere, quum ipſe ſit ſapiẽtior infinitè. [& ponere
manum ſuam]id eſt, poteſtatem, [in ambobus,]puta in Deo & me: quia nullus tantæ po-
tentiæ eſt, vt Deum compeſcere poſsit aut vincere ſeu impedire à proſecutione ſuæ ſententiæ.
[Auferat à me virgam ſuam]id eſt, plagam iſtam pœnoſam, [& pauor eius] de futura percuſsio-
ne, vel timor reuerentialis conceptus ex conſideratione maieſtatis diuinæ, [non me terreat]
terrore deijciente. [Loquar]fiducialiter veritatem poſitionis meæ tuendo. [& nõ timebit eum]
timore

timore ſeruili ſeu immoderato actum rationis impediente, ſed confidenter quod verum eſt defenſabo, nec Deũ quaſi aduerſantem ſeu increpantem formidabo, imo vt patrem amabo. Denique vehemẽs dolor corporis ſeu animæ, exceſsiuuſq́; timor, actum rationis impediunt, ſicut & cæteræ paſsiones intenſæ. Animam etenim inquietant ac turbant. Ad actus autem rationis interiores, quies & pax potiſsimum proſunt, ſed & vehemens occupatio mentis circa vnum aliquem actum ſiue obiectum, impedit atque diminuit eam circa alios actus. Hinc Iob petit vt Deus auferat à ſe plagam inductam, & terrorem quo timuit Deum, temperare dignetur, quatenus libera & tranquilla mente veritatis inquiſitioni contemplationiq́ue vacet. Propterea ſubditur: [neque enim poſſum metuens reſpondere] id eſt, exceſsiue timendo per ipſum timorem, præſertim vt eſt paſsio appetitus ſenſitiui, à conſideratione, & per conſequens à rationabili loquutione impedior, ita vt nec Deo nec homini reſpondere valeam expedite atque ſagaciter. Nam & timor tremorem facit in corpore, qui cito monſtratur in loquutione: immo tremor ex timore, eſt primo in corde, prout cor eſt quod corporale, quod dicitur primum viuens in animali & vltimum moriens. Deinde hic tremor maxime apparet in voce propter vicinitatem cordis ac vocalis arteriæ. At vero corporalis tranſmutatio, quæ eſt in paſsione timoris, eſt contractiua ſpirituum & caloris, & retractiua eorum ad interiora. Vnde in timentibus propter frigiditatem naturæ ipſi ſpiritus ingroſſantur, calor quoque propter phantaſiam debilitatis à corde diſpergitur. Ob hæc timentes tremere ſolent: & ſi loquuntur, non fortiter, ſed cum tremore loquuntur. Similiter eſt de his, qui in maximis ſunt conſtituti doloribus, quibus multa loqui ſolet eſſe moleſtum. Veruntamen moderatus timor ad actum rationis diſponit, & bene conciliatiuum facit, ſecundum philoſophum: quoniam parit diligentiam, & animum facit intentum, ſtultam quoque aufert ſecuritatem & diſſolutionem infrenem.

De moralitate & myſteriis eiuſdem cap. *Art. XXIIII.*

BONAE ac docilis mentis eſt, veritati auditæ mox conſentire. Peruerſi autem dum aliquid ſuis verbis contrarium audiunt, aut contra aliquem diſputare exorſi ſunt, reluctari non ceſſant: & ſiue verum ſit ſiue rectum quod eis obijcitur, illud reprobare nituntur: quia non ipſam quærunt ac diligunt veritatem & æquitatem, ſed propriam potius voluntatem: & dum perſona eius contraria per contrarietatem diſplicet, vera quæ dicit, non acceptat. Talis ergo ſanctus Iob non fuit, nec ſapientes & iuſti per ipſum expreſsi, tales conſiſtunt. Ideo in illorum perſona ſic ait aduerſario vera dicenti: [Vere ſcio quod ita ſit, & quod non iuſtificatur homo compoſitus Deo.] Itaque ad humiliandum noſipſos pleniſsime, conſideremus immenſitatem ſanctitatis, perfectionis atque iuſtitiæ Dei noſtri: & cernentes quod infinitè deficiamus ab eo, pro nihilo reputemus quæ agimus, nec magni ſimus in oculis noſtris. [Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille.] Audiant & formident verba hæc audaces ſibi placentes, ſeq́ue excuſare quam accuſare paratiores. Aduertant quod innumerabilia habent peccata occulta, quæ nec ipſi determinate valent agnoſcere: qui autem contra prælatos ſuos contendit, cum contra Dei contendat vicarios, ſciat ſe contra Deum contendere. Ideo Deus tempore ſuo contendet cum eo, quemadmodum ait per Hieremiam: Ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui. Vnde reſtat, vt perpendentes quod non valeamus vnum reſpondere pro mille, reconciliari quæramus, miſericordiam poſtulemus, noſq́ue in omnibus reos, & plus quam comprehendere aut exprimere poſſumus reos humillime fateamur, Pſalm. 50. dicentes: Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco. Et iterum: Peccaui ſuper numerum arenæ maris. Ideo orat vir iuſtus: Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. [Sapiẽs corde eſt,] idcirco cordium noſtrorum occulta clariſsime inſpicit: [& fortis robore,] ideo cognita mala valenter viciſcitur, nec eius poteſtati reſiſtitur. Si ergo in nobis eſt vera atque infuſa ſapientia, debet ex ea in nobis oriri caſtus pudor, quo erubeſcamus in præſentia mentis diuinæ omnia lucidiſsime intuentis, irreuerenter & viliter conuerſari. eius quoque 1. Pet. 5. omnipotentiam ſapienter formidare debemus, quoniam eius vindictam euadere nunquam valebimus in futuro, niſi iam ei nos humiliter ſubijciamus, obediendo omni diuino præcepto. [Quis reſtitit ei, & habuit pacem?] palam quod nullus. Etenim eo ipſo quo mens creata ſuo ſe creatori opponit, eiuſq́ue diſpoſitioni renititur, eius voluntati diſſentit, & contra diuina præcepta erigitur, in ſeipſa confunditur, inordinationi peccati ſubijcitur, omniq́ue vera pace priuatur, videlicet pace pectoris & pace æternitatis, quamuis interdum pacem carnalem aut temporalem mundanam ſortiatur, per quam ad æternam confuſionem perducitur. Vera equidem pax creaturæ, eſt tranquillitas ordinis conſiſtens in debita habitudine inferioris ſub ſuperiori, præſertim ſub DEO, quam pacem efficit charitas Dei, iuxta quod ſcriptum eſt: Pſalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam: Qui ergo à DEO auerſus eſt, pace caret interna. Porro qui Deo in cunctis obedit, omnemq́ue ſuam affectionem, intentionem, actum & de-

lectationem in ipſo conſtabilit, pacem veraciter poſsider, de qua ait Apoſtolus: Pax Chriſti ex-
Col. 3. ultet ſemper in cordibus veſtris. Et rurſus: In pace vocauit nos Deus. Itemque: Soliciti ſeruare
1. Cor. 7. vnitaté ſpiritus in vinculo pacis. Sic ergo Deo ſubdamur, in ipſo ſimplificemur & quietemur, &
Eph. 4. quicquid occurrerit, aciem mentis in ipſo figamus. [Qui tranſtulit montes,] ſuperbi namque &
ſeculi huius magnates Deus de vita hac tranſtulit ad infernum. [& neſcierunt hi quos ſubuertit
in furore ſuo] id eſt, montes hi diuinam iuſtitiam non attenderunt, nec ſuam præuiderunt ruinã,
qui in rigore diuinę ęquitatis ſubuerſi ſunt per morté & damnationem perpetuam. Inſuper, ne-
ſcierunt, id eſt cauſam ſuæ punitionis, videlicet propriam culpam, non aduerterunt. Multi enim
Eſa. 61. pro ſuis à Deo plagantur exceſsibus, qui tamen in ipſa ſua percuſsione ſua vitia recognoſcunt, ſi-
cut per Eſaiam de populo Iudæorum prædictum eſt: Facti ſunt in ruinam, non eſt qui eruat, quis
dedit Iſrael vaſtantibus eum? nonne dominus cui peccauerunt? Ipſe combuſsit eum in circuitu, &
non cognouit: ſuccendit eum, & non intellexit. De talibus quoque ſcriptum eſt in Hieremia.
Hier. 5. Percuſsiſti eos domine, & non doluerunt. Tales autem ſunt omnes qui murmurant in aduerſis,
& qui nec in extremis veraciter pœnitent. [Qui commouet terrã de loco ſuo] id eſt, habitatores
terræ, prædictorum montium ſubditos ſeu miniſtros, tollit de vita huius manſionis terrenæ, qui
maiorum ſuorum negligentia pereunt, quorum mores ſequendo damnantur. Impia namq; con-
uerſatio prælatorum, maxima cauſa eſt damnationis inferiorum, quemadmodum in Hiere. fer-
Hier. 10. tur: Quia ſtulte egerunt paſtores, & dominum non exquiſierunt, propterea omnis grex eorum
Oſe. 5. diſsipatus eſt. Et Oſeę: Attendite hoc ſacerdotes, quoniã laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut
rete expanſum ſuper montem Thabor. [Et columnę eius] id eſt, pręlati & principes reprobi prę-
fatæ plebis ſubiectæ ac pereuntis, qui columnæ merito eſſent, quamuis non ſint. [concutientur]
admiratione & pœna grauiſsima. Cum enim viderint in inferno, quam innumerabiles ſeu multi
ſuo vitioſo exemplo perierint, aut ſua negligentia pereant in hoc mundo, admirabuntur de dam
natione tantorum per ſuam ignorantiam, atq; pro ſingulis patientur ſupplicia, quemadmodum
Ezechieli dominus conteſtatur: Sanguinem eius (ſ. pereuntis) de manu tua requiram. [Qui præ-
Ezech. 3. cipis ſoli, & non oritur.] Sol intelligentiæ atq; iuſtitiæ, Chriſtus eſt, cui pater, totaq; ſuperbeatiſsi
ma trinitas præcipit, ſecundum quod homo eſt, ſecundum quod etiam in prima ſua canonica ait
de Chriſto Ioannes: Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, qui (Paulo te-
1. Ioan. 2. Rom. 8. ſtante) interpellat pro nobis. Chriſtus autem ſecundum humanitatem aſſumptam habet in ſe gra
tiam capitis, per quam influit membris ſuis, puta fidelibus, chariſmata gratiarum: quia (vt Ioan-
Ioan. 1. nes ait) de plenitudine eius accepimus omnes. Hãc autem gratię infuſionem Chriſtus, vt homo,
ſecundum ſuperbenedictæ Trinitatis pręordinationem æternam pręſtat & ſubtrahit. Vnde non-
nunquam exigentibus hominum culpis, ad Dei pręceptum Chriſtus, vt homo, iniuſtis ac intimo
ratis non oritur, id eſt, gratiæ dona eis non impartitur, quam electis largitur, iuxta illud Malac.
Mal. 3. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, dicit dominus. Hinc Chriſtus diſſeruit: Si-
Ioan. 14. cut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. [& ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo] id eſt ſanctorum
& beatorum ſuffragia ſuſpendit ab impijs propter eorum exceſſus, ſanctis inſpirans aut iubens,
ne orent pro peſsimis, queadmodum etiam loquitur Hierem. Ne aſſumas laudem & orationem
Hier. 7. 11. pro eis, quod & beatis in patria interdum inſpirat. De quibus in Daniele legitur: Fulgebunt qua-
Dan. 12. ſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Præterea nomine ſolis, donum ſapientiæ: per ſtellas, cætera ſex
dona inferiora & minus lucentia intelligi poſſunt. Soli ergo præcipit dominus, & non oritur:
quia & hi qui dona ſapientiæ decorantur, quantum ad habitum doni, aliquoties actu huiuſmodi
doni Deo diſpenſante deſtituuntur, ita vt non ad diuinorum contemplationem atque ſaporem
leuentur, ſed diſtractionibus inuoluantur. Habitus quippe virtutum & donorum, ad eliciendum
actus meritorios non ſufficiunt, niſi per actualem motionem ſpiritus ſancti, quæ aliquando pio
moderamine etiam electis ſubtrahitur, & tunc donum ſapientiæ eis non oritur, id eſt, habitus hu
ius doni in actum ſuum præcipuum atque ſplendifluum non procedit. Similiter fit de ſtellis, id
eſt, inferioribus donis, quę velut ſub ſigneto clauduntur, dum actuum ſuorum fulgoribus animã
non illuſtrant. [Qui extendit cælos ſolus] id eſt, homines ſpirituales ac cęliformes, quorum cõ-
uerſatio eſt in cælis, extendit mentaliter vſq; ad ſummum cęlorum, vt ament altiſsimum, ſitque
theſaurus eorum in cælis, atque per omnia climata terræ, vt diligant omnes habitantes in orbe
terrarum. Charitate nempe quid latius, qua amicos & inimicos complectitur, per quam fit iſta
extenſio? immo hęc ipſa extenſio quid eſt niſi actualis dilectio? quam extenſionem non efficit ni
ſi Deus, qui habitum charitatis creando infundit, & ad actus eius elicitos voluntatem creatam
mouet, incendit & excitat. Nam & ſolus Deus dicitur immediate in ipſam agere voluntatem, il-
lam ad nutum immutando & afficiendo. Sic quoque extendit ad ſe & ad viatores ipſos cæleſtes
ciues, quos inceſſanter tenet extenſos & charitate ſuccenſos in ſe & ad omnes electos, etiam
Pſal. 118. viatores. Porro ob hanc charitatiuam extenſioné cantat Pſalmiſta: Et ambulabam in latitudine,
& ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. [Et graditur ſuper fluctus maris.] Per mare, corda in-
quieta

quieta vitijs amaricata ſignantur, iuxta illud Eſaiæ: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ
poteſt, quorum fluctus ſunt perſtrepẽtes cogitationes carnales, inſtabiles & turbulentę affectio- Eſaiæ 17.
nes, operaque pompoſa, ſuper quos fluctus graditur Deus dupliciter. Primo, per ſuam infinitam
clementiam eos reformando, lanando, tollendo, dum ſcilicet gratioſe mentem vitioſam refor-
mat, conuertens mare amarum ac turbidum in aquam quietam ac dulcem, quemadmodum ſcri- Pſalm. 97.
ptum eſt: Dixit dominus ad Baſan, conuertam conuertam in profundum maris. Secundo per ſu-
am iuſtitiam impiorum importunitatem, inquietudinem & tumorem frenando, puniendo, dam
nando, de quibus ſcriptum eſt: Hi ſunt in epulis ſuis conuiuantes, ſine timore, arbores infructuo Iudæ. 1.
ſæ bis mortuæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, quibus procella tenebrarum cõ-
ſeruata eſt in æternum. [Qui facit arcturum & orionas & hyadas.] Per arcturum ſeptem ſtellis
fulgentem, eccleſia ſeptenario ſpiritus ſancti radioſa, exprimitur, qui inſtar arcturi ſemper circa
polum mouetur, nec mergitur: quoniam indeſinenter circa Deum immobilem occupatur, ad ip
ſumq; graditur, & tribulationibus agitatur, nec tamen deficiendo occumbit, ſed vſque in finem
ſeculi perſeuerat. Porro per orionas hyeme apparentes, deſignati ſunt martyres, qui ebulliente
perfidorum tyrannide, ad fidei conſtantiſsimam prædicationem quaſi ſub frigore aduerſitatis
ſplendide ſurrexerunt: quorum conſtantia ſignum fuit, quod tyrãnorum perſecutiua tempeſtas
contra Chriſtianos mox grauiter deſęuiret. Inſuper per hyadas verni ſeu Maij tempore orientes,
& imbrem ſecum ferentes, intelliguntur confeſſores atque doctores, qui pacis redeunte quiete
& tempeſtate perſequẽtium mitigata, pluuiam diuinæ prædicationis fuderunt: ac tanto liberius
aqua ſpientiæ ſalutaris corda rigabant fidelium, quo aduerſariorum inſania magis fuit extincta.
Facit etiam Deus [& interiora auſtri] id eſt, ſanctos occultos foris non apparentes, ac ſolitarios,
qui auſtro, id eſt, ſpiritus ſancti feruore, clarioriq; luce perfuſi ſunt, & in abſcondito domi com-
morantur, in locis ſecretis, ſolitarijs & quietis, de quibus ait Pſalmiſta: Abſcondes eos in abſcon
dito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione lin Pſalm. 30.
guarum, quo Deo experimentaliter grata effectuoſaque mente proclamant: Quam magna mul- Ibidem.
titudo dulcedinis tuæ domine: Hos vniuerſos facit Deus ineſſe naturæ, ineſſe gratiæ, quos in pa-
tria facit ineſſe gloriæ. Circa hunc locum ſcribit Gregorius: Nequaquam ſcriptura vanas Helio- Gregorius
di & Arati atque Callimachi fabulas ſequitur, vt arcturum nominans, extremam ſeptem ſtellarũ
caudam vrſæ ſuſpicetur, & quaſi Orion gladium teneat amator inſanus. Hæc quippe aſtrorum
nomina, à cultoribus ſapientiæ carnalis inuenta ſunt: quibus ſcriptura vtitur, vt res quas inſinua-
re appetit, vſitatis appellationibus exprimantur. [Qui facit magna & inſcrutabilia & mira-
bilia, quorum non eſt numerus.] Diuinæ potentiæ effectus tunc verius atque completius expli-
camus, dum nos hos non poſſe plene exprimere profitemur. Ideo ait Pſalmiſta: Laudate eum ſe- Pſal. 150.
cundum multitudinem magnitudinis eius. Ille quippe Deum ſecundum multitudinem magni-
tudinis ſuæ laudat, qui ſe ſuccumbere in eius laudis expletione conſiderat, vt hic dicit Gregori.
ſed in conſideratione rerum cur longe extra nos ducimur, qui hoc ipſum quod circa nos & intra
nos agitur, ſæpius ignoramus? Nam ſubditur: [Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non
intelligam.] De quibus verbis præcedenti articulo ſatis dictum opinor, quibus tamen verbis ſa-
lubriter admonemur, ne vnquã inaniter præſumamus, ne inſenſata ſecuritate laxemur, ne puſilla
nimiter deſperemus. Multi enim ad tempus in gratiarum eminentia fulgent, & paulo poſt dam-
nabilius ruunt, quia incuſtoditi fuerunt, quibus contigit illud Prou. Proſperitas ſtultorum perdit Prou. 1.
illos. Alij ad tempus tentationum duritia deprimuntur, & cito poſt hoc cautiores exurgunt, iu- Eccl. 34.
xta illud Eccl. Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: qui nõ eſt
expertus, pauca recognoſcit. [Si repente interroget] id eſt, inopinatos ac improuiſos nos ad ſui
iudicij diſtrictionem vocet. [quis reſpondebit ei?] id eſt, ad ſingula rationem reddere poterit.
Deniq; Deus interrogat hominẽ, dum eum ad ſuę conſcientiæ conſiderationem reducit, vel in-
terius illuſtrando, vel exterius per flagella aut beneficia prouocando, iuxta id Pſal. Dominus in-
terrogat iuſtum & impium. Tunc vero Deo ſufficienter reſpondet homo, dum in eo nil inueni- Pſalm. 10.
tur, quod iuſte diuinitus repręhendatur, quod nemini accidit, ſecundum illud Prou. Quis dicere Pro. 20.
poteſt, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Itaque Deus interrogat, dum duris nos per-
cuſsionibus pulſat, vt dum mẽs noſtra magna de ſe in tranquillitate ęſtimat, ſeipſam qualis ſit ve-
raciter in aduerſitatibus ac perturbationibus depræhendat. [Vel quis] ei [dicere poteſt, Cur ita
facis?] ideo opera creatoris inconſulte diſcutere non debemus, ſed humiliter admirari, certi ꝙ
iniuſta eſſe non poſſunt, nec mentis humanæ acies imbecillis, penetrare aut capere valet ſecreta
diuinitatis. Hinc ait Gregor. Rationem de occulto Dei iudicio quærere nihil eſt aliud, quam cõ- Gregorius
tra eius conſilium ſuperbire. Vnde in Prou. habetur: Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei Pro. 25.
bonum: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. [Deus cuius iræ reſiſtere nemo
poteſt.] Quo maior eſt diuina iuſtitia, & poſt vitam hanc inflexibilior eius iracundia: quo item
grauiorem ac diuturniorem infligit vindictam, eo vtique amplius formidare debemus Deum

ſublimem & benedictum, quanquam ob ſuam puram bonitatem, immenſam amabilitatem, at-
que paternam ad nos charitatem, potiſsime ſit timendus filiali timore, ne à nobis in aliquo of-
fendatur. [Sub quo curuãtur qui portãt orbẽ.] Si rectores mundi, omneſq; angelici ſpiritus diui
næ ſe maieſtati inclinant, quanto magis nos ſubditi & puſilli, domino maieſtatis immenſæ cum
profunda humiliatione ſubdi debemus? [Quantus ergo ſum ego vt reſpõdeam ei, & loquar ver-
bis meis cum eo?] Si S. Iob homo tantæ perfectionis hoc dixit, reſtat vt vnuſquiſq; noſtrum tan-
to hoc humilius dicat, quanto ſe reputet ſancto illo inferiorem: & quo peccando viliores ſumus
effecti, eo ad alloquendum Deum indigniores nos iugiter arbitremur: nec ſine timore & reue-
rentia, attentione ac diligentia, Deo loqui orando ſiue pſallendo vllatenus præſumamus, ſed in
huiuſmodi loquutione ſimul penſemus eminentiam maieſtatis diuinæ ac vilitatem fragilitatis
conuerſationiſque propriæ. Imo quo maior eſt defectuoſitas noſtra & grauior culpa, eo timora
Luc. 18. tius cum Deo loquamur, quemadmodum publicanus qui non audebat oculos leuare ad cælũ.
Hinc Abraham ait: Loquar ad dominum meum: cum ſim puluis & cinis. [Qui etiam ſi habuero
Gene. 18. quippiam iuſti, non reſpondebo,] quaſi mea æquitate abſque diuina clementia quęrens ſaluari.
[ſed] vt [meum iudicem deprecabor,] ad ſolam ipſius confugiens pietatem. Non ergo de proprĩ
Luc. 18. js meritis præſumamus. Hinc enim ait ſaluator: Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis di
Pſal. 4. cite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Et in Pſalm. cantamus: Sacrificate ſa-
Oſe. 12. crificinm iuſtitiæ, & ſperate in domino. In domino (inquit) ſperate, non in opere veſtræ iuſtitiæ,
in quo etſi ſpes aliquo modo habenda ſit, principaliter tamen in Deo ponenda eſt, quemadmo-
dum Oſeę ſcribit: Miſericordiã & iudicinm cuſtodiui, & ſperaui in Deo tuo ſemper. [In turbine
Pſal. 49. enim] id eſt, in tempeſtate mortis ſeu extremi iudicij, iuxta illud: Ignis in conſpectu eius exarde-
Num. 1. ſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. Et: Dominus, in tempeſtate & turbine viæ eius. [cõteret
me] id eſt, damnabit, niſi iam eum vt iudicem fuero deprecatus. [Et multiplicabit vulnera mea
etiam ſine cauſa.] Poſſet hoc ex perſona generis humani proferri, inquantum pro originali pec-
cato animæ infantum quatuor vulneribus vulnerantur: quæ ſunt, concupiſcentia in vi concupiſci
bili, infirmitas in iraſcibili, ignorantia in ratione, malitia (id eſt pronitas ad malum) in voluntate.
Gregorius Gregorius vero exponit hoc ex perſona inſantum non baptizatorum, ante vſum rationis mori-
entium, de quibus ait: Vnum vulnus eis eſt, corruptibiles naſci: aliud, carnaliter mori: ſed quia
poſt mortem æterna quoque mors ſequitur, occulto eis iuſtoque iudicio etiam ſine cauſa vulne
ra multiplicantur. Perpetua quippe tormenta percipiunt & qui nihil ex propria voluntate pecca-
uerunt. Si autem Gregorius intelligit hoc, quod & pœnam ſenſus ſuſtineant, conſonat Auguſti-
no. Verius tamen, probabilius, atque communius dicunt doctores, quod non habeant niſi pœnã
damni, videlicet pro originali peccato, cui in eis non debetur niſi diuinæ viſionis carentia. Præ-
terea multiplicat Deus quotidie vulnera electorum ſine cauſa, id eſt, abſque eorum culpa, dum
eos tentari, tribulari, fatigari, infirmari permittit ſeu facit, vt magis proficiant, in gratia creſcant,
in felicitate abundẽt, alioſq; ſua patientia ac virtute ędificent. Vnde & Paulo reſpõſum eſt: Suffi-
2. Cor. 12. cit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. [Non concedit quieſcere ſpiritum meũ.]
Quamuis enim interdum iuſtorum mens aliquantulum conquieſcat, conſoletur & delectetur in
Deo, cito tamen occurrent ei variæ cauſæ virtuoſi doloris, nec à labore diuini cultus diu quieſce-
re permittimur, virtutum quoque profectui quotidie dignè ſtudere debemus. [Si iuſtificare me
voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem me oſtendero, prauum me comprobabit.]
Timeant hæc vani & excæcati, qui putant ſe aliquid eſſe cum nihil ſint, qui accuſati ſeu increpa-
ti, pertinaciter ſe excuſant: diſciplinati autem, iniuriam ſibi conqueruntur illatam. O quam parũ
illuminata, immo quam multum obtenebrata eſt anima horum, quàm modice attendunt ſuos
quotidianos defectus & culpas, amiſsiones & commiſsiones culpabiles in cogitatione, affectio-
ne, verbo & opere, temporiſque perditione ac negligentia agendorum. Denique, quis noſtrum
valeat numerare diſtractiones, imperfectioneſque ſuas tempore diuinorum? Hinc ergo diligen-
tiſsime iſta penſemus, & adhuc imperfecti ac paſsionati exiſtentes, agamus quod ſcriptum eſt de
Pro. 18. viro perfecto: Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Nam & Paulus indicibili humilitate ſatetur:
1. Tim. 1. Venit Ieſus Chriſtus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. [Etiamſi ſimplex fuero]
id eſt, virtuoſus, [hoc ipſum ignorabit anima mea,] donec certificetur à Deo. Certitudinaliter e-
nim ſcire non poſſumus, an ſimus in charitate & gratia, niſi reuelatione diuina. Veruntamen p-
babiliter ſeu coniecturaliter id ſcire valemus per aliqua ſigna, videlicet ſi verbum Dei libenter
audimus: qui enim ex Deo eſt, verba Dei audit: ſi peccata ratione ſuæ turpitudinis, & quia
offenſiua ſunt Dei, non ſolum timore pœnæ, odimus atque vitamus: ſi ad ea quæ diuini ſunt cul-
tus, paratos & alacres nos ſentimus: quemadmodum enim vita naturæ agnoſcitur operatione &
motu, ſic vita charitatis & gratiæ, præceptorum obeditione, bonorumque exequutione. Poſtre-
mo, ſi experimur in nobis augeri mundi contemptum, extirpationem paſsionum, & cordialem
affectum ad Deum, ac zelum honorandi eum in omnibus, trahendique alios ad eius amorem
occultum.

occultum. [Si flagellat, occidat ſemel]id eſt, per flagella propriam voluntatem & paſsiones & vi-
tia in nobis mortificet. [& non de pœnis innocentum rideat]id eſt, virtuoſos non deſinat ſine ip-
ſorum profectu affligi, ne per modum ridentis videatur in eorum afflictione ſecundum ſe placẽ-
tiam quandam habere. [Terra data eſt in manus Impij.] Videmus impios in bonis terrenis ampli
us abundare quàm iuſtos.] Vultum iudicium eius operit]impius, puta diabolus, ſicut expoſitum
eſt. Porro iudices terræ, amore & odio potiſsime corrumpuntur. Interdum vero timore ſeu com
minatione potentiorum, ſeu adulatione aut donis iniuſtorum. Sed qui aliorum eſt iudex, debet
eſſe tanquam lex viua, & quaſi animata iuſtitia, vt nequaquam ab æquitate & veritate declinet, Deut. 4.
ſed vniformis & conſtans, regia ſemper via incedat. Hinc in Deutero. Moſes ait: Date ex vobis vi
ros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, & ponam eos vobis Exod. 18.
principes. Iethro etiam loquitur Moſi: Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum,
in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis qui iudicent populum. Sed heu
iam nimis impletur, quod Eſaias aſſerit: Omnes diligunt munera, ſequuntur retributionem. [Di Eſa. 1.
es mei velociores fuerunt curſore.] Secundum Thomam, tendentibus ad aliquem finem tria
ſunt neceſſaria. Primo, vt in nullo alio cor ſuum * quo retardari poſsint à fine, ſed in ipſum finem for. * hæ-
feſtinent. Secundo, vt ea acquirant, per quæ poſsint ad finem pertingere, quemadmodum volẽs reat, quo
ſanari, neceſſe eſt vt quærat remedia quibus ſanetur. Similiter qui vult ad Deum venire, oportet
vt adipiſcatur virtutes, quibus ſummum bonum conſequi queat. Tertium reſtat, videlicet conſe
quutio finis. Porro de vanitate, labilitate ac breuitate vitæ præſentis, dicta ſunt plurima in expoſi
tione cap. 7 [Verebar omnia opera mea, ſciens quod nõ parceres delinquenti.] Verbum hoc ex- Iob 7.
hortationem magis quam explanationem requirit. Si ergo B: Iob opera ſua tam virtuoſa, quæ in
volumine hoc ſcribuntur, ſic verebatur, ne ſcilicet minus deuote ac reuerenter, minus amoroſe
ac perſeueranter ea exequeretur, quid agendum eſt nobis, qui tam infirmi ſumus in bonis, tam
proni ad mala? Nonne tanto plus formidandum eſt nobis, quo imperfectiores atq; ad caſum ꝓ-
cliuiores & propinquiores nos eſſe cognoſcimus? Denique ad hoc quod actio ſit veraciter virtu
oſa, Deoq́ue placita ac meritoria, non ſufficit facere bonum, ſed vt bene fiat exigitur, puta cum
debitis virtutum circunſtantijs, hoc eſt, debito loco, ſuoq; tempore, recta intentione, cum debita Hier. 48.
reuerentia, ex diuino amore. Maledictus enim qui facit opus Dei negligenter. Et qui quærunt
proprium commodum ſeu humanum præconium, ſuam receperunt mercedem. Itaq; timeamus
actus noſtros etiam bonos, ne forte ex noſtra imperfectione contemnantur à Deo, ne ſine debi- Eccl. 1.
ta alacritate, puritate ac diligentia fiant. Hinc quippe in Eccl. ſcriptum eſt: Timor domini coro-
na iuſtitię, quę vtiq; corona ſeu filialis timor omni actui noſtro ſuperponenda eſt ſemper: & quo
aliquis Deum ſyncerius atque ardentius diligit, eo in ſuis actibus eum inhonorare ſeu offendere
plus veretur. Propter quod ſcriptum eſt: Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil de-
eſt timentibus eum. Hoc eſt quod in Prouerb. docetur: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Et in Pſal. 33.
Michea: Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te, vtique facere iudi Pro. 4.
cium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Delinquenti autem Deus Mich. 6.
non parcit, ſed pœnitenti ac metuenti. nec culpa relinquitur impunita, quia aut homo pœnitens
hanc in ſe punit, aut hanc Deus cum homine ſeu alio vindicante vindicans percutit. Hinc Dauid
poſt confeſsionem audire mox meruit: Dominus tranſtulit peccatum tuum. & tamen multis po- 2. Reg. 12.
ſtea cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpæ quam perpetrauit, exoluit. Nam & Deus piiſsi-
mus ab electis ſuis maculas vitiorum temporali ſolet afflictione detergere. Vnde per Malac. ait: Mal. 3.
Parcam timentibus me, ſicut vir parcit filio ſuo ſeruienti ſibi. [Si autem & ſic impius ſum, quare
fruſtra laboraui?] frequenter peruerſi rancore aut alia paſsione vel impietate commoti, iuſtos ca
lumniantur, accuſant diffamant & quantum valent, ad deſperationem ſeu boni ceſſationem ac
animi fractionem inducere moliuntur, grauia eis crimina obijciendo, quemadmodum in Prou. Pro. 14.
legitur: Ambulans recto itinere & timens Deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Tunc
ergo vir iuſtus conſolari ac confortare in domino poteſt ſeipſum, vitæ ſuæ iuſtitias ad memori-
am reducendo, ad gloriam Dei & ad repulſionem peccati, vt dicat: Si autem ſic impius ſum vt mi
hi imponitur, quare fruſtra laboraui, cuſtodiendo quæ Deo ſunt placita cum labore, ambulans
per arctam viam quæ ducit ad vitam, & in actibus pœnitentiæ me exercens, ita vt Deo dicere poſ Matth. 7.
ſim, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras? Sicq́ue loquitur iuſtus, non quod Pſal. 16.
ſe fruſtra æſtimat laboraſſe, ſed quia ex verbis calumniantium eum hoc ſequitur: quod quia dici
non valet, ſequitur illos errare, quia ex vero non niſi verum concluditur. [Neque enim viro qui
ſimilis mei eſt, reſpondebo.] Quoniam ergo Deo omnipotenti & ſuperſapienti ſumus in iudi- Rom. 14.
cio reſponſuri, quemadmodum ait Apoſtolus: Omnes nos ante Chriſti tribunal oportet aſtare: 2. Cor. 5.
quid nobis incumbit, niſi vt ad reddendum rationem de omnibus nos quotidie præparemus, vi Heb. 10.
tam & mores inceſſabiliter emendemus, ad Dei clementiam confugiamus, apoſtolicum illud
penſantes. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis? Riſus ergo & leuitas, torpor, prǽſum-

ptio atq;

Pro. 23. ptio atq; ſecuritas immoderata, penitus abſcindatur, & impleamus quod ſcriptum eſt: In timore domini eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſsime. [Auferat à me virgam ſuam] id eſt rigorem æquitatis in dulcorem pietatis conuertat, & diſciplinam quam pro peccatis aut alia cauſa ſuſtineo, in me mitigare dignetur, ne ſub onere ruam. Hoc in afflictionibus petere aliquando poſſumus, præſertim dum diu aut grauiter fuimus tribulati, ipſaque pœnæ ſeu aduerſitatis magnitudine à virtutum actibus impedimur. Nam cæteris paribus, aptior eſt homo ad Dei obſequium ac profectum tempore ſanitatis & roboris, quam infirmitatis. Veruntamen in hoc expectanda eſt manus domini longanimiter, patienter & confidenter. [& pauor eius non me terreat.] Moderatus timor diligentiam parit, immoderatus vero anxietatem & ſcrupulum exceſsiuum, inquietudinem & plurima proficiendi obſtacula. Talem ergo pauorem tollit à nobis Deus, ne ſcilicet nimium infiſtamus conſiderationi diuinæ iuſtitiæ ac propriæ infirmitatis, ſicque puſillanimes efficiamur, ſed ad conſiderandum infinitam Dei bonitatem & pietatem mentem fideliter erigamus, charitatemque eius ad nos, & quanta pro nobis vnigenitus Dei aſſumpſit, fecit ac pertulit: ex qua conſideratione concipiamus ad Deum filialem fiduciam, charitatiuum affectum, fortitudinemque conſtantem. Nam & Deus potius vult à nobis clementiſsimus pater amari, quam vt rigoroſus iudex ac dominus formidari. Idque præſertim complacet ſibi, vt in ipſo filialiter confidamus, dicentes: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ

Pſal. 26. meæ, à quo trepidabo? Et item: Ego autem mendicus ſum & pauper. Dominus ſolicitus eſt mei.

Pſal. 39. Pſal. 61. Hinc aliqui vituperabiliter ſcrupuloſi, à vero profectu non parum retardant ſeipſos. nec ſyncerã in Deo ſortiuntur quietem contemplationiſue gratiam. [Loquar ad eum] confidenter & amoroſe, iuxta id Pſal. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra, Deus adiutor noſter in æternum. [& non timebo eum] ſeruili timore, de quo ait Ioannes: Timor nõ

1 Ioan. 4. Luc. 1. eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Hinc ſcriptum eſt: Sine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo. Et Apoſtolus ait: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum

Rom. 8. in timore, ſed accepiſtis ſpiritum filiorum, in quo clamamus, Abba pater. [Neque enim poſſum metuens reſpondere] id eſt, habendo ſeruilem timorem, Deo reddere rationem non valeo, nec eius beneficijs vicem rependere, aut pietati & charitati ipſius per omnia reſpondere condigne. Qui enim ſolum ſeruiliter timet, charitatem non habet: nec aliquid meritorium agit, ſed diſplicet Deo atque damnatur, ſi taliter moriatur. Quoniam ergo Deus prior dilexit nos, eum reamare tenemur: nec aliter reſpondere valebimus in diuino iudicio, cum amor Dei ſit veſtis nuptialis, quam non habens, obmutuit: & eiectus, in tenebras corruit infernales.

Elucidatio literalis. cap. 10. Tædet animam meam vitæ meæ. *Art. XXV.*

Iob 9. CIRCA præcedentis capituli finem aliqua dixit Iob, ex quibus inſinuauit cauſas quaſdam, ex quibus inclinabatur ad loquendum de ſuis doloribus. Nunc ergo ſumpta ex diuina pietate loquendi fiducia, proſequitur inchoatum de ſuo dolore ſermonem, & diſpoſitionem ſuam internam, anguſtiamque declarat. [Tædet animam meam vitæ meæ] in ſeculo iſto & corruptibili corpore meo, id eſt, tædet me viuere in hoc mundo. Non autem optauit anima S. Iob probus non eſſe, nec alicubi viuere: quia hoc impatientiæ & deſperationis fuiſſet, ſed ob pœnarũ ſuarum & aduerſitatum grauitatem ac multiplicitatem, itemque deſiderio quietionis vitæ in limbo patrum, & ne ex magnitudine tribulationis tandem à patientia caderet ac Deum offenderet, deſiderauit ſeparari à corpore & eſſe in limbo præfato, in expectatione certa aduentus Chriſti beatitudiniſque ſupernæ. Sic namq; tædium habere de vita præſenti, eſt licitum & aliquando lau-

Marc. 14. dabile. Nam & de Chriſto ſcriptum eſt: Cœpit Ieſus pauere & tædere, qui alio loco diſſeruit: O

Matt 17. generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu patiar vos? Apoſtolus quoque: Supra mo-

2. Cor. 1. dum, inquit, grauati ſumus, ita vt etiam tæderet nos viuere, ſed & ipſi intra nos reſponſum mortis habuimus. Si quis autem propter aduerſa ſic triſtaretur, quod abſolute & ſolum ex triſtitia deſideraret etiam ſecundum rationem non viuere, hoc impatientiæ eſſet, cum patientiæ ſit, paſsionem triſtitiæ moderari, ne limites exeat rationis vel hominem vincat. Abſolute quippe loquẽdo, melius & deſiderabilius eſt eſſe & viuere in tribulationibus vitæ præſentis, ſecundum quod æquanimiter tolerantur intuitu Dei propter felicitatem futuram, quam prorſus non eſſe nec viuere, immo & quam eſſe in purgatorio, ſaltem eo modo quo aliqui ibi ſunt, quorum pœna omnem vitæ huius pœnam tranſcendit, nec dubium quin melius quam in inferno. De hac re dictũ

Iob 3. eſt plenius in expoſitione cap. 3. [dimittam aduerſum me eloquium meum] id eſt, verba effundã quæ ſunt vitæ meæ contraria, quoniam dico me mortem (quæ vitæ contraria eſt) deſiderare. [Loquar in amaritudine animæ meæ,] id eſt, amaritudine meæ durante, & exiſtens in ea, loquar vt loqui ſolẽt afflicti. Loquar quoque in amaritudine animæ meæ, id eſt, ſecundum quod amaritudo

hæc me ad loquendum inclinat, dicamq́; verba meæ amaritudinis oſtenſiua, non tamen paſsione
irrefrenate ſequendo, ſed ſub rationis directione manendo. Hoc eſt quod ſeptimo dixit cap. Lo Iob 7.
quar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Sic & 1. Regum
ſancta Anna dicebat: Ex multitudine doloris & mœroris mei loquuta ſum vſque in præſens. [di 1. Reg. 1.
cam Deo] ſuppliciter exorando, [noli me condemnare,] ne de pœnis his temporalibus deducar
ad pœnas grauiores æternas. Conſequenter cauſam ſuæ punitionis inquirit, alloquens Deum.
[Indica mihi] id eſt, per reuelationem internam ſeu exteriorem, ſeu alio modo tibi placente fac
me cognoſcere, [cur me ita iudices] id eſt, tuo iudicio tantis pœnis addicas aut infeſtari permit-
tas, hoc eſt, cauſam huius pœnæ cupio ſcire, an ſcilicet pro culpa purganda, an pro virtute proban
da, aut alijs oſtendenda percuſſus ſim. Deinde fatetur quod non ita quærit hanc cauſam, quaſi pu
tet quod Deus iniuſte hęc egerit. [Nunquid bonum tibi] naturaliter bono ac ſapienti, in quo nec
malum, nec error eſſe poteſt, [videtur vt calumnieris] per aſtutiam ſiue malitiam, [& opprimas]
per potentiam aut violentiam [me opus manuum tuarum] id eſt, creaturam ſcientiæ tuæ practi-
cæ, poteſtatiſque omnium ꝓducturę, cum cauſa intellectualis naturaliter diligat ſuum effectum,
conſeruet & protegat, inquantum eſt ſuus effectus, quod etiam in irrationalibus cernitur, [& nun
quid bonum tibi videtur, vt & conſilium impiorum adiuues,] cooperando talibus in oppreſsio-
ne iniuriationeque innocentum? & per impios intelligi poſſunt tam inuiſibiles, quam viſibiles iu-
ſtorum perſequutores. Itaque hæc atque ſequentia ſic quærit, vt neget. Vnde conſequenter fate
tur, quod non ſit taliter iudicatus, ſeu abſque culpa percuſſus ex ignorantia Dei. [Nunquid oculi
carnei tibi ſunt?] id eſt, non vtique oculos habes carnales ſecundum diuinitatis naturam. [aut ſi-
cut videt homo, & *tu vides?] i. non ita cognoſcis & inſpicis cuncta quæ fiunt, vt homo, qui cum *videbis
ſenſibus vtatur corporeis, interiora & ſecretiſsima intellectus & voluntatis non intuetur. Ideo iu
dex homo ex defectu cognitionis veritatis aliquando innocentem condemnat, aut per tormen-
ta veritatem ab eo extorquet, quæ Deo ſimpliciſsimo nequaquam conuenit, cum ipſe ſit ſuper-
ſapientiſsima mens, in qua vniuerſorum rationes, ideæ & ſpecies certitudinaliſsime æternaliter
que relucent. Propter quod omnia quantumcunq; ſecreta, in ſeipſo ſuperclariſsime intuetur. Pro 1. Reg. 16.
pter quod primo Regum ait: Non iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt quæ
parent, dominus autem intuetur cor. Homo quoque per viſum carnalem non bene diſcernit vel
percipere nequit, quæ plurimum diſtant aut in tenebris ſita ſunt, ſed talia Deo certiſsime inno-
teſcunt, ſecundum quod per Hieremiam loquitur: Nunquid Deus è vicino ego ſum, & non De- Hier. 23.
us de longe? ſi occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum? [Nunquid ſicut dies ho-
minis dies tui?] non vtique, cum dies hominis, id eſt, quibus homo ſubſiſtit, viuit, cognoſcit, ſint
ſucceſsiui, temporales & breues, ſed dies Dei ſunt æternales, immo vnus dies æternus & ipſa æ-
ternitas, in qua nulla viciſsitudo, nulla ſucceſsio, ſed vnum nunc, æternum, fixum, non fluens,
& omnia iſta ſunt vnum, ſcilicet ipſe Deus æternus, cuius menſura ponitur ipſa æternitas, ſecun-
dum noſtram conſiderationem, cum in re Deus benedictus ſit omnium menſura, efficienter
menſurans, non menſurata. [& anni tui ſicut humana ſunt tempora?] id eſt, anni tui non aſsimi-
lantur humanis temporibus ratione prædicta. Ponitur autem in Deo dies & annus ſeu anni &
dies, non quod in ipſo conſiſtat pluralitas, prius, poſterius, maius aut minus: ſed quia æternitas
omnem diem omneque tempus complectitur, comprehendit ſeu continet. Hinc ait Pſalmiſta.
Tu autem idem ipſe es, & anni tui nō deficient. Quoniam autem dies & anni hominum ſunt ſuc- Pſalm. 101.
ceſsiui, homines quoq; ſucceſsiue in eis ad cognoſcendum veritatem proficiunt, quod immuta-
bili ac perfecto Deo non congruit, ideo ſubditur: [vt quæras iniquitatem meam] in Deum com
miſſam, pro flagella ſeu teſtes, [& peccatum meum] in proximum [ſcruteris] per diſcurſum &
inquiſitionem, quaſi non omnia vno ſimpliciſsimo videris intuitu. [Et ſcias] per huiuſmodi vi-
as, [quia nihil impium fecerim] id eſt, tam enorme atque mortale, quo tam grauem plagam me-
ruerim, facias quoq; iſta libera quadam tyannide, [cum ſit nemo qui de manu tua poſsit eruere]
i. qui me de tua poteſtate queat eripere, cum ſis omnipotens & poteſtatis immenſæ. q.d. hoc ti-
bi non competit, nec ſic innocentum ſupplicijs delectaris, præſertim cum ſint opera tua tibi natu
raliter dilecta, prout in Sap. ſcriptum eſt: Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feci-
ſti. Siquidem quantum ad id quod habent à Deo, amantur ab eo. Hinc ſubditur: [Manus tuę] id, Sap. 11.
eſt, ſapientia & potentia tua, quę licet ſint idē in re atq; in te, tamē pluraliter manus dicūtur, quo-
niam ratione diſtinguuntur, & propter diuerſitatē effectuum: vocanturq́; manus, quoniam ſunt
principia operationis ad extra: Sapientia, tanquam dirigens: potentia tanquam exequens. pro- Pſalm. 103.
pter quod ſcriptum eſt: Omnia in ſapientia feciſti. Et in Hieremia: Domine Deus, ecce tu feciſti
cęlum & terram in fortitudine tua magna. [domine fecerūt me,] quia animam meam creauerūt,
immo & corpus meū, quantum ad primordialem materiæ eius productionem. Prima nanq; mate
ria non niſi per creationem producta eſt. [& plaſmauerunt me totum in circuitu] id eſt, vndi-
que in corporis gyro ſeu ſuperficie formauerunt membra aptando, corpus organizando, & vſq;
ad debi-

ad debita incrementa ac lineamenta perducẽdo. quemadmodum enim res differunt formis ſpe-
cificis, ita & ſuis figuris, vt aſſerit commentator. ideo vtrunq; Deo aſſcribitur. Hanc tamen forma
tionem facit Deus per cauſas ſecundas naturales & medias, propter quod ait philoſophus: Ho-
Hier. 32. mo generat hominem & ſol. Corpora namque cæleſtia materiam ad formæ receptionem ſuis in-
fluentijs motibuſque diſponunt: quod tamen (vt tactum eſt) Deo tanquam primo cauſali prin-
cipio principaliter debet aſſcribi. Sic ſecundo Machabæorum libro legitur venerabilis illa ſe-
2. Mach. 7. ptem fratrum mater, filijs ſuis dixiſſe: Neſcio quomodo in vtero meo apparuiſtis. neque enim e-
go ſpiritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego compegi, ſed eſt
mundi creator, qui formauit hominem, quiq; omniũ inuenit originem. Deniq; bona diſpoſitio
corporis, donum eſt Dei, & magna præparatio ad virtutes: quia (vt ait Albertus, ſequens in hoc
Auerroim) commenſuratio apta membrorum, indicat habilitatem ad iuſtitiã, bona cõplexio ha-
bilitatem ad temperantiam, robur corporis habilitatẽ ad fortitudinẽ, ſpiritus vigor & claritas ſeu
ſuum habilitatem ad prudentiam. [& ſic repente præcipitas me?] hoc admirando profatur, tan-
quam dicat, cũ tam ſapienter ac diligenter effeceris me ſecundum corpus & animã, mirum quod tã
improuiſe ac ſubito à vigore, ſanitate & proſperitate, quibus præfulſi, me deijcis, & per pœnas ita
Ioan. 16. conſumis. Vnde infra ait: Ego ille quondã opulentus, repente contritus ſum. Deniq; iſta atq; ſe-
quentia profert ſe humiliando, vt Dei ad ſe clementiam prouocet. [Memento quæſo] ô domine, quẽ
proprie nunquã obliuiſceris, neq; de nouo reminiſceris, ſed per modum reminiſcentis precor te
habe, fragili creaturę miſericorditer ſuccurrendo, cuius quaſi oblitus videris, cum eã tam dire fla
gellas. [quod ſicut lutum feceris me.] Lutũ enim fit ex terra humori contemperata, dum ſcilicet
aqua terræ miſcetur: ſic corpus humanum ex elementis terræ & aqua conſiſtit, & ſua mollitie, im
munditia, humiditate nõ parum luto aſsimilatur. Rurſus quemadmodũ lutum res extat fragiliſ-
ſima, ſic & caro humana. Idcirco Apoſt. corpora noſtra vocat vaſa fictilia, quæ ſunt valde fragilia.
2. Cor. 4. Habemus, inquit, theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. His inſuper verbis S. Iob tangit primam ho
minis conſtitutionem, alludens ei quod ſcriptum eſt in Gen. Formauit Deus hominem de limo
Gen. 1. terræ. Hinc quoq; Eſaias ait: Et nunc domine pater noſter es tu, nos vero lutũ: & fictor noſter es
Eſai. 64. tu, & opera manuum tuarũ omnes nos. Sed in Hier. dominus loquitur: Sicut lutũ in manu figuli,
Iere. 18. ita & vos in manu mea. Itaque carnis fragilitatem diuinæ obijcit pietati, dicendo: Memento, &c.
tanquam dicat, Carnis infirmitatem conſidera, & ſic culpam dimitte, pœnamque relaxa. [& in
puluerem reduces me] id eſt, corpus exanimatum per reſolutionem conuertes in puluerem.
In ea enim fit reſolutio, ex quibus eſt expoſitio. Ideo corpus ſumptum ex terra, in minutiſsimas
1. Cor. 15. terræ partes naturaliter reſolubile extat, quod tamen Deo aſſcribitur tanquam primæ cauſæ &
inſtitutori totius naturæ, præſertim cum in hominibus mors corporis & reſolutio eius ſint pœnæ
originalis peccati, dicente Apoſtolo: Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vi-
Rom. 5. uificabuntur. Et alibi: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum
Gene. 3. mors. Vnde primo parenti poſt tranſgreſsionem dominus dixit: Puluis es, & in puluerem reuer-
teris. Conſequenter tangit ordinem in naturali hominis generatione. [Nonne ſicut lac mulſiſti
me?] In hominis enim generatione, primo eſt reſolutio ſeminis, quod eſt ſuperfluum alimenti,
ſicut & lac, eſtque album inſtar lactis: circa quod ſcribit Albertus: Semen cum ſit ſuperfluum
quartæ digeſtionis, primo eſt ſicut lac, & mulget per vim generatiuæ potentiæ de omnibus mem
bris. Itaq; operationem naturæ, videlicet generatiuæ virtutis, attribuit Deo, quemadmodũ actio
inſtrumenti aſſcribitur principali agenti: & quantum ad corporis propagationem in ſeminis deſti-
tutione, dicit quod Deus mulſerit eũ: quia videlicet ordinatione diuina hoc fit, quod natura quaſi mul-
gendo eliciat ſemen ex ſuis latibulis. [& ſicut caſeum me coagulaſti.] In hominis namq; genera
tione occurrit ſecundo ipſa compactio maſſæ corporeæ in vtero ſemineo, & ita ſe habet ſemen
viri ad materiam quam mulier adminiſtrat in generatione hominis aliorumq; animalium, ſicut
ſe habet coagulum ad lac in formatione caſei. In ſemine autem viri ponitur vis actiua ſeu forma-
tiua. Hinc ait Albert. Gutta viri coniuncta guttæ fœminæ, vaporabiliter ingreditur eam ſicut ſpi-
ritus in corpus, & virtute formatiua comprehendit eam atq; coagulat, ſicut coagulum vaporabili
Thren. 4. ter ingreditur in lac, & coagulat ipſum, prout 16. de animalibus ait philoſophus. Vnde in Thre-
nis, vbi noſtra tranſlatio habet, Nitidiores lacte, Septuaginta tranſtulerũt, ſicut lac coagulati ſunt.
Sic ergo quo ad corporis formationem, me ô Deus per naturę operationem quaſi caſeum coagu
laſti, id eſt, quaſi lac vniri coegiſti. Coagulum quippe à cogendo nomen ſortitur, quoniam cogit
lac coadunari ſeu coagulari. [Pelle & carnibus veſtiſti me.] In hominis generatione tertio occur
rit membrorum diſtinctio, quorum robur & conſiſtentia ex neruis oſsibuſq; dependet. Mẽbra
autem vitalia interiora, vt epar, cor, ſtomachus, pelle & carnibus velut veſtibus operiuntur, ne ef
fluãt aut eorum appareat fœditas, immo & caro ob hanc cauſam tegitur pelle, ſecundum Hiero.
ſuper Ezechielẽ. Propterea dicit Albertus: Tertium opus ſeminis viri in gutta fœminæ, eſt pellẽ
circũducere, ne ſpiritus euaporet, ſed luſtrãs vniuerſo per circuitũ operator ſpiritus pulſat ad vitã.

In carne autem quartum opus eſt, quam vis formatiua circunducit, vt ſenſus diffundatur in ea.
Porro de his in quibus robur corporis eſt, & per quæ cæterea ſibi cohærent, ſubiungit: [oſſibus
& neruis compegeſti me,] id eſt, membra mea pariter coniunxiſti. Oſſa enim carnem ſuſtentant,
ne per ſuam mollitiem decidant. Nerui vero per totum corpus expanſi ſunt. [Viam] id eſt, for-
mam vitalem, videlicet animam rationalem vitæ meæ coniunctam formale principium, [& mi-
ſericordiam] id eſt, ſupernaturalia munera gratiarum ſeu varia beneficia gratiæ gratis & miſe-
ricorditer datæ. [tribuiſti mihi,] quoniam corpore ſufficienter diſpoſito, Deus animam ratio-
nalem creando infundit. Thomas & alij quidam per miſericordiam loco hoc intelligunt natu-
rale ſeminarium virtutum & ſcientiarum nobis innatum, de quo in regula ſua ſcribit Baſilius:
Innatus enim eſt animæ habitus principiorum tam ſpeculabilium quàm operabilium, & ex ſemi
nario tali quidam naturaliter diſpoſiti ſunt ad hanc virtutem, quidam ad illam. Iob vero ad pie-
tatem eminenter diſpoſitus fuit, prout infra teſtatur: Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de
vtero egreſſa eſt mecum. [& viſitatio tua,] id eſt, beneficiorum tuorum largitio, gratiarum in-
fluxio, clemens conſeruatio. [cuſtodiuit ſpiritum meum] id eſt, animam meam conſeruauit in
vita hucuſque & neceſſaria victui tribuit, me quoque à peccatis retraxit, & in gratia conſeruauit.
Quod etiam Dens partim per angelorum facit cuſtodiam. Quemadmodum autem in ſcripturis
dicitur Deus à qnibuſdam recedere, quoniam gratiã abſtrahit eis, ſicq́ fertur viſitare dona ſua præ-
ſtando. Omnia hæc S. Iob introduxit, ad inſinuandum quod omnia quæ in homine ſunt, Deo Iob. 31.
ſint nota, & ad impetrandum miſericordiam eius ex propriæ fragilitatis & imperfectionis con-
feſsione. Itemq́ue, ad innuendum qnod homo tam fragile vas, ſuſtinere non valet regulam inde-
clinabilis iuſtitiæ, ſed vt quinto Eth. docet philoſophus, Hominem rectorem neceſſe eſt vti re-
gula ædificationis Lesbiæ, quæ eſt terra, in qua nullus lapis dolabilis eſt ad regulam rectam. In-
colæ vero illius ne careant ædificijs, faciunt plumbeam regulam, vt vbi lapis non dolatur ad re-
gulam, regula curuetur ad lapidem: & vbi non fuerit enormis curuitas, ſuſtineatur. Sic inter ho-
mines oportet leges regiminis remitti ad infirmitatem humanam, & quod enormiter diſtortum
non eſt, tolerare. Deinde fatetur in Deo obliuionem proprie dictam non eſſe. [Licet hæc cæles
in corde tuo] id eſt, notitiam horum quæ iam commemoraui, quaſi intra te abſcondas, dum eam
verbis non pandis, nec per opera monſtras, ſed ita me affligi permittis, quaſi creatura tua non eſ-
ſem aut quaſi dire peccaſſem, vel quaſi tantæ fragilitatis naturaliter non conſiſterem, [tamẽ ſcio
qnia vniuerſorũ memineris] id eſt, omnium actualem notitiam habes, nec præteritorum imme-
mor vſquam efficeris. [Si peccaui,] quod ait vel ad inſinuandum quod enormiter non peccauit,
vel ad fatendum qnod venialibus non caruit, quoniam tertio Reg. Salomon loqnitur: Non eſt
homo ſuper terram, qni faciat bonum & non peccet. [& ad horam pepercisti mihi] id eſt, non 3. Reg. 8.
ſtatim cum peccaſſem, me puniniſti, ſed paternaliter diſtuliſti donec correxi, [cur ab iniquitate
mea] olim commiſſa, cuius dilata fuerat pœna, [mundum me eſſe non pateris?] id eſt, cur me
nunc tanquam iuſtum non deſinis impunitum, ſed peccata quæ ego defleui & emendaui, mihi
modo imponis, & me quaſi maculoſum per tãtam plagam oſtẽdis. Per hoc probat, quod pro ſuis
peccatis non ſit ita percuſſus: quod etiã probat deinceps, quia iuſtis atque iniuſtis communiter
aduerſa vitæ præſentis eueniunt. [Et ſi impius fuero, væ mihi eſt:] quia tunc damnationem pro-
mereor, & iuſte hæc patior, [& ſi iuſtus] fuero, [non leuabo caput] id eſt, aduerſitatibus iſtis non
ſublenor, & (vt apparet) non releuabor, niſi forte in morte. Vel, non leuabo caput, id eſt, me
contra tuam æquitatem & diſpoſitionem non erigam, me iuſtificando in tuo conſpectu, teq́ue
reprehendendo. [Saturatus afflictione & miſeria] id eſt, pœnis & calamitate repletus multipli-
ci, quia deſpectus ab omnibus, & rebus nudatus ac ſobole. [Et propter ſuperbiam] meam, ſi me
oppoſuero tuo iudicio, [quaſi leænam capies me] id eſt, retiaculis ſuppliciorum me vndiq; an-
guſtabis atque circundabis, quemadmodum leæna in foueam lapſa, per induſtrias capitur: quia
(vt narrat Gregor.) in eius via fit fonea, in qua pecus ponitur: quod videns leæna, deſiderio e-
ius ſe in foueam proijcit. Fonea autem facta eſt profunda & anguſta, vt in eam leæna cadere que-
at, ſed exilire non valeat. Sicq́ue venatoribus eam deſuper ictibus lanceiſq́ue vexantibus, ipſa
in arcam ſeu caueam prope foueam à venantibus factam ſeu poſitam, vectibus fortiſsimis cir-
cumpoſitam ac ligatam, cogitur fugere & ſeipſam comprimere, quia reſiſtere nequit, ſicq́ue con
cluſa, cum vectibus eleuatur & capitur. [reuerſuſq́ue non per tuam mutationem, ſed per pœna-
rum mearum innouationem, [mirabiliter me crucias] doloribus animæ & corporis, & in ſom-
no atque vigilia, diu quoque continuando meas afflictiones, [Inſtauras] id eſt, renouas & con-
fortas [teſtes tuos contra me] id eſt, amicos meos, qni videntur & eſſe ſe iactant teſtes tuæ ve-
ritatis: quoniam contra me tuam defendunt iuſtitiam velut contra blaſphemum, & per pœnas
* multiplicas iram tuam] id eſt, punitionem quæ eſſe videtur ira tua, ceu ex rigore tuæ iuſtitiæ * multipli-
emanare. Hanc enim multiplicem facis in me. [& pœnæ militant in me] id eſt, pœnæ iſtæ te per- caſti
mittente mihi inflictæ, me impugnant & vulnerant, ſicut milites hoſtes inuadunt. hoc plenius

non ad pœnæ relenamen, ſed ad ingens calamitatis ſpectat grauamen, quia & corpora reprobo-
rum horribiliſsimi, turpiſsimi atque mœſtiſsimi erunt aſpectus, nihilominus in aliquibus lo-
cis inſerni poteſt eſſe mera obſcuritas. Inſuper, infernus terra tenebrarum vocatur, propter a-
ctualia peccata quibus inuoluuntur damnati. [Vbi vmbra mortis] id eſt, mœſtiſsima habi-
tudo multiſormisque vita, quæ ſimilitudo eſt mortis, quoniam ſic affliguntur, acſi iugiter
morerentur, propter quod mortem exoptant, & Deum vitæ fontem blaſphemant. Vel vmbra
mortis, ſecundum Albertum: deſignat imagines timidis occurrentes in pœnis, iuxta id Sapien- Sap. 17.
tis : Perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præbebant. [& nullus ordo] virtutum, ſed
conturbatio conſcientiæ & confuſio vitiorum. Nam omne bonum honeſtum deteſtantur ac
odiunt, ſuntque prorſus auerſi à DEO ordinis authore fontano, atque totius honeſtatis
fontem ſupermundiſsimum indicibiliter odiunt, & eius beatitudini inæſtimabiliter inuident.
Idcirco inter eos nullus eſt ordo laudabilis, ſed inordinatio conſummata. Veruntamen ob-
jici poteſt, quoniam (teſte Apoſtolo) quæ à DEO ſunt, ordinata ſunt. Damnatorum au- Rom. 13.
tem ſupplicia à DEO infliguntur. Denique quod inordinatum eſt per culpam, ordinat Deus
per pœnam, & dedecus iniuſtitiæ ordinat & reformat decore ſuæ iuſtitiæ, & iuxta menſuram
peccati eſt menſura ſupplicij, iuxta quod ſcriptum eſt in libro Sapientiæ : Fortioribus fortior Sap. 6.
inſtat cruciatus. Et in Apocacalypſi: Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date il- Apoc. 18.
li tormentum & luctum. Quanto equidem voluntas creata plus ſibijpſi contra diuinam vo-
luntatem induſit & ſatisfecit, tanto plus ſuſtinere compellitur contra propriam affectionem.
Sed iam ad iſta eſt data reſponſio. Non enim idcirco in inferno datur nullus ordo, quia tor-
menta eorum ordinata non ſint ſecundum dictamen ſapientiæ, exigentiamque iuſtitiæ DEI
excelſi, ſed quoniam mentibus damnatorum ſumma ineſt prauitas, confuſio, vitioſa auerſio,
inordinatiſsima ac turbulentiſsima vita. Propter quod diuinus Dionyſius ſcribit, quod in dæ- Dionyſius
monibus ſit amens furor, irrationalis concupiſcentia & phantaſia proterua. Hinc ait Gregori- Gregorius
us. Ipſa ſupplicia per Dei iuſtitiam ordinata, in mentibus damnatorum ordinatio non ſunt.
Dum enim damnatus quiſque foris igne ſuccenditur, intus cæcitatis igne voratur, & in dolore
poſitus, interius exteriuſque confunditur, vt ſua confuſione deterius crucietur. [Sed ſempi-
ternus horror inhabitat.] quoniam pœnas quas ſciunt ſe in æternum paſſuros, doloroſe ſen-
tiunt vt præſentes, & pœnaliter horrent vt futuras : ſed & ſeipſos abhorrent, & corporum ſuo-
rum deformitatem, turpitudinemque cernentes, reſurrectione peracta, vehementer ſtupebunt
atque horrebunt; turpiora ſiquidem corpora illa erunt, quam fuerunt quando pro media
parte à vermibus erant corroſa. Præterea dæmonum aſpectus horribiliſsimus erit damnatis,
& vnus alteri grauis erit ad intuendum. Hinc ſuper Apocalypſin ait Albertus : Damnati non
tantum affligentur in corpore ab igne inſerni, quantum eorum mens affligetur ex hoc, quod
damnationem illam mœſtiſsimam perpendet æternaliter duraturam. Gregorius quoque hic Gregorius
ait : In hoc ſeculo flamma quæ ſuccendit illuminat. In inſerno autem ignis qui cruciat, obſcu-
rat. Hic metus amittitur, cum tolerari cœperit quod timebatur. Illic vero dolor dilaniat, &
pauor anguſtat. Horrendo igitur modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum
obſcuritate. Quamuis autem Gregorius ſupra iam dixerit ignem infernalem nequaquam lu-
cere, iam tamen poſt verba inducta ſubiungit & verba præhabita quaſi exponit : Illic ignis & ad
conſolationem non lucet, & tamen vt magis torqueant, ad aliquid lucet. Nam ſequaces ſecum
in tormentis reprobi, flamma illuſtrante, viſuri ſunt, vt amplius torqueantur. Poſtremo, cordi-
bus imprimenda & vehementer timenda ſunt iſta, ſicque viuendum eſt nobis, ne ad tantam
miſeriam pertrahamur, ne ad triſtiſsimam illam manſionem perpetuo deputemur, ne intolera-
biliſsima illa tormenta æternaliter tolerare cogamur. Vnde ad euadendum illa ſupplicia, pa-
tiamur libenter quicquid moleſtiæ, quicquid aduerſitatis in iſto ſeculo occurrit ſiue infligitur.
Penſemus quam male ſit eis, qui ibi iam detinentur, & DEO præcordialiſsime regratiemur,
quod toties atque tam diu nobis pepercit, nec dudum in tartarum nos proiecit, cum iam mul-
tos damnauerit, qui minus quam nos peccauerunt. Idcirco quicquid poteſt manus noſtra, in-
ſtanter ac feruide operemur.

De myſtica eiuſdem capituli intellectu. *Arti. XXVI.*

DVm menti noſtræ diuinæ dulcedinis ſapor gratioſus infunditur, ipſaque mens ſummæ,
puræ, ac immenſæ bonitatis amore ignitur, omne mox deſiderium vitæ præſentis extin-
guitur, delectatio carnalis in tædium vertitur. Vir itaque afflictus & iuſtus, cupiens diſ-
ſolui & eſſe cum Chriſto, dicat : [Tædet animam meam vitæ meæ.] In hac corruptibili carne, Philip. 1.
vbi à diuinæ lucis beato ac deſideratiſsimo aſpectu impedior. Corpus enim quod corrumpi-
tur, aggrauat animam, quoniam centena millia contemplationis obſtacula ingerit, Hinc clama- Sap. 9.

tigerit nos ſubito gratiæ diſpenſatiuam ſuſpenſionem incurrere, grauem tentationem incidi, magnam animi ariditatem pati, aut forte (quod abſit per culpam grauiter labi, redeundo ad cu dicamus creatori, quaſi pie conquerendo, fidutialiter blandiendo, humiliter exorando, priſtinam gratiam implorando, quod ſequitur: [Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu] id eſt, quicquid ſum & habeo in corpore eiuſque membris, in anima eius que viribus, tu mihi dediſti: [&] tamen [ſic repente præcipitas me] ab alto contemplationis ac ſpiritualis perfectionis in ima vanæ imaginationis, internæ ſterilitatis, diabolicæ tentationis, aut labi permittis in vitia propriæ fragilitatis, quaſi factura tua non eſſem, & quaſi tibi non eſſet cura de tuis effectibus, quaſi dicat: Iſtud mirum videtur, non tamen iniuſtum cenſetur. Sic & Pſalmor. 101. affirmatur: Poculum meum cum fletu miſcebam à facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans alliſiſti me. Iſtud etiam dici poſſet ab eo, qui in magnam corporis infirmitatem rerumque damna, & à ſtatu ſublimi ad inopiam deueniret. Ex literali autem ſenſu iſtorum, impijſsima impuri Manichæi confutantur figmenta, dicentis: Hæc inferiora operaque naturæ in corporum productione ac formatione, nequaquam eſſe à bono Deo, quem nominat Deum lucis, ſed à principio tenebrarum, puta diabolo. Deinde videndum quomodo quæ ſequuntur, de interiori homine (ſcilicet anima) poſsint exponi. [Memento quæſo] id eſt, paternaliter ignoſcendo, celeriter ſuccurrendo, oſtende te memorem ſeu immutabiliter cognoſcentem, [quod ſicut lutum feceris me] id eſt, animam meam luto aſsimilaſti, gratiæ tuæ fluenta in eam fundendo, vt ſpiritualiter irrigata fructificet, ſicut in terram funditur imber de cælo vt germinet. Anima quoque ad ſanctiſpiritus influxionem ſe habet, quemadmodum terra ad pluuiæ perfuſionem. Propter quod ait Pſalmograp. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Nam ſicut terra ſine aqua ſeu pluuia ſicca extat & infructuoſa, ſic anima ſine influentia ſpiritusſancti. Inſuper ſicut lutum à Deo facta eſt anima, quoniam intellectualitas non eſt pura in ea, ſed terrenæ ſenſualitati permixta, quemadmodum flamma candelæ ſuperius clara eſt, inferius autem fumoſa. Rurſus anima, ob eius ad carnalia concupiſcentias ac vitia carnis, non immerito ſimilis fertur luto. [& in puluerem reduces me.] In puluerem reducitur anima, non quod ſubſtantialiter corrumpatur, aut vitam naturæ amittat, ſed quia nonnunquam poſt diuinorum chariſmatum irrigationem, propriæ infirmitati relinquitur & ſiccatur, vel peccando ſpiritualiter moritur vitam gratiæ amittendo. Hoc ergo vir iuſtus loquitur, non ſimpliciter aſſerendo, ſed caute timendo: quia dum homo in donis gratiæ proſperatur, timere debet de caſu, quemadmodum ait Apoſtolus 1 Qui ſtat, videat ne cadat. Eccleſiaſtici quoque 11. dicitur: In die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorum. [Nonne ſicut lac mulſiſti me] id eſt, ſicut extrahitur lac de corpore bruti, ſic animam meam eduxiſti de vanis mundi affectibus ad nouam conuerſationem teneritudinis ſpiritualis, ſpiritu mentis renouata, vetera vitia deſerat, atque in donis ſpiritusſancti quotidie recenter creſcat ac floreat; iuxta illud 2. ad Corinthios 4. Licet is qui foris eſt noſter homo, corrumpatur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Hinc Petrus hortatur in prima ſua Canonica: Deponentes omnem malitiam & omnem dolum & ſimulationes & inuidias & detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. [& ſicut caſeum me coagulaſti] id eſt, charitatis coagulo menti meæ infuſo, animam meam ſpiritualiter aduнаſti, conſtrinxiſti, firmaſti vt caſeum, ne per multa vagetur, & peccando pereffluat, ſed tibi ſummo bono, quod ſolum neceſſarium eſt, ſimplificata firmiter ſemper inhæreat, in te ſuos affectus omneſque actus reducat & figat. Hoc facit Deus electis, qui grata mente ei decantant: Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. Hinc anima amoroſa fatetur Canticor 2. Ordinauit in me charitatem. Nam & hæc diuinæ pietatis munera gratioſa iuſtus ſibi narrat à Deo collata, humiliter, non iactanter, vt gratias referat, cuſtoditus conſiſtat, ſeque beneficiorum Dei memorem eſſe declaret. Hoc quippe ad perfectionem requiritur, vt homo dona ſibi præſtita recognoſcat, dicente Apoſtolo: Non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Poſtremo eſt & coagulatio mala, quæ eſt induratio in peccato, quemadmodum ait ſcriptura de impijs: Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. [Pelle & carnibus veſtiſti me.] quoniam anima ad cæleſtia ac diuina ſuſpirans, corruptibili corpore eiuſque neceſsitudinibus ac motibus circunuallatur. [oſsibus] id eſt, virtutum firmitatibus [& neruis] id eſt, virtutum & donorum connexionibus [compegiſti me] id eſt, animam meam conſortaſti, & tibi iunxiſti, ac myſtico Chriſti corpori cohærere feciſti. Virtutes nanque & dona ſpiritusſancti ſunt concatenata, ac animam in Deo firmantia, incorporantia quoque corpori electorum. [Vitam] gratiæ [& miſericordiam] id eſt, ſupernaturalia varia dona [tribuiſti mihi] in baptiſmo & poſt lapſum in pœnitentia, immo quotieſcunque poſt peccatum mortale conuerſus ſum. Quoniam enim ad ſupernaturalem finem (qui eſt viſio Dei per ſpeciem) creatus eſt homo, indiget ſupernaturalibus medijs, quibus finem

Pſalm. 142.

1. Cor. 10.

1. Pet. 2.

Pſalm. 72.

1. Cor. 2.

Pſalm. 118

ac ſortiatur, cum neceſſe ſit fini media proportionari. Hæc autem ſupernaturalia media, ſunt gratia gratum faciens, virtutes infuſæ ac dona quæ rite miſericordiæ appellantur, quoniam ex ſupermunificentiſsima Dei pietate penitus gratis ac miſericordiſsime dantur, quemadmodum ad Titum 3. ait Apoſtolus: Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. & ad Epheſ. 2. Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex operibus. Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. [Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.] Non ſolum indigemus gratia præueniente, ſed etiam ſubſequente & conſummante, A Deo namque eſt omnis boni inchoatio, conſeruatio & conſummatio. Vitam virtuoſam ipſe in nobis incipit, proſequitur, terminat. Itaque viſitatio tua, id eſt, tu ipſe clementer me viſitans, ſeu pietatis tuæ ſubſidium, cuſtodiuit ſpiritum meum: quia quam diu manſit in eſſe vitaque gratiæ, hoc fuit, te eam cuſtodiente, tuaque dona in ea conſeruante ac perficiente. Non enim minus ſed plus dependent omnia gratiæ dona, ſpiritualiaque chariſmata à DEO, quam dies à ſole, ſeu ſplendor à luce: & tamen ſi ad momentum ſol ceſſaret diem, aut lux ſuam claritatem conſeruare, nonne dies & claritas talis ſubito eſſe deſinerent? ſic ſi per momentum Deus conſeruationem ſeu cuſtodiam ſuam abſtraheret, quicquid ſpiritualis fuerit
Pſalm. 16. perfectionis, ſubito diſperiret. Hinc orat Pſalmiſta. Cuſtodi me domine vt pupillam oculi. Et:
105. 126. Viſita nos in ſalutari tuo. Rurſuſque aſſerit: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ex quo clariſsime innoteſcit, quantum nos humiliare, quantum DEO regratiari, quantum inanem & fatuam in nobiſipſis gloriationem aſpernari debemus, præſertim cum ſpes nſtra et beatiſsim. Hierem. 10. teſtetur: Scio domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. [Licet hæc cæles in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.] Cum Deum pro aliqua gratia ſpeciali depoſcimus, & diuerſa quæ eum ad miſerendum ac audiendum inclinent: orando commemoramus, videlicet quæ ad propriam pertinent fragilitatem, præcedentia quoque beneficia pietatis diuinæ, nec tamen ad libitum exaudimur, immo diu differimur, tunc Deus quaſi cælat in corde ſuo quæ dicimus, quoniam inſtar non aduertentis ſe habet: ſed tunc nequaquam frangamur aut diffidamus, ſed perſeueranter precemur, dicentes quod ſubditur: Scio quia vniuerſorum memineris, qualiter ſcilicet, ſperantibus & conſtanter orantibus promiſiſti: Petite, & dabitur vobis. Itaque cuncta aduertis, nec minima affectio aut verbi prolatio tuam effugit memoriam, ideo fiducialiter
Matt. 7. Luc. 11. ter vſque in finem te inuocabo, præſertim cum in euangelio Chriſtus locutus ſit: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Denique ipſe iubet ſe exorari, & hoc quare, niſi quia paratus eſt exaudire? [Si] pro quia [peccaui tibi] id eſt, ad tuæ ſanctitatis iniuriam, ad tuæ maieſtatis inhonorationem, & contra tuam voluntatem. Siquidem tibi ſoli peccaui, & ma-
Pſalm. 50. lum coram te feci: quod vtique non ſine cordiali dolore fateri & fari debemus, eo quod tam immenſæ celſitudinis dominum, tam ſuperclementiſsimum patrem, tam incomparabilem benefactorem, toties & tam dire offendimus. [& ad horam pepercisti mihi.] non ſtatim te vlciſcendo, iuxta illud Iohel. 2. Benignus & miſericors eſt dominus, & præſtabilis ſuper malitia. Et in Pſalm. 102. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. [Cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?] id eſt, cur permittis me nunc recidiuare? Cur gratiam abſtinendi à culpis non tribuis? Cur me præteritorum vitiorum impuris memorijs aut delectationibus deſinis inquinari? quod totum non diuinam pietatem reprehendendo, ſed propriam calamitatem deflendo profertur, & eo quod Deus permittit nos à dæmonibus impugnari ac ſuperari. Pati tamen DEO improprie ſeu metaphorice conſtat adſcribi. Intantum quoque puritas noſtra, omniſque vir-
Eſai. 63. tus ac meritum dependent à DEO, vt cum vitijs ſordidamur, nec pœnitemus, dicamur à DEO indurari, & ipſum non pati, vt puri ſimus, dicamus. Sic nempe Eſaias ſcribit: Tu domine, quare nos errare feciſti de vijs tuis, induraſti corda noſtra, ne timeremus te? [Et ſi impius fuero, væ mihi eſt] id eſt, æterna damnatio imminet, niſi pœnitentiam egero, ſecundum illud Eſaiæ 3. Væ impio in malum, retributio enim fiet ei. [& ſi iuſtus fuero, non leuabo caput] id eſt mentem ſuperbiendo, præſumendo, inaniter gloriando, non erigam, ſed tibi
2. Cor. 15. tanto ſubiectior ero, quo gratioſius egeris mecum, & tibi gratus eſſe conabor, Apoſtolicum
1. Cor. 4. illud attendens: Gratia Dei ſum id quod ſum. Et denuo: Quid habes quod non accepiſti?
Pſal. 126. Ideo ait Pſalmiſta: Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Et Baruch 2. Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, dat gloriam domino. Vel non leuabo caput, quoniam iuſti varijs aduerſitatibus in hac vita premuntur, dicente Apoſtolo: Omnes qui vo-
2. Tim. 3. lunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur. Hinc Thren. 3. ſcriptum eſt: Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Et in Pſalm. 68. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Sciens equidem Deus quam fructuoſum ſit ferre aduerſa, tribulationibus exerceri,

donat hæc

donat hæc ſuis electis in vita præſenti. Ideo ſubditur: [Saturatus afflictione] id eſt, dolore in-
terno de proprijs ac proximorum peccatis, de exiſtentium in purgatorio pœnis, de imperfectio
ne animæ meæ, de gloriæ dilatione. Itemque: Saturatus afflictione, id eſt, aduerſitatum angu-
ſtijs, de quæ ſaturatione ſertur in Pſalm. 42. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Pſalm. 79.
Et iterum: Cibabis nos pane lachrymarum. Itemque 3. Regum 22. Suſtentate Micheam pane
tribulationis & aqua anguſtiæ. [& miſeria] qua plena eſt vita iſta. Miſeria tamen magis proprie
competit malis culpæ, quibus plena eſt vita impiorum, quam malis pœnæ, quibus plena vita eſt
bonorum, quemadmodum in Threnis perhibetur: Sedebit ſolitarius & tacebit, qnia leuabit ſe Thref. 3.
ſuper ſe, Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. [Reuerſnſque] ad me per gra-
tiæ conſortationem, per charitatis inflammationem, per mentis meæ illuminationem, [mi-
rabiliter me crucias] deſiderio te videndi clare, ſicuti es in te ipſo, qui in propriæ lucis puritate
pulchritudinis es immenſæ, & ſerenitatis ſupergratiſsimæ, dulcedíniſque prorſus intermina-
tæ. Ideo quanto te nunc ardentius amo, clariuſque contemplor, eo plus prouocor, æſtuo,
ſuſpiro te videre per ſpeciem, ita vt amore iam langueam, qui languor cruciatum habet mira-
bilem, & inexpertis frigidiſque ignotum. Inſuper, quo Deum ſyncerius contemplamur, &
eius amore plus inflammamur, eo de noſtris peccatis, id eſt, de Dei offenſa, præcordialius
mirabiliuſque torquemur, qui dolor omnem pro temporalibus damnis ortum excedit dolo-
rem. Et mirum quod cor noſtrum non rumpitur prę dolore, quod Deum creatorem noſtrum
vnquam offendimus, immo & quotidie heu toties miſerrimi inhonoramus, Potiſsime au-
tem cruciari debemus (ſi tamen vera charitate ardemns) de malo ſtatu, caſu, diuiſione eccle-
ſię, de pręlatorum eius impia conuerſatione, de multorum religioſorum, ſacerdotnm & cle-
ricorum deteſtabili vita ſcandalis plena, Deumque iugiter, affectuoſiſsime ac deuotiſsime im-
plorare, pro pijſsima reformatione in omnibus ad gloriam Saluatoris. Adhnc mirabiliter
cruciantur electi, Chriſto mentaliter compatiendo, eius veſtigia crucifotmiter imitando, in
actibus ſe pœnitentię exercendo, in ieiunijs, diſciplinis, vigilijs. [Inſtauras teſtes tuos con-
tra me] Quamuis teſtes Dei ſint angeli ſancti, & prędicatores electi, doctoreſque virtuoſi,
& omnes qui fide & opere pro DEO, pro fide & ęquitate loquuntur, quemadmodum per Eſai. 44.
Eſaiam dominus ait: Vere vos teſtes mei, & in Actibus Chriſtus Apoſtolis loquens: Eri- Act. 1.
tis (inquit) mihi teſtes vſque ad vltimum terræ: tamen hoc loco teſtes intelligi poſſunt
ſpiritus maligni, qui contra iniquos teſtimonium perhibent veritati, & aliquando ad
accuſandum electos iuſtitiam Dei allegant. Hos teſtes Deus contra bonos inſtaurat, dans
eis licentiam impugnandi electos, in qua pugna dum vel in toto vel partim triumphant,
ad accuſandum bonos inſtaurantur. Immo quantum Deus nos peccare permittit, tantum
illi contra nos inſtaurantur. [& multiplicas iram tuam] gratiam tuam multis iuſto iudi-
cio ſubtrahendo, propter quod intime doleo, ſecundum qund ſubditur: [Et pœnæ
militant in me, id eſt, inualeſcunt. Quo enim anima corpore dignior eſt, eo de eius pe-
riculo amplius quam de corporis qualibet infirmitate contriſtari debemus. Prætera quo- Pſalm. 33.
niam multæ tribulationes iuſtorum multiplicatio iræ & militatio pœnarum in homine vir-
tuoſo, intelligi poſſunt varia eius afflictio, qnanquam talis afflictio in electis non proprie
ira Dei dicatur, ſed opus clementiæ eius: aliqualiter tamen ira eſt, inquantum eſt in vl-
tionem peccati, & quoniam propter pœnæ acerbitatem ira videtur. Vnde & Chriſtus ait in Pſalm. 87.
Pſalmis, ad patrem: In me tranſierunt iræ tuæ. Denique principium huius capituli, qui-
dam in perſona animæ in purgatorio exiſtentis exponunt, præſertim cum lectiones officij
defunctorum ex hoc loco partim ſumantur. Veruntamen litera ad hoc proprie applicari
non valet, ſaltem pro magna parte, nec oportet ideo iſta de anima tali exponi, quia pro eis le-
guntur, ſicut & Pſalmi qui pro defunctis leguntur, in illorum perſona non proprie exponun-
tur, & pro maxima parte exponi non poſſunt. Nihilominus lectiones & pſalmi huiuſmodi
pro defunctis leguntur, quoniam ſpecialiter tractant de animabus, & his quæ earum cau-
ſam neceſsitatemque reſpiciunt, & de fragilitate conditionis humanæ, quæ commemoratur
ad impetrandam Dei pietatem ac veniam. Aliqua quoque continentur in eis, quæ in de-
functorum perſona ſeu animæ in * purgatorij poteſtate, congrue exponuntur ac proferun- for, * pur-
tur. Præterea, quod in capituli huius exordio ſcribitur, Tædet animam meam vitæ meæ, gatorio
anima in purgatorio non proprie loquitur de ſeipſa, niſi forte loqui dicatur in perſona de- poſitæ,
functi, cuis anima fuit ipſa. Sæpe enim totum pro parte, & econtrario ponitur: vt cum congrue
dicimus, Petrus Apoſtolus eſt in cælo: vel, ſancte Petre ora pro nobis. Breuiter ergo tan-
gam huiuſmodi expoſitionem, quoniam quoſdam delectat, quæ tamen ex præhabitis eluceſcit.
[Tædet animam meam vitæ meæ,] id eſt, animam quæ ego ſum, ſeu me quæ anima ſum,
tædet in his viuere pœnis, propter earum acerbitatem, & deſiderio gloriæ, à qua nihil re-
tardat me niſi reatus culpæ, id eſt, obligatio ad tormenta propter peccata, quia nondum

condignas ſuſtinui pœnas,[dimittam aduerſum me eloquium meum] id eſt, ea intellectualiter dicam ſeu cogitabo, quæ meipſum contriſtant, affligunt, culpabilemq́ue demonſtrant, me quoque accuſabo atque deflebo. Pœnitet enim in purgatorio exiſtentes, quod peccauerunt, quoniam inauertibiliter manent in Charitate. [loquar in amaritudine animæ meæ] id eſt, in propria hac mea afflictione me ad loquendum intellectuali locutione mouente. Dolor enim incitat ad loquendum, quia per verba euaporando ſeu erumpendo, quodam modo minoratur: & tanto minus anima percipit vnum, quo plus intendit ad aliud. [Dicam Deo, noli me condemnare.] Hoc videtur animabus in purgatorio non conuenire, cum ſint certæ de gloria, quædam tamen (vt dicitur) ſunt incertæ de hoc, quia ſic pœnis addictæ ſunt, vt neſciant an finaliter ſint ſaluandæ an condemnandæ. quæ vtique optant non condemnari, idq́ue precantur ſecundum quod oratio eſt interpres deſiderij. Proprie tamen orare eis non competit, prout oratio eſt meritoria ſeu impetratiua, cum non ſint in ſtatu merendi, ſed vitam finiuerunt, nec valent iuuare ſeipſas. Verum quod ait, Noli me condemnare, poteſt ſic improprie explanari, id eſt, noli me in pœnis his tam dire punire, quaſi eſſem damnata. [Indica mihi, cur me ita iudices,] id eſt, tam grauiter punias. Dicunt aliqui, quod animæ purgatorio deputatæ, interdum ex magnitudine ſuæ pœnæ arbitrantur ſe vltra condignum & ſine admixtione miſericordiæ cruciari, quoniam plus attendunt acerbitatem pœnæ quam ſentiunt, quam peccati ſui enormitatem ſeu quantitatem. Ideo petunt ſibi indicari diuinitus, pro qua culpa ſic torqueantur. Sed non videtur quod æſtiment Deum eſſe iniuſtum, vel eius iudicium eſſe peruerſum: quod ſequeretur, ſi putarent eum punire vltra condignum. Veruntamen eſſe poteſt, quod magnitudo pœnæ impediat aliqualiter in eis rationis iudicium, & ſcientiæ vſum diligentemq́ue conſiderationem, ita vt eis appareat quod Deus nimis ſeu plurimum rigoroſe puniat eas, ſic quod admiratiue dicant verba inducta, quærendo ſibi cauſam apertius inſinuari. tanquam dicant, mirum videtur ô domine, quod tam horribiliter nos affligis. [Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris & opprimas me opus manuum tuarum? &c.] Quidam exponunt hoc per modum quæſtionis & affirmationis, quaſi anima in purgatorio ſita, ad tantum per pœnas deuoluatur errorem, vt putet Deum ſui eſſe calumniatorem & oppreſſorem, quod nequaquam putandum eſt. Ideo ſciſcitatur hæc atque ſequentia, ita vt neget ſic eſſe ſicut expoſitum eſt. Itaque dicit hæc ad prouocandum miſericordiam Dei, iuxta expoſitionem inductam. Denique ſubditur [& conſilium impiorum adiuues?] id eſt, nunquid tibi bonum videtur, vt dæmonum cooperetis conſilio, qui me ad hoc tentauerunt, quatenus me ad pœnas iſtas perducerent, immo & ad infernales, ſi potuiſſent & permiſiſſes? Veruntamem iſtud aliquo modo affirmatiue poteſt exponi. In hoc enim Deus conſentit illis tortoribus, vt peccatrix anima puniatur, ſed non eo modo conſentit id fieri, quo dæmones illud exoptant. Ipſi enim crudeliter peruerſoq́ue fine hoc exequuntur ſeu cupiunt, quod Deus iuſte & fine laudabili præcipit fieri. [Nunquid oculi carnei tibi ſunt?] Iſtud vſque ad id, [cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere] interrogat ac denegat anima, vt fateatur Deum perfectæ infallibiliſq́ue ſcientiæ, nec poſſe in iudicando errare, ſecundum intellectum expoſitum. Inſuper ait, [Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu.] Iam literalis & myſtica expoſitio lectionis iſtius præhabita eſt, quomodo autem animæ in purgatorijs pœnis detentæ iſta conueniant, ex præinductis expoſitionibus ſatis reor patere. ſed percurrendo, modicum addam. Itaque anima ſeu ſpiritus rationalis, cum ſit ſimplex & incorporeus, non eſt aliquod totum integrale, nec corporalem habet circuitum, ſed eſt quid totum eſſentiale in ſuo ordine, & totum poteſtatiuum quantum ad naturales vires, ſeu potentias quas habet in ſe permanentes, ſicq́ue ſe totum dicit creatum à DEO & in circuitu ſpirituali formatum, quia eius eſſentia eſt finita, atque à DEO determinata ſeu limitata, qui in numero, pondere & menſura conſtituit vniuerſa. [& ſic repente præcipitas me?] id eſt, per mortem corporalem à terra in locum purgatorij proijcis, & igni alligas ad torquendum, varijſq́ue vilitatibus pœnalibus ſubijcis, quem ad tuam imaginem condidiſti, tanquam dicat, Hoc miſerabile eſt, mirabile miſerationeq́ue dignum. [Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me.] Quomodo totum reſiduum huius lectionis de anima exponitur, quantum ad dona gratiæ ſibi collata, iam patuit, in qua expoſitione Beatum

Gregorius Gregorium pro magna parte ſecutus ſum. Poteſt quoque totum exponi in perſona ſpiritus ſeu animæ rationalis in purgatorio conſtitutæ, quantum ad dona naturæ ſibi collata, itaque anima talis ad prouocandum Dei clementiam, propriam allegat decliuitatem & fragilitatem, ex qua inerat ſibi magna procliuitas ad peccandum, magna demum infirmitas ad reſiſtendum, ex quibus alleuiatur culpa & excuſatur, etſi non in toto, tamen à tanto. Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, id eſt, ſimilé vili materiæ, vt enim philoſophi dicunt, præſertim Auerrois, ſicut ſe habet materia prima in ordine entium, ita intellectus animæ rationalis in ordine intellectualium ſubſtantiarum. Vnde quemadmodum materia prima ſecũdum ſe eſt infimum entium

& pura

& pura potentia, atque principium tranſmutationis & motus, ſic anima rationalis in ordine
intellectualium ſubſtantiarum eſt inſima, & in principio ſui eſt ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt
ſcriptum. Eſtque naturaliter multum inſtabilis, vaga & labilis. Propter quod Deus pijſsimus
magnam cum ea patientiam habet in vita iſta, atque in purgatorio miſericorditer agit cum ea,
tam per ſeipſum quam per comprehenſores ac viatores multipliciter ei ſubueniens. [& in
puluerem reduces me] id eſt, per pœnas has ad nihilum rediges, non vt eſſentialiter non
ſim, ſed vt pœnis oppreſſa pro nihilo me reputem, meque profunde humiliem ac tibi proſter-
nam in locis iſtis terrenis pœnalibus. Iuxta quem modum pro parte ait Pſalmiſta. Humiliata
eſt in puluere anima mea. Et rurſus: Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Præterea, Pſal. 43.
quaſi in puluerem reducitur anima talis, quando poſt conſolationem & altam conſideratio- Pſal. 72.
nem, quas habet interdum ex viſitatione angelica aut ſanctorum, vt pie putatur, mox viſita-
tione tali ceſſante, ad cogitationes affectionesque varias quaſi ad puluerem rapitur, non ta-
men ab vltimo fine vnquam ſuum auertit affectum, ſed cogitando prorſus inſtabilis eſt, & va-
ria cupit remedia. [Nonne ſicut lac mulſiſti me?] id eſt, ad eſſe nouum ac tenerum qua
ſique lacteum, eduxiſti de vtero ſimul cum corpore, cui me per creationem inſudiſti, in
quo ſub infantilibus annis tam imperfectæ exiſtentiæ ſui, quod ob corporis indiſpoſitio-
nem, fluxibilitatem, mollitem, ratione vti non potui, [& ſicut caſeum me coagulaſti] tem-
pore pueritiæ, dando mihi tunc aliqualem rationis & virtutum corroborationem, cum cœpi
inter bonum & malum, inter verum & falſum diſcernere, ſicque inſtar caſei à priſtina inſta-
bilitate ad cohærentiam boni ac veri attingere. [pelle & carnibus veſtiſti me.] ita quod ſui
forma, motor, ac habitator infectæ ac fragilis carnis, ex qua ad multa illicita inclinabar, à
ſpiritualibus ſæpius impediebar. [oſsibus & neruis compegiſti me.] Oſſa iſta, intelligi poſ-
ſunt fortiores animæ vires, in quibus ſuperbenedictæ Trinitatis imago relucet, videlicet in-
tellectus, voluntas, memoria: nerui autem, vires organicæ, quæ manent in anima ſepara-
ta tanquam in radice. Iſtis compingitur anima, id eſt, coniungitur, inquantum eſt totum
poteſtatiuum, continens in ſe vires has, tanquam quaſdam partes. [Vitam] intellectualem,
non vegetatiuam aut ſenſitiuam dumtaxat [& miſericordiam tribuiſti mihi] id eſt, cætera
quibus in naturali vita indigui, de quibus mihi in corpore miſericorditer prouidiſti, in purga-
torio quoque hoc, quo affligor, mihi clementer multoties ſubueniſti. [Et viſitatio tua] id
eſt, aſsiſtentia gratioſa, [cuſtodiuit ſpiritum meum] id eſt, ſuperiorem animæ portionem,
ſcilicet, intellectum & voluntatem, præſertim in hora mortis, quando grauior periculoſiorque
tentatio ſolet accidere, quando & anima proprijs viribus minime valet reſiſtere, etiam ob cor-
poralem illum dolorem grauiſsimum, rationis iudicium debilitantem non parum, niſi gratiæ
aſsit auxilium. Vnde tunc amplius indiget diuinitus adiuuari, ne tentationibus ſuperetur, &
in mortali culpa decedat, ſed in gratia tūc perſiſtat ac ſeparetur. Hæc autem cuſtodia ſumme ne-
ceſſaria eſt, & maxime fructuoſa, quia in ea diſpoſitione ſeu affectione, qua per mortem anima
recedit à corpore, permanet in æternum. Hinc ſi in charitate & gratia ſeparetur, manet inauerti- Damaſc.
biliter conuerſa ad Deum: ſi vero in mortali culpa quis moriatur, manet anima eius inconuerti- Eccl. 11.
biliter à Deo auerſa. Propter quod aſſerit Damaſcenus: Quod angelis eſt ruina, hoc hominibus
eſt mors. Angeli namque æternaliter manent in eo affectu, in quo vel ceciderunt, vel Deo in prin
cipio adhæſerunt, quod in Eccleſiaſtico Salomon innuens: Si ceciderit (inquit) lignum ad Au-
ſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Quotidie igitur Deum deuo-
tiſsime deprecemur, quatenus in illa hora viſitatio eius paterna atq; pijſsima, ſpiritum noſtrum
cuſtodiat, ne ſuccumbat tempore mortis. [Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus
eſſem, ne oculus me videret] Lectio iſta minus proprie, quam præcedētes, videtur de anima pur-
gatorio adiudicata, poſſe exponi. Animæ enim quæ ibi ſunt, cum ſint in certa beatitudinis expe-
ctatione, quam indicibiliter cupiunt, non optant non eſſe, nec eis competit de vtero ferri ad tu-
mulum, ſicut mox ſubditur: [Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero translatus ad tumulum.] Sed &
dies vitæ earum perpetui ſunt, vt dicere eis non congruat, quæ poſt pauca ſequuntur: [Nunquid
non paucitas dierum meorum finietur breui?] Denique certæ ſunt, quod ad infernum nun-
quam deuenient, ſicque eis non competit quod poſtremo adijcitur: [Dimitte ergo me, vt
plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam,
&c.] Veruntamen auxiliante ſpirituſancto, quantum ipſe donorauerit, exponenda ſunt de
huiuſcemodi anima. Itaque ſpiritus rationalis in purgatorio conſtitutus, querula voce ad inſi-
nuandum pœnarum ſuarum acerbitatem, loquitur creatori: [Quare de vulua eduxiſti me?]
quod ait, non quaſi anima ſit educta de potentia materiæ, vt dixit Alexander peripateticus, vel
quaſi ſit ex traduce, vt finxit Apollinaris hæreticus: ſed quoniam corpori infra maternum vte-
rum clauſo per creationē infunditur, & ſimul cū eo inde educitur. Itaq; ait. Quare de vulua edu-
xiſti me? q. d. melius mihi eſſet non eſſe, q̄ in pœnis his æternaliter pmanere. An vero animæ
in grauio-

in grauioribus purgatorij pœnis detentæ, aliquando tormentorum ſuorum vehementia ſic op-
primantur, vincantur, obtenebrentur, vt quantum in ipſis eſt, potius velint prorſus non eſſe,
æternamque beatitudinem nunquam acquirere, taliter diu ſeu abſque ſcitu finis ſui ſupplicij
cruciari, affirmare non audeo. Idcirco ſequentia textus verba ad hunc ſenſum non applicabo.
[Qui vtinam conſumptus eſſem,] non amittendo eſſe & viuere naturale, aut vitam chari-
tatis & gratiæ, in qua ſum, ſed amittendo quod per culpam effectus ſum, vt ſ. conſumatur &
pereat in me id, quo à gloria differor, quod eſt reatus ſeu obligatio ad pœnam. Sic nanque
Mat. 5. dicitur aliquis abnegare, relinquere, mortificare ſeipſum, non extinguendo in ſe eſſe natu-
Col. 3. Ioan. 12. ræ, ſed malum culpæ, quemadmodum etiam Chriſtus iubet manum, pedem, oculum, ſcan-
dalizantem, eruendum & proijciendum. Atque Apoſtolus: Mortificate (inquit) membra
veſtra quæ ſunt ſuper terram. Sic in Euangelio ait Saluator: Qui perdiderit animam ſuam
Prou. 12. propter me, ſaluam faciet illam. Salomon quoque: Verte impios, & non erunt. Præterea A-
Galat. 2. poſtolus ſic conſumptus: Viuo, ait, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. [Ne oculus me
videret] id eſt, ne quis me in tantis ſupplicijs cerneret. [fuiſſem quaſi non eſſem] id eſt, ſi ma-
lum culpæ debitum ſuſtinendi purgatorij pœnas, fuiſſet ante mortem conſumptum in me, ita
quod à culpa & pœna abſolutus fuiſſem ac liber, tunc vtique fuiſſem in gloria ſtatim poſt egreſ-
ſum à corpore. [quaſi non eſſem] id eſt, ſic quod non eſſem in pœnis, vt quaſi, dicat veritatem,
non ſimilitudinem tantum: & quod ſequitur, [de vtero translatus ad tumulum] non ſepara-
tim, ſed coniunctim legatur cum clauſula præcedente, quæ dicitur, fuiſſem in gloria, ſic quod
non eſſem translatus de vtero, id eſt, de terra, ſecundum quod ſupra ait Iob 2. Nudus egreſſus
ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Sicque Eccleſiaſticus 40. dicit: Graue iugum
ſuper omnes filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in ma-
trem omnium. [ad tumulum] id eſt, ad ſubterraneum ſeu baſſum ac tetrũ purgatorij latibulum,
Luc. 16. quo abſcondor, detineor & affligor. Sic quippe Saluator aſſerit diuitem in inferno ſepultum.
Et Ezechiel 32. Reproborum ſepulchra in inferno poſita referuntur, cum dicitur: Loquentur
potentiſſimi robuſtorum de medio inferni, ibi Aſſur & omnis multitudo eius, in circuitu illius
ſepulchra eius, cum his qui deſcenderunt in lacum. [Nunquid non paucitas dierum meorum
finietur breui?] Hoc anima loquitur ſciſcitando ac deſiderando, vt dies quibus in purgatorio
erit, qui reſpectu æternitatis in patria breues ſunt, celeriter finiantur, quatenus concupitam bea-
titudinem ſortiatur. [Dimitte ergo me] id eſt, reuelamen aliquod mihi pœnæ huius concede.
Aliquoties enim animæ in purgatorio exiſtentes, aliquam conſolationem ſuſcipiunt ex viſione
angelica, & per ſuffragia eis exhibita, ſeu alio modo. [vt plangam] ſpirituali ploratu [paulu-
lum dolorem meum,] quem habeo, non ſolum ex pœna ſenſus qua crucior, ſed & ex pœna
damni qua à gloria diuidor. Porro, vt tactum eſt, ex vehementia acerbitatis pœnarum pur-
gatorij, animæ conſiſtentes in eo, frequenter à libero vſu rationis ſeu diligenti, proprij ſtatus
conſideratione impediri creduntur: ex quo fit, vt ex immoderato dolore. planctum (vt patuit)
impediente, ſeipſas expedite ac ordinate nequeant deplorare, magnitudine tormentorum
quaſi abſorptæ. Hinc cupiunt, vt pœnis quas patiuntur, clementer per interuallum aliquod
releuatis, deflere propriam queant calamitatem. Vnde ob defectum vſus rationis in condem-
Eccle. 9. natis Salomon in Eccleſiaſtico hortatur: Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter opera-
re: quia nec opes, nec ratio, ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos quo tu properas. Huiuſ-
cemodi tamen rationis defectus, longe minor eſt in purgatorio quam inferno. Siquidem in
purgatorio poſitæ animæ, iugiter manent in charitate: & per conſequens habent ſeptem dona
ſpiritusſancti, omnesque virtutes charitati connexas. Quicunque enim habet charitatem, ha-
bet & dona ſpiritusſancti, ſaltem ſecundum aliquem gradum, quemadmodum Thomas &
Bonauentura cæteríque doctores concorditer ſcribunt. Propterea in purgatorio ſitę, per do-
num ſapientiæ in æqualem diuinorum conſiderationem, & per donum ſcientię in pro-
prij ſtatus attentionem poſſunt vtcunque, pœnis earum moderatis, procedere. [Antequam
vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam &c.] Hoc anima in purgatorio collocata pre-
catur, non quod poſt fletum præfatum ſit vnquam in infernum lapſura, ſed quoniam certum
eſt, quod poſt huiuſmodi planctum nunquam in tartarum ruet: ſicut à Matthæo narratur,
Mat. 1. quod Ioſeph non cognouit beatiſsimam Chriſtiferamque Mariam, donec peperit filium ſuum
Pſalm. 109 primogenitum. In Pſalmis quoque pater loquitur Chriſto: Sede à dextris meis, donec
ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Poſtremo, verba hæc quibus infernalis lo-
cus deſcribitur, diligentiſsime ſunt penſanda ac intime formidanda. Itaque oculis mentis
proponamus teterrima illa tartari loca, horridum chaos inferni, profundiſsimas foueas gehen-
nales, deſperationis illius ineffabilem amaritudinem perpendamus, ſempiterna tormenta,
inextinguibilem, æſtuantiſsimum ignem. Imaginemur quam intolerabile nobis eſſet,
per vnum diem in ardenti fornace iacere: quomodo ergo poterimus gehennale
incendium

incendium æternaliter tolerare? Væ infelicisſimis amatoribus ſeculi huius. Beati vero qui in Matt. 5.
hoc mundo lugent ſeipſos. De his infernalibus pœnis ſcriptum eſt in Apocalipſi 14. Crucia-
bitur iniquus igne & ſulfure, & fumus tormentorum eius aſſcendet in ſecula ſeculorum. Et (vt Mat.13. 22.
loquitur Eſai. 66.) ignis damnatorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Ibi, vt
ait Saluator, erit fletus & ſtridor dentium. Taliter ergo viuamus, ac ſi per diem iam in inſerno
adfuiſſemus, pœnaque illas experti eſſemus: immo ſic eas frequenter imaginemur, quaſi eas
præſentialiter intueremur.

Elucidatio literalis capit. 11. Reſpondens autem Sophar Naa mathites, dixit. Art. XXVII.

Forti puglli & victorioſo athletæ, contra quem ſucceſſiuè, plures congrediuntur, eo quod
priores deiecerit, Sanctus Iob comparatur. Vnde nunc cum duos contra diſputando pugnaſ-
ſet, tertius contra eum procedit, atque ab increpatione & contumelia exorditur. [Reſpon-
dens autem Sophar Naamathites, dixit: Nunquid qui multa loquitur, non audiet?] id eſt, de-
cet vt multiloquus verbis ſuis ſuperfluis finem imponens, curet audire & informari. [aut vir
verboſus iuſtificabitur?] id eſt, non decet loquacem reputari iuſtum, immo nec iuſtus, nec
ſapiens eſt, cum ſcriptum ſit: Vidiſti aliquem velocem ad loquendum? Stultitia magis ſperan- Prou. 29.
da eſt, quam illius correctio. Et iterum Salomon ait: In multiloquio non deerit peccatum. I- Prou. 10.
temque: Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterum. Deni- Prou. 29.
que hia verbis quaſi in communi prolatis. Sophar notat & pungit B. Iob, innuens quod in diſ-
putatione hac multiloquus fuerit & verboſus. [Tibi ſoli tacebunt homines?] quaſi dicat, non
es tantæ authoritatis, vt tibi nullus contradicat, aut erroribus tuis reſiſtat, [& cum cæteros ir-
riſeris] id eſt, cum deriſu ſeu aſpernatione redargueris, quaſi virtuoſior ac ſapientior eis: diſ-
putationes autem rhetoricæ, cuiuſmodi iſtæ ſunt, cum irriſione aduerſarij fiunt, ſecundum Al-
bertum. [à nullo confutaberis?] tanquam dicat, nequaquam hoc decet, cum non ſis tantæ
ſapientiæ & virtutis, quin poſsis confundi, reprobari & vinci, & ego te confutabo. Sophar au-
tem duos amicos & ſocios ſuos reputauit deriſos à Iob, quoniam dixit ante: Conſiderate ſe- Iob. 6.
mitas Theman, itinera Saba, & expectate pauliſper, confuſi ſunt, quia ſperaui, quare detraxi-
ſtis ſermonibus veritatis, cum ex vobis nullus ſit qui poſsit arguere me? Ad increpandum tan-
tum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Sed talia atque ſimilia dixit non ex ela-
tione aut cum culpabili deriſione, ſed ex charitate, zeloque veritatis, vel cum iuſta etiam iro-
nia. Subinde equidem licet errantem ac pertinacem deridere, vt corrigatur, ne cæteri deci-
piantur, cum rationabiliter informari ac corrigi dedignatur. Conſequenter proponit, cur de-
beat confutari. [Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus] id eſt, à falſitate & iniquitate alienus
& mundus, quanuis Iob formaliter hoc non dixit, æquiualenter tamen aliquid tale aſſeruit ſu-
pra: Non inuenietis, inquiens, in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia per- Iob 6.
ſonabit. [& mundus ſum in conſpectu tuo] id eſt, immaculatus coram te Deus. Hoc (ſe-
cundum Gregorium) Sophar falſe imponit beato Iob, immo Iob dixit oppoſitum. Nam Gregorius
ait in ſuperioribus: Peccaui, quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Et: Si iuſtificare me vo-
luero, os meum condemnabit me. Veruntamen aliqua protulit Iob, ex quibus Sophar inter- Iob. 7.
pretabatur eum dixiſſe verbum textus inductum æquiualenter. Superius nanque (ſicut iam di- Iob. 9.
ctum eſt) dixit: Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum nullus ex vobis ſit qui poſsit
arguere me? Et alibi: Verebar, ait omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti, Iob. 6.
ſed videtur Iob ita ſenſiſſe, vt Sophar ſibi imponit. Nam infra affirmat: Si in manibus meis Iob. 9.
adhæſit macula, & capitur ibi, ſi, pro non. Et denuo: Neque reprehendit me cor meum in Iob. 31.
omni vita mea. Et reſpondendum quod Iob non ſe dixit venialibus culpis prorſus immu- Iob. 37.
nem, immo in illis ſe faſſus eſt eſſe culpabilem, ſed à talibus ſe excuſat peccatis, qualia ſibi a-
mici ſui impoſuerunt, putantes eum tam grauiter exceſsiſſe, quod tantam meruerit aduerſita-
tem & plagam. Deinceps Sophar oſtendit ſe iſta loqui non ex rancore, ſed amore cum deſide-
rio correctionis ipſius Iob, ex zelo quoque diuini honoris. [Atque vtinam Deus loqueretur
te cum] id eſt, te intus inſtrueret, iuxta illud: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et Pſal. 84.
rurſus: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. [& apperiret la- Pſal. 93.
bia ſua, tibi] id eſt, per ſeipſum tibi aperte & clare panderet veritatem, ſicut in prima ſua 1. Ioan. 2.
epiſtola ſcribit Ioannes: Vnctio eius docet vos de ominibus. Apoſtolus quoque ad Ti- 2. Tim. 2.
motheum. Dabit tibi dominus de ominibus intellectum. Labia autem Deo metaphorice
aſſcribuntur, ſicut lingua & os, quæ in Deo ſpiritualiter ſunt ſumenda, & indiuiſe ſiue iden-
tice, ſuntque intellectus diuinus ſeu ſapientia eius. Vel labia Dei ſunt opera eius, in qui-
bus diuina relucet perfectio, ſicque per ea reuelantur diuina hominibus. [vt oſtenderet tibi
ſecreta

ſecreta ſapientiæ ſuæ] id eſt veritates ſeu notitias ſapientiales, quæ naturali ratione inueſtigari
& ſciri non queunt ab homine. Inuiſibilia etenim Dei naturaliter cognoſcere non valemus niſi
per creaturas, quæ, cum in infinitum deficiant ab excellentia creatoris, certum quod plurima
nobis incognita manent, quæ in Dei ſapientia continentur, & circa Deum conſideranda occur-
runt, & ita dicuntur ſecreta ſapientiæ Dei, quæ quibuſdam ad hoc deſuper electis ſupernatnra-
Pſalm. 50. liter reuelantur. Vnde & Dauid Deo humiliter, gratoque animo confitetur: Incerta & occulta
ſapientiæ maniſeſtaſti mihi. Amos quoque 3. ait: Non faciet dominus verbum, niſi reuelauerit
* eſſet ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas. [& quod multiplex * ſit lex eius.] Lex Dei dupliciter con
ſideratur. Primo exemplariter, prout in Deo accipitur ratio ſapientialis, qua diſponit, regit &
regulat cuncta creata, & hæc lex quamuis ſit prima, vniuerſalis & ſimpliciſsima, ſcilicet omnium
comprehenſiua & ordinatiua, nihilominus multiplex, diſtincta & propria appellatur: quoniam
vſque ad omnia etiam infima ac minima ſe extendit, vniuerſa ordinans & complectens. Vnde
quicquid inordinate fit & cum culpa quantumlibet parua, à diuina lege ſic ſumpta recedit, diſ-
ſentit, ſeu aliquo modo contrariatur, quamuis homo ſæpius non attendat. Secundo accipitur
lex Dei pro lege diuinitus impreſſa & data, videlicet pro lege naturali & ſcripta ſeu Euangeli-
ca: quæ & ipſa multiplex dicitur, quantum ad particularia præcepta ſub ea contenta, & quoniam
virtualiter continet multa. Omne quoque peccatum, quantumcunque paruum, prohibet vel
diſſuadet & punit. Hęc enim lex primo & maxime eſt de charitate Dei & proximi, in qua vtique
charitate omnes virtutes virtualiter ac radicaliter continentur. Cum itaque peccatum ſit tranſ-
greſsio legis diuinę, non poteſt plene cognoſci, niſi agnoſcatur lex Dei: quam qui cognoſcit,
ſcit quam difficile & quam impoſsibile ſit purum eſſe à culpa, cum omne peccatum quantumli-
bet modicum, ſit receſſus à lege Dei, qui omnem inutilem cogitationem, inordinatam affectio
nem, ocioſam loquutionem, illicitam operationem, omnemque omiſsionem culpabilem re-
prehendit, cum difficilimum ſit in nullo horum deficere ſeu peccare. Quoniam ergo Iob dixit
ſermonem ſuum purum & vitam innocentem, concluſit Sophar, quod proprietates legis diuinę
non noſceret. Ideo optando diſſeruit Vtinam Deus loqueretur tecum, vt oſtenderet tibi quod
multiplex ſit lex eius. tanquam dicat, Tunc ô Iob cautius loquereris, & non ita te coram Deo
Oſee. 8. iuſtificare præſumeres. Sicque verba Sophar ſunt valde ſubtilia, profunda, & vera, quo ad hoc
quod legem Dei dicit multiplicem, ſed male hoc applicat ad Iob. Hinc & per Oſeam dominus
ait: Scribam eis multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt. [& intelligeres] id
* ab eo eſt, ex allocutione inſtructioneque Dei, & ex intelligentia multiplicis legis eius cognoſceres,
[quod multo minora] ſupplicia pati [exigaris * à Deo, quam meretur iniquitas tua, id eſt, ci-
tra condignum à Deo plagatus es, & minora tibi induxit aduerſa quam meruiſti, & in hoc So-
Iob 6. phar apertiſsime contradicit verbis Iob, quibus ante iam dixit: Vtinam appenderentur pecca-
ta mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior
appareret. Frequenter quoque ſe dixit ſine ſuis percuſſum demeritis. Inſuper, quod Iob ſecreta
ſapientiæ Dei perſcrutari nequiuerit, Sophar deducit. [Forſitan veſtigia Dei comprehendes.]
deridendo atque negando hoc dicit. Quemadmodum autem veſtigia appellamus ſigna euntis
per viam, ex quibus tranſitus tranſeuntis & ſpecies eius noſcuntur: ſic veſtigia Dei ſunt quæ-
dam proprietates vel ſigna, ſeu naturæ in creaturis inuentæ, ad creatoris notitiam deducentes,
Sap. 13. iuxta illud Sapientis: Vani ſunt omnes homines, quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de
eis quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt: A magnitudine enim ſpeciei
creaturæ poterit creator cognoſcibiliter videri. Propter quod ad Romanos 1. ait Apoſtolus:
Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, conſpiciuntur, ſempiternaque virtus eius & diuinitas.
Nempe effectus ſuam cauſam oſtendit, cum ſit participata ſimilitudo propriæ cauſæ, eo quod a-
gens ſimile ſibi producat. Prædicta autem Dei veſtigia homo in vita hac compræhendere omnia
plene non valet, immo nec de viliſsimis rebus poteſt perfectam habere notitiam, vt cur arboris
Eccl. 8. ſolium ſit taliter figuratum, tantæ quantitatis, talis diſtinctionis, formationis, virtutis. Ideo
Sap. 9. ſcriptum eſt in Eccleſiaſte: Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Et in
Sapientiæ libro: Difficile inuenimus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum
labore, quæ autem in cælo ſunt, quis inueſtigabit? Sed & Eccleſiaſtici 18. habetur: Quis ſuffi-
ciet enarrare opera Dei? non eſt minuere neque adijcere, nec eſt inuenire magnalia Dei. & vſ-
que ad perfectum omnipotentem reperies id eſt, ad plenam & compræhenſiuam Dei cogni-
tionem perſcrutando deuenies, quaſi dicat: Impoſsibile hoc eſt, quia ſi etiam cuncta creata per
fecte cognoſceres, adhuc à plena creatoris notitia infinite diſtares. Creaturæ enim intantum ad
DEI perducunt notitiam, quantum de Diuina perfectione in eis reſplendet. Cum ergo à per-
Exod. 33. fecta perfectionis diuinæ immenſæ repræſentatione deficiant infinite, certum quod ad plenam
Dei contemplationem non ducant. Nec Deus in vita hac reperibilis aut cognoſcibilis eſt, quo
ad quid eſt, ſeu compræhenſiue & per eſſentiam. Propter quod ait ad Moſen: Faciem meam
videre

videre nō poteris: nō enim videbit me homo, & viuet. Deniq;, illud perfecte cognoſcitur, quod
tantum cognoſcitur, quantum eſt cognoſcibile. Cum ergo Deus incōparabilis, ſupereſſentialis,
immēſus, ſit purus & incircūſcriptibilis actus, ipſaq; veritas illimitata, & ipſum eſſe plenum, per-
fectum, interminatum, conſtatq; ꝙ ſit infinitę cognoſcibilitatis: ideo non niſi ab intellectu infini
tæ capacitatis, perſpicacitatis ſeu intellectiuitatis, poteſt perfecte ac compræhenſiue cognoſci ſe-
cundum hunc modum. [Excelſior cœlo eſt. Et quid facies] contra eum, cum cœperit te (niſi pœ-
nitueris) condēnare? [Profundior inferno, & vnde cognoſces?] i. ex qua creatura eum perfecte
reperies. [Longior terra menſura eius, & latior mari.] His verbis immenſitatem maieſtatis diui-
næ & incompræhenſibilitatem Dei metaphorice ſub corporalium rerum nominibus innuit & fa
tetur. Idcirco iſta intelligenda nō ſunt, quaſi in Deo ſit aliqua corporalis dimenſio aut quantita-
tiua extēſio, vel materialis menſura, cum Deus ſupergloriofus & ſanctus ſit ſuperſimpliciſſimus
ſpiritus, mundiſſima mens, primum & ſimpliciſſimū eſſe: ſed per prędicta inſinuatur, ꝙ Deo cō-
ueniat incōparabilis celſitudo, omnipotēs virtus, ſpiritaliſq; magnitudo ſine limitante menſura.
Propter quod ab homine perfecte cognoſci nō poteſt, ſed cunctis infinite præeminet, nec mūdi
huius circumſcribitur aut finitur limitibus. Poſſent aūt per cælum, infernum, terram & mare, cō-
tenta in eis intelligi. De infinitate vero Dei & intelligentia verborū iſtorum, multa ſuperius dicta
ſunt. [Si ſubuerterit omnia] i. ad nihilum redegerit, ſicut ex nihilo ea fecit, quod vtiq; poſſet ſecū
dum abſolutā ſuam potentiam, per ſolam ſuę conſeruationis ſubtractionē. Omnia enim inceſſā-
ter & maxime ab ipſo dependent. Propter quod à Sap. dicitur ei. Quomodo aūt poſſet aliquid Sap. 11.
permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum nō eſſet, conſeruaretur? Vnde t. Timęi Plato
inducit, ſummū Deum, quem patrē opificemq; appellat, loquentē: Odij deorum, natura quidem
corruptibiles, mea aūt voluntate incorruptibiles. Ariſto. quoq;: Ab hoc, inquit, ente dependent
cælum & terra, & tota natura vniuerſi. [vel in vnum coarctauerit] i. ad confuſum ſeu inordinatū
chaos ea reduxerit, ꝓut aliqui exponunt principium Gen. de mundi creatione, quod primo om
nia corporalia fuerunt indeterminata, poſtea per interualla dierum diſtincta. [quis contradicet
ei?] i. nullus efficaciter contradicere poterit, quia & contradictorem Deus in inſtanti annihilare
poſſet. Hinc Sap. dicit Deo: Quis tibi imputabit, ſi perierint nationes quas tu feciſti? [vel quis di Sap. 12.
cere ei poteſt, Cur ita facis?] i. nullus repræhendere poteſt opus ipſius. Cum enim Deus omnipo
tens, nullus ei valet reſiſtere, cum ſit eſſentialiter ipſa ſapientia, errare non poteſt, nec emendari,
increpari ſeu corrigi, cum ſit ſubſtantialiter virtus & ſanctitas. Ipſe eſt principium & menſura om
nis virtutis & ſanctitatis. Ideo eo ipſo quo ipſe quid facit, ſequitur ꝙ illud ſit bene & irrepræhen
ſibiliter factū. Vnde Eſa. aſſerit: Væ qui contradicit factori ſuo. [Ipſe enim nouit hominū vanita Eſa. 45.
tem] i. facta inania, per quæ à vero ac vltimo beatifico fine impediuntur. Vanitas quoq; interdū
accipitur nō ꝓ culpa, ſed pro quadā generali cōditione, concomitāte creaturā ſeu eſſe creatū in-
quātum ex nihilo eſt. Sic enim ex ſe cōpetit ei quidā defectus à vero ſtabili & incōmutabili eſſe,
qui vanitas dicitur. Vnde in Eccl. habetur. Vanitas vanitatum, dicit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatū Eccl. 1.
& omnia vanitas. Et Pſal. Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Porro de vanitate Pſal. 38.
culpabili, qui eſt inordinatus receſſus ab æquitate & veritate, dominus ait per Hier. Quid inue- Hier. 2.
nerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? [& vi
dens iniquitatem, nōne conſiderat] eam ad iudicandū & vlciſcendum? q. d. vtiq;, quia ſapiētia &
iuſtitia Dei id exigunt. Ideo per Sopho. teſtatur: Diſpergā eos qui auertūtur de poſt tergū domi- Sopho. 1.
ni, & qui nō exquiſierunt dominum. [Vir vanus] i. mente auerſus à ſummo vero & inuariabili bo
no, caducis inhęrēs, virtutib. carens, vitijs deditus, qui omni luto & ſtercore vilior eſt, [in ſuperbi
am erigitur] i. mente extollit ſeipſum vltra ꝓprium gradum atq; menſurā, quaſi creatori ſuo ſub
di obligatus nō eſſet, oblitus eſt ꝓprię infirmitatis, & pericula quib. expoſitus eſt, nō perpendēs.
Cū enim à Deo auerſus eſt, vitiorum caligine obtenebratur: & ea quæ habet & quod eſt, ſic aſpi-
cit, quaſi ea à Deo nō eſſent, menteq; cęcus, ſua & ſe plus reputat quā ſit verum: qui ſi aduerteret,
quantū per ſolā ſuā ſuperbiā vilificetur, ſciret & fateretur ſe indignū à terra portari aut inter ho-
mines cōuerſari. [& quaſi pullum onagri,] i. fœtum ſylueſtris aſini, qui in deſerto, ſylua ſeu cam
po genitus, libere diſcurrit, nec ſeruire compellitur, nec loro compeſcitur. [ſe liberum natum pu
tat] id eſt, non obligatum ſubijci Deo, loro diſciplinæ frenari, iugo legis diuinæ conſtringi, ſed
in propria voluntate libere vult vagari, viuere & peccare: qui etſi verbis dicat ſe Deo ſubdi debe
re, aut per ſcientiam id agnoſcat, operibus tamē negat: quia ſic conuerſatur, ac ſi ſe inſtar pulli ona
gri liberum arbitretur. De talibus dominus loquitur in Hier. A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti Hier. 2.
vincla, & dixiſti, non ſeruiam. His verbis notat, pungit & reprobat ſanctum Iob, quia ſupra iam
dixit: Auferat à me Deus virgam ſuam: loquar, & non timebo eum, quod Sophar ſic ſumpſit,
quaſi Iob de pari vellet cum Deo contendere. Ideo ſubdit: [Tu autem firmaſti] id eſt, induraſti Iob 9.
[cor tuum] in malitia, quoniam pertinaciter manes in tua præſumptione, proprijque erroris
defenſione, [& expandiſti ad eum manus tuas] in oratione, quaſi innocens eſſes, quaſi dicat: Eſa. 1.

Talis expanſio ſiue oratio extat inutilis, prout per Eſaiam dominus ait: Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos. manus enim veſtræ, ſanguine plenę ſunt. Qui ergo vult exaudiri à Deo, ſtudeat opera verbis cóformare, docilis eſſe, diuinæ volútati ſe ſubdere. Hinc Sophar ſubiungit congruum modum orandi, pœnitendi & redeundi ad Deum. [Si iniquitatem, quæ eſt in manu] i. operatione [tua,] vel in poteſtate tua, quãtum ad hoc quod libere potes eam dimittere, [abſtuleris à te] pœnitendo atq; ceſſando à malo præterito ſeu præſenti, & bonũ habendo ꝓpoſitum emendandi in poſterum. [& non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia] i. bona iniuſte
Auguſtin. acquiſita reſtitueris. Non enim dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum, vel per tabernaculũ deſignatur familia, quã paterfamilias debet in æquitate ſeruare. Nã & ꝓ domeſticorum delictis dominus domus quandoq; diuinitus flagellatur, quoniam negligens eſt in correctione ſuorũ. [tunc leuare poteris faciẽ tuam] corporalẽ ad cęlum in prece, faciẽ quoq; ſpiritualẽ, videlicet intellectũ ad Deum, [abſq; macula] culpę, quæ diuidit inter Deum & hominẽ, & precem facit inexaudibilẽ, iuxta illud Thrẽ. 3. Nos inique egimus, & te ad iracundiã ꝓuocauimus, idcirco tu inexorabilis es. [& eris ſtabilis] mente Deo fortiter adhęrendo, nec à medio virtutis tam cito recedes, ſed in oratione gratiam te intus corroborantẽ ſuſcipies, ſic ait Apoſt. ad Hebr. 13. Optimũ eſt gra
Thren. 1. tia ſtabiliri cor. Peccatum aũt menti inſtabilitatem inducit, & ad illicita pronam facit. Ideo ſcriptum eſt: Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Sophar tamen (vt æſtimatur) intellexit iſtud etiam de ſtabilitate in bonis terrenis, quę nõ putauit cuiquam auferri niſi pro culpa. [& non timebis] aduerſariorum incurſus. Vel, nõ timebis Deũ timore ſeruili, in die quoq; iudicij eris ſecurus, ſecundum illud Sophoniæ 3. Dominus in medio tui eſt, non timebis malum
Gen. 41. vltra. [Miſerię quoq;] i. prioris calamitatis & plagæ, quam vſq; nunc ſuſtines, [obliuiſceris] præ abundantia proſperitatis, quemadmodum Ioſeph teſtatur: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorũ & domus patris mei. Et hæc obliuio dupliciter intelligi poteſt. Primo, ꝙ prioris aduerſitatis nõ erit memoria in grauamẽ, ſed magis in gaudium: quia iucundum eſt patientibus
Pſal. 89. ſuſtinuiſſe aduerſa, dicente Pſal. Lętati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. Secũdo, quod memoria talis abſorbebitur, ac ceſſabit per occupationem in abundãtia proſperitatis, ſicq; videtur Sophar iam loqui. Nam ſubditur: [& quaſi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis] i. memor non eris prioris aduerſitatis, ſicut homo faciliter obliuiſcitur pluuię quę cecidit, vel fluuij qui curſim transfluxit. Iuxta hunc modum loquendi ait Chriſtus:
Ioan. 16. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ propter gaudium. [& quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam.] [Claritas ſolis in meridie fortiſſima eſt, totumque implet hemiſphærium; Per hunc ergo fulgorem notatur ſtatus floridus, pręcipue proſperitatis in bonis animæ & corporis, quem Sophar diſſeruit Iob præfata agenti, in veſpera (id eſt, in ſenectute) ſua donandum: quod conſequenter quaſi exponit: [Et cum te conſumptum putaueris] id eſt, per infirmitatem & aduerſitatem iam defeciſſe, & protinus moriturum, [orieris vt lucifer] id eſt, grandi decore temporalium fulcieris, & ſpiritaliter renouaberis, & quaſi de nouo ſplendiflue ſurges ac reflorebis, iuxta illud Prou. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſq; ad perfectam diem. [& habebis fiduciã] i. cordis certitudinem, certamq; confidentiam de futuro bono ſeu pręmio poſt mortem. [propoſita tibi ſpe] huiuſmodi boni ſeu ſpe pietatis ac liberalitatis diuinæ, prout ad Hebr. 4. dicit Apo. Firmiſſimum habemus ſolatium, qui cófugimus ad tenendam propoſitã nobis ſpem. Deinceps ſubiungit de mercede æquitatis poſt mortem: [& defoſſus] i. ſepultus, [ſecurus] ab hoſtium afflictione [dormies] requie ſanctorum in limbo patrũ, donec per Chriſtum ad patriam beatorũ deuenias. [Requieſces] in ſpe, donec fruaris & re, & in bonis Dei tandem ęternaliter requieſces. [& non erit qui te exterreat,] quia beatis & glorificatis nulla poteſt pœna accidere, ſuntq; perpetuo aſſecurati de ſua felicitate. [Et deprecabuntur faciem tuam plurimi] i. multi tuũ patrociniũ inuocabunt, & te vt interceſſorẽ rogabunt, ſecundum quod viatores ſoliti ſunt ſanctorũ implorare auxilium. Vnde & ſupra Eliphaz dixit ad Iob: Ad aliquem ſanctorum conuertere [Oculi aũt impio
Iob 5. rum deficient] i. oculi eorũ interiores, bonum optatũ poſt mortem nõ obtinebunt, quia nõ pure & vere illud intendebant, ſed præſentia pręposuerunt futuris: [& effugium peribit ab eis] i. damnationem nõ valebunt euadere, quemadmodum loquitur Eſai. Quid facietis in die calamitatis
Eſai. 10. de longe venientis? ad cuius fugietis auxilium? Et 2. Machab. 2. lib. ait vir timoratus: Manum omnipotentis neq; viuus, neq; defunctus effugiam. [& ſpes illorum] vana & falſa, qua ſperauerunt non in Deo, ſed in re creata, & bonum caducum finaliter quæſierunt. Hæc ſpes non eſt theorica virtus, immo nec virtus, ſed fallax fiducia, de qua dicitur in Sapientiæ libro: Spes impij tanquam
Sap. 5. lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma. Hæc itaq; ſpes illorum, eſt [abominatio animæ] id eſt, abominabilem Deo atq; damnabilem efficit animam, eſtq; omni animæ bonæ abominanda. Poteſt quoque exponi de ſpe, quæ eſt virtus theologica, loquendo de ſpe informi, ſecundum quod impij ſperant ſaluari, cum tamen viuant iniuſte. Diffinitio autem ſpei, qua dicitur,

Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia Dei & bonis operibus ſeu meritis proue-
niens, datur de ſpe formata. Poſtremo, ex præinductis eloquijs Sophar clariſsime patet, quod
poſuit vitam poſt hanc vitam. Ei enim qui nec corpore nec anima viuit, non competit ſecure dor
mire, nec ei ꝓmittitur nō terreri, nec competit ei vt alij eum exorent, nec Sophar dixiſſet ad Iob,
quod poſt mortem ſuam plurimi faciem eius eſſent deprecaturi, niſi ſenſiſſet animam poſt cor-
pus ſubſiſtere, viuere coronari. Illi quoq; qui aſſerunt, amicos Iob non poſuiſſe vitam futuram,
exponunt hanc literam non parum (vt reor) extorte, quemadmodum prouide intuenti ſcripta eo
rum conſtabit. Porro ſanctus Gregorius & Albertus Magnus vir ingenioſus, exponunt iſta, ita
quod Sophar poſuit animam immortalem.

De ſpirituali huius capituli intelligentia. *Art. XXVIII.*

RESpondens Sophar Naamathites, dixit: Nunquid qui multa loquitur, non audiet, aut vir
verboſus iuſtificabitur?] Per Sophar ſignantur ſapientes in oculis ſuis, zelumq́ue Dei ha- Eſai. 5.
bentes, ſed non ſecundum ſcientiam: qui verba increpatoria, inſtructoria, & dictis ſuis ob- Rom. 10.
uiantia æquanimiter audire non valent: ſed pauca verba iuſtorum: quibus ipſi redarguuntur,
quaſi multa atq; ſuperflua criminantur: & prolatores verborum talium reputant vitioſos, atq; vt
eos iuſte reprehendere videantur, verba authentica contra eos proponunt. Vnde & verba hæc So
phar, in ſeipſis vera, notabilia atq; moralia ſunt, ſed indebite applicantur aduerſus moralem ac
ſapientem. Itaq; vir verboſus non iuſtificatur, Pſalmiſta dicente: Vir linguoſus non dirigetur in Pſal. 139.
terra: quia dum quiſq; per verba defluit, perdita grauitate ſilentij, cuſtodiam mentis amittit, ſe- Gregorius
cundum Gregorium. Hinc ſcriptum eſt in Prouerb. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſto Prou. 21.
dit ab anguſtijs animam ſuam. Et alibi Salomon ait: Qui inconſideratus eſt ad loquēdum, ſenti- Prou. 13.
et mala. Et denuo: Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt. In Eccleſiaſtico quoque Prou. 17.
ſcriptum eſt: Odibilis eſt, qui procax eſt ad loquendum; & qui multis vtitur verbis, lædit animā
ſuam. Deniq;, ſicut vas carens operculo, immunditijs deturpatur: ſic anima quæ ori ſuo virtutem Eccl. 20.
ſilentij non ſuperponit, nec illud tempore cōgruo clauſum tenet, vitijs inquinatur. Porro religio
ſis & maxime ſolitarijs attendenda ſunt iſta, cum Iacobus dicat: Si quis putat ſe religioſum eſſe, Iacob. 1.
non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Et Eſaias ait: Erit cul Eſaiæ 32.
tus iuſtitiæ, ſilentium. Præterea verbo Sophar quo ait: Nunquid qui mala loquitur, nō audiet, cō-
ſonat illud Iaco. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Deniq;, im Iacob. 1.
patientes, vitioſi & ſcioli, eos à quibus reprehenduntur, ſuperbos & ſui irriſores frequenter exi-
ſtimant. Idcirco in perſona cuiuſlibet talis, reprehēſorem ſuū impie redarguentis, ſubiungitur.
[Tibi ſoli tacebunt homines? & cum cæteros irriſeris, à nullo confutaberis?] q. d. Non es talis aut Gregorius
tantus, vt deceat me tacere. Vbi Grego. ait: Cum vera vox iuſtorum prauorum ſe auribus admo-
uet, memoriam culpa mordet, & in redargutione vitiorum, quo intus cognitione mēs tangitur,
foris ad contradictionis ſtudium ꝓuocatur: ferre vocē non valet, quia tacta in vulnere ſui reatus
dolet: & per hoc quod generaliter cōtra peruerſos dicitur, ſe impeti ſpecialiter ſuſpicatur. Hinc
quoq; ſæpe correptori falſa imponit, ſicut & Sophar ait ad Iob: [Dixiſti, purus eſt ſermo meus, &
mundus ſum in conſpectu tuo.] quod Iob non dixit eo modo quo ſibi obijcitur. Inſuper, vitioſi
ficteque boni, ne ex paſsione loqui putentur, bona verbotenus ſuo correptori aliquando impre-
cantur, ſicut & Sophar ait ad Iob: [Vtinam Deus loqueretur tecū, & aperiret labia ſua tibi.] Hoc Iob 6.
vtiq; nos vera ex charitate optare, orare & dicere his debemus, quos à veritate & æquitate deuia-
re, nobiſq́; im ꝓperare videmus. Optare nanq; debemus, vt eorum corda Deus gratioſe illumi-
net, ſanet & ſaluet. Denique Deus superſapiens & excelſus, frequenter ſecretiſsime & interne lo
quitur his, qui ſynceriter & ardenter diligunt eum, qui toto affectu ei intenti ſunt, & eius amore
penitus aſpernantur, quicquid à Deo impedit mentem: quorum purificata ac ſtabilita eſt mens,
quorum voluntas in ſerenum bonitatis affectum conuerſa eſt tota: quibus viluit mundus, & quic
quid mundanum eſt: qui in dono ſapientiæ fulgent, diuinæque lucis radijs perfunduntur, atque
ad myſticam theologiam deueniunt, in qua Deus oſtendit ſe menti ſimplificatæ in ipſo, ſecundū
capacitatem illius ad ſupernaturalem diuinitatis contemplationem erigens, eàm in qua indicibi
liter Deo vnitur & fruitur, geſtans veraciter quàm dulcis ſit Deus. Hinc ſubditur: [vt oſtenderet
tibi ſecreta ſapientiæ.] Secreta ſapiētię, intelligi poſſunt vel occulti vel imperſcrutabiles effectus
ſapientiæ Dei, vel ipſa Dei ſapientia infinita, incompræhenſibilis, ſuperſecretiſsima, quo ad quid
eſt nobis ignota: quæ licet ſit ſimplex & vna, tamen pluraliter deſignatur, cū dicitur, ſecreta ſapi-
entiæ, i. ſapientiā in qua omniū ſecretorū ſecretiſsimæ ac ſapiētiſsimæ rationes idealiter atq; fon
taliter continentur, ſicq́; ob diuerſitatē ſcitorū ſeu obiectorum creatorū, pluraliter nominatur, ſi
cut in Deo dicūtur plures ideę. Itaq; ſecreta ſapiētiæ ſuæ Deus nobis reuelat dupliciter, Primò, ad
ſuæ ſapiētiæ contēplationem nos eleuādo. Secundo, occultorum ſuorū effectuum ſecretas ratio-

nes in ipſo originaliter conſiſtentes,noſtræ menti aperiẽdo, quemadmodum varias rationes in-
Gregorius carnationis Chriſti & cæterorum myſteriorum eius,ſanctis patribus reuelauit.Hinc ait Gregor.
Secreta ſapientiæ ſupernæ ſunt opera,cum Deus quos creauit,deſerit:cum bona quæ præuenien
do cœperat, nequaquam proſequendo conſumat:cum claritate nos ſuæ illuſtrationis illuſtrat, &
tamen permiſsis carnis tentationibus,cæcitatis tenebris pulſat:cũ dona quæ contulit, non cuſto
dit:cum & mentis noſtræ ad ſe deſideria excitat,& tamen occulto iudicio difficultate nos noſtrę
imbecillitatis anguſtat: quæ ſecreta ſapientiæ eius pauci valent inquirere, ſed nullus inuenire:
quia quod ſuper nos de nobis ab immortali ſapientia non iniuſte diſponitur, iuſtũ profecto eſt,
Rom. 11. vt à nobis adhuc mortalibus ignoretur. Hinc Paulus exclamat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ
& ſcientiæ Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eius? Et in Sapi-
entia habetur: Senſum tuum domine quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris ſpiritum tu
Sap. 9. um de cælis? Hieremias quoque ait: Quis affuit in conſilio domini, & vidit & audiuit ſermonem
Hier. 23. eius? [Et quod multiplex ſit lex eius.] Præter expoſitionem verbi huius præcedenti articulo poſi
tam,poteſt hoc ipſum exponi de legis diuiſione in varias leges. Eſt enim lex ęterna, lex naturalis,
lex humana, lex diuina ſeu ſupernaturalis, quę diuiditur in legem Euangelicam atq; Moſaicam.
Lex quippe ęterna,eſt ratio gubernationis rerum in diuina mente conſiſtens. Hęc etenim lex eſt
Sap. 12. ratio diuinę ſapientię,inquantum eſt directiua actuum ac motuum omnium creaturarum. Vnde
in libro Sapientię ſcriptum eſt: Cum ſis iuſtus ô domine,omnia iuſte diſponis. Porro lex natura-
lis eſt quædam participatio legis æternæ,naturis rerum creatarum naturaliter indita, per quam
vnaquęque tendit in proprium finem naturalem,ſibi à diuina ſapientia pręſtitutum. Sed quoni-
am rationalis creatura ad ſupernaturalem felicitatem creata eſt, indigemus legi ſupernaturali,
per quam de vera & ſupernaturali beatitudine inſtruamur, atque de pręceptis & actibus perueni
endi ad eam illuminemur. Hæc ergo lex ſupernaturalis,dicitur lex diuina,quę eſt menſura & re-
gula actuum humanorum in ordine ad beatitudinem ſupernaturalem ęternam, de qua lege diui
Pſal. 19. na ait Pſalmiſta: Lex domini immaculata,conuertens animas. Lex autem humana eſt quoddam
rationis dictamen,quo diriguntur actus humani in ordine ad finem boni communis. Et hęc lex
ex naturali lege progreditur, eſtque quaſi determinatio & explicatio legis naturalis, circa parti-
culares hominum ſtatus atque negocia,caſus & opera. Quemadmodum enim ratio ſpeculatiua
ex primis & indemonſtrabilibus principijs per ſe notis elicit varias diuerſarum ſcientiarum con-
cluſiones,ſic ratio practica ex primis principijs operatiuis, quæ ad ius ſeu legem naturalem reſpi
ciunt, tendit ad particulariora, inquirendo ac diſcutiendo quid in certis negocijs ſit agendum.
Hę vero particulares diſpoſitiones per rationem inuentę,vocãtur leges humanę. Deniq;,contin
git hominem contra quamlibet harum legum peccare,propter quod fragilitati humanę difficile
eſt omnem culpam vitare. De hac materia loquitur Thomas pulcherrime in prima ſecundę,ſecũ-
dum quem prędicta diſtinctio eſt inducta. [Et intelligeres] ex conſideratione multiplicis legis
Dei, [quod multo minora exigaris à Deo, quam meretur iniquitas tua.] Hoc vtique verificatur
in nobis. Quo enim legem naturalem, humanam ac Euangelicam clarius conſideramus atq; co-
gnoſcimus, eo nos culpabiliores damnabilioreſque inuenimus: Vnde agnoſcimus & fatemur,
quod minus flagellamur ſeu quibuſlibet aduerſitatibus exercemur, quàm peccando meruimus.
Hoc ergo ſemper penſemus,& in omni tribulatione quantumlibet graui, conſtãter & humiliter
fateamur,pręſertim cum vno peccato mortali ęternam meruerimus pœnam inferni,ſicq; nõ mur
Iudith 8. murabimus in aduerſis,penſantes illud Iudith: Non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed re-
putantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella domini (quaſi ſerui qui corripi-
mur) ad emendationem, & non ad perditionem noſtram, eueniſſe credamus. Hinc infra dicitur,
Iob 33. quod quilibet noſtrũ ex corde iugiter dicere habet,præſertim dum corripitur aut plagatur: Pec-
caui,& vere deliqui,& vt eram dignus non recepi. [Forſitan veſtigia Dei cõprę hendes.] Per ve-
ſtigia Dei, Greg. intelligit viſitationes Dei benignas, quibus ad ſupernorũ contẽplationem atq;
amorẽ erigimur,quas cõpræhẽdere nõ valemus: qa vbi & quomodo veniãt,ignoramus. De hoc
dicta ſunt plurima ſuper illud: Si venerit ad me,nõ videbo eũ &c. Vnde & Salomon ait: Quis ho
Iob 9. minum poteſt intelligere viam ſuam? [& vſq; ad perfectum, omnipotentẽ reperies.] Secundum
Prou. 20. beatiſsimum Dionyſium, qui in quibuſdam myſticæ theologiæ capitulis & in alijs pluribus locis dupli
citer Deum in hac vita cognoſcimus, videlicet per poſitionem, & probationem. Modus autem
cognoſcendi Deum per poſitionem eſt, quicquid perfectionis in creaturis conſiſtit, Deo aſſcri-
bere tanquam totius perfectionis primo principio. Modus vero cognoſcendi per ablationẽ, eſt
quicquid in creaturis inuenitur,negare de Deo tanquam ab ente omnia in infinitũ excedente, &
ſuperpoſito vniuerſis per eminentiã infinitã,cui cũ creaturis nihil vniuoce cõpetit. Idcirco ſecun
dum Dionyſium, iſte cognoſcendi modus in diuinis, eſt potior primo, ita quod melius veriuſ-
que cognoſcimus, quid Deus non eſt, quàm quid eſt: immo, quid eſt, penitus ignoramus. Vn-
de in myſticæ theologiæ theorica viſione, quæ eſt altiſsima Dei cognitio in hac vita poſsibilis,
mens

mens coniungitur Deo tanquam omnino incompræhenſibili & ignoto, ita quod Deum tanto
perfectius cognoſcimus, quanto clarius cernimus quod ipſe ſit penitus inuiſibilis, incompræhen
ſibi is & ignotus. Hoc quoq; elegantiores nouerunt philoſophi, ſcilicet Plato, prout in libris de
ciuitate Dei recitat Auguſtinus, Proclus etiam Platonicus in elementatione ſua theologica ſub-
tiliter probat hoc. Sed & author libri de Cauſis, affirmat hoc ipſum. Ideo omnipotentem perfe-
cte inuenire non poſſumus, ſed aliqualiter tantum. Vnde in primo Timęi: Genitorem opificem-
que vniuerſi tam difficile inuenire, inuentum autem impoſsibile digne profari. Et author libri
de Cauſis: Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quo nominatur, & non pertinet ei diminutio ne-
que complementum. Ea quippe quæ Deo aſſcribimus, conueniunt ei per modum infinite excel-
lentiorem, quàm capere ſeu compræhendere in vita hac poſſumus. [Excelſior cælo eſt.] quia in-
circumſcriptus, & angelicis ſpiritibus incompræhenſibilis compræhenſione perfecta. [profun-
dior inferno,] quia hũc ſubuehit, & malignorũ ſpirituũ verſutias longe ſubtilius, quã ipſi putaue
rant, iudicans, damnat. [longior terra menſura eius,] quæ eſt ipſa æternitas, quæ longior eſt ſpiri-
taliter, quam terra materialiter. & longanimitatem habitantium in terra, patientiæ ſuæ longani-
mitatis exuperat. [& latior mari,] quoniam temporalium rerum fluctus ſua poteſtate coercet, cir
cundat, & cũctis limitibus claudit. [Si ſubuerterit omnia.] interdum per omnem creaturam, ſeu Marc. 16.
per omnia, ſolus homo ſeu genus humanum exprimitur, quemadmodum Chriſtus ait: Prædica- Ioan. 12.
te Euangelium omni creaturæ Et: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Itaq; ſen
ſus eſt, Si ſubuerterit omnia, id eſt, homines vniuerſos in terra gratia priuauerit, ita quod ſpiritali
ter moriantur, & nihil ſint, quantum ad eſſe meritorium, eoſq; perire ſeu dãnari permiſerit. [vel
in vnum coarctauerit] id eſt, ſimul collectos, & in vnam congeriem adunatos, ſimul in infernum
proiecerit, ſicut in die iudicij proijciendi ſunt reprobi. [quis contradicit ei?] id eſt, nullus re-
pręhendere poſſet, quia Deus per ſuam iuſtitiam nos omnes poſſet relinquere. [Ipſe enim nouit
hominum vanitatem] i. procliuitatem ad malum, atq; multiplicem defectuoſitatem & impieta-
tem propter quod ait Pſalmiſta: Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatẽ, Pſalm. 4.
& quæritis mendacium? itemq;: Veruntamen vani filij hominum. [Tu autem firmaſti cor tuum] Pſalm. 61.
in malitia. Hæc eſt confirmatio praua & falſa, quia iniquitas non eſt firmitas, ſed defectus atque
debilitas. Virtus vero eſt animi fortitudo. Ideo vera cordis confirmatio, eſt virtutum poſſeſ-
ſio, conſtantiaque mentis in Deo, ſicut ait Apoſtolus: Optimum eſt, gratia ſtabiliri cor. Et ad E- Hebr. 13.
pheſios 6. Confortamini, inquit, in domino & in potentia virtutis eius. Hinc ait ſcriptura: Non
roboratur homo ex iniquitate. Et Anſelmus diſſeruit: Qui hoc poteſt quod ſibi nõ expedit, quã- Prou. 12.
to plus hoc poteſt, tanto infirmior eſt. Denique, quicunque peccat ex deliberatione, ex certa ſci-
entia, ex habitu vitioſo, confirmat cor ſuum in malo, & preces ipſius Deo indignæ ſunt, quem-
admodum ſcriptum eſt in Prouerbijs: Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit Pro. 20.
execrabilis. [Si iniquitatem abſtuleris à te] vere pœnitendo, dignoſq; pœnitentiæ fructus agen-
do, [& non manſerit in tabernaculo tuo] id eſt, cordis cubiculo, conſcientiæ domo, vel in corpo
re tuo, quod quaſi tabernaculum animæ eſt, [iniuſtitia] id eſt, ſi ab omni inquinamento carnis &
ſpiritus te purgaueris, [tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula] id eſt, Deo mente pura,
decora ac ſplendida te præſentabis, & eris acceptus. Deus namq; requirit animam ſine peccato,
quod ſolum inimicitiam parit inter creatorem & creaturam. [& eris ſtabilis] in iudicio rationis,
quæ vitijs excæcatur, nutat & ruit. Paſsiones namque & vitia mentem efficiunt vagam. Et is quo-
que ſtabilis in bonitatis affectu in oratione, meditatione, contemplatione: in quibus omni-
bus tanto ſtabiliores efficimur, quo amplius (vitijs eradicatis) in charitate & gratia creſcamus. [&
non timebis] timore inordinato, carnali, ſeculari, ſeruili, ſecundum illud Pro. 28. Iuſtus quaſi leo
confidens, abſq; timore erit. & tamẽ eodem cap. ſcribitur: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus:
ſed hoc de timore ordinato, præſertim caſto & filiali, aſſeritur. Qui enim Deũ pure pleneq; me-
tuit, nil niſi ipſius offenſam & ſeparationem ab ipſo veretur, quãuis naturali timore affici poſsit.
Hinc ſcriptum eſt Eccl. 34 Qui timet Deum, nihil trepidat. [Miſeriæ quoq; obliuiſceris] i. prio-
res animi tui inquietudines, perturbationes, vitioſitates trades obliuioni, ita quod eas per com-
placentiam animo non reuolues, nec talia ſicut ante admittes. Deniq; ſancti in patria dicũtur ma
lorum vitæ pręſentis obliuiſci, non quod eorũ prorſus immemores ſint, ſed quia nõ complacent
neq; moleſtant. Vnde Eſa. 65. loquitur: Obliuioni datæ ſunt anguſtiæ priores [Et quaſi meridia-
nus fulgor] i. doni ſapientiæ ſplẽdor cæteris donis candidior, ſicut ſol cæteris aſtris atq; planetis
præfulget, [cõſurget tibi ad veſperũ] i. hora aduerſitatis, tribulationis ſeu tentationis: quoniã his
malis occurrentibus, per donũ ſapiẽtiæ te contra ea armabis & ꝓualebis. Per ſapientiã nẽpe, qua
homo ſapit, ꝙ dulcis eſt Deus, ac diuina deguſtat, ſpiritalis vitæ ſuauitatẽ experiẽs, repellit pecca
ta, paruipendit aduerſa, & conſtans manet in omnibus. Ideo Sapientiæ 9. inducitur: Per ſapienti-
am ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi domine ab initio. Et Eccl. 27. Homo (inquit) ſanctus
in ſapientia manet ſicut ſol. nam ſtultus mutatur vt luna. [Et cum te conſumptum putaueris] i.

I 3 præ mul-

Pſal.54. præ multitudine tentationum & anguſtiarum animi tui, te quaſi iam victum & gratia euacuatū
cenſueris, vtpote à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate iam pene deiectus. [orieris vt lucifer] id
eſt, ingenti diuinæ confortationis perfunderis fulgore, & tangente te intus Spiritu ſancto, virtu-
tum indueris decore. ita quod maior tibi erit mentis ornatus, morum venuſtas, ædificationis ex-
emplaritas poſt tribulationem & tentationem, quam ante, faciente Deo cum tentatione prouen-
tum, & poſt tempeſtatem faciente tranquillum. Hinc Eſaiæ 58. promittitur iuſto: Requiem dabit
tibi dominus, & implebit ſplendoribus animam tuam. [Et habebis fiduciam] non ſolum retribu
tionis æternæ, beatitudiniſque ſupernæ, ſed in omni euentu, in omni aduerſitate & prece cor tu-
um fiducialius ad Deum confugiet, conſtantius ſtabit, & tutius erit, innitendo pietati diuinæ, &
de prouidentia diſpoſitionis eius ſperando. [Propoſita tibi ſpe] huiuſmodi boni à teipſo vel ab
alio, ita quod non corrues à ſpe. quo enim quis virtuoſius vixerit, & pro iuſtitia duriora pertule-
rit, tanto fit ei maior fiducia ac ſolidior ſpes de Deo: quia & bona conſcientia parit fiduciā, ſpem-
que robuſtam, ſicut & mala conſcientia eſt grauida. Propterea Sapientiæ 16. legitur: Ingrati ſpes
tanquam hybernalis glacies tabeſcit, & diſperiet tanquam aqua ſupernacua. Et ſequenti ibi cap.
17. Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnata. In Prouerbijs quoque: Fugit impius
Prou 28. nemine perſequente, iuſtus vt leo confidit. Hinc Ariſtoteles ait, quod melioris ſunt ſpei qui be-
Hier.17. ne ſe habent in diuinis. Et Hieremias fatetur: Benedictus qui confidit in domino, & erit domi-
nus fiducia eius. [Et defoſſus ſecure dormies] obdormitione mentis in Deo per fruitionem bea
tificam eius. Hæc dormitio eſt perfecta & glorioſa mentis in Deo pauſatio, contentio, quietio.
[Requieſces] quiete beata in patria, quantum ad animam, corpus vero interim requieſcit in mo
Pſal.4. numento, quemadmodum breuiter & dulciter tangit Pſalmiſta: In pace in idipſum dormiam &
requieſcam. Hinc S. Caſsianus à beatiſsimo Germano epiſcopo ad ipſius ſepulchrum progreſſo
interrogatus, quid ais ô frater Caſsiane, reſpondit: Dulci ſomno perfruor, & aduentum ſaluato-
ris ſecurus expecto. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Viatores enim communiter beato-
rum ſubſidia flagitant ſaltem in generali, quia & vna eſt generalis ſanctorum feſtiuitas. Nomi-
natim vero non inuocamus defunctos, niſi quos canonizauit eccleſia, niſi forte Deo reuelante,
Eſaiæ 26. aliunde conſtet eſſe beatos & in patria coronatos. Oculi autem impiorum deficient ab intuitio-
ne gloriæ Dei, quemadmodum ſcriptum eſt: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Deficient
quoque oculi illorum interiores, quoniam tenebris erroris erunt repleti, ita vt Deum in æternū
blaſphement, iniuſtumque reputent. Deficient etiam triſtitia iugiter intuendo, videlicet dæmo-
nes in inferno. Oculi autem eorum exteriores, mœſtiſsima habebunt obiecta ineffabiliter affli-
Eſaiæ 26. ctiua, immo proprij corporis turpitudo erit eis horrenda. Hinc Eſaias fatetur: Domine, exalte-
Dani.12. tur manus tua vt non videant. Ad quod Deus reſpondet ſanctis, zelo iuſtitiæ illud petentibus: Vi
deant & confundantur zelantes populi. Vnde Daniel dicit de iuſtis: Euigilabunt in opprobrium,
vt videant ſemper, haud dubium quin ſuas miſerias.

Declaratio Cap. 12. Reſpondens autem Iob, dixit: *Art. 29.*

RESPONDENS autem Iob, dixit: Ergo vos ſoli eſtis homines?] Iob ſciens tres ſuos ami
cos contra ſe concordare, reſpondendo in huius capitis principio ipſi Sophar, omnes tres
pariter atque æqualiter reprobat, dicens: Ergo vos ſoli eſtis homines, id eſt, tam ſapientes
eſtis in oculis veſtris, tamq; iactanter loquimini, quaſi cæteri homines comparatione veſtri bru-
ta conſiſterent, vobiſque tantum veritas eſſe nota, [& vobiſcum morietur ſapientia?] quia ſi vos
ſoli eſtis homines, ſequitur quod morientibus vobis, non permanebit ſapientia?] in hoc mūdo.
Vnde hoc verbo Iob non intendit aſſerere, quod homine moriente, eius ſapientia moriatur, ſed
manet in anima immortali, quamuis forte in damnatis diu non maneat, nec obſtat illud Apo-
1. Cor. 13. ſtoli, Siue ſcientia deſtruetur. Non enim intelligitur hoc de deſtructione habitus ſcientialis, aut
cuiuſlibet actus eius, ſed de modo ſciendi. Aliqui textus habent, Moratur vel moretur ſapien-
tia, & tunc interrogatiue exponitur, vt ſit ſenſus: An vobiſcum manet ſeu maneat ſapientia, quæ
eſt diuinorum cognitio? & intendit quod non. Vnde infra teſtatur, Abſit vt ſapientes vos reputē.
quod intelligendum videtur de ſapientia erroribus non permixta. Quamuis enim amici Iob fue
rint viri plurimum eruditi, & in Dei notitia quadam inſtructi, nihilominus in aliquibus errauе-
runt circa diuina, & citra prouidentiam atque iuſtitiam Dei, videlicet quod Deus non puniret
quempiam, niſi pro ſua culpa, & quod iuſtis in vita hac temporalis proſperitas ſemper diuinitus
donaretur. Ea quoque ſi in communi vere & ſine errore cognouerant, ad ſanctum Iob errone
applicabant. Porro ſecundum Thomam, ſicut & verbis amicorum Iob perpenditur, tota eorum
intentio circa tria verſatur. Primo enim ſtudebant ſublimia loqui de Deo, extollendo eius ſapiē-
tiam, potentiam, æquitatem, vt per hoc eorum cauſa rectior videretur. Secundo talia dogmata
ad quædam falſa applicabant, quod ſcilicet propter iuſtitiam homines temporaliter proſperaren
tur, &

tur,& ꝓpter peccata hic tribularentur. Tertio ex his redarguebant Iob quaſi iniquum,eo quod
fuit tam dire percuſſus. [Et mihi eſt cor]id eſt, intellectus[ſicut vobis:] ideo vos ſoli non eſtis
homines, ſed etiam ego. [nec inferior veſtri ſum] in diuinorum notitia, in virtute & vita. Non
præſumptuoſe hoc ait, ſed zelo veritatis ex charitate, vt amicorum extirpet errorem, reprimatq́;
iactantiam. Virtuoſi enim ſua interdum bona commemorant ad gloriam Dei, vtilitatemq́; proxi
mi. Sic & Paulus ait: Non arbitror me aliquid minus feciſſe à magnis Apoſtolis. Itemq́;, Plus om- 2. Cor. 11.
nibus laboraui. Dauid quoq; abſq; ſuperbia dixit ad dominum: Feciſti me ſpectabilem præ cun- 1. Cor. 15.
ctis hominibus ſuper terram. Immo Iob verba hæc cum magna diſcretione, dicente Gregorio: 1. Par. 17. Gregorius
Quis neſciat quantum B. Iob vita atque ſcientia, amicorum eius vitam ſcientiamq́; excedat? Sed
vt eorum ſuperbiam corrigat, inferiorem eſſe ſe negat, & ne humilitatis ſuæ limitem tranſeat, ſu-
periorem eſſe ſe tacet. [Quis enim hæc quæ noſtis, ignorat?] Nonne multa alta ac difficilia ſciue
runt & protulerunt amici Iob, quæ communis homo ignorat? Et reſpondendum, quod Iob non
intendit aſſerere quod omnia amicis ſuis cognita eſſent & alijs omnibus nota, ſed principalia i-
ſta, quæ iam de excellentia Dei & alijs quibuſdam ſimilitudinibus & proprietatibus naturalium
fuerunt locuti. Idcirco notanter ait, quis hæc quæ noſtis &c. Omnibus enim faciliter conſtare po
teſt, quod Deus ſit in omni perfectione altiſſimus. Vel Iob loquitur non de omnibus abſolute,
ſed de omnibus diſputationi huic præſentibus. [Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego] à vobis
tribus meis amicis derideor, quaſi iſta ignorem quæ omnibus patent, & quaſi diuinæ iuſtitiæ de-
rogem. [inuocabit Deum,] vt ſibi clementer aſſiſtat, & ne per impatientiam cadat. Qui enim ſe
conſpicit deſpici, quaſi impellitur vt ad Deum confugiat, qui mœſtorum & afflictorum ac paupe
rum eſt miſericordiſſimus patrocinator, quemadmodum ſcriptum eſt Pſalm. 9. Tibi derelictus
eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Et quod ait, inuocabit Deum, non loquitur aſſerendo, qua-
ſi omnes deriſi ſic faciant, cum multi tales per impatientiam indignentur & iraſcantur. Sed dicit
hoc exhortando ſeu conſulendo, vt ſic faciant. Quo enim videmus nobis plura aut fortiora pec-
candi incitamenta occurrere, eo ſerius ad Deum debemus recurrere, ipſum depoſcere, in eius ꝓ-
tectione quieſcere, [& exaudiet eum:] quia tanta eſt miſericordia ſuperbenigniſſimi Dei, vt
quo orator fuerit deſpectior, infirmior, indigentior, eo plus indignetur hunc exaudire. Propter-
ea dicit in Pſalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Rurſus, quo
Deus vidit hominem plus contemni, irrideri, opprimi, iniurias pati, eo pronior eſt ei ſuccurrere,
ſecundum quod ait: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Ideo dicit Pſalm. 9.
Gregorius: Hos elegit Deus, quos deſpicit mundus. Immo ipſe Apoſtolus faſſus eſt: Quæ ſtulta 1. Cor. 1.
ſunt (inquit) mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi contemptibilia elegit
Deus. Denique, vbi deeſt auxilium hominum, potiſſime ſolet adeſſe diuinum, præſertim ſi fi- Pſal. 26.
deliter & conſtanter quæratur, dicente Pſalmiſta: Quoniam pater meus & mater mea derelique
runt me, dominus autem aſſumſit me. Amici autem qui vere amici ſunt & virtuoſi, amicum ſuum
non derident, ſed erranti condolent: & ſi valent, ſuccurrunt. Hoc enim exigit charitas, & ſapien-
tia docet hoc, cum dicat Apoſtolus: Qui ſtat, videat ne cadat. Et denuo: Debemus nos firmio- 1. Cor. 10.
res, imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere. Alium vero, & præſertim amicum Rom. 15.
ex contẽptu aut ſuperbia deridere, non eſt paruũ peccatũ: ſed & qui ꝓprium imperfectum conſi-
derat, non faciliter quenquam deridet. [Deridetur enim iuſti ſimplicitas]id eſt, ſimplex & inno
cens conuerſio à callidis & doloſis, præſentia & terrena æternis & futuris bonis præferentibus.
Quemadmodum enim ſapientia ſeculi, ſtultitia à Deo & eius electis fidelibus reputatur: ſic vera
ſapientia electorum & Dei, ab amatoribus huius mundi inſipientia iudicatur. Hinc religioſi à
carnalibus contemnuntur, & qui mundo renunciant, religionemq́ue intrant, vel humili veſtitu
inter homines gradiuntur, mundanis cordibus deſipere videntur. Vnde 4. Reg. 9. principes Iſra-
el, viſo filio prophetarum, ab Heliſæo in Ieſu directo, dixiſſe leguntur ad Iehu: Quid venit inſa- Prou. 14.
nus iſte ad te? Idcirco in Prouerbiorum libro ſcribitur: Ambulans recto itinere, & timens Deum,
deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Sed aliud eſt iudicium Dei, aliud hominum, pro vt in
Prouerbijs tangitur: Abominatio eſt domino omnis illuſor, & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius. Pro. 3.
Poſtremo, ſicut iuſtorũ ſimplicitas à doloſis ac callidis deridetur, ſic cęterę virtutes ab his qui cõ-
traria habẽt vitia, irridentur, vt à lubricis caſtitas, à cupidis libertas. Vnde in Eccleſiaſtico fertur: Eccl. 13.
Abominatio ſuperbo humilitas, & execratio diuiti pauper. Hinc ſubditur: [Lampas contempta
apud cogitationes diuitum]id eſt, ſimplicitas iuſti, quæ lampas vocatur per claritatem ſuę virtuo
ſitatis, & quoniam alijs lucet præbendo exemplum, ardet quoque per charitatem accenſa, ſicut
lampas oleo infuſa, quæ tamen apud cogitationes diuitum ſpernitur, quia ab his qui in tempora
libus finem ſibi conſtituunt, tanquam ſtulta inutiliſq́ue contemnitur. Tales enim non reputant
ea, niſi ad quæ ipſi potiſſime afficiuntur: eos vero qui talia ſpernunt, abominantur vt inſenſatos.
Vnde in Euangelio ſcriptum eſt, quod ſcribæ & phariſæi, prædicante contra auaritiam Chriſto, Ioan. 10.
deridebant eum, dicẽtes: Inſanit, quid eum auditis? [parata eſt tempus ſtatutum]id eſt, diſpoſita

1.Cor.4. reuelari & coronari à Deo in die iudicij particularis ſeu vniuerſalis diuinitus præordinato, quē-
admodum ait Apoſtolus: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui illumi-
nabit abſcondita tenebrarum, & maniſeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo.
Sap.3. Hinc in Sapientiæ libro ſcriptum eſt: In tempore erit reſpectus illorum, puta iuſtorum. Nunc e-
nim eſt tempus meritorum & demeritorum, poſtea erit tempus præmiorum. [Abundant taber-
nacula prædonum,] quoniam domos ſuas ſpolijs implent & opibus, [& audacter prouocant De
um] id eſt, ſine timore & remorſu Deum offendunt, alios opprimendo ac ſpoliando. Tales enim
cum in profundum venerint peccatorum, contemnunt & indurantur, ſicque conſuetudine pec-
candi ſeu vitioſis habitibus excæcantur, vt malum iudicent bonum, & bonum reputent malum.
Ideo audacter prouocant Deum, quia ſine conſcientiæ ſuæ remorſu perpetrant mala. Iſti potiſſi
Eſaiæ 5. Eſaiæ 3. me ſunt, à quibus deridetur iuſti ſimplicitas, quibus dicit Eſaias: Væ qui dicitis bonum malum, &
malum bonum. Ad quos itidem dominus increpatione loquitur: Quare atteritis populum meū,
*manus & facies pauperum commolitis? [cum ipſe dederit omnia in *manibus eorum.] Hoc ideo dicit,
quia tam poteſtas qua prædantur, quam opulentia ſequens, ſunt à Deo. Poteſtas quippe nocendi
non eſt niſi à Deo, ſed mala voluntas & poteſtatis abuſio ſunt à ſeipſo. Propter quod dicit Salua-
Ioan. 19. tor Pilato: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi eſſet datum deſuper. Vel ideo di-
citur Deus omnia dediſſe in manus prædonum, quia frequenter Deus per tales vlciſcitur pecca-
ta prædatorum, ita quod tradit eos & bona eorum prædonibus: ſed prædones nihilominus pec-
cant, quoniam impio fine & ex cupiditate crudeliter agunt. Præterea verbis his Iob aperte repro
bat errorem amicorum ſuorum, dicentium opes dari merito iuſtitiæ, cum ſceleratiſsimi abun-
dent diuitijs. Conſequenter oſtendit non eſſe difficilia, quæ amici pro magno iactabant ſe ſcire
de Deo, & ſpecialiter alloquitur ipſum Sophar, qui præcedenti capitulo arguit contra Iob. [Ni-
mirum interroga] id eſt, diligenter conſidera, [iumenta, & docebunt te] id eſt, materiam ſciendi
tibi præbebunt, materialiter inducendo te ad veritatem agnoſcendam de creatore, iuxta quem
modum irrationalia & inaminata dicuntur Deum benedicere atque laudare. Interroga quoque
[& volatilia cæli] aerei, in quo volant, [& indicabunt tibi:] materialiter tibi veritatem monſtran
do, vt dictum eſt de iumentis. Proprie autem iumenta vocantur domeſtica bruta, hominum ne-
ceſsitati ſeruientia. Iumenta quippe quaſi iuuamenta dicuntur, [loquere terræ,] eam conſideran
do & de ea diſputando, [& reſpondebit tibi,] ſicut de alijs dictum eſt. [& narrabunt piſces ma-
ris:] immo & ipſum mare, omniſq; creatura, ſi fuerit conſiderata, teſtabitur quod ipſa ſit ens per
participationē. Ideoq; neceſſe ſit ponere ens per eſſentiam, à quo fluxerint vniuerſa, quod Deum
vocamus. Propter quod ſubditur: [Quis ignorat] ſi ordinem vniuerſi rerumque naturas ac pro-
prietates, modum, ſpeciem, ordinem ſeu numerum, pondus & menſuram conſideret, [quod hęc
omnia manus domini] id eſt omnipotentia Dei, [fecerit?] Omnia nempe confitentur, pandunt,
reſpondent ſe facta, atque concorditer clamant: Ipſe fecit nos, & nō ipſi nos. Quid enim eſt quę-
Pſal. 99. libet creatura, niſi radius creatoris, in qua tanquam in effectu cauſa & artifex Deus relucet? Pro-
Eſai 40. pter quod Eſaias dicit: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. Et in Eccle
Eccl.42. ſiaſtico: Gloria domini plenum eſt opus eius. [In cuius manu] id eſt, poteſtate eſt [anima omnis
viuentis] ſub homine. Deus enim omnia in eſſe conſeruat, omnibus prouidet: & dum voluerit,
Pſalm.103. mori ſeu deficere quæuis permittit. Ideo cantat Pſalmiſta: Auerte te faciem tuam, turbabuntur:
auferes ſpiritum eorum, deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. [& ſpiritus vniuerſæ carnis
hominis] id eſt omnis anima rationalis in manu eſt Dei, quantum ad eſſe naturæ, gratię & glorię.
Dani. 5. Vnde Daniel impio dicit: Deum qui habet flatum tuum in manu ſua, non glorificaſti. & Daniel
Dani. 2. rurſus dixit de Deo: Iuxta voluntatem ſuam facit tam in virtutibus cæli, quam in habitatoribus
terræ. Deinde oſtendit, quod ex ſenſibilium cognitione, & per experientiam quandam homines
ad Dei cognitionem deueniant. [Nonne auris verba dijudicat?] id eſt, aures per vim auditiuam
in eis plantatam verba audiendo, ea diſcernunt, voces & ſonos diſtinctim percipiendo. Nam &
delectantur in ſono conuenienti ac dulci, & affliguntur in obiecto diſconuenienti. Hinc ait Gre
Gregorius Baſilius. gorius: Quinque ſenſus corporis in omne quod ſentiunt & diſcernunt, virtutem diſcretionis &
ſenſus à cerebro trahunt. Baſilius quoque: Concaua, inquit, eſt auris, vt profunde recipiat: ſordi-
bus cholericis infecta viſcoſis, vt teneat: tympano arido perfecta, vt facile ſentiat: quieto aere
plena, vt nullus tumultus impediat. [& fauces comedētis] in quibus eſt ſenſus iuſtus, [ſaporem]
dijudicant. Cibum enim contritum & vndique tactum, quantum ad ſaporem, diſcernunt. Facit
autem mentionem de auditu & guſtu, quia auditus eſt ſenſus diſciplinæ, ſecundum Philoſophū.
Per auditum enim plura diſcuntur, quam per alium ſenſum. Guſtus vero eſt perceptiuus alimen-
torum, quæ ad vitæ conſeruationem neceſſaria ſunt. Hoc idem Elihu infrà dicit: Auris verba di-
iudicet. [In antiquis eſt ſapientia:] quod potiſsime verum eſt de ſapientia acquiſita per ſtudium
& laborem. Antiqui enim plura audierunt, legerunt, conſiderauerunt: nec ad ſapientiam natu-
ralem & philoſophicam addiſcendam aptus eſt homo, niſi prius addiſcat ſcientias naturales infe
riores.

riores. Sapientia autem ad contemplationem, prudentia vero ad practicam pertinet. Hinc ſubdi
tur: [& in multo tempore] id eſt, in his qui longe vixerunt, [eſt prudentia] quæ eſt recta ratio a-
gibilium, & per experientiam longam addiſcitur. Vnde & iuuenes cum ſint paſsionum ſectato-
res, ad prudentiam minus ſunt apti: quia non bene iudicant de agendis, paſsione rationem obnu
bilante. Hinc in Eccleſiaſtico habetur: Quam ſpecioſa veteranis ſapientia & conſiliũ? corona ſe- Eccl. 25.
num multa peritia. Et alibi: Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. Hinc quoque inſipientia in Eccl. 34.
ſenibus maxime vituperabilis, indecenſque conſiſtit, ſicut prætacto Eccleſiaſtici capitulo fertur: Ibidem.
Tres ſpecies odiuit anima mea, pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem ſatuum &
inſenſatum. Porro ſecundum Albertum, Iob tacet de ſcientia, quia ſcientia eſt de rebus neceſſari
js ac demonſtrabilibus, ad quas vnum eſt medium, & hoc iuuenes facilius vident quam ſenes. In-
ſuper tangit Iob quod homines ex ſenſatis atque expertis de Deo addiſcant. [Apud ipſum eſt ſa
pientia & fortitudo] id eſt, in Deo eſt ſapientia, qua ſeipſum & cuncta cognoſcit, cæteraq; diſpo-
nit ac ordinat, & ipſe eſt ſapientia ſua. Ipſe quoq; eſt ſua poteſtas, qua cuncta creauit, & quæcun- Damaſce.
que placent, exequitur. [& ipſe habet conſilium.] Secundum Damaſcenum, conſilium eſt igno-
rantis naturæ: quia conſilium proprie ſumptum, includit alicuius non ſciti inquiſitionem, ſicque
non competit Deo: ſed cum ei aſſcribitur, ſecluditur à ratione conſilij, quicquid eſt imperfectio
nis: & quod perfectionis in eo eſt, Deo ſuperexcellenter aſſcribitur. Conſilium ergo competit
Deo, inquantum agit præcipitanter & ſine idonea ratione, ſed cuncta agit cum prouida diſpoſi-
tione. Vnde ſecundum Gregorium, conſilium Dei eſt immobilis diffinitio de agendis, & ſic in Gregorius
ſcripturis frequenter aſſcribitur Deo, ſicut in Pſalmo: Conſilium autem domini in æternum ma- Pſal. 32.
net. Et in Eſaia Deus teſtatur. Conſilium meum ſtabit. In Actis quoque Petrus affirmat, Chriſtũ Eſaiæ 46.
conſilio & præſcientia patris traditum. [& intelligentiam] id eſt, purum ſimplicemque intuitum Acto. 2.
vniuerſorum. Vel intelligentiam, id eſt, cognitionem eorum quæ non fuerunt, nec ſunt, nec vn-
quam erunt. Theologi enim ponunt in Deo duplicem notitiam, vtpote notitiam ſimplicis viſio-
nis, qua noſcit ea quæ fuerunt, ſunt, vel erunt: & notitiam ſimplicis intelligentiæ, qua inſpicit infi
nita quæ facere poſſet, nec tamen vnquam fecit, facit aut faciet. [Si deſtruxerit, auferendo ab ho
mine eſſe naturæ vel gratiæ, aut regna ſeu alia quælibet diſsipando. [nemo eſt qui ædificet] id eſt,
nullus deſtructa poterit reparare, Deo nolente aut non cooperante, ſeu virtutem non dante. [Si
incluſerit hominem] carcere captiuitatis, ſeu cuiuſlibet moleſtia aduerſitatis. Vnde ſuperius Iob
dixit ad dominum: Circundediſti me carcere, [nemo eſt qui aperiat] contra Dei voluntatem. Iob 7.
[Si continuerit aquas] pluuiales aut fluuiales, ne terram humectent, [omnia ſiccabuntur,] id eſt,
terrarum ſpacia in ſuperficie ſicca fient, & fructus areſcent. Aliquæ autem terræ rigantur aqua plu
uiali, aliquæ aqua fluuiali. Propter quod in Deuteronomio Moſes ait ad Iſraelem: Terra quam
ingrederis, non eſt ſicut terra Aegypti, vbi iacto ſemine aquæ ducuntur irriguæ, ſed montuoſa eſt Deut. 11
& campeſtris, de cælo expectans pluuiam. [Si emiſerit eas] ſuper terram cum impetu & abundan
tia nimis, vt in diluuio, [ſubuertent terram] habitatores eius interimendo, terræ naſcentia corrũ-
pendo, & glebas plurimas conſumendo, vel etiam ædificia dirimendo. Itaque guttatim quaſi per
riuulos facit aquam moderanter deſcendere, in quibus omnibus ſapientia & poteſtas Dei mon-
ſtrantur. Hinc infra habetur: Qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorſum. [A- Iob 26.
pud ipſum eſt fortitudo & ſapientia.] Hoc ſequitur atque concluditur à poſteriori ex memora-
tis effectibus. Hinc Daniel: Sit nomen domini benedictum à ſeculo & vſque in ſeculum, quia ſa- Dani. 2.
pientia & fortitudo eius ſunt. [Ipſe nouit decipientem,] & omnem eius aſtutiam, prauitatem atq;
proceſſum, [& eum qui decipitur,] qua ſimplicitate vel ignorãtia decipiatur. Aliter enim iudex
hominum iuſtus & perfectus non eſſet, niſi inter virtuoſos ac vitioſos diſcerneret. Hoc (vt appa-
ret) Iob interſerit, quoniam vidit amicos ſuos partim à dæmone, partim à ſeipſis deceptos, intan-
tum vt ſic arguerent contra eum. [Adducit conſiliarios in ſtultum finem.] dupliciter facit hoc.
Primo, quia nonnunquam acutos conſules iuſto iudicio priuat induſtria conſiliandi, ita vt fini ab
eis intento contraria veniant, ſicque Eſaias dicit: Sapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſi Eſai. 19.
lium inſipiens. Dauid quoq; 2. Reg. 15. precatus eſt: Obſecro domine, infatua conſilium Achito-
phel. Secundo exponitur de conſiliarijs impijs & obtuſis, qui ſuis vitijs diuina directione priuan
tur, prout 3. Reg. 2. legitur accidiſſe filio Salomonis, qui inexpertorũ iuuenum ſequens conſiliũ,
finem ſortitus eſt ſtultum. [& iudices in ſtuporem,] ita vt quid agere debeant, non aduertant nec
inquirere valeant. Deus enim varijs modis conſiderationem rationis in eis impedire iuſte ſapi-
enterq; poteſt, ita vt ipſi de ſua habitudine obſtupeſcant, & in ſtuporem verſi, ad iudicia profe-
renda inepti ſint. Hinc Eſaias dicit: Dat ſcrutatores ſecretorum quaſi non ſint, iudices terræ ve-
lut inane facit. Circa hæc Thomas ſcholaſtice ſcribit, quod ſicut Deus ſcit principia ſpeculatiuarũ Eſa. 40.
ſcientiarum, & concluſiones ordinemque eorum ad inuicem, non tamen ex principijs cognitio-
nem concluſionum accepit, ſed omnia puro ac ſimplici intellectu cognoſcit: ita in operatiuis ſcit
finem, & ea quæ ſunt ad finem, & quæ viæ ad diuerſos fines obtinendos expediãt, non tamen vias

ſeu me,

ſeu media ex finibus exquirit, ſicut nos dudum conciliamur. Quemadmodum ergo in Deo dicitur eſſe ratio, inquantum cognoſcit ordinem principiorum ad ſequantia, non tamen ei conuenit inueſtigare per modum rationis, vt in nobis ratio facit, ita apud Deum dicitur eſſe conſilium, nõ per modum inquiſitionis, ſed per modum abſolutæ ac ſimplicis cognitionis. Denique, profunditas conſilij ex duobus perpenditur. Primo, dum quis ſubtilitate ſui conſilij aduerſarios ſuos conſiliarios ad hoc deducit, vt ad inconuenientem finem deueniant: & quantum ad hoc, ait de Deo: Adducit conſiliarios in ſtultum finem. Secundo, dum quis ſubtilitate ſui conſilij aduerſarios ſuos ducit ad hoc, vt ignorent quid agere debeant, ſicut efficax diſputator reſpondentem ducit ad hoc. ſicq́ue conuincit, vt contradicere ſeu reſpondere nil queat. & quo ad hoc, ait de Deo: Et iudices in ſtuporem, quod conſequenter quaſi exemplariter manifeſtant. [Balteum regum diſſoluit] id eſt, reges expugnari facit, ita quod regali balteo ſpoliantur, [& præcingit fune renes eorum:] quia aduerſarij qui eos vicerunt, vili cingulo eos præcingunt virtute diuina, ſicut in Eſaia
Eſaiæ 49. Deus Cyro promiſit: Ego, inquiens, ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. [Ducis ſacerdotes ingloriosꝰ] id eſt, ſolita gloria quam habere ſolent à populo, eos priuat, dum & ipſi ſimul cum re-
Oſe. 5. gibus ſeu aliàs, voluntati hoſtium exponuntur, quemadmodum ſcripſit Oſeas: Attendite hoc ſa-
Amos 1. cerdotes, quia vobiſcum iudicium eſt, & ruent in iniquitatibus ſuis. Sic & Amos in libro ſuo lo-
Hier. 14. quitur Amaſiæ ſacerdoti: Tu in terra polluta morieris. Hieremias quoque: Propheta, inquit, & ſacerdotes abierunt in terram quam ignorauerunt, quando videlicet in Chaldæam captiui abducti ſunt. & quam irreuerenter Chaldæi tractauerũt ſacerdotes Iudæorum, Hieremias in Threnis
Thren. 4. deplorat. [& optimates] id eſt, ſuperiores in plebe, melioreſq́ue conſules, [ſupplantant] ita quod inutilia promunt conſilia, & vincuntur, prout Amos de Deo aſſerit: Qui deridet vaſtitatem ſuper
Amos 5. robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert. Itemq́ue: Optimates capita populorum,
Amos 6. nunc migrabunt in capite tranſmigranſium. [Commutans labium veracium] id eſt, linguam eorum mutans à veritate ad loquendum mendacia, quod Deus non facit directe & effectiue, ſed permiſſiue, dum eos falli permittit, vel lumen naturale in eis propter eorum culpam obtenebrat, vel gratiam tollit, quemadmodum de philoſophis ait Apoſtolus ad Romanos, quod Deus illis
Rom. 1. reuelauit, videlicet lumen naturalis rationis præſtando, per quod ad Dei notitiam ex creaturis perducti ſunt, & poſtea addit, quod dicẽtes ſe ſapientes eſſe, ſtulti facti ſunt, quia videlicet propter eorum elationem, vanamq́ue gloriam, naturale lumen in eis Deus offuſcari permiſit, itaq́
Ibidem. innaturaliſſima docuerunt atq; fecerunt, ſicut ibidem Apoſtolus ſcribit. Denique in Regum lib. ait Micheas propheta, quomodo ſpiritus dixit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, ſcilicet regis Iſrael. Illi tamen non reputantur fuiſſe veraces. Iuxta hunc mo-
3. Reg. 22. dum loqnẽs dominus in Ezechiele: Propheta (inquiens) cum errauerit, ego dominus decepi Pro-
Ezech. 8. phetam illum. [& doctrinam ſenum auferens,] dum ſenes propter eorum demerita vera ſapien-
3. Reg. 11. tia priuat, ſicut & cor Salomonis tempore ſenectutis legitur infatuatum, aliquãdo etiam propter
Ezech. 3. ſubditorum peccata, tollit ab eis doctrinam ſenum, iuxta quod ait Ezechieli: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia dominus exaſperans eſt. [Effundit deſpectionem ſuper principes] id eſt, contemptos efficit eos, & honore præſidentiæ
Dan. 4. priuat ſæpe propter eorum exceſſus, prout in Nabuchodonoſor factum legitur. Et in Eſaia fer-
Eſa. 3. tur: Eccce dominator dominus auferet ab Hieruſalem iudicem & principem. In libro Numero-
Num. 25. rum quoq; dominus ait ad Moſen: Suſpende cunctos principes tribuum Iſrael in patibulis. Et Eccleſi-
Eccl. 10. aſticus ait: Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. [& eos qui oppreſſi fuerant per violentiam à potentioribus, [releuans] à ſua anguſtia, iuxta id Nahum 1. Bo-
Pſalm. 145. nus dominus & confortans in die tribulationis. Item in Pſalmo: Dominus ſoluit compeditos, dominus erigit eliſos. Quandocunq; enim Deus hoc facit corporaliter & ante mortem, quemadmodum 2. Paralipomenon 33. legitur, Manaſſen regem de carcere liberaſſe. Interdum agit hoc
Act. 7. ſpiritualiter, dando patientiam in aduerſis, vt cum gaudio patiantur, ſicut Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nonnunquã vero permittit electos vſq; ad mortem aduerſitatibus opprimi, vt in martyribns conſtat: ſed tanto hos glorioſius releuat & coronat in patria, quo diutius permiſit flagellari in via, iuxta illud libri
Sap. 3. Sapientiæ: In paucis vexati, in multis bene diſponentur. [Qui reuelas profunda de tenebris] id eſt, occulta & myſtica per reuelationem clare facit cognoſci, quæ manifeſtantur de tenebris, id
Dani. 2. eſt, occulto quo latent. Hinc ſcriptum ex in Daniele: Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & no-
Dani. 2. uit in tenebris conſtituta. Et alibi legitur: Eſt Deus in cælo reuelans myſteria. Sic docuit Salomonem. [& perducit in lucem vmbram mortis:] quia diſpoſitos ad interitum, reducit ad ſanitatem:
Matt. 13. & quę ita ſunt clauſa vt mortis vmbra, Deo illuſtrante fiunt clara & certa. Vnde & Chriſtus ait A-
Marc. 4. poſtolis: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem in parabolis. Et rurſus: Quod
Luc. 8. dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Hoc etiam efficit Deus, dum radiante gratia eius, pecca-
Matt. 10. ta diu abſcondita in confeſſione lucide aperiuntur, ſeu infideles ad fidei claritatem ac gratiam

conuer-

conuertuntur, quemadmodum per Eſaiam pater loquitur Chriſto: Dedi te in lucem gentium, vt Eſaiæ 45.
aperires oculos cęcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedétes in tene
bris. Vnde & Thomas dicit: Vmbra mortis, ignorantia vel ſtultitia eſſe videtur, cum per cognitio
nem viuentia à non viuentibus maxime diſtinguuntur. Producit ergo vmbram mortis in lucem,
dum ignorantibus ſapientiam tribuit: vel ſapientes, quorum ſapientia fuit ignota, ſapientes eſſe
oſtendit. [Qui multiplicat gentes] per natiuitatem quotidie, iuxta illud in Pſalmo: Secundum Pſalm. 11:
altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum. Multiplicat quoque gentes per diuerſitates na-
tionum, terrarum, linguarum, quemadmodum poſt diluuium in conſtructione turris Babel, cō-
fudit labium vniuerſæ carnis, prout in Geneſi legitur: Deſcendit dominus vt videret ciuitatem Gene. 11.
& turrim quam ædificauerunt filij Adam, & dixit: Ecce vnus eſt populus & labium vnum omnib.
Venite ergo & confundamus ibi linguam eorum, & diuiſit eos dominus ex illo loco in vniuer-
ſas terras. [& perdit eas] per diuerſa genera mortis, puta per peſtilentiam, famem, gladium, & per
beſtias terræ, ſeu aliam ſpeciem mortis. De quibus ait in Ezech. frequéter, quod ſi miſero in eos Ezech. 4.
quatuor iudicia mea peſsima, i. quatuor pœnas has iudiciales & malas malitia pœnæ, non culpę,
immo & peſsimas, quia valde acerbas. [& ſubuerſas in integrum *reſtituet] i. ad priorem ſtatum * reſtituit
numerumq; reducet, non eoſdem numero, ſed ſpecie. Propter quod ait in Deut. Ego occidam, & Deut. 32.
ego viuere faciam. Et in Baruch ſcriptum eſt: Exterminati ſunt, & alij in loco eorum ſurrexerunt. Baruch. 3.
[Qui immutat cor principum populi terræ] i. intellectum & voluntatem dominorum & principū
ad libitum ſuum mouet, alterat, afficit & diſponit, vertendo & inclinando corda illorum ad om-
ne complacitū ſibi, ita vt cogitent & velint quę Deus inſpirat, quicquid antea aliter diſpoſuerint
atq; decreuerint, Iuxta illud Prou. 21. Cor regis in manu Dei eſt: quocunq; voluerit, vertet illud.
Ex quo innoteſcit, ſapientiam Dei intima cordium intueri. Vnde 1. Re. 10. de Saule conſcribitur:
Immutauit ei Deus cor aliud. [& decipit eos] i. falli permittit, illuminationem ſuam iuſte ſubtra-
hendo, ſicut in Ezech. ſcriptum iam retuli. [vt fruſtra incedant] i. inaniter tendant ad finem intē-
tum, [per inuium] i. per falſitatis & impietatis opera atq; conſilia, per quæ ad finem non perducū
tur optatum, ſicut per Hier. dicitur Sedechię regi: Seduxerunt te, & pręualuerunt aduerſus te om Hier. 38.
nes viri pacifici tui. [Palpabunt] i. periculoſe, timide & obliuioſe incedēt, quaſi certum ac ſanum
conſilium non habentes, [quaſi in tenebris] ignorantiæ, in quibus vere ſunt, [& non in luce] veri
tatis atq; iuſtitiæ. Vel, ſi in tenebris, id eſt, ſicut ambulántes in tenebris ſolent palpare, ne ſe ledāt
aut pedem offendant. Hoc dicitur quantum ad eos, qui ex ignorantia errant & peccant: quantum
verò ad eos, qui errant ſeu peccant ex paſsione iudicium rationis ligante & contenebrante circa
particularia agenda vel omittenda, ne cognitionem vniuerſalem quam habebant vel habent, ad
talia applicent, ſed mala iudicent bona, iuxta illud Prouerbiorum 21. Omnis via viri recta ſibi vi-
detur: quantum (inquam) ad hos, ſubditur: [& errare eos facit] à luce veritatis & rectitudine æ-
quitatis, [quaſi ebrios:] in quibus ratio per ebrietatem & paſsiones eam ſequentes, maxime im- Eſai. 63.
peditur. Hoc autem facit Deus, quia permittit, vt loquitur Eſaias: Quare nos errare feciſti de vijs Pſal. 106.
tuis? Itemque Pſalmographus: Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum Prou. 4.
deuorata eſt. Vnde in Prouerbijs inducitur: Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruunt. Ex
omnibus iſtis effectibus probatur profunditas ſapientiæ atque ſubtilitas conſilij Dei, qua omnia
quæ in rebus humanis reputantur excelſa, perducuntur in ſtultum finem ſiue ſtuporem: quod Iud. 6. 16.
ex libris hiſtorialibus ſacræ ſcripturæ, præſertim ex libris Iudicum, Regum & Paralipomenon, 4. Reg. 16.
clariſsime poteſt penſari ex his, quæ ibi de regibus ac principibus, eorumque prælijs recitantur: 2. Par. 29.
quæ niſi quis prouidentiam Dei attenderet, incredibilia viderentur.

De Tropologica eiuſdem capituli intelligentia. Art. XXX.

RESpondens autem Iob, dixit: [Ergo vos ſoli homines eſtis?] Iob cōtra veritatis à ſe prolatæ
aduerſarios diſputans, figurat quemlibet iuſtum ac ſapiētem, vera ac iuſta diſputando, ſeu
alio modo tuentem & culpabiles increpantem: qui ſi viderit aliquos nimis de ſuo ingenio
confidentes, de ſua ſcientia præſumentes, & cæteros velut indoctos ſuperbe ſeu aſpernantur af-
fantes, zelo Dei increpatorie dicere poteſt eis: Ergo vos ſoli homines eſtis? quod etiam quilibet
deuotus abbas, prior, decanus, dicere poteſt, ſi in ſuo conuentu viderit aliquos proprio ſenſui ni
mium innitentes. tanquam dicat: Nolite tantum præſumere de veſtra induſtria, ratione, ſcientia.
Nam vt ait Gregorius: Quiſquis præire ſe ratione omnes exiſtimat, ſcilicet omnes de ſuo con- Gregorius
ſortio, vel omnes ſimpliciter, quid aliud quam ſolum ſe eſſe hominem putat? Per rationem quip-
pe homo à brutis ſecernitur. Hinc vere ſapientes & humiles, alieno magis quam proprio crede- Rom, 12.
re ſolent indicio, & præſertim ſuperiorum ſuorum iudicio contradicere perterrentur. Vnde
Romanos monet Apoſtolus: Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos. Itaque dociles ac dirigi-
biles ſimus, proprię mentis imbecillitatem penſemus: & quam modica ſunt quę ſcimus, reſpectu
eorū quæ ignoramus, ſagaciter ponderemus. Alioquin formidandū, ne verificetur in nobis illud
Eſa. 47. Sapientia tua & ſcientia tua decepit te. Inſuper talibus ſciolis ſubſannatorie dici poteſt
ex charitate,

ex charitate,vt corrigantur confuſi:[Et vobiſcum morietur ſapiētia?]hoc eſt, nolite ita de vobis
1.Cor.2. ſentire,nolite putare quod vos ſolos Deos illuminet,quod intra vos tantum loquatur,q̄ ſol ſapi-
Philip.2. entiæ alibi qooq; non ſplendeat,præſertim cum dicat Apoſt. Quis ſcit quid agatur in homine, ni
ſi ſpiritus hominis? Et denoo: Per humilitatem ſuperiores inuicem arbitramini. Poſtremo, etſi
quis doctior ſit alijs eruditione humana,nihilominus pie credat,quod alij plus eo abundant ſapi
entia atq; ſcientia,inquantum ſunt dona Spiritus ſancti:quæ tanto plus abundant in vnoquoq;,
quanto perfectior extat in charitate & humilitate. [Et mihi eſt cor ſicut vobis]Hoc præſertim ſu
perior dicere poteſt inferiori ſuperbienti de ſua ſcientia. [nec inferior veſtri ſum.]Immo ſuperi
or tanquam Chriſti vicarius,idcirco mihi credere,& deferre tenemini ꝓpter eius,cuius circa vos
gero vices,reuerentiam & perſonam. Contra rebelles equidem poteſt & debet prælatus ſuo tem
pore authoritatem prætendere,vt refrenetur eorum elatio,& formident.[Qui deridetur ab ami
co ſuo ſicut ego,inuocabit eum,& exaudiet eum.]Huius verbi recordemor, ſi contingeret nos à
confratre & ꝓximo,præſertim ab aliquo ſpecialiter charo,derideri. Tunc itaq; nō iraſcamur, nō
indignemur,nō reddamus malū pro malo: ſed indulgeamus ex animo, & erranti condoleamus:
quod ſi culpabiles fuerimus,emendemus. Itaq; Deum tunc inuocemus,orando pro irriſore & ꝓ
nobis,vt ſimul in vera charitate creſcamus. Deniq;,alium deridere non eſt leue peccatum, cum
Pro. 3. ſcriptum ſit in lib. Prou. Illuſores Deus deludit. [Deridetur iuſti ſimplicitas.] Quo aliquem vir-
tuoſiorem & Chriſto in omni paupertate,perſecutione,patientia,abiectione, humilitate & ſan-
cta ſimplicitate conformiorem aſpicimus,eo hunc cordialiter plus amemus, reputemus ac vene
remur,tanquam Dei electum,& ſancti ſpiritus templum:nec eos qoi ſeculo ſunt abiecti, vilipen
damus,immo potius eos qui in mundo hoc proſperantur,deliciantur,& impie conuerſantur,ſe-
cundum quod tales ſunt, iuſto zelo ſpernamus:perſonam tamen amemus, & pro ipſa affectuoſe
precemur,penſantes nos quoque tales dudum potuiſſe fuiſſe,niſi Dei nos prǫueniſſet clementia:
qua abſtracta, adhuc tales efficeremur. Hoc plane ſpectat ad virum iuſtum,ſecundum id Pſalm.
Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus,timentes aūt dominum glorificat. [Lāpas
contempta]recte iuſtus ſeu eius ſimplicitas lampas vocatur,propter virtutum ſplendorem. Nam
Matt. 5. & Apo. loquitur Chriſtus: Vos eſtis lux mūdi. Et ad Philip. ſcribit Apo. In medio nationis peruer
Philip 2. ſæ lucetis,ſicut luminaria mundi. De Chriſto quoq; Eſa. inducit: Egrediatur vt ſplendor iuſtus e-
Eſa.61. ius,& ſaluator eius vt lampas accendatur. Sic Chriſti iuſti iuſtorum ſimplicitas à Iudæis deride-
Matt. 11. batur,dicentibus: Homo vorax,potator vini,amicus peccatorum,qoem & Herodes illodens,in-
Luc. 23. duit veſte alba,milites purpura. Sed hi iuſtorum contemptores, in die iudicij dicturi ſunt illod
Sap.5. lib. Sapientiæ: Nos inſenſati,vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem ſine honore: quomo
do ergo computati ſunt inter filios Dei?[Abundant tabernacula prædonum,& audacter prouo-
cant Deum.]Prædo intelligi poteſt omnis peccator,prǫſertim ſuperbus,qui gloriam & honorem
ſoli Deo debita ac ſoluenda, appetit & vſurpat. Omnis quoq; peccator debitum Deo ſubtrahit
cultum: & quæ Dei ſunt, in ſuum redigit vſum accommodum, quaſi à Deo creata, ſibiq; data ab
Hilarius. illo nō eſſent. Nā vt ait S. Hilarius: Sicut à Deo eſt quicquid habemus & ſumus, ita in Dei hono-
rem & cultum expendere omne illud debemus. Qui ergo pro libitu proprio vtitur membris ſuis
& ſenſibus, viribus, rebus & opibus,magnam committit fraudem,grande furtum,vitioſam rapi-
nam. Veruntamen tales temporalibus ſæpe abundant,ſed vitijs magis exuberant,& audacter ꝓ-
uocant Deum,ſicut & omnes intimorati & vitioſi,diuini iudicij rigorem non perpendentes,quo
rum contenebrata eſt mens,vt immenſa pericula quibus circundati ſunt,non aduertant, nec ca-
Eccl.8. ueant,neque formident. De quibus dicit Eccleſiaſtes: Quia non cito profertur contra malos iu-
dicium,abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala, de quorum quolibet fert Pſalmiſta:
Pſal. 35. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius. Hi ſunt qui cum
Deum offenderint, & concupiſcentiæ damnandæ ſatisfecerint, pro eo quod pœnitere & eru-
beſcere mox deberent, gaudent, iactant, propalant talia ſe feciſſe, quod eſt peccatum grauiſſi-
Pro. 2. mum,de quibus ſcribitur in Prouerbijs: Lætantur cum male fecerint,& exultant in rebus peſſi-
Eſa.3. mis: Eſaias quoque. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt,nec abſconderunt. Hæc ergo
faciunt,non obſtante quod[ipſe] Deus[dederit omnia] quæ habent & ſunt[in manibus eorū]
id eſt,in eorum libertate ac poteſtate,vt de his creatori ſuo ſponte ſeruirent: propter quod eum
merito amarent & honorarent in omnibus,ſed ingrati & excæcati ſunt prorſus, quod etiam in di
Deut. 32. uitibus magis contingit,quia ſuperbiores eſſe conſueuerūt,& ſenſualitatem fouentes, Deum ac
ſpiritualia non aduertunt,ſecundum illud Deuteronomij: Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitra-
uit,dereliquit Deum factorem ſuum.[Interroga iumenta]id eſt,ingenio tardiores,[& docebūt
te:& volatilia cæli]i. contemplatiuos, doctos,ingenioſos.[loquere terræ,]id eſt, carnalibus ter-
rena ſapientibus,[& reſpondebit tibi,& narrabunt piſces maris]id eſt,animo vagi,curioſi,inſta-
biles. Omnes hi concorditer ſciunt,dicunt,reſpondent quod ſubditur: [Quis ignorat quod hæc
omnia manus domini fecerit?] Quod enim vnum ſit omniū rerū cauſale principiū,oēs iam boni
& mali,

& mali, literati & ſimplices, norunt. [Nonne auris verba dijudicat?] Hoc de interioribus au-
ribus accipi poteſt, qui verba vocalia, mediante ſenſu exteriori & ſenſu communi ac imagina-
tione, percipiunt, noſcunt & iudicant. Verba autem mentalia, quæ intellectus intra ſe proſert,
immediate aduertunt atque diſcernunt. Verba vero interna, quæ Deus per ſeipſum vel per ange
los loquitur animæ, per illuminationem ſupernam audiunt, noſcunt, dijudicant, iuxta illud
Zach. 2. Angelus loquebatur in me: Et in Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus.
Sed prohdolor multi ſunt, qui internã Dei & angeli alloquutionem aduertere nolunt, qui diui-
næ inſpirationi reſiſtũt, qui bonis inclinationibus ac admonitionibus renitũtur, diabolicis vero
ſuggeſtionibus præbẽt cõſenſum. [& fauces comedẽtis saporẽ.] Fauces, ſunt anguſtæ fiſtulę gut-
turis, per quas iam guſtus ſignatur. Eſt autem & guſtus interior, qui eſt ipſemet intellectus, cui
omnium exteriorum ſenſuum nomina aſſcribuntur & competũt, ſecundum diuerſas rationes, vt Baſilius
ex verbis Baſilij patuit * articulo. Hic ergo guſtus intellectualis ſapit, diſcernit & maſticat ſpiri- for. * 29.
tualem ſaporem veritatis atque virtutis, guſtat & experitur quam dulcis eſt dominus, ſecundum
quod veritas prima ac bonitas ſumma ſe ei oſtendit, inſundit, coniungit magis aut minus, ad
quam deguſtationem ac guſtus dijudicationem hortatur, qui ait: Guſtate & videte, quoniam
ſuauis eſt dominus. Cum vero hic guſtus ſic ſapit & iudicat, experimentaliter ſciens, quantũ ſpi- Pſalm 33.
ritualis dulcedo omnem carnalem tranſcendat, tunc intellectus reficitur, cuius cibus eſt veritas,
virtus, omniſq; ſpiritualis perſectio, de qua comeſtione & refectione ait ſponſus cæleſtis: Com- Cant. 5.
edi fauum meum, cum melle meo. Et rurſus: Comedite amici mei & bibite, & inebriamini Ibid.
chariſsimi. [In antiquis eſt ſapientia] Sapientia vero ſpiritualis interna, & quæ donum eſt ſpi-
ritusſancti, dicitur in antiquis: quia eo ipſo quo habent hanc cum eminentia ſeu abundantia
quadam, ita vt per eam vitam ſuam & mores in omnibus ordinent & componant, ſenes rite vo-
cantur, etiam ſi tempore iuuenes ſint, ſenes inquam probitate atque valore, iuxta illud in libr.
Sapientiæ 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani
autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Vnde de Sancta Agnete ſcribit
Ambroſius: Infantia computabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. [Apud ipſum Ambroſius
eſt ſapientia & fortitudo.] Nam apud patrẽ eſt verbum & vnigenitus filius eius, de quo loquitur 1. Cor. 1.
Paulus: Prædicamus Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam de quo ait Ioan. 1. In principio
erat verbum, & verbum erat apud Deum. [Ipſe habet conſilium] quo diſponit ſua, [& intelli-
gentiam] qua inſpicit noſtra. [Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet.] Deſtruit Deus intelle-
ctualem creaturam, ſpiritaliter quidem, non eſſentialiter, dum vel gratiã non infundit, aut in-
ſuſam non conſeruat, ſed perdi permittit, ſicut de impijs & doloſis ait Pſalm. 17. Deſtrues il-
los, & non ædificabis eos. Qui autem ita deſtructus eſt, reparari non poteſt, niſi à Deo, qui ſo-
lus gratiæ eſt collator atque creatnr. [Si incluſerit hominem] id eſt, infra cæcitatis, impietatiſ-
que ſuæ caliginem anguſtari permiſerit, vel peccati ac dæmonum captiultati tradiderit, ſeu in-
tra conſcientiæ ſuæ remorſum ac carcerem compræhenſum tenuerit, ita vt vitia ſua abſcondat,
& confitendo non exeat, [nullus eſt qui aperiat] inſelicisſimam hanc clauſuram, id eſt, qui
mentem de captiuitate iſta educat ad libertatem virtutum, ad gratiæ lucem, ad latitudinem cha-
ritatis, ad patriam ſelicitatis. Hæc enim non efficit niſi Deus. Vnde in Apocalipſi 3. legitur:
Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui claudit, & nemo aperit: aperit, & ne-
mo claudit. Poſtremo, ſi incluſerit quempiam in inferno, nunquam poterit ſaluandus educi.
[Si continuerit aquas] id eſt, gratiarum chariſmata, doctrinæ fluenta, prædicationiſque ver-
ba, de quibus loquitur Eſai. 12. Haurietis aquas in gaudio de ſontibus ſaluatoris. Salomnn
quoque: Torrens inundans, ſons ſapientiæ. Itemque: Aqua profunda, verba ex ore viri. [om- Prou. 18.
nia ſiccabuntur] id eſt, omnium corda ſpiritaliter areſient, inſœcundaque erunt. Si enim Deus
iſta abſtraxerit, omnis decor, vbertas & fructus mentis humanæ depereunt. Propter quod ait
vir ſanctus Deo: Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. [ſi emiſerit eas] id eſt, ſi dona hæc gra- Pſalm. 142.
tiarum inſuderit mentibus, [ſubuertent terram] id eſt, corda terrena vincent: & quantum ad
eſſe impietatis, deſtruent, peccata expellent. Hæc eſt ſubuerſio bona & annihilatio deſideran-
da, vt homo deſinat eſſe ſui, & incipiat eſſe Dei, extirpato amore priuato, atque diuino amore
ſibi infuſo. Vnde ait Saluator: Qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam æternam Ioan. 12.
cuſtodiet illam. Vel ſic: Si emiſerit eas, id eſt, cum magna abundantia dona iſta infuderit, ſub- Pſalm. 83.
uertent terram, id eſt, facient hominem à ſeipſo deficere, viribus ſuis deſtitui, vt patet in raptu
& ecſtaſi. Propter quod ait Pſalm. Defecit caro mea & cor meum. Et Hierem. 20. Factus eſt
ſermo domini in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, & deſeci ferre nnn ſuſtinens. Interdum
quoque contingit, vt quis ex nimia copia gratiæ ſibi clementer infulæ ſpiritualiter intumeſcat,
præſumat, incautus reddatur, & alios aſpernetur: ſicque terra ſubuertitur, quia homo in terra
degens, ex ſubita gratiarum abundanti inſuſione occaſionaliter labitur. Ideo Deus non ſemper
dat ſtatim quod petitur, ſciens quid nobis magis expediat: vultque vt paulatim creſcamus, ne

poſtea grauius corruamus. [Ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur.] Iuſtos atque
electos Deus noſcit notitia non ſolum ſimplicis intuitionis, ſed etiam approbationis. Repro-
bos vero & prauos neſcit notitia approbationis, quos noſcit notitia intuitionis, prout talibus
Mat. 25. ait Saluator: Neſcio vos. Diſcedite à me operarij iniquitatis. Præterea inuiſibilem hoſtem nos
Luc 13. quotidie decipientem Deus agnoſcit, attendens eius fortitudinem, calliditatem, experien-
tiam, crudeliſsimam intentionem, infatigabilem importunitatem, & quod videns nos, à nobis
videri non poſsit. Noſcit autem & nos, qui ab illo decipimur, penſans quam fragiles, infirmi,
ignarique ſimus, ideo non permittit nos vltra vires tentari. Paratus eſt ſuffragari, deceptis pro-
nus eſt miſereri, calamum conquaſſatum non conteri, linumque fumigans non extinguit. Si
ergo tentatione deiecti fuerimus, non puſillanimes efficiamur, non deſperemus, ſed ad Dei
clementiam protinus cum omni humilitate atque fiducia properemus, imperfectum noſtrum
penſantes, & in ſola Dei clementia iugiter confidentes. [Adducit conſiliarios in ſtultum fi-
nem.] Inuiſibiles hoſtes multiformiter inter ſe conſulunt, quomodo hominem, præcipue qua-
liter iuſtum quenquam decipiant: quorum conſilia Deus adducit ad ſtultum finem, quia ſiue
præualeant, ſiue ſuccumbant, totum cooperatur eis in maiorem miſeriam. Et frequenter per
ſtudia quibus conantur iuſtum ad damnationem pertrahere, occaſio ſunt præclarioris perfe-
Roma. 8. ctus in eo, beatitudiniſque maioris. Diligentibus equidem Deum electis omnia cooperantur
in bonum. Inſuper conſiliarij intelligi poſſunt prædicatores atque doctores, ſalutis conſilia pro-
ponentes: qui dum exigentibus ſuis culpis, intantum diuinitus relinquuntur, vt proprijs peruer-
ſitatibus contenebrati, ſpiritualia, diuina, æterna prædicent, doceantque propter terrena tem-
poralia & caduca, in finem vtique ſtultum ducuntur, media fini, vilia optimis præferẽtes. [& iu-
dices in ſtuporem.] Hoc fit, dum Deo iuſte ſinente, principes & prælati alios iudicaturi, non ra-
tionem, ſed paſsionem ſequuntur, vel gratia diſcernendi inter bonum & malum priuantur, aut
Mich. 3. alio modo à rectitudine iuſtitiæ obliquantur, ſicut Micheas dicit de quibuſdam: Principes e-
ius, puta Hieruſalem ſeu Iſrael, in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede doce-
bant. [Balteum regum diſſoluit] Reges ſpiritualiter omnes ſunt, qui rationis aguntur impe-
perio, & carnem cum ſenſualitate rationis in cunctis ſubdunt iudicio, quorum balteus eſt caſti-
tas ſeu continentia. De caſtitate enim loquitur Chriſtus: Sint lumbi veſtri præcincti. Et de Chri-
Luc 12. Eſai 11. ſto vaticinans Eſaias: Erit (inquit) iuſtitia cingulum lumborum eius. Dum ergo continentes,
ſeu iuſti propter inanem ſuam gloriam, aut ſpiritualem ſuperbiam vel aliam cauſam, à continen-
tia ad vitia carnis vel conſenſum ad ea, delectationemve de eis in cogitatione conceptam la-
buntur, vel à iuſtitia ad iniuſtitiam deijciuntur, balteus regum diſſoluitur. Denique per ſpiri-
ritualem ſuperbiam inanemque gloriam, meretur homo potiſsime à caſtitate ad immundi-
tiam carnis, & ab æquitate ad iniquitatem corruere. Hinc humilitas caſtis præcipue neceſſaria
Ambroſius eſt atque ſeruanda, dicente Ambroſio: Neceſſe eſt vt quanto caſtior virgo, tanto humilior ſit.
[Et præcingit] permiſsiue [fune] id eſt, vili carnis delectatione ac fœtido iniquoque ope-
re, [renes eorum,] id eſt, corporis membra, ita vt interior & occulta ipſorum impuritas, fo-
ris per facta obſcœna omnibus innoteſcat, ad quod illud Eſaiæ ſpiritualiter pertinet: Erit pro
zona funiculus. Et de impio Salomon ait in Prouerbijs. Funibus peccatorum ſuorum con-
Eſai 3. ſtringetur. Porro Sancto Thomæ de Aquino, in adoleſcentia ſua angeli ſancti locuti ſunt: Præ-
Prou. 5. cingimus te cingulo caſtitatis. [Ducit ſacerdotes inglorios.] Heu quam doloroſe & copio-
ſe hoc modo impletur, dum multi ſacerdotes & clerici propter vitioſiſsimam ſuam ac lubricam
vitam ab omnibus contemnuntur, diffamantur, & debita bonis ſacerdotibus, immo & ordini
ſacerdotij gloria priuantur ac inhonorantur. Denique gloria ſacerdotum eſt, ſpiritualis perfe-
1. Theſ. 2. ctus ſubditorum ſuorum, quemadmodum diſcipulis ſuis Theſſalonicenſibus ſcribit Apoſto-
lus: Quæ eſt ſpes noſtra & gaudium aut corona gloriæ? Nonne vos in aduentu domini? Dum i-
gitur ſacerdotes ſubditos ſuos verbo & opere non informant, nec ad ſalutem quantum in eis eſt
pertrahunt, inglorij fiunt, & deteſtabiles Deo, nec faciem eius feliciter intuebuntur, quemad-
Gen. 42. modum Ioſeph in perſona Chriſti locutus eſt fratribus ſuis patriarchis, paſtorum perſonam
gerentibus. Non videbitis faciem meam, niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum vobiſ-
cum. O quam deſpectiſsimi tales coram ſummo iudice apparebunt. Præterea, bonis ſacerdo-
tibus ac prælatis potiſsima gloria eſt, ſubditorum vita ſalubris, ſicut in tertia ſua Canonica ſcri-
bit Ioannes: Maiorem horum gratiam non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate am-
3. Ioan. b. bulantes. Veruntamen qui veraciter ſapiens eſt, præſertim ſi de ſubditorum aut laicorum ſeu
inferiorum ſit numero, ſacerdotibus honorem & gloriam ſacerdotio debitos debet impende-
re intuitu Dei, & pro reuerentia ſacramentalia, iuxta illud Eccleſiaſtici 7. In tota anima tua time
Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Nam & Paulus ad Roman. 13. ait: Omnis anima poteſta-
1. Petr. 2. tibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et Petrus admonet etiam diſcolis dominis obedire. Poſtremo,
1. Tim. 5. Paulo teſtante, qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt. [& optimates ſupplan-
tat] dum

tat] dumſiuſto iudicio definit eos de primatu ſeu præſidentia inaniter gloriari, & voluptatibus
ſubijci, vitijs ſuperari, atque ob hæc æternæ eos deputat pœnæ, iuxta illud Sapient. 6. Iudicium
duriſsimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem
potenter patientur tormenta. Et Hieremias 25. ait: Aſpergite vos cinere optimates gregis, quia
completi ſunt dies veſtri vt interficiamini, & cadetis quaſi vaſa precioſa. [Effundit deſpectio-
nem ſuper principes] & eos qui oppreſsi fuerant, releuat. Hoc ſpecialiter exponi poteſt de
populo Iudæorum atque gentilibus. Iudæi enim ante Chriſti aduentum præ cunctis populis
præclariores & principales fuerunt, gentiles vero innumerabilibus uitijs, erroribuſque oppreſ-
ſi. Vnde 2. Regum. Dauid loquitur Deo: Quæ eſt gens in terra vt populus tuus Iſrael ? Et 2. Reg. 7.
Moſes ait ad plebem Iſrael: Te elegit dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, Deut. 7.
qui ſunt ſuper terram: Super hunc populum, quoniam Chriſtum negauit & crucifixit, effu-
dit Deus deſpectionem, auferendo eis ſpiritualia gratiæ bona, ita quod permanent excæcati vſ- 1. Theſ. 2.
que in finem mundi, dicente Apoſtolo: Peruenit ſuper eos ira Dei vſque in finem, quod & Pſalm. 68.
Dauid prænuncians: Furor, inquit, iræ tuæ compræhendat eos. Inſuper abſtulit eis corpora- Dan. 9.
lia bona, videlicet propriam terram, regnum & maximam partem eorum interimens per Ro-
manos, ſecundum illud Danielis: Non erit eis (videlicet Chriſti) populus, qui eum negatu-
rus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas,
& vſque in finem perſeuerabit deſolatio. Gentiles autem DEVS per euangelicam prædica-
tionem à ſuis erroribus releuauit, gratia decorauit, & Chriſto incorporauit, quemadmo- Eſai. 55.
dum in Eſaia pater ait de CHRISTO: Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præcepto-
rem gentibus. Talibus nanque ſcribit Apoſtolus, loquens Epheſ. 2. Vos qui aliquando lon-
ge fuiſtis à DEO, nunc proppe facti eſtis in ſanguine CHRISTI. Præterea oppreſſos ad-
uerſitate, mœrore, anguſtia, DEVS communiter releuat, per internæ conſolatinnis inſuſio-
nem, per angelicam inſpirationem, per piorum hominum allocutionem, per tribulationis ter-
minationem, ſeu alio modo, ſicut in Tobia 3. dicitur: Et poſt fletum conſolationem infundis.
Et in Pſalm 33. Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. [Qui reuelat profunda de te-
nebris.] Occulta nanque & diffiicilima legis ac prophetarum oracula, Chriſtus per ſe & per Mat. 27.
apoſtolica documenta nobis lucide patefecit, tenebras (id eſt, varias veritatum circumuolutio-
nes) detegens & illuſtrans, ad quod deſignandum tempore paſsionis ſciſſum eſt velum templi
à ſummo vſque deorſum. [Et producit in lucem vmbram mortis] id eſt, rigorem legis, mor-
tem corporalem pro peccato infligi iubentis, in lucem miſerationis & manſuetudinis ſereni-
tatem conuertit. In lege enim ſæpiſsime ſcribitur: Qui fecerit hoc vel hoc, moriatur ſeu lapi-
detur. Chriſtus autem peccatoribus confeſsionem præcepit, confitentibus remiſsionem, gra-
tiamque promiſit. [Qui multiplicat gentes] augendo eccleſiam ſeu plures conuertendo ad
fidem vel vitam virtuoſam, quod in primitiua eccleſia maxime implebatur, iuxta illud Actu. 2.
Dominus augebat quotidie qui ſalui fierent in idipſum. Vnde & Chriſtus ait in Pſalmo. 39.
Anunciaui, & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. [& perdit eas,] quod duplici- Eſai. 17.
ter accipi poteſt. Primo de optima perditione, qua electos ſuos varijs permiſit necari ſuppli-
cijs, de qua perditione in Eſaia legitur: Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet: & viri miſericor-
diæ tolluntur, & non eſt qui intelligat. Secundo de perditione mala, qua occulto & iuſto iudi-
cio permiſit credentes varijs vitijs atque erroribus deperire. [& ſubuerſas in integrum reſti-
tuit] quia vel eos qui corruerunt per culpam, reduxit ad gratiam & vitæ integritatem: vel lo-
co pereuntium poſuit alios, quos per ſuam ſaluauit clementiam, & reparauit ac reformauit ec-
cleſiam. [Qui immutat cor principum populi terræ] vel effectiue inclinando illud à malo ad
bonum, ſecundum illud Apoſtoli: Deus operatur in vobis & velle & perficere. Tertio quoque Phillp. 3.
Reg. Salomon orat: Inclinet corda noſtra poſt ſe, vt ambulemus in omnibus vijs eius. Vel per- 3. reg. 8.
miſsiue facit hoc Deus, dum cor ſubuerti permittit atque corruere à bono in malum, vel à malo
in peius, quod etiam in cæteris hominibus inferioribus efficit Deus, ſecundum ſapientiæ ſuæ
inſcrutabilem profunditatem, vnum pie conuertens, alterum iuſte relinquens. Cætera patent
ex præcedenti articulo.

E lucidario cap. 13. Ecce omnia vidit oculus meus, & audiuit auris mea. *Art. XXXI.*

NVnc particularius S. Iob deſcendit ad repræhenſionem & informationem amicorum ſuo-
rum. [Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea.] id eſt, prædictos in præ-
cedenti cap. diuinæ ſapientiæ ac omnipotentiæ effectus circa homines corporalibus ocu-
lis vidi in ſe, vel in aliquo ſigno, vel per viſum exteriorem ad eorum cognitionem deueni, auri-
bus quoque ea ex aliquorum relatu, fama vel inſtructione percepi. [& intellexi ſingula] per di-
ligentem mentis conſiderationem, immo potius per diuinam illuminationem. [Secundū ſcien-

tiam veſtram & ego noui, nec inferior veſtri ſum] hoc eſt quod circa præcedentis capituli prin-
Iob. 12. cipium ait: Et mihi eſt cor ſicut vobis, nec inferior veſtri ſum, quod qualiter non ſuperbe aut præ
ſumptuoſe, ſed humiliter ac diſcrete ſit dictum, ibi expoſitium eſt. [Sed tamen ad omnipoten-
tem loquar,] ipſum laudando, orando, cauſamque meam ei vt iudici proponendo, & cor meum
coram eo cum debita modeſtia effundendo, iuxta illud Thren. 3. Effunde ſicut aquam cor tu-
Gen. 18. um ante conſpectum domini Dei tui. Sic & Abraham diſſeruit: Loquar ad dominum meum,
cum ſim puluis & cinis. [& diſputare cum Deo cupio:] non eius geſta ſeu iudicia temerario
dijudicando, ſed veritatem humiliter inquirendo, & percuſsionis meæ cauſam plenius inue-
ſtigando, de modo quoque prouidentiæ eius, & proceſſu regiminis vitæ humanæ loquendo.
Sic quippe diſcipulus diſputat cum magiſtro, non vt repræhendat, ſed vt informetur: & ratio-
nes ſe mouentes proponit, vt à magiſtro ſoluantur. Sic etiam Hieremias ait 12. Iuſtus quidem
tu es domine, ſi diſputem tecum. [prius vos oſtendens fabricatores] id eſt, artificioſos com-
poſitores [mendacij] id eſt, falſi ſermonis, quo iam multa mihi crimina impoſuiſtis, vt ve-
ſtras defendatis erroneas opiniones circa prouidentiam Dei, putantes nullum puniri à DEO,
Hiere. 9. niſi pro ſua culpa. Sic & in Hieremia dicitur de quibuſdam: Docuerunt linguam ſuam loqui
mendacium, vt inique agerent, laborauerunt. [& cultores] id eſt, amatores, tractatores, ſeu
veneratores [peruerſorum dogmatum] quibus aſſeritis non infligi pœnam, niſi pro culpa, &
iuſtis temporalem proſperitatem in vita hac tribui, impijs autem aduerſa, cuius oppoſitum ſæ-
pe contingit, & ſupra partim probatum eſt, infra vero à beato Iob clarius efficaciuſque proba-
tur. [Atque vtinam taceretis] ceſſando à defenſione errorum veſtrorum: quia quo magis
loquimini, eo inſipientiam maiorem oſtenditis. Ideo ſubditur: [vt putaremini eſſe ſapien-
tes.] Sapientis enim eſt, docilem, taciturnum, corrigibilem eſſe, non loquacem aut in ſenſu
proprio pertinacem. Ideo ſi taceretis, videremini ſapientes, ſapientioreſque eſſetis quàm nunc:
& tamen non eſſetis ſimpliciter ſapientes, propter veſtras erroneas opiniones. Hinc in Prouer-
Prou. 17. bijs legitur: Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt. Stultus ſi tacuerit, ſapiens
reputabitur. [Audite ergo correptiones meas.] Quia ex charitate vos arguo de exceſſu ver-
Prou. 1. borum, de falſitate intellectus, de prauitate affectus. Sic & Sapientia ait in Prouerbijs: Con-
uertimini ad correptionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum. [& iudicium labiorum
meorum] id eſt, iudicium reprobationis, quo per veram prudentiam errare vos iudico, idque
Gregor. per labia mea denuncio. [attendite.] non ſtatim ex indignatione verba mea more impatien-
tium auerſando, ſed ea ſapienter penſando. Porro ſecundum Gregorium, bene primo ponit
correptionem, deinde iudicium: quia niſi per correptiones primus ſtulti tumor deprimatur,
nequaquam per intelligentiam iudicium iuſti cognoſcitur. [Nunquid Deus indiget veſtro
mendacio?] id eſt, ad defenſionem ſuæ iuſtitiæ non ei neceſſe eſt vt vos proferatis mendoſa,
aſſerendo nullum à DEO flagellari, niſi pro propria culpa, ex quo vltra proceditis ad falſam in-
nocentum atque iuſtorum accuſationem, cum tales aſpiciatis affligi. [vt pro illo loquamini do-
los] id eſt, verſutas ac fraudulentas propoſitiones ad colorandum veſtra mendacia. Denique,
veritas non eget mendacio, ſicut nec virtus peccato: & quod probari non valet niſi per falſas
præmiſſas, verum non eſt. Cum vero quis aliquam falſitatem probare & defenſare conatur,
fraudulentis vti medijs ſolet. Ita amici Iob vt ſuam aſſertionem defenderent, ipſumque Iob
comprobarent iniuſtum, cautelose egerunt, extollendo diuinam perfectionem, & oſtendendo
humanam defectuolitatem, ex quibus concluſerunt Beati Iob impietatem, quaſi DEVS
per gratiam præſeruare hominem non poſſet à ruina per culpam. [Nunquid faciem eius acci-
pitis] id eſt, in iudicio iſto, quo inter DEVM & me iudicatis, illum laudando, me condem-
nando, faciem Dei ſeu DEVM vbique præſentem & omnia intuentem approbatis & iu-
ſtificatis per inordinationem in iudicio deuitandam, quæ vocatur perſonarum acceptio, &
fit, dum quis manifeſtam alicuius iuſtitiam negat ſeu deſpicit, intuitu magnitudinis alterius
partis. Cum ergo amici Iob manifeſtam eius iuſtitiam negarint, eumque damnarint ſolo in-
tuitu diuinæ iuſtitiæ, quoniam ſecundum dogmata ſua videre non poterant, quomodo ſalua di-
uina iuſtitia, ipſe Iob iuſte à DEO flagellaretur niſi culpæ ſuæ demerito, videbantur faciem
ſeu perſonam DEI accipere. Nam & præinducta magnifica de maieſtate, æquitate & ſapien-
tia DEI quaſi blandiendo, propter hoc diſſerebant, ne DEVS videretur iniuſtus innocentes
plagando. Hinc ſubditur: [Et pro DEO iudicare nitimini] id eſt, iudicando conamini
DEVM iuſtificare per quæcunque media & falſa, quod Deo non placet, quoniam falſitas diſ-
Gregor. plicet ei iugiter propter ſeipſam, cum ſit obliquatio atque receſſus à veritate. Porro Gregorius
exponit hæc aliter, dicens: Faciem Dei accipere, eſt authoritatem ipſius in iudicando aſſume-
re, hoc eſt, quaſi diuina authoritate ſeu in perſona Dei per modum quo iudicat Deus, ferre iu-
dicium. Deus enim ſic iudicat, quod ipſe nil repræhenſibile in ſe habet, quod ab aliquo iudi-
Gregor. cetur, ſicque ſecundum Gregorium amici Iob, eius opera repræhenderunt, ac ſi ipſi repræhen-
ſibile ni-

ſibile nihil haberet. Inſuper pro Deo iudicare, eſt alterius defectus ſine compaſsione diſcutere & damnare, quod amici Iob videntur feciſſe, quia dure & inuectiue locuti ſunt contra eum. Dicit autem Gregorius: Illius ſolius eſt peccata hominum ſine compaſsione diſcutere, qui ex naturæ ſuæ omnipotentia neſcit peccare: homines vero iuſti cum prauorum facta redarguunt, ſuæ ſemper infirmitatis conſcij, eos & ſi exterius ſæuiendo, tamen interius compatiendo redarguunt. [aut placebit] veſter inordinatus proceſſus in iudicando, [ei quem celare nihil poteſt?] id eſt, Deo omnia infallibiliter cognoſcenti. Interdum enim alicui placet cauſæ ſuæ defenſio, quamuis ſit iniuſta, vel quamuis fiat per media inordinata; quoniam neſcit cauſam ſuam eſſe iniuſtam, aut media illa quibus defenditur, eſſe diſtorta, quod in Deo omnia contuente locum nequit habere. [aut decipietur vt homo veſtris fraudulentijs?] id eſt, callidis contra me proceſsibus, vt putet, vos ordinate ſuam cauſam cõtra me defenſare, ſicut interdum aliquis ſimplex putat ſuam cauſam eſſe iniuſtam, ideoque non cupit eam defendi, ſed ab aduocatis perſuadetur ei, quod cauſa ſua ſit iuſta, ſicque petit vt defendatur, ſed Deus cuius ſapiẽtiæ non eſt finis aut numerus, ſic falli non poteſt. [Ipſe vos arguet] de veſtra inordinata diſputatione aduerſum me, ſicut & infra vlt. cap. patet. Qui enim Deum per falſa commendat, non ſolum ei non placet, ſed inſuper diſplicet, pœnã meretur: & Deo qui veritas eſt, aduerſatur, quemadmodum ad Cor. ſcribit Apoſtolus: Inuenimur (inqt) & falſi teſtes Dei, vcz. ſi reſurrectio mortuorũ nõ eſt, quoniã teſtimoniũ diximus aduerſus Deũ, quod ſuſcitauit Chriſtũ: quẽ nõ ſuſcitauit, ſi mortui nõ reſurgũt. Nẽpe quicquid veritati contrariatur, diuinitus reprobatur. [quoniam in abſcondito] id eſt, cordis occulto [faciem eius accipitis,] ſecundum ſenſum præhabitum, ita quod vobis conſcij eſtis, vel ſaltem eſſetis, ſi aduertere veritatem velletis, quod iudicando inter Deum & me accipitis faciem eius: quia iuſtitia mea vobis & omnibus nota fuit, ſicq; per falſam mei accuſationem defenditis Dei iuſtitiam. [Statim vt ſe commouerit] non per ſuæ naturæ aliquam variationem, ſed per poteſtatis ſuæ proceſſum in actum exteriorem, id eſt, mox cum exercere cœperit vitionẽ: Iuxta hunc modum loquendi, Plato dixit primum motorem moueri; Et Ariſtoteles Platonem ſuper hoc arguens, verba eius, non mẽtem, impugnat, Nam & beatiſſ. Dionyſius ait primo de diuinis nominibus capitulo: Omnes patre moto illuminationes deſcendunt. Vel humano modo loquitur Iob de Deo, quoniam homo vindicaturus, ira ſeu aliqua affectione intra ſe mouetur, & ſic in vltionem progreditur. [turbabit vos] per pœnam infligendam, ita quod pacem & tranquillitatem, in qua nunc eſſe & contra me diſputare videmini, ex leui etiam percuſsione perdetis: qui reprehenditis me, quod propter plagam hanc maximam ſum turbatus. [& terror eius] id eſt, timor quem ex conſideratione Dei, & ſuæ vindictæ concipietis, vel terribilis eius maieſtas [irruet ſuper vos] id eſt, corda veſtra deprimet ita, quod alia ſeu grauiora tormenta timebitis: & hoc dicitur, niſi pœnituiſſent, ſicut ſequentia. [Memoria veſtra comparabitur cineri] id eſt, cito ceſſabit & auferetur, quemadmodum cinis faciliter tollitur, ceſſat & perit. Sed quomodo verum eſt hoc, cum vſque in præſens per totum mundum tam communis ſit virorum iſtorum memoria: præſertim cum liber hic legitur? Et reſpondendum quod loquitur eis tanquam errantibus, ſicque eorum memoria cito deperijt, non quaſi omnino non manſerit; ſed quia non manſit ad bonum ſeu ad laudem eorum, quomodo iuſtorum memoria dicitur permanere, iuxta illud Prouerb. 10. Memoria iuſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet. Et in Pſalm. 111. In memoria æterna erit iuſtus. Et de impijs: Perijt (inquit) memoria eorum cum ſonitu. [& redigentur in lutum] id eſt, vilem materiam [ceruices veſtræ,] anima à corpore ſeparata, quando corpora veſtra putreſcent & incinerabuntur. Conſequenter Iob contra amicos diſputaturus, & eorum falſa dogmata deſtructurus, audientiam petit. [Tacete paulisper,] quia diu tacere, impatientiæ veſtræ eſſet moleſtum: ego quoque non inordinate protraham verba: [vt loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit] id eſt, quod ratio dictauerit eſſe dicendum, non ad quod inclinauerit paſsio, & ita ſuccinctus ero in verbis. [Quare lacero carnes meas dentibus meis?] id eſt, cur corpus meum dire affligo inſtar eorum qui præ fame carnem ſuam manducant? vt enim præhabitum eſt in expoſitione ſecundi cap. pœnam plagæ ſibi inflictæ Iob auxit, ſaniem teſta radendo, quod fuit quædam corporis laceratio, atque in ſterquilinio reſidendo. Iuxta hunc modum Dauid concinit: Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. Et in Mich. 3. dominus ait de impijs: Qui comedunt carnem populi mei. [& animam meam porto in manibus meis] id eſt, morti expono me ipſum & animam meam ſeparationi à corpore, quemadmodum quod fertur in manibus, exponi videtur raptoribus. Iob autem (vt ſæpius patuit) mortem optauit. Porro per hoc quod anima alicuius dicitur eſſe ſeu portari in manibus deſignat ſcriptura aliquod magnũ ſeu manifeſtũ mortis periculum, ſeu propinquitatẽ aut diſpoſitionẽ ad necem. Vnde Iephte reuerſus de bello: Poſui, inquit, animã meã in manibus meis. De Dauid quoq; in 1. Reg. 19. Ionathas dixit: Poſuit animã ſuã in manibus ſuis, & percuſsit Philiſtæũ. Ad hãc quæſtionẽ reſpondet: [Etiã ſi occiderit me,] corporaliter vſq; ad mortẽ vexãdo, in ipſo ſperabo, quod miſerebitur animæ

Gregor.

1. Cor. 15.

Eſai. 66.

Iob. 2.

Pſalm. 26.

Iudic. 12.

 meæ, &

meæ,& per præſentes tribulationes à futuris æternis eripiar atq; ſaluificer, ac ſi dicat, præinducta
verba de carnium laceratione non dixi, nec me ita afflixi, mortemque petij ex deſperatione, vt
mihi imponitis, cum propter nullam aduerſitatem quantumlibet grauem & magnam, ſim deſpe-
Rom. 5. raturus. Nam vt ait Apoſtolus, ſpes non confundit. Et Pſalm. loquitur Deo: Sperent in te qui no-
Pſalm. 9. uerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te domine. Vel, ſi occiderit me, id eſt
ſpiritaliter occidi permiſerit me, quod fit, dum Deus ſinit hominem mortali obrui culpa in ipſo
ſperabo, quod pœnitenti indulgeat, gratiamque faciat abundè, vbi abundauit iniquitas: nec ex
præſumptione hoc dico, vel ſine meritis me vere atque ſalubriter ſperare exiſtimo, ideo ſubdi-
tur: [Veruntamen vias meas] id eſt, cogitationes, affectiones, loquutiones & opera, quibus quaſi
per medium iter tendo ad vltimum finem ac patriam, [in conſpectu eius arguam] id eſt, coram
Deo examinabo ac reprehendam, deteſtando ac emendando quicquid in eis reprehenſione di-
gnum conſpexero, immo etſi ſine peccato notabili fuerint viæ hæ, tamen comparatione ſancti-
tatis ac maieſtatis diuinæ, nullius momenti ſunt, nihilque ſatis rectum eſt, ſecundum Albertum.
Huius felicis reprehenſionis fructum ſubiungit: [& ipſe erit ſaluator meus] id eſt, dator veræ
ſalutis, quam non tollit niſi peccatum, propter quod ait Eſai. 28. Iſte omnis fructus, vt auferatur
peccatum. Qui enim cordialiter ſe accuſat, pœnitet, & emendare proponit: remiſsionem culpæ,
1. Cor. 11. infuſionem gratiæ, adeptionem gloriæ promeretur. Hinc ait Pſal. 31. Dixi, confitebor aduerſum
me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Apoſtolus quoq;: Si nos
ipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Hoc itaque vere, non ficte, agam. [Non enim ve-
niet in conſpectu eius] id eſt. Deo per complacentiam non apparebit, non ei placebit, neque ab
eo conſequetur ſalutem, veniendu ad clarum Dei conſpectum, [omnis hypocrita,] qui aliud in-
Luc. 6. tus eſt, vtpote impius: aliud foris oſtendit, quia virtuoſum ſe ſimulat, i. nullus talis in conſpectu
Math. 21. Dei ſic veniet, niſi pœniteat. Vnde Chriſtus tam ſæpe ait in Euangelio: Væ vobis hypocritæ. Itē-
Math. 6. que: Nolite fieri ſicut hypocritæ. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Et in hoc verbo
notat Iob ſuos amicos, qui foris iuſtitiam videbantur defendere ac zelari, cum intus pleni eſſent
erroribus. [Audite] auribus mentis & corporis [ſermonem meum, & ænigmata] id eſt, obſcu-
ritates ſeu difficultates in meis latentes ſermonibus, [percipite auribus veſtris,] quæ diligen-
tiſsimam conſiderationem requirunt, vel ænigmata, id eſt, figuratiuas loquutiones vel ſimilitu
dines, quibus probo quæ dico. Hoc etenim ſpectat ad ſapientem, ſecundum illud Prouerbij. A-
nimaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientum & ænigmata eorum. [Si fuero in
dicatus] à Deo vel quocunque iudice iuſto, ſcio quod iuſtus inueniar.] Hoc (ſecundum Tho-
Iob. 1. mam & quoſdam) non dicit Iob de iuſtitia vitæ, quia iam dixit, Vias meas in conſpectu eius ar-
guam: ſed de veritate doctrinæ, de qua iudicialiter contēdebatur. Deus autem infra vltimo cap.
dat ſententiam pro Iob, ipſum laudando quod recta & recte loquutus ſit coram ſe. Veruntamen
intelligi poteſt de iuſtitia vitæ, præſertim cum tantæ iuſtitiæ in conuerſatione fuerit Iob, vt Deo
teſte non fuerit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus. Ad hoc autem quod homo iuſtifice-
tur à Deo, non oportet quod nunquam peccatum mortale incurrerit, aut nullum habeat venia-
le, cum & Paulus tam dire peccauerit: & ſpiritu ſancto recepto poſtea, non prorſus ab omni ve-
Luc. 3. niali fuit immunis, ſicut nec cæteri apoſtoli, nec Ioannes Baptiſta, propter quod dixit ad Chri-
Ioan. 1. ſtum. Ego à te debeo baptizari: ſed ſufficit quod ſine mortali peccato ſit, & de venialibus ſal-
tem in communi doluerit. Talis autem fuit beatus Iob. Vnde & nunc dicit ſe certum, quod
iuſtus inuenietur, præſertim ab his peccatis, quæ ſibi ab amicis ſuis imponebantur. Sed quo-
Iob. 9. modo potuit certus eſſe de iſto, cum ſuperius iam dixerit, Si iuſtificare me voluero, os meum
condemnabit me: etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea? ſed huius ſolutio
ex dictis ibidem eſt euidens. DEO enim reuelante ſcire hoc potuit, & varijs modis dicitur
Pſalm. 50. aliquis iuſtus ſeu iuſtificari vt patet ex dictis. Denique iniuſtus pœnitendo fit iuſtus. [Quis
eſt qui iudicetur mecum?] id eſt, contra me diſputans, iudicetur à DEO an ipſe veram iu-
ſtamque teneat partem, an ego. [Veniat] id eſt, me accedat. Sic & in Eſaia dicitur: Quis eſt
aduerſarius meus? accedat ad me, quis contradicit mihi? ſtemus ſimul. [Quare tacens] fal-
ſitati non contradicendo, [conſumor?] id eſt, grauiter intus affligor, & morti propinquo.
Iuſto equidem zelo contra amicorum errores atque mendacia incitabatur, atque ad defenden-
dum veritatem accendebatur, ita quod dolor intus manens incluſus, amplius augebatur: per
verba autem quaſi euaporans, alleuiabatur, ſic ait & Eſai. 6. Væ mihi quia tacui. Tempus enim
Eccl. 3. loquendi, & tempus tacendi, vt Salomon proteſtatur. Defendenda autem eſt veritas atque iuſti-
tia, iuxta illud Eccleſiaſtici 4. Pro anima tua non confundaris dicere verum, pro iuſtitia agoni-
zare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia. [Duo tantum ne facias mihi] id eſt, duo
mala pœnalia & diſputationis ac reſponſionis impeditiua, non mihi ô Deus infligas. [& tunc à
facie tua non abſcondar] id eſt, à collatione tecum diſputatiua nō me abſcondam, nec abſtraham;
ſed tecum fiducialiter diſputabo. Porro quod ait, Non abſcondar, non ita intelligit, quaſi aliquis

(abſolute loquendo) poſsit ſe à Deo abſcondere, qui æternaliter, inuariabiliter & ſuperclariſsi-
me omnia intuetur: ſed quoniã homo, quantũ in ſe eſt, ſe conatur abſcondere Deo, dum ei appa- Gen 3.
rere ſeu loqui refugit & formidat. Vnde & Adam loquitur Deo: Vocem tuam audiui, & timui, Ionæ 1. a.
& abſcondi me. Ionas quoque ſurrexit vt fugeret à facie domini in Tharſis. [Manum tuã longe
fac à me] i. poteſtatis tuæ hanc quam patior plagam ſeu pœnam auſer à me. [& formido tua] i. ti-
mor de te cóceptus timor inquã de futuris ſupplicijs, [nõ me terreat] ſiquidẽ duo hęc, ſ. dolor ve-
hemẽs de malo præſenti, & formido intẽſa de malo pœnali futuro, actũ impediũt rationis. Hoc
eſt quod ſuprà dixit Iob: Auferat à me virga ſuã, & pauor eius nõ me terreat, neque enim poſſum Iob. 9.
metuẽs reſpõdere. Præterea quod ait, à facie tua nã abſcõdar, cõſonat ei quod Ioã. 3. ſcriptũ eſt,
Qui facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifeſtẽtur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Siquidẽ veri-
tas nõ quærit angulũ, ſed falſitas & peccatũ. Hinc qui bonæ cõſcientiæ ſecuritate aut confidentia
eſt armatus, non ſe ſubtrahit aut abſcõdit à Deo ac luce virtutis: ſed quẽ cõſciẽtia ſua remordet,
ſecundũ illud Ioã. 3. Omnis qui male agit, odit lucẽ: & nõ venit ad lucẽ, vt nõ arguantur opera e-
ius. Conſequenter oſtẽdit ſe paratum in diſputatione cum Deo habenda ad actum opponentis,
& inſuper ad actum reſpondentis, quaſi indifferens ad vtrumque, & Deo quaſi dans optionem,
non quod velit obijcere ad repræhendendum, ſed ad veritatis notitiam adipiſcendam, vt di-
ctum eſt plenius. Vnde iſta ſunt verba bonæ fidutiæ & familiaritatis cum Deo, non ex ſuperbia
aut præſumptione, quaſi velit de pari cum Deo contendere. [Voca me] id eſt, iube me appa-
rere ad reſpondendum, [& ego reſpondebo tibi] pro poſſe, rationem pro veritate reddendo,
& vera quæ dixi defendendo. [aut certe loquar] proponendo & inquirẽdo quæ mouent me, [&
tu reſponde mihi,] me inſtruendo ac certificando de dubijs. [Reſponde mihi, quantas habeo i-
niquitates & peccata, ſcelera mea atque delicta oſtende mihi.] Hic S. Iob in diſputatione, quam
cum Deo aggreditur, vt inſtruatur ab eo, aſſumit perſonam proponentis ſeu opponentis. Præte-
rea, quoniam amici eius ſibi à principio impoſuerunt quod pro ſuis peccatis eſſet percuſſus, im-
mo pro grauibus exceſsibus eſſet tam grauiter cæſus, ideo Deum primo depoſcit, vt eum de hac
re plenius doceat. [Reſponde mihi] id eſt, mihi te ô Deus ſciſcitanti oſtende per inſpirationem
occultam ſeu angelicam reuelationem, [quantas] id eſt, quam intenſas, graues ſeu magnas [ha-
beo iniquitates,] vt amici mei calumniantur, quaſi dicat: Si, vt illi affirmant, pœna non infligitur
niſi pro culpa, ita quod iſta ſupplicia pro meis peccatis ſuſtineo, tunc vtique valde graues habeo
iniquitates: quia pro maiori culpa infligitur maior pœna, ego autem grauiſsime ſum plagatus.
Hæc ergo humiliter ſciſcitatur, ad excludendum falſam ſuæ flagellationis cauſam, quam amici
eius aſſerebant eſſe ipſius iniquitatem: & etiam, vt clarius deſuper illuſtretur, [& peccata.] Quę-
dã peccata fiunt in proximum, quæ hic deſignantur per iniquitates: quædã in ſeipſum, vt vitia gu-
ſtus & tactus, quæ ipſius peccãtis perſonæ & corpori maxime nocent, quæ iam per peccata notã-
tur: quædam fiunt directe in Deum, quæ ſunt contra tria præcepti primæ tabulæ, vt ſunt infideli-
tas, blaſphemia, ſacrilegium, odium Dei, & iſta vocantur ſcelera quaſi accuſatione digniſsima.
Rurſus præcepta diuina duplicia ſunt, ſ. affirmatiua, & contra hæc ſunt peccata omiſsionis, quæ
hic dicuntur delicta, quaſi derelicta: quia in eis homo omittit & negligit, quod Deus fieri iubet.
Alia ſunt præcepta negatiua, contra, quæ ſunt peccata cõmiſsionis, in quibus homo agit, quæ fie- Exo. 20.
ri Deus prohibuit, vt cum ait, Non occides. Petit itaq; Iob, vt ſi huiuſmodi mala habuerit, vel de Matth. 5.
eis (ſi quæ habuit) nõ pœnituerit, ſibi à Deo pãdatur. Deinde ex charitatis fidutia queruloſe in-
terrogat. [Cur faciẽ tuã abſcondis?] i. pietatis tuæ reſpectũ, conſolationẽ, releuamẽq; ſubtrahis,
quantum ad hoc quod permittis me grauiſsimis animæ corporiſq; doloribus affici, nec me pro
releuamine deprecantem exaudis. Hinc infra etiam ait: Sto, & non reſpicis me: clamo ad te, & Iob. 30.
non exaudis me: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Hinc
ſubdit: [& arbitraris me inimicum tuum?] id eſt, ita affligis me, quaſi impius eſſem, & per
conſequens inimicus tuus, qui odiſti omnes qui operantur iniquitatem, iuxta illud Sapientiæ Pſalm. 5.
14. Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Hoc eſt quod ſuprà iam dixit: Quare poſuiſti me
contrarium tibi? Veruntamen abſolute loquendo, Deus tempore afflictionis huius non abſcon Iob. 7.
dit faciem ſuam à Iob, nec eum ſibi aduerſarium arbitrabatur, immo gratioſiſsime eum aſpexit
ac conſeruauit in anima, paternaliter caſtigauit in corpore, illuminauit & ſpiritu prophetico de-
corauit in mente. Sic loquitur more afflictorum, qui verba doloris ſui expreſsiua ſolent effa-
ri. Deinceps ad prouocandum clementiam Dei, hoc eſt, ad impetrandum eius auxilium,
inducit verba humanam fragilitatem infirmitatemque ſignantia. [Contra folium quod ven-
to rapitur] id eſt, in me & ad meam afflictionem, qui folio quod vento impellitur, ſimilis ſum
quia res ſum labilis atque infirma, & vt folium vento mouetur, ſic ego varijs cogitationibus, af-
fectionibus, tentationibusque impellor & feror ſeu moueor, iuxta id Eſai. 64. Cecidimus qua-
ſi folium vniuerſi, iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. [oſtendis potentiam tu-
am] qua me faciliter deiecisti atque viciſti, quaſi dicat: Poteſtas tua cum ſit immenſa,

importabilis mihi eſt: nec decens videtur, vt eam in tam infirma ac fragili creatura oſtendas. Iſta ſunt verba miſericordiæ prouocatiua, non reprobatiua operationis ſeu diſpoſitionis diuinæ. [& ſtipulam ſiccam perſequeris] id eſt, me veteranum inſtar ſtipulæ per ætatem & infirmitatem ſiccatum, grauiter impetis & inuadis, continuando plagas tuas in me. Denique homo in iuuentute aſsimilatur herbæ virenti, in ſenectute autem ſtipolæ ſiccæ. Quemadmodum vero Iob, ita & alij viri virtutum, præſertim in tribulationibus conſtituti, infimis ac vilibus rebus ſe comparant; prout 1. Regum 24. Dauid ait ad Saul: Quem perſequeris rex Iſrael? quem perſequeris? carnem mortuum perſequeris & pulicem vnum. Sic quoque 2. libro Regum 9. Miphiboſeth loquitur Dauid regi: Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei? Certum eſt autem, quod homines tribulati ea libenter allegant, quæ aliquo modo poſsint eis pro releuamine cooperari. Ita & Iob diuinam potentiam atque humanam imbecillitatem commemorat, vt quaſi ratiocinando concludat, quod deceat Deum homini miſereri, ſicut ſi robuſtiſsimus pugil aut gigas proiecißet puerulum in terram ſub pedibus ſuis, deceret vt eum pie erigeret. [Scribis enim] id eſt, memoriter tenes, ſicut quod ſcriptum eſt, firmiter manet. [contra me] id eſt, ad mei grauamen [amaritudines] id eſt, culpas diu præteritas, quæ ad amaritudinem vltionis perducunt, & ſuo remorſu quem pariunt, mentem affligunt. Nam & animus inordinatus ſibijpſi ſolet eſſe pœnalis. Vel amaritudines, id eſt, pœnas amaras, quas mihi (ſicut præordinaſti) inflixiſti, quas in me quoque efficis perdurare, quemadmodum durat verbum ſcriptum, non dictum. Vnde & infra loquitur Deo: Signaſti

Iob. 14. quaſi in ſacculo delicta mea. Et dixit ſupra: Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio e-

Iob. 9. bibit ſpiritum meum. Præterea aduertendum, quod Iob loquitur affectu dolentis, qui vocabulis ſæpe improprie vtitur, magiſque loquitur ſecundum id quod ratione doloris aut foris apparet, quam ſecundum id quod in occulto veritas habet. Vnde flagellatio Iob, à DEO pie pro illius profectu permiſſa, non fuit proprie perſecutio, ſed exercitatio atque probatio, purgatio, gratiarumque auctio. Similiter DEVS non ſcripſit contra eum ipſius peccata, de quibus pœnituit: quin quo ad culpam ea pœnitenti ſtatim induſit, ſed pœnam interdum reſeruat in poſterum, ſicque (vt ante aliqualiter tactum eſt) vna cauſarum percuſsionis Iob, fuit, vt à priſtinis culpis, etiam quo ad pœnam, eriperetur in ſeculo iſto. Illa tamen cauſa non fuit principalis, neque præcipua: quia & ipſe Iob ſatisfeciſſe ante percuſsionem ſuam credendus eſt, quamuis forte non penitus plene, propter quod ſubditur: [& conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ] id eſt, per infirmitatem hanc meam vis me (vt videtur) vſque ad mortem affligere, propter peccata mea in adoleſcentia mea commiſſa, tanto tempore mihi pœnam reſeruans: quod nimis rigoroſum apparet, eo quod adoleſcentia fluxibilis ſit, inſtabilis ac laſciua, propter quod

Eccl. 11. in Eccleſiaſte habetur: Adoleſcentia & voluptas vana ſunt. Hinc peccatis illius ætatis facilius indulgendum cenſetur. [Poſuiſti in neruo pedem meum] id eſt, ſpiritales pedes meos, videlicet cordis affectum & intentionem, operumque proceſſum, tua lege frenaſti, & ſub iugo diſciplinæ ligaſti, ne huc illucque libere ac iniuſte vagarer & præuaricarer, ſicut pedes incarce-

Sap. 10. ratorum ligantur in neruo atque compedibus. Hæc eſt maxima miſericordia Dei, qua ſuos electos à prauis itineribus retrahit, à peccatis refrenat, & per ſemitas tibi placentes deducit, iuxta illud Sapientis: Iuſtum deduxit dominus per vias rectas. Et in Pſalmo 72. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. O quam beati ſunt, qui hoc ex ſententia dicere habent, horumque verborum guſtant virtutem: qui vtique omne bonum quod ha-

Pſalm. 22. bent, DEO deuotiſsime gratiſsimeq; aſcribunt, dicentes id Pſalmi: Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum, id eſt, ob ſui ipſius propriam benigniſsimamque bonitatem: Veruntamen verbum hoc aliter poteſt intelligi, eritque ſenſus, Poſuiſti &c. id eſt, plaga tua greſſus meos velut quodam neruo ſeu cippo arctaſti, ita quod præ infirmitate progredi nequeo. Vn-

Iob. 7. de ſuperius dixit: Circundediſti me carcere: [& obſeruaſti] id eſt, diligenter conſideraſti ad iudicandum ac præmiandum, [omnes ſemitas meas] id eſt interiores actus animæ meæ in cogitando, appetendo, atque ſimilibus. [& veſtigia] i. exteriora opera ſeu proceſſus [pedum meorum,] tam corporalium quã ſpiritualium, ſ. affectionũ & intentionũ ſeu cõſiliorũ, ex quibus opera proficiſcuntur, [conſideraſti] Cum enim ſemitę dicãtur ſtrictiora itinera, recte per ea actus interiores ſignãtur, qui ſubtiliores ſunt, efficaciuſq; atq; directius ducũt ad Deũ; quã opera exteriora, in qbus nõ eſt ratio meriti neq; demeriti, niſi ex interioribus actu & habitu. Hinc de Deo

Pſalm. 7. ait Pſalm. 32. Qui intelligit omnia opera eorũ. Et rurſus: Scrutãs corda & renes Deus. In Prouer-

Prou. 4. bijs quoq; habetur: Reſpicit dominus viã hominis, & omnes greſſus illius cõſiderat. Immo tã diſtincte atq; pleniſsime Deus vniuerſos hominum actus perpẽdit, iudicat, munerat, vt & corporaliũ pedũ, cæterorũq; mẽbrorum vſum, progreſſum, cũctaq; geſta obſeruet, in quantũ ex deliberata ratiõe procedunt, ſic enim ſunt vel meritoria, vel demeritoria, præſertim cũ ſecundũ probabilem poſitionẽ, quam & Thomas defendit, in actibus humanis non ſit indifferẽs, ita quod omnes

actus ho-

actus hominis, qui ex rationis deliberatione procedunt, qui proprie actus humani vocantur,
ſunt vel meritorij vel demeritorij: ſicq́ue ſinguli ſub prouidentia cadunt diuina. Propterea
Hieremias inducit: Fortiſsime, magnus conſilio & incompræhenſibilis cogitatu, cuius oculi
aperti ſunt ſuper omnes filios Adam. Grandis ergo & maxima nobis ratio eſt bene viuendi, Hier. 32.
eum ante oculos ſtrictiſsimi iudicis cuncta cernentis, nilq́ue impræmiatum relinquentis, cuncta agamus, & quæ agenda ſunt omittamus. Ideo ait Pſalmiſta: Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. [Qui quaſi putredo conſumendus ſum] id Pſalm. 118.
eſt, inſtar putredini redigendus in vermes & in cineres, quantum ad corpus meum, ſecundum
illud Eccleſiaſtici 10. Cum moritur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes. [& quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea] quemadmodum enim tineæ de veſtimento naſcuntur, & illud corrodunt, ſic corpus ante mortem conſumitur à naturali calore velut à tinea: poſt
mortem vero de ipſo corpore vermes gignuntur à quibus corroditur, iuxta quod in Eſaia legitur: Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. His verbis denuo ſuam fragilitatem fatetur, vt tanto ſit ei DEVS clementior, quanto ipſe ſe fragiliorem veraciter recognoſcit, quaſi dicat, pene mirum videtur, quod creaturam tam fragilem ſic indeſinenter obſeruas, tam diſtricte iudicas ac grauiter punis. Qui autem à iudice eſt percuſſus, appetitq́ue
ab eo curari, omnia illa libenter commemorat & ei proponit, ex quibus aliqua videtur poſſe
perſuaſio elici aut ratio ſumi, ad obtinendam iudicis propiciationem atque optatam ſalutem Eſai. 14.
aut ſanitatem. Denique, iuxta induſtriam hanc ſubiungit, pandendo hominis fragilitatem,
defectuoſitatem, miſerabilitatem in eius ingreſſu, progreſſu, egreſſu: ingreſſu inquam in mundum hunc per natiuitatem: progreſſu, per vitæ extenſionem ſeu continuationem: egreſſu de
mundo per mortem. Itaq; quod de ſe ſingulariter dixit, de homine communiter ſeu ipſo genere humano proſequitur atque oſtendit, ſubdendo: [Homo] quicunque ſit ille [natus de muliere,] infirmo & fragili vaſculo. Mulier enim à molliendo quaſi mollis aer dicitur, & quod de
homine nato aſſeritur, de fœminis quoque, non de viris tantum, accipitur, quamuis adiectiua
ſequentia maſculina, videantur ad maſculos homines determinare. Denique, omnis homo de Gen. 1. 2.
muliere eſt natus, demptis primis parentibus. Nam & de Chriſto ait Apoſtolus ad Galatas: Galat. 4.
Miſit Deus filium ſuum, factum ſub lege, natum ex muliere. Cui & Chriſtus dixit in paſsione: Mulier, ecce filius tuus, in quibus ſermonibus mulier ſexum, non connubium, notat. Cum Ioan. 19.
ergo homo de muliere naſcatur, mollis & tener eſt, ad bona virtutum debilis ex ſeipſo, fortis ad
ea ex DEO: cuius electi, quantum ad eſſe naturæ, nati ſunt ex muliere, non autem quantum
ad eſſe gratiæ. Propter quod à Ioanne de eis inductum eſt: Qui non ex ſanguinibus, neque Ioan. 1.
ex voluntate carnis, neque ax voluntate viri, ſed ex DEO nati ſunt. [breui viuens tempore.] Nam & naturalis periodus vitæ humanæ eſt breuis, ſicut in Pſalmo 89. habetur: Dies
annorum noſtrorum, in ipſis ſeptuaginta anni. Multorum autem irrationalium annimalium
naturalis viuendi periodus, duratio ſeu menſura, multo diuturnior eſt periodo vitæ humanæ.
Porro quod aliqui ante diluuium vel etiam poſtea tam diu vixerunt, miraculo magis aſſcribitur quam naturæ. Quidam vero homines breuiſsimæ vitæ ſunt, qui vel in infantia, vel in adoleſcentia aut in pueritia moriuntur. Poſtremo, quantumlibet vitæ huius duratio protendatur, nihilominus comparatione æternitatis quæ reſtat, momentanea comprobatur. De breuitate quoque vitæ præſentis tot dicta & allegata ſunt, vt ea repetere vel plura adijcere, ſuperfluum iudicetur. [repletur multis miſerijs] id eſt. malis pœnæ & culpæ, defectuoſitatibus naturalibus,
aduerſitatibus, morbis, anguſtijs. Maxime autem miſera reputanda eſt vita hæc propter peccata, quæ omni die abundanter innumerabiliterq́ue incidimus, iuxta illud Prouerbiorum 14.
Miſeros facit populos peccatum. Hinc & CHRISTVS teſtatur in Pſalmo 87. Quia
repleta eſt malis (ſcilicet, pœnalibus) anima mea. Et Eccleſiaſtici 40. legitur: Iugum graue
ſuper omnes filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrē
omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentiones expectationis, & dies finitionis
à præſidente ſuper ſedē glorioſam, vſq; ad humiliatū in terrā & cinerē: ab eo q vtitur hyacintho
& portat, coronā, vſq; ad eū qui cooperitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, timor
mortis, fames, flagella & mors. Sic & Salomō: Vidi, inquit, cūcta quę fiūt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpūs. [Qui quaſi flos egreditur & cōteritur] i. quēadmodū flos exit de terra, & primo viret, deinde cito marceſcit: ſic homo in infantia de vētre parētis ꝓgreditur, & in flore ætatis apparens ad modicum, deinde ſtatim deficit & decreſcit, ſiccatur, areſcit, ſicut in Pſalmo Eccl. 1.
cantamus: Homo ſicut fœnum dies, & tanquam flos agri ſic efflorebit. Hinc Eſai. 40. fertur: Pſalm. 102
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. [& fugit velut vmbra] id eſt, inde
ſinenter tendit, propinquat, immo & currit ad mortem. Propter quod 1. Paralip. 29. loquitur
Dauid: Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terram, & nulla, eſt mora. Itemq́, in Pſal. 43. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prętereūt. Vnde in Sapiētię lib. etiā impij hoc teſtantur: Sap. 2.

Vmbræ

Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum. [& nunquam in eodem ſtatu permanet] id eſt, in vna diſpoſitione fixus non manet per tempus notabile, & forte nec per momentum omnifarie. Licet enim ſecundum mentem ad tempus ſtabiliter Deo inhæreat & intendat per contemplationem interioreſque actus virtutum theologicarum ac donorum & latriæ ſeu pœnitentiæ, in corpore tamen continua alteratio, variatio ſeu motio eſſe cognoſcitur. Sed & mens dum ſic Deo fixe & amoroſe intenta eſt, in priſtino ſtatu non manet, ſed creſcit & proficit, & in actu huiuſmodi diu non figitur, ſed ad propriam defectuoſitatem cito relabitur. Cumque debitam diligentiam non adhibuerit ad vitandum Dei offenſam, ad complendum eius voluntatem, ad profectum virtutum, mox à priſtino ſtatu cadens, decreſcit. Ideo dicit Bernardus: In via Dei non proficere, eſt deficere: non progredi, eſt regredi: non creſcere, eſt decreſcere. Vnde veriſsimum eſt illud Eccleſiaſtici 27. Si non in timore domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua, id eſt,
Mich. 6. conſcientia tua lædetur, menſque tua à ſummo cadet ad infima. Hinc iuxta Michæam prophe-
Prou. 4. tam, oportet cum Deo ſolicitum ambulare, & iuxta Salomonem, omni cuſtodia cor cuſtodire,
Gregor. quocirca Gregorius pulchre ſcribit: Hoc ipſum, inquiens, noſtrum viuere, quotidie à vita tranſire eſt. Nam poſtquam homo deliquit, in quodam ſe temporalitatis lubrico poſuit: quam mobilitatem etiam interius patitur, dum ad opera ſurgere meliora conatur. Mens etenim mutabilitatis ſuæ pondere ad alia ſemper impellitur, & niſi in ſtatu ſuo arcta diſciplina cuſtodiæ teneatur, ſemper ad deteriora dilabitur. Denique affectiones animarum noſtrarum ſunt valde mutabiles: iam enim lætamur, iam contriſtamur, iam ira nos pulſat, iam mititas afficit, iam tranquillitate fungimur, iam inquietudine agitamur, nunc timor, nunc ſecuritas: nunc dolor, nunc ſolpitas: iam deuotio, iam diſtractio: nunc mentis vbertas, nunc cordis ſterilitas. Ex quibus omnibus patet, quaſi immenſa imperfectio noſtra atque diſtantia à primo, ſummo, perfecto &
Iacob. 1. incommutabili ente: in quo non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Itaque conſiderata Dei altitudine & hominis vilitate, S. Iob miratur diligentiam prouidentiæ Dei ad hominem, quodque altiſsimus tantam de re fragili habet curam. Ideo ſubdit: [Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi] creaturam tam imperfectam [aperire oculos tuos] id eſt, curam eius habere, ei de neceſſarijs prouidere, omnia eius conſiderare, legem ac præcepta præbere, eiuſque iugiter memorem eſſe, iuxta id Pſal. 38. De cælo reſpexit dominus, vidit omnes filios hominum: De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitant terram. Denique in iſto apparet immenſa dignatio Dei, velut ſi potentiſsimus rex, infimos ſubditorum ſuorum tam prouide curet ac dirigat. Quo enim maior eſt Dei celſitudo & dignitas, & maior imperfectio noſtra, eo maior in iſtis oſtenditur Dei dignatio. [& adducere eum tecum in iudicium] id eſt, eum ad iudicandum tibi aſsiſtere, & de vniuerſis iudicare ac præmiare. Hoc vtique exigit ſapientia atque iuſtitia Dei. Non enim fruſtra contulit homini rationem, ſed ob debitum finem, vt ſ. ea vtatur, & Deo fideliter obſequatur. Vnde qui ita ſe habet, laudem & gloriam promeretur: qui aliter, pœnam. Propterea Eccleſiaſti 12. dicitur: Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum ſit, ſiue malum. Per Hieremiam quoque: Ego ſum, inquit, iudex & te-
Hier. 29. ſtis. Atque in Pſalmis 9. Iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Deinde oſtendit qua virtute homo ſaluetur in Dei iudicio. [Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?] id eſt, quis poteſt hominem ex immundo, infectoque ſemine patris conceptum, à peccatis purgare, virtutibus decorare? [Nonne tu] qui per eſſentiam mundus, ſanctus, virtuoſuſque es, qui ſolus peccata dimittis, gratiam creas, virtutes infundis, immo ſecundum Auguſtinum, maius miraculum eſt iuſtificatio impij, quam creatio mundi, cum in iuſtificatione tali ſit aliquid quaſi reſiſtens, ſ. mala voluntas, in creatione autem nihil reſiſtit. Et quamuis ſacramenta & homines dicantur aliquẽ purgare, gratijs adornare, perficere & ſaluare, hoc tamen propria poteſtate, nec authoritatiue ac principaliter agunt, ſed virtute diuinitus data, & diſpoſitiue ac inſtrumentaliter. Porro ſemen (ſecundum Auguſtinum) immundum vocatur propter annexam libidinem, quæ fomes & nutrimentum eſt improbæ voluntatis ad culpam: quæ libido in ſemine ante animæ infuſionem, dicitur eſſe quaſi in radice. [qui ſolus es?] id eſt, ſolus omniformiter ac quomodolibet perfectum eſſe habes, in quo nihil eſt de non eſſe, nihil de imperfecto eſſe, ſed tu es ipſum ſuperſimpliciſsimum eſſe, plenum, perfectum, immẽſum: in quo eſt omnis beatitudo, perfectio, ſanctitas, gloria, pulchritudo, voluptas cum plenitudine penitus infinita, ſine omni limite & menſura. Itaque dicitur Deus ſolus eſſe, quoniam comparatione ſui eſſe, creatum eſſe, eſt magis non eſſe, quam eſſe, vtpote ab illo deficiens infinite, ſicut comparatione Dei nemo bonus, nullus ſapiens, nullus ſanctus. Hinc, eſſe ponitur nomen Dei, ipſomet Deo ſublimi & benedicto ſupereſſentiali & ſuperglorioſo, dicente ad Moſen: Ego ſum
Exod. 3. qui ſum. Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Hinc ait Hilarius: Eſſe non eſt accidens Deo, ſed ſubſiſtens veritas, manens cauſa, & naturalis vel rei generis proprietas.

De Tra-

De Tropologia eiuſdem Capituli. *Artic. XXXII.*

SI aliquoties ratio exlgat, vt contra veritatem proteruientis, garrientis ac diſputantis pompam ac præſumptionem ſagaciter retundamus, ne veritas patiatur iacturam, non ſuperbe aut impatienter loquamur: ſed B. Iob ſequamur modeſtiam, qui cum valde ſapientior eſſet diſputantibus ſecum, non paſsionate ſe extulit, nec præſumptuoſe loquutus eſt, Plus ſcio quam vos: ſed modeſte effatur, [Secundum ſcientiam veſtram & ego noui.] Etenim qui minus dicit, maius non negat, ſicut & numerus minor non excludit maiorem. Aliquando autem neceſſe ſeu vtile eſt, vt homo gratiam ſibi conceſſam aperiat ad Dei honorem, ad veritatis atque iuſtitiæ defenſionem, ad ſpei confortationem, ad tentationis repulſionem, ad alinrum ædificationem, cum dicat Saluator: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & Matth. 5.
glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. [Sed tamen ad omnipotententem loquar] Non ſic propriæ vilitatis, vitioſitatis & contemptibilitatis intuitu deijciamur, puſillanimeſue reddamur, vt ad omnlpotentem loqui non audeamus: immo conſideratione ſuperinfinitæ bonitatis, charitatis & miſericordiæ eius, conſolemur. confidamus, inflammemur & inualeſcamus, atque cum omnipotente loquamur, cum filiali timore, grandi reuerentia, feruenti amore, ipſum laudando, orando, iugiterque circa ipſum nos mentaliter occupando. Præterea, ſecundum philoſophos actio dignificatur, nominatur, ſpemque ſortitur ab obiecto ſeu termino ad quem. Cum ergo Deus ſuperbeatiſsimus, ſit prorſus in infinitum vniuerſis & ſingulis melior atque præſtantior, nonne dignitatis præclaræ eſt circa ipſum ſic occupari, in ipſum tendere & moueri, in ipſo actum finire ac mentem defigere? Itaque delicioſius valde ſit nobis, omnipotentem affari, cum Chriſto miſcere colloquia, in domino occupari, quam cum hominibus fabulari, & tempus infideliter perdere. [Et cum DEO diſputare cupio.] Non diuinæ ſapientiæ profunditatem præſumptuoſe ſcrutando, vel diuinæ iuſtitiæ iudicia reprobando, ſed incompræhenſibilium operum eius aliqualem rationem quærendo: & quicquid ad promerendam miſericordiam Dei facere poteſt, diligentius proponendo. Sic diſputauit cum DEO Hieremias, dicendo: Quare quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator declinans ad manen- Hiere. 14. Abacuc 1.
dum? Abacuc quoque propheta: Mundi ſunt, inquiens, oculi tui domlne, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non potes. Quare non reſpicis ſuper inique agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? [Prius vos onondens fabricatores mendaciorum, & cultores peruerſorum dogmatum.] Hoc contra hæreticos, qui de cordibus ſuis vaniſsima ſibi idola fingunt, mendacia, artificioſe componunt, & propria documenta tanquam ſimulacra venerantur, dicere nos oportet. Itemque contra boni communis hoſtes, contra religioſorum aduerſarios, cnntra voluntarie & ex induſtria mentientes, dicenda ſunt hæc ab eo, cui incumbit ratione officij ſeu debito charitatis. Qui etiam loquacibus, quorum ad ſe ſpectat correctio, dum ad loquendum ſunt immoderati, dicere poteſt: [Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes.] Sermo enim eſt cordis oſtenſor. Et qualis vir, talis oratio, id eſt loquutio, vt Seneca ait. Ideo Immoderantia fandi, latentem cordis pandit ſtultitiam, cum dicat ſaluator: Ex abundantia Matth. 12.
cordis os loquitur. Et Prouerbiorum 15. habetur: Os fatuorum ebullit ſtultitiam. Cum enim Luc. 6.
refrenatio linguæ ſit ſignum ſapientiæ, iuxta illud Prouerbiorum 10. Qui moderatur labia ſua, prudentiſsimus eſt: taciturnitas prætendit prudentiam, facitque hominem reputari prudentem. Loquacitas vero, inſipientiæ extat indicium, quemadmodum Salomon conteſtatur: To- Prou. 29. Eccl. 20.
tum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterum. Eccleſiaſticus quoque ait: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus & imprudens non ſeruabit tempus. [Audite ergo correptiones meas:] Hoc ſinguli impleamus, dum à ſuperioribus noſtris, vel à quocunque charitatiue corripimur. Hoc enim eſt boni ac docilis viri, & ſapientiæ ac humilitatis indicium. Superbi equidem correcti, mox indignantur, paruipendi nolentes. Vnde Eccl. 10.
Prnuerbiorum 20. ſcribitur: Qui odit increpationes, inſipiens eſt. Et alibi: Vir ſapiens non Prou. 13.
murmurabit correptus. Itemque: Qui acquieſcit arguenti, glorificabitur. [Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolns?] Hoc teſtimonio contra eos vtamur, qui hypocriſi pleni ſunt, contra ſimulatores & callidos, contra falſitatis magiſtros, qui ſeipſos iuſtificare & alios repræhenſibiles oſtendere cupientes, vt veraces & iuſti putentur, ſublimia dicunt de Deo intentione doloſa, & falſa vera eſſe probare conantur per veritatum aſſumptiones, ſeu ſcripturarum allegationes, iuxta illud Apoſtoli ad Rnmanos 1. Qui commutauerunt 3. Eſd. 3. 4.
veritatem Dei in mendacium, de quibus Eſaiæ 28. habetur: Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſuimus. Porro, qui verax & iuſtus eſt, non in ſui defenſionem & opem aſſumit mendacium, nec veritas cum ſit res firmiſsima, ſicut in Apocryphis Eſdræ habe- 2. Cor. 9.
tur, quod ſuper omnia veritas vincit, eget mendacio, quod infirmiſsimum iudicatur. Vnde

in 2. ad

in 2. ad Corinthios epiſtola dicit Apoſtolus: Non poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed
pro veritate. [Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo.] Ex hoc verbo diſcamus immobiliter, fir-
miſsime, filialiterque ſemper in Deo ſperare, in omni euentu, aduerſitate, infirmitate, etiam
quando non exaudimur ab eo ad libitum, certi quod ipſe ſit bonitatis atque clementiæ infinitæ,
charitatis ac veritatis immenſæ. Idcirco impoſsibile eſt, vt in ſe confidentem relinquat. Immo
ſperanti in ſe omnia conuertit in melius, & firma in ipſo ſpes maxime placet ei. Eſtque merito-
Pſalm. 90. ria valde. Deus quoque ſperantibus in ſe auxilium ſuum in ſcripturis vberrime pollicetur. Ete-
Hier. 39. nim ait: Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen
Eccl. 2. meum. Ad Hieremiam quoque: Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in ſalutem, quia in
Prou. 3. me habuiſti fiduciam. Hinc Eccleſiaſticus monet: Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote
Pſalm. 83. quia nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt. In Prouerbijs quoque: Habe fiduciam in do-
mino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Merito ergo ait Pſalmiſta: Domine vir-
tutum, beatus homo qui ſperat in te. Hinc iugiter propriam fragilitatem, infirmitatem, inſuffi-
cientiam, atque ad omne malum deplorandiſsimam procliuitatem penſantes, & Dei benedicti
immenſam potentiam, infinitamque pietatem conſiderantes, non in nobis, ſed in Deo ſpere-
mus, gloriemur & quieſcamus. Sicque veraciter erimus fortes, ſecundum illud 1. Machabæo. 2.
Pſalm. 25. Omnes qui ſperant in domino, non infirmantur. Et Pſalmiſta: In domino ſperans non infirma-
Gregorius bor. Circa hæc ſcribit Gregorius: Nunquam eſt patientiæ virtus in proſperis. Ille autem vere
eſt patiens, qui cum aduerſis atteritur, nec tamen à ſpei ſuæ rectitudine incuruatur. De reprobo
Pſalm. 48. etenim ſcriptum eſt: Confitebitur tibi cum beneſeceris ei. In hoc itaque mens iuſta ab iniuſta
diſcernitur, quod omnipotentis Dei laudem & inter aduerſa confitetur, quod aduerſis non
frangitur. Poſtremo, ſi ſapienter perpendimus, quanta ſit bonitas, charitas, clementia Dei in
ſemetipſo, quantam inſuper nobis charitatem clementiamque oſtendit, præſertim in verbi in-
carnatione, paſsione & ſancti ſpiritus miſsione, diffidere non valemus. Immo ſi occiderit nos,
in ipſo ſperabimus. Nam & Deus tanquam benigniſsimus pater, potentiſsimus dominus, fide-
liſsimus quoque adiutor, præcipit & requirit, vt in ipſo iugiter confidamus: quod cur facit, ſi
Pſalm. 31. deſperatio ſibi ſumme non diſplicet? Sperantem vero in domino miſericordia circundat. [Ve-
runtamen vias meas in conſpectu eius arguam] id eſt, non ſic in Deo ſperabo, vt nuda inſor-
mique ſpe me arbitrer poſſe ſaluari, ſed pœnitentiæ actibus adhærebo, coram Deo me in omni-
bus accuſabo, peccata mea pure mala fatebor. Si boni quid egero, imperfectiones adiunctas
mihi aſcribam: quicquid autem virtutis extiterit, Deo attribuam. Præterea decet & expedit,
quemlibet Chriſtianum, potiſsime religioſum, quotidie bis ad minus, ſcilicet mane & ſero, cor
ſuum intra ſe reuocare, colligere, atque ad Deum erigere, vt de mane commemoret, Deoque
fateatur, ac defleat, quicquid culpæ in nocte incurrerit. Similiter ſerio faciat pro culpis tota die
habitis ſeu commiſsis, & poſt talem ſui repræhenſionem ſatagat deteſtata peccata corrigere ac
Pſalm. 36. vitare, humiliter de ſe ſentire, omnem elationis motum abijcere, [& ipſe erit Saluator meus.]
Pſalm. 144 Ideo de ſperantibus dicit Pſalmographus: Adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & ſaluabit
eos, quia ſperauerunt in eo. Itemque: Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eo-
rum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Nempe eo ipſo quo noſtra piacula repræhendimus, confi-
temur, deflemus, ipſe tanquam miſericordiſsimus mox indulget, gratiamque refundit & glo-
riam præparat. [Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.] Hypocritæ virtuoſos ſe
ſimulant, vel aliud repræſentant quam ſunt. Hypocritæ nempe dicuntur fictores, ſimulatores,
repræſentatores aliarum perſonarum. Iſti coram Deo vias ſuas non arguunt, nec conſcientiam
ſuam examinant, non mentem ſimplificant, nec animam purgant, ſed duplices ſunt & ſophiſtæ,
Eccl. 37. ſimpliciſsimo Deo præcipue difformes ac diſplicentes. Vnde Eccleſiaſticus ſcribit: Qui ſo-
phiſtice loquitur, odibilis eſt. Non eſt illi data à domino ſapientia. In talibus præſertim imple-
tur illud Pronerbiorum 14. Stultus illudit peccatum, dum enim alios fallere quærunt, ſeipſos
grauius infeliciuſque decipiunt. Ideo fugiamus, deteſtemur, odiamus hypocriſin, & mente
pura ac ſimplici Deum ſemper & vbique in cunctis quæramus. [Si iudicatus fuero, ſcio quod
iuſtus inueniar:] Hoc dicere poſſunt, qui ex ſpeciali reuelatione ſciunt ſe eſſe in charitate. In
Roma. 8. quorum perſona ait Apoſtolus: Quis nos ſeparabit à charitate Dei? [Manum tuam longe fac
à me, & formido tua non me terreat.] Hoc iuxta expoſitionem præhabitam orare poſſumus,
quando grauiter valde affligimur, optare nanque debemus mentem tranquillam, ſecuram, im-
Iacob 3. perturbatam. [Reſponde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea atque deli-
cta oſtende mihi.] Quia in multis offendimus omnes, intantum, vt pene vel prorſus innumera-
bilia ſint peccata noſtra tam omiſsionis quam commiſsionis, quæ latent nosipſos, nec vniuerſa &
ſingula ad memoriam reuocare valemus ſine illuminatione diuina: hinc neceſſario orare ha-
bemus, vt Deus ſua vnctione pijſsima, illuminatione angelica, prælatorum inſtructione pater-
na, lectione aut alijs modis dignetur nobis reſpondere ſiue oſtendere, quanta habeamus pec-
cata: im-

cata: immo quæ, quanta & qualia, vt enormitatem eorum noſcentes, qualibet vt oportet pœnitentialiter emendemus. Hinc etiam confeſſurus præmeditari diligentiſsime debet, in quibus aut quomodo Deum offendit: pro illuminatione quoque compunctioniſq́ue gratia exorare, attendentes illud in Pſalmo decimo octauo. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Denique dum ab aliquo, potiſsime à ſuperiori, arguimur, in domino gratulemur, gratias ei agentes, quia reſpondit nobis quantas habeamus iniquitates & peccata. quod ſi in illis quæ nobis obijciuntur, nobis conſcij non fuerimus, nihilominus patienter feramus, attendentes quam innumerabilia ſint peccata, quibus latenter obnoxij ſumus. [Cur faciem tuam abſcondis?] Quo quis iuſtior eſt, Deumq́; ardentius diligit, eo cordialius illi cupit vniri. A tali autem ſuo amatore Deus interdũ in vita hac conſuetã contemplationis gratiam, ſolitæ conſolationis ſuauitatem, priſtinæ gratioſitatis experimentalem præſentiam, ad tempus diſpenſatiue ſuſpendit propter varias rationes. Verum deuotus amator ſuperdilectiſsimi Dei occultationem perpeti æquanimiter nequiens ex amoris ſancti ardore, conqueritur amoroſa querela, dicendo: Cur faciem tuam abſcondis; id eſt, noli eam diutius mihi abſcondere, iuxta illud Canticorum ſecundo. Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, quæ licet ſint ſponſi ad ſponſam, tamen ibidem poſt pauca ſponſæ æquiualenter eidem loquitur ſponſo: Reuertere, inquiens, dilecte mi, ſimilis eſto capreæ hinnuloq́ue ceruorum ſuper montes Bethel. [& arbitraris me inimicum tuum ?] Non tamen aſſerendo, quam blandiendo, hoc dicitur in viri iuſti perſona. quaſi dicat, Ita te à me te deſiderante, & ſuper omnia diligente, abſcondis, quaſi tibi diſplicens & inobediens eſſem. Veruntamen hęc in perſona peccatoris, ſed pœnitentis ac incipientis, poſſunt exponi: qui dum ad libitum non exauditur, nec proficit, videtur ei quod D E V S ſuum ab eo vultum abſcondat, & ſe velut aduerſarium habeat, ſed in his non ceſſemus D E I gratioſam implorare præſentiam, ſplendidam contemplationem, ſtabilem inhabitationem, penſantes illud Pſalmiſtæ: Lætetur cor quærentium dominum, quærite dominum, & confirmamini, quærite faciem eius ſemper. Itemq́ue: Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Inſuper, quomodo quæ ſequuntur, in perſona cuiuſlibet iuſti afflicti, pœnitentis, aut aliunde virtuoſe dolentis, per ſanctum Iob figurati, queant exponi, nullam habent difficultatem, ſi præcedentis articuli expoſitio rite penſetur, ſed in omnibus quæ hic ſcribuntur, noſtram defectuoſitatem, fragilitatem, vtilitatem debemus perpendere, humilimi eſſe, atque ad Deum in cunctis affectuoſe ſemper confugere. Denique, quoniam in officio defunctorum ex capite iſto quædam lectiones ſumũtur, breuiter reor tangendum, quomodo lectiones hę in perſona animæ defuncti poſsint interpretari. Itaque anima in purgatorio ſita, ſuppliciorum ſuorum finem ſcire & experiri deſiderans, (talis enim pręſcientia finis pœnarum, magna eſt conſolatio afflictorum) loquitur Deo: [Reſponde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata,] vt ex conſideratione culparum mearum perpendam mearum durationem pœnarum. [Cur faciem tuam abſcondis] id eſt, à conſpectu glorię tuę, à beatifica viſione ſapientiæ atque eſſentiæ tuæ me diſſers, & te quaſi iratum mihi nunc exhibes. ideo ſubdit, [& arbitraris me] ſpiritum defuncti [inimicum tuum;] id eſt, quaſi hoſtis eſſem, me punis, cum tamen in charitate ſim tua. quaſi dicat, Noli te mihi abſcondere, noli me vt hoſtem habere, ſed clementer indulge, ſuccurre & redime. Tali animæ cum fuerit liberata, dicet Deus illud Eſaiæ quinquageſimo quarto. In momento indignationis meę abſcondi parumper faciem meam à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. [Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris] id eſt, contra me imperfectam atque inſtabilem, pœnis exuſtam, oſtendis quanta ſit iuſtitiæ tuæ poteſtas, qua per pœnas me iſtas infeſtas. tanquam dicat, decet ô domine vt ignoſcas. Præterea Chriſtus ſapientia patris, lignum vitæ eſt, de qua Salomon ait Prouerbiorum decimo tertio. Lignum vitæ eſt in omnibus appręhendentibus eam. Chriſtus enim ſaluberrimos fructus producit, quibus mentes feliciter reficiuntur. Huius autem arboris velut folia ſunt animæ Chriſtianæ, in C H R I S T O per charitatem manentes. Vnde & ipſe ait diſcipulis: Ego ſum vitis, vos palmites. Quemadmodum vero per ventum folium ab arbore abiectatur, ſic anima à Chriſto vento ſuperbiæ tentationis, vanitatis & paſſionum impulſibus ſeparatur: ideo vocat ſe folium vento raptum, ob quam à Chriſto ſeparationem punitur: quia etſi de mortali pœnituit, non tamen plenarie in vita hac ſatisfecit. Præterea Chriſtus comparat ſe grano frumenti, dicendo: Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Ipſe etenim (ſecundum Auguſtinum) extitit granum mortificandum perfidia Iudæorum, & viuificandum fide credentium. Vnde homo ſeu anima conſiſtens in charitate & gratia, eſt velut culmus ſeu calamus huius grani, trahens ab eo ſpiritalis alimenti humorem & gratię rorem, quem peccando amittit, & velut ſtipula ſicca efficitur: quoniam ſtipula, dicitur herba à trunco abciſa atq; ſiccata: & iuxta hunc ſenſum,

Pſal. 104.
Pſalm. 26.
Ioan. 15.
Ioan. 12.

poſſunt hæc verba de homine viatore ac peccatore exponi. Poſtremo, quo homo ſeu anima naturaliter imperfectioris eſt intellectualitatis, eo naturaliter inſtabilior eſt atque mobilior, & minus de ſapientiæ habens dulci ac refectiuo humore: ideo rite folio ac ſtipulæ comparatur. [Scribis enim] id eſt, tenaciter infers & retines [contra me] id eſt, ad meam deſolationem, [amaritudines] id eſt, pœnas quas patior præamaras, [& conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ] id eſt, propter peccata mea in illa ætate commiſſa, tam acerbe me crucias, quaſi velles me prorſus conſumere. Conſtituti autem in magnis doloribus, ſolent cum quadam excedentia loqui, ad inſinuandum magnitudinem ſui affectus atq; doloris. [Poſuiſti in neruo pedem meum] id eſt, in loco iſto pœnali me arctaſti & arctas, vt quo cupio, ire non queam, nec manum tuam euadere. Denique omnem animam electam ſeu eius pedem, id eſt, affectum, Deus ponit in neruo, id eſt in legis ſuæ cuſtodia, charitatiſque vinculo, antequam ſeparetur à corpore, ita quod charitatis præceptum adimplet, ſe ad Deum conuertendo, atque in eius amore ſuam volnntatem figendo. [& obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti] Anima quæ in vita hac negligenter ſe habet, nec Dei præſentiam prouidentiamque perpendit vt decet, in Purgatorio experitur, quam diſtinctiſsime ac diligentiſsime Deus omnia eius in via iſta penſauerit, quoniam ibi pro minimis cruciatur. [qui] ſpiritus deſuncti [quaſi putredo conſumendus ſum] non conſumptione eſſentiæ, ſed eo modo, quo dictum eſt, conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. [Homo natus de muliere, breui viuens tempore] &cætera. Verba lectionis huius, in perſona animæ exiſtentis in purgatorio, congrue exponi non valent: nec anima talis de ſe ea pronunciat, ſed à viatore leguntur pro huiuſcemodi anima, quæ etiam ea de homine, cuius ipſa forma & ſpiritus fuit, poteſt proferre, profitendo humanæ conditionis fragilitatem atque multiplicem defectuoſitatem. Diuinam inſuper prouidentiam, quatenus Deus ad propiciandum & redimendum velocius inclinetur, id eſt, promptum ſe præbeat. Sic & mendici diuitibus ſuas oſtendunt penurias, vulnera defectus, vt diuites ad ſubueniendum mox moueantur. Quo enim quis imperfectum ſuum Deo humilius confitetur, eo Deus copioſius miſeretur.

Elucidatio literalis capituli 14. Breues dies hominis ſunt, &c. *Art. 33.*

INCHOAtam humanæ conditionis deſcriptionem, quantum ad eius calamitatem, vanitatem & vilitatem multiplicem, capitulo iſto IOB ſanctus proſequitur. [Breues dies hominis ſunt] Hoc, quantum ad ſenſum, ſæpe præhabitum eſt. Iſte equidem liber rhetoricus, inſtar rhetorice ſcriptorum voluminum, eandem ſententiam ſub alijs verbis frequenter continet repetitam. Vnde quod nunc ait, paulo ante ſic protulit: Homo natus de mnliere, breui viuens tempore. Denique quo aliquis magis à ſpiritu ſancto illuminatur, & in dono ſapientiæ atque ſcientiæ abundat, eo non ſolum certius & clarius, ſed inſuper ſaporoſius intuetur & noſcit, quam breue, immo quam momentaneum ſit omne tempus vitæ noſtræ in ſeculo iſto. Hinc viri ſancti, vitæ huius tempus pro nihilo reputauerunt. Siquidem per donum ſapientiæ, rectum & ſaporoſum ſortitur homo iudicium de diuinis, hoc eſt, de DEO eiuſque æternitate ac cæteris attributis ſeu proprietatibus eius. Porro, per donum ſcientiæ, recte ſaporoſeque iudicat de creatis, puta de tempore ac cæteris creaturis, quomodo in eis non ſit finis vltimus conſtituendus. Qui ergo tam de æternitate quam de tempore taliter iudicat, & vtrunque ad inuicem comparat, clariſsime conſpicit quam breue ſit hominis tempus. Aliquibus tamen dies quibus viuunt, multi ac longi videntur, quia videlicet exercitijs laborioſis intenti ſunt, vel doloribus afficiuntur, ſeu delectationibus in his quæ agunt, non releuantur. Alij cuncta cum delectatione prompte & alacriter peragunt, ideo tempus eis breue videtur. Vnde (ſecundum Albertum in libro de quatuor coæqueuis) voluptuoſis, itemque diuinis hominibus tempns eſt breue. Illi enim carnalibus, iſti ſpiritualibus abundant delicijs. [numerus menſium eius apud te eſt] id eſt, tibi certitudinaliter cognitus eſt, quot ſcilicet menſibus viuet, quãquam aliqui primo ſuę natiuitatis menſe decedant. [Conſtituiſti terminos eius] id eſt, vltimum diem ſuæ vitæ, & vltimã horam, immo vltimum minutum, vltimumque momentum, quo vnuſquiſque viuit in mundo, tu (ô Deus) in tua ſapientia præuidiſti, præordinaſti, & præfixiſti, quemadmodum in actis loquitur Paulus: Deus fecit ex vno homine omne humanum genns, inhabitare ſuper vninerſam faci-
Act. 17. em terræ, definiens ſtatuta tempora & terminos habitationis eorum, [qui præteriri non poterunt] i. variari, minorari, ſeu prolongari, ſecundum quod cadunt ſub immobili & infallibili ꝓuidentia Dei, cuius reſpectu ſeu cõparatione omnia quantumcunq; mutabilia, ſucceſsiua, incerta, inuariabiliter & infallibiliter cognoſcuntur, immo & certe ꝓueniunt. Diuina nempe prouidentia complectitur vniuerſa, eſtq; certus ordo cauſarum per comparationem ad eam. Nihilominus res aliquæ per comparationẽ ad ꝓprias, naturales & immediatas cauſas, contingẽtes variabileſq;

conſiſtunt

conſiſtunt & prorſus incertæ. Diuina namque prouidentia non tollit à rebus, quod eis naturaliter competit, ſed ſecundum ſuæ diuinæ eminentiæ infinitæ modum ac perfectionem cognoſcit, præuidet ac diſponit res modo ſublimiori, quam illæ in ſeipſis ſint. Vnde etiam (ſecundum Boetium) cognitio fit ſecundum modum cognoſcentis, non cogniti. Hinc etiam periodus ſeu duratio vitæ hominis, ſi comparetur ad cauſas naturales ac proprias, videlicet ad complexionem, poteſt quidem varijs modis abbreuiari, quamuis non prolongetur, abſolute loquendo. Aliquo tamen modo prolongatur, occurrendo cauſæ ſuæ abbreuiationis. Sed & ſupernaturaliter certum eſt eam poſſe ad Dei beneplacitum prolongari. Recede ergo paululum, & cætera. Hoc dupliciter explanatur. Primo, ſecundum Gregorium & Albertum, [Recede]id eſt, potentiæ tuæ flagellationem amoue, [paululum ab eo] id eſt, ab homine tribulato, Gregorius
[vt quieſcat]à doloribus ſuæ aduerſitatis, ne ſupra vires grauetur, vel per Impatientiam ruat. Vnde non orat vt totaliter ſic recedat, ſed paululum: quoniam moderata aduerſitas ſine afflictio, perutilis eſt, & à multis malis præſeruans. Propter quod Hieremias decimo dicit: Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne ſorte ad nihilum redigas me. In Apocalypſi quoque dominus proteſtatur. Ego quos amo, arguo & caſtigo. Hinc ſupra habetur: Apoc. 3.
Beatus qui corripitur à domino. Secundo, exponitur iuxta Thomam, [Recede paululum ab eo] Iob 5.
id eſt, vitæ conuerſationem abſtrahe ei, & mori eum permitte, [vt quieſcat [id eſt, per mortem obdormiat, & à vitæ huius doloribus liber ſit. Sicut enim ſol eſt cauſa diei, ſic Deus eſt author vitæ. Ideo ſicut ſole recedente dies finitur, ſic Deo conuerſationis influentiam abſtrahente, vita hominis terminatur. Sicque Iob mortem precatur homini à Deo inferri eo modo, quo ſupra frequenter orauit ſe à vita hac tolli, videlicet deſiderio maioris quietis, & ne in vita iſta Deum amplius inhonoret, aut peccati pericula incidat, atque ob id vt à præſentibus tribulationibus eripiatur, ſecundum modum quo id licite affectatur, qui modus ſæpe iam tactus eſt. [donec optata veniat, ſicut mercenarij dies eius]id eſt, donec adueniat dies ſuæ retributionis à te, quam diem optauit, cupiens præmium ſelicitatis æternæ, quæ dies eſt ſicut dies mercenarij, qui pro mercede laborat, cupitque diem in quo ſe nouit accepturum mercedem. Sic homo iuſtus deſiderat diem glorificationis ſuæ à Deo. Porro ante Chriſti aduentum, iuſti optabant ali-
quando quietem in limbo patrum, ſicut & Simeon ait: Nunc dimittis ſeruum tuum domine Luc. 2.
ſecundum verbum tuum in pace. Veruntamen illam quietem imperfectam, retulerunt finaliter ad perfectam patriæ cæleſtis quietem, cuius conſolationis reſpectu, quies in limbo patrum, Zac. 9.
qua deſolatio fuit. Propter quod à Zacharia dicitur Chriſto: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Vbi per lacum, intelligitur limbus patrum: per aquam, conſolatio ſeu beata refectio. Deinde oſtendit quod homo poſt mortem ad ſtatum huius vitæ non redeat, & quantum ad hoc, ſit etiam infimis rebus vilioris proprietatis. [Lignum habet ſpem]id eſt, arbor naturalem habet aptitudinem ſeu expectationem vt reuiuiſcat, ſi præcidatur aut vetuſtate deficiat. Itaque lignum habet ſpem materialiter ſiue cauſaliter, quia in ſe habet vnde ſpem homo concipiat de ligni renouatione. Hinc ſubditur: [Si præciſum ſuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant] Hoc videmus ad oculum, quia ſi arbor vſq; ad terram præcidatur, noua exurgunt virgulta. Ramuſculi quoq; abſciſi, alibi rite plantati, creſcũt & germinant. Hoc itaq; dicitur de ligno, quantũ ad eius defectũ, qui per violentiam ſibi infertur, ſicut & homo interdum violenta deficit morte: quantum vero ad ligni naturalẽ defectum, quẽ incurrit ex hoc, ꝙ ex defectu naturalis ſuæ virtutis vegetatiuæ non valet attrahere alimentum, ſubfungitur. [Si ſenuerit in terra radix eius]id eſt, ſi ſenectute confecta per pororum obſtructionẽ arueerit. [& in puluere emortuus fuerit truncus illius,] vegetatiuam vitam perdendo, deficiente radice, [ad odorem aquæ germinabit]id eſt, humore aquę ſibi infuſo, vim priſtinam recuperabit, & fructificabit, iuxta illud Hierem. 17. Lignum ad humorem mittit radices ſuas. [& faciet comam]i. congeriem ramorum & florum ſeu frondium ad ſimilitudinem capillorum, [quaſi cum primum plantatum eſt] id eſt, ſicut in prima ſua egit plantatione. Siquidem in putrefacta ligni materia, manet vis ſeminatiua ſeu ratio ſeminalis, per quam reparatio iſta infuſo fomento peragitur. Denique ſecundum Albertum, tangitur hic opus ruſticanum, quod Ariſtoteles quoque in libro de plantis, atque Palladius in libro de agricultura tangunt, videlicet quod in arbore vetuſta, in cuius radice cortex induratus, & in poris ſuis obſtructus, humorem ad intima mittere nequit, propter quod arbor aret & infructuoſa efficitur. Si autem maiores radices nudentur ac ſecuri findantur, lapiſque in fiſſura ponatur, ne rurſus valeat claudi, & ſtercora circumponantur, terra quoque cooperiatur, in fiſſuris incipit humorem attrahere, & redit ad ipſam iuuentus, co-
matur, folijs ornatur, & fructibus fœcundatur. Simile quid loquitur Chriſtus, dicens: Ecce Luc.
tres anni ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Dixit autem cultor vineæ: Domine, dimitte eam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora. [Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus]tegumentis, quibus

corpus exanime ſolet obuolui ac ſepeliri, quæ ſub terra putreſcunt. [atque conſumptus]per corporis reſolutionem, [vbi quæſo eſt?]id eſt, ad oculum ſeu ſenſibiliter nihil ipſius manet. Nam anima inſenſibiliter egreditur ac recedit, nec homo, quomodo lignum, habet ſpem redeundi ad priſtinam iuuentutem in ſtatu ſeculi huius, quod conſequenter per ſimile aperit. [Quomodo ſi recedant aquæ de mari,] ita vt alueus prorſus ſiccetur, [& fluuius vacuefactus areſcat] dum ſcilicet totaliter deficit, ſicut in fabula Phaetontis per diluuium ignis factum aſſerit Plato. [ſic homo cum dormierit] moriendo, de qua dormitione in ſcripturis toties dicitur: Dormiuit cum patribus ſuis. [non reſurget] ita vt reuertatur ad ſtatum vitæ præſentis, vt quidam philoſophi æſtimabant, naturali quoque potentia nunquam reſurget à morte. [Donec atteratur cælum, non euigilabit nec conſurget de ſomno ſuo] Hoc dupliciter exponitur. Primo vt ſuperiori conſonet verbo, eritque ſenſus: Donec atteratur, &cæt. id eſt, quemadmodum cælum quod incorruptibile eſt, nunquam atteritur ſeu deſtruetur ſubſtantialiter, ſic homo mortuus præfato modo nunquam reſurget, nec de ſomno mortis taliter euigilabit. Secūdo exponitur ſic, donec atteratur, &cæt, id eſt, tunc puta in fine mundi, per ſupernaturalem reſurget potentiam, quando cæleſtia corpora atterentur, quantum ad modum eſſendi accidentalemque diſpoſitionem, & quo ad officium quod modo exercent, ad generationem & corruptionem mouendo,

Luc. 21. quia tunc ſtabunt. Hinc ait Saluator: Cælum & terra tranſibunt. Et Pſalmo centeſimo primo. Opera manuum tuarum ſunt cæli, ipſi peribunt. In Apocalypſi quoque ait Ioannes: Vidi cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum & prima terra abijt. Tunc ergo homo mor-

Apoc. 21. tuus euigilabit, reſuſcitatus ad vitam animalem & rationalem, vt viuat non ſuper terram, ac denuo moriatur, ſed in loco ſibi debito æternaliter collocetur, viuat & maneat, prout de ſeipſo vnigenitus Dei patris fatetur: Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audi-

Ioan. 5. ent vocem eius. Porro vigilia (ſecundū Albertū) eſt expanſio ſpiritus caloris & virtutis ad organa ſenſuum. Conſequenter beatus Iob clariſsime proteſtatur, quid ipſe de animarum immortalitate & corporum ſentiat reſuſcitatione. [Quis mihi tribuat]id eſt, vehementer cupio mihi donari, [vt in inferno] id eſt, in limbo patrum, qui aliquando infernus vocatur, ſicut in Geneſi Iacob: Deſcendam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. [protegas me]à locis pœnalibus

Gene. 37. damnatorum atq; moleſtia dæmonum, qui mihi in vita hac tā infeſti conſiſtunt. [vt abſcondas me]à malis vitæ præſentis, ne videam ea ac patiar. Sic enim quarto Regum legitur Deus promiſiſſe Ioſiæ ſanctiſsimo: Iam colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui mala Hieruſa-

4. Reg. 22. lem. ſcilicet pœnas eius. [donec pertranſeat furor tuus]id eſt, tempus tuæ diſtrictæ vltionis, quo propter primi parentis peccatum, omnes electi impediebantur à gloria, & genus humanum innumerabilibus miſerijs, vitijs atque erroribus plenum fuit, & quotidie plurimi perierunt. Hoc autem tempus durauit vſque ad Chriſti aduentum ac paſsionem, quando ira Dei in miſericordiam verſa eſt, & rigor iuſtitię in dulcorem clementię, iuxta illud ad Eph. ſecundo. Chriſtus per crucem diſſoluit inimicitias in ſemetipſo. Hinc ad Romanos 5. inducitur: Cum adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. [& conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei]id eſt, tempus glorificationis ſeu liberationis mihi præfigas, quo per Chriſtum me de limbo educas atq; glorifices. Hoc nempe nouit Iob ſanctus futurum vt omnes electi in limbo patrum detenti, per Chriſtum educerentur. De quo à Zacharia fuit prædictum: Tu quoque in

Zac. 10. ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Vnde in Oſea Chri-

Oſe. 13. ſtus prædixit: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne. De hoc Apoſtolus verba Pſalmiſtæ allegans, ſic ait de Chriſto: Aſcendens

Ephe. 2. Pſal. 67. in altum, captiuam duxit captiuitatem. Chriſtus quoque de ſeipſo: Ego ſi exaltatus fuero à ter-

Ioan. 12. ra, omnia traham ad meipſum. Quidam autem per tempus, de quo loquitur Iob, intelligunt tempus reſurrectionis futuræ, ſed prior expoſitio aptior eſt. Non enim Iob petijt in inferno abſcondi vſque ad illud tempus, nec tam diu DEVS electorum in limbo olim exiſtentium oblitus viſus eſt: ſed tunc oſtendit ſe memorem horum, quando per Chriſtum præfato modo educti ſunt, immo eodem momento quo anima Chriſti venit ad eos in limbum, beatificati ſunt, & DEVM per ſpeciem beatifice videre cœperunt, ſecundum doctores. Chriſtus namque in ſua morte pro originali peccato, ob cuius reatum illi à gloria differebantur, pleniſsime ſatisfecit. Idcirco cauſa non fuit dilationis à gloria longioris. [Putasne mortuus homo rurſus viuat] per reſuſcitationem in die nouiſsimo? Quaſi dicat: Hoc tu ô Deus poſsibile cenſes. Et hoc futurum eſſe, tenendum eſt. ideo ſubdit: Cunctis diebus quibus nunc milito] i. omni tempore quo in terra viuo, & contra aduerſarios meæ ſalutis pugno. Vnde ſuperius dictū

Iob 7. eſt: Militia eſt vita hominis ſuper terram, [expecto donec veniat immutatio mea]ad immortalitatem, id eſt, reſuſcitatio ad vitam corporalem meliorem, quam ſit vita hæc præſens. Immutatio

1. Cor. 15. quippe, mutationem dicit in melius. Hinc ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, quia videlicet electi immutabuntur, non reprobi,

dicente

dicente Apoſtolo: Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Denique quod ait: Expectо, &c. non eſt intelligendum, quod tam diu inſinuauerit ſe victurum in corpore, & expectaturum in eo, quo vſque immutatio illa veniret, ſed quia expectatio ſua in corpore hic incepit, & vſque ad mortem durauit. Poſtea vero manſit & manet in anima, donec adueniat. Veruntamen per immutationem ſorte intelligi poſſet tranſlatio ſancti Iob ſeu animæ eius de ſeculo iſto ad limbum patrum, in quo melius habuit quam dum verba hæc protulit. [Vocebis me] id eſt, reſuſcitabis, iubebis ac reſurgere facies corpus, ex cineribus reparando famulatu angelico, & animam meam corpori reuniendo. Hinc ait (quod nunc commemoraui) ſaluator: Qui in monumentis ſunt, audient vocem eius, & qui audierint, viuent. Paulus quoque: Canet enim tuba, & mortui reſurgent. [& ego reſpondebo tibi] id eſt, imperio tuo obediam, ad tuum placitum reſurgendo. [operi manuum tuarum] id eſt, mihi tuæ creaturæ, cæteris quoque hominibus operibus manuum tuarum, id eſt, tuæ ſcientiæ practicæ & operatiuæ potentiæ [porriges dexteram] id eſt, auxilium & virtutem reſurgendi, quia non naturali, ſed diuina virtute reſurrectio fiet. [Tu quidem greſſus] id eſt, omnes actus [meos] interiores & exteriores quibus gradior vel ad miſeriam, vel ad beatitudinem, [dinumeraſti] id eſt, diligenter attendiſti, vt quolibet actu dignam rependas mercedem. Dinumeramus autem, quorum diligentiam quandam habemus. Hinc paulo ante diſſeruit: Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. [Sed parce peccatis meis] ſine quorum pia indulgentia, nemo noſtrum ad gaudia pertingit æterna. Vnde patet quod Iob non intendit ſe omni à culpa excuſare, ſed à talibus vitijs, qualia ſibi impoſuerunt ſui amici, puta enormibus, non autem à venialibus. Propterea addit: [Signeſti quaſi in ſacculo delicta mea] id eſt, in abſcondito ſapientiæ & ſcientiæ tuæ diligenter notaſti, ſicut quæ curantur, in ſacco clauduntur ne amittantur. Hinc Deuteronomiorum trigeſimo ſecundo dominus ait: Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? [Sed curaſti iniquitatem meam] id eſt, à vulneribus animæ meæ quibus læſa fuit peccatis, me per gratiam pie ſanaſti, & per pœnitentiam reformaſti. Sic orat & Hieremias: Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero. Et Pſalmo ſexto: Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Quamuis ergo Deus peccata noſtra diligenter obſeruet, nihilominus ad ignoſcendum, durante hac via, eſt pronus. Per flagella quoque & pœnas curat cæleſtis medicus culpas. Deinde vitæ humanæ quotidianum monſtrat defectum per quandam ſimilie. [Mons cadens defluit,] id eſt, cadendo paulatim deficit. Omne enim generabile, corruptibile eſt. Ideo montes quamuis ſint magni, tamen per cauſam naturalem & violentiam poſſunt deficere. [& ſaxum transfertur de loco ſuo] id eſt, lapides quamuis ſint duri, tamen exciduntur, & ad alia loca portantur. [Lapides excauant aquæ] Frequenti enim incidentia ſtillicidiorum perforantur, iuxta illud.

Ibidem. (margin, line 1)
Ioan. 5. / 1. Cor. 15. (margin, lines 9–10)
Iob 13. (margin, line 18)
Hier. 17. (margin, line 27)

Gutta cauet lapidem, non vi, ſed ſæpe cadendo.

Ad quam cauationem præcedentes guttæ diſponunt, & quandam perforationem inducunt, ſecundum philoſophum. [& alluuione] id eſt, inundatione aquarum & conſumptione riparum ex aquis, [paulatim terra conſumitur] vnum enim elementum agit in aliud & ipſum corrumpit, quia contrarias habent inter ſe qualitates. [& homines ergo ſimiliter perdes,] id eſt, à vita hac abſtrahes, & conſumptione humidi radicalis, à calido naturali deficere facies, cum homo naturaliter ſit res mollior ſaxo, minorque montibus, & inſtabilior lapide, habens in ſe qualitates contrarias, in ſeinuicem agentes, atque ad inuicem patientes. [Roboraſti eum paululum] id eſt, dediſti ei virtutem ſubſiſtendi in vita hac ad modicum tempus, ſicut iam dictum eſt: Breues dies hominis ſunt. Complexio etenim hominis, exigit breuem eſſe periodum vitæ humanæ. [vt in perpetuum pertranſiret] id eſt, ſic de vita iſta per mortem abiret, quod nunquam ad huius vitæ ſtatum reuertitur. Sicque vt, tenetur hic conſecutiue, non cauſaliter. Vnde ſuperius dixit: Semitam per quam non reuertar, ambulo.

Prætèrea ſanctus Thomas exponit hæc aliter, aſſerens beatum Iob per hęc futuram reſurrectionem probare ex comparatione hominis ad inferiora, quæ totaliter conſumuntur abſque ſpe reparationis, vt montes lapides: Sicque quod ait, homines ergo ſimiliter perdes, interrogando & negando legendum eſt, quaſi dicat: Non decet rationalem creaturam ſic corrumpi abſque ſpe reparationis ſeu reſurrectionis, vt illa infima corrumpuntur. Sic quoque exponit quod ait: Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum pertranſiret, id eſt, non decet, vt ita ad modicum tempus confirmaueris eum in tanta excellentia donorum naturæ, vt moriendo omnino deſinat eſſe, nec vnquam reſuſcitetur. [Immutabis faciem eius] id eſt, in morte eam atteres & marceſſere facies, in vita quoque varijs modis alteratur atque diſponitur, ſecundum varietates affectionum atque euentuum animæ, iuxta illud Prouerbior. 15. Cor gaudens exhilarat faciem. Et iterum ait ſcriptura: Cor hominis immutat faciem eius, & de ſermone Pro. 15. Hier. 13.

nis ceſſatio in commiſsione illiciti, vel omiſsione præcepti, [non reſurget] per pœnitentiam à peccato, quod de reprobo induratoque homine dicitur. De quo Eccl. ait: Peccator adijciet ad peccandum: Vnde legitur Pſalm. 1. Ideo non reſurgunt impij in iudicio: quod de iudicio diſcretionis accipitur, quo homo inter bonum malumque iudicans, & precioſum à vili diſcernens, deteſtatur culpam quam incidit, per pœnitentiamque reſurgit. De qua reſurrectione ad Coloſſ. 3. ſcriptum eſt: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. [donec atteratur cælum, non euigilabit] ad virtutum vigiliam. Cum enim homo in mortali diſceſſerit, nunquam ad gratiam reducetur, ſicut & cælum nunquam ſubſtantialiter deſtruetur.] Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei?] Iſtud cum verbis ſequentibus in officio legitur defunctorum, quod prima facie non faciliter videtur poſſe exponi in perſona animæ in Purgatorio conſtitutæ. Quidam enim hęc verba ita intelligũt, quod tãtus erit rigor & terror Chriſti in die iudicij, quod animæ defunctorum mallent, durante iudicio, in inferno abſcondi, quam irati vultum iudicis intueri. Sed non videtur hoc generaliter ſtare poſſe. Animæ enim in Purgatorio conſiſtentes, ſciunt ſe in die iudicij nequaquam damnandas, immo interim vel ſaltem ante prolationem ſententiæ omnino purgandas, Chriſtus autem in die iudicij electis non apparebit terribilis, maxime his qui de ſua ſaluatione interim ſeu tunc certi ſunt. Veruntamẽ reprobis iudex tam metuendus parebit, quod pœna inferni eis pro tunc tolerabilior videretur. Nihilominus iſta de anima in Purgatorio ſita queunt intelligi. Infernus quippe quatuor modis accipitur, ſcilicet pro loco damnatorum, de quo ait Saluator, quod diues epulo ſepultus eſt in inferno: Et Pſalm. 85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Secundo, pro limbo patrum, ſicque Chriſtus ad infernum dicitur deſcendiſſe. Tertio pro Purgatorio, vnde in Miſſa cantatur: Domine Ieſu Chriſte, libera animas fidelium defunctorum de pœnis inferni. Quarto pro limbo puerorum. Tanta autem eſt acerbitas ſuppliciorum Purgatorij, quod animæ ibi detentæ, mallent eſſe in inferno, ſecundum quod ſumitur pro limbo patrum & puerorum, vbi pœna ſenſus non fuit nec eſt, quam in Purgatorij ſenſibilibus pœnis. Immo in inferno damnatorum mallent eſſe, & ab eius ſenſibilibus pœnis diuinitus protegi, atque ibidem à Purgatorij tormentis abſcondi, donec pertranſiret furor Dei, id eſt, tempus diuinæ vltionis, quo in Purgatorio affliguntur, ſeu affligendæ ſunt, finiretur, & tunc Deus recordaretur earum, perducendo ipſas ad patriam. Itaque iuxta hunc ſenſum loquitur anima Purgatorio deputata: Quis mihi tribuat, id eſt, vtinam mihi (ô Deus) donetur, vt in inferno protegas me, ſecundum ſenſum prætactum. Denique etiam de inferno, id eſt, Purgatorio poteſt exponi, vt ſit ſenſus, In inferno protegas me, id eſt, in Purgatorio iſto quo crucior, mihi clementer obumbres, ſupplicia releues, à tam intenſis doloribus me defendas, & abſcondas me ita ſub tua miſeratione à tam diſtricta punitione, donec pertranſeat furor tuus, id eſt, quouſque mihi prorſus ignoſcas, & à pœnali loco ad felicitatem deducas, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei, id eſt, horam miſerendi, redimendi, beatificandique me, mihi oſtendas, præfigas, acceleres: quia hoc releuamẽ eſt pœnę, præcognitio termini eius. [Putaſne mortuus homo rurſus viuat?] Hoc anima loquitur, inſinuans ſe optare ſui corporis reſuſcitationẽ & reſumptionẽ, vt ſimul cum illo glorificetur, quaſi dicat: Tu (ô Deus) noſti quod defuncti reſurgent. Ergo ad beatam reſurrectionẽ celeriter opto pertingere. Hinc ſubdit: [Cunctis diebus quibus nunc milito,] id eſt, contra pœnas quibus affligor, quodammodo pugno, quoniam naturali appetitu eas abhorreo atque refugio, quamuis ratio dictet, quod ad ſatisfaciendum diuinæ iuſtitiæ ſint patienter ferendæ. [expecto donec veniat immutatio mea] id eſt, tranſlatio à miſeria iſta pœnali ad gloriam, reſurrectio quoque futura, quam vehementer affecto, inquantum erit pro felicitatis augmento. [Vocabis me] tempore à te præordinato à purgatorij pœna ad thronum cæleſtem, & in fine ſeculi me corpori reuniri iubebis. [& ego reſpondebo tibi,] tuæ voluntati obediendo, [operi manuum tuarũ porriges dexteram.] quia tua omnipotente virtute hæc fiunt, & nunc in Purgatorio mihi (vt ſpero) manum porriges adiutricem, citra condignum puniendo, & per aliorum ſuffragia ſuccurrendo, tempus & vehementiam punitionis meæ miſericorditer minorando. [Tu equidem greſſus meos dinumeraſti:] quod nunc experimentaliter ſcio, dum pro omni actu illicito quantumlibet modico, nõ ſatisfactorie emendato, pœnam ſuſtineo. [ſed parce peccatis meis] pœnam nunc mitigando. Nam quantum ad culpam, in vita iſta dimiſſa ſunt eorum peccata, qui in purgatorio ſtatuuntur, qui etiam orant pro venia, ſecundum quod oratio eſt deſiderij nuncius & interpres, nõ prout eſt meritoria impetratiuaque indulgentiæ, cum ſeipſos iuuare non queant. Non enim ſunt in ſtatu merendi aut demerendi, quoniam ſtatus ille finitur in termino viæ præſentiſque vitæ, puta in morte. [Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea] Penſandum ac formidandum hoc nobis eſt, quod ſcilicet Deus omnia noſtra peccata tam diligenter conſeruat, ſignat, atque commemorat, vt tempore ſuo nobis ea obijciat, niſi iam pœnitentiam veram egerimus. Hinc ait in Pſalm. 49. Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis? arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Porro, pœnitentibus

Eccl. 3.

Lucæ 16.

amicos quoque ſuos dure corripuit. [Arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi] id eſt, verbis
tuis præſumptuoſis derogas Deo, eiuſque iudicium reprehendis, aſſerendo te abſque tua culpa
à Deo plagatum, qui maior eſt te infinite. Hoc Eliphaz ait, Quia Iob ſuperius dixit, Si iudicatus
fuero, ſcio quod iuſtus inueniar. Et multa ſimilia dixit, ſed Eliphaz non recte intellexit ſermo-
nes Iob, nec originem vnde ꝓceſſerunt, attendit. Sicut cum Iob aſſeruit, diſputare cũ Deo cupio, Iob 15.
Eliphaz intellexit quod vellet quaſi diſcutiẽdo opera eins & contẽtioſe diſputare cũ ipſo, quaſi
ambigeret, an iuſta eſſent Dei iudicia. [& loqueris quod tibi non expedit.] minus dicit, & magis
intendit. tanquam dicat: Verba tuæ ſaluti contraria profers. [Quantum in te eſt, euacuaſti timo-
rem] id eſt, à timore Dei reuerentiali oſtendis te alienum ac nudum. Immo oſtendis quantum in
te eſt, Deum à nullo eſſe curandum, aut formidandum, dum tam irreuerenter alloqueris eum, & Iob 12
faris de eo. Hinc ſuperius Eliphaz loquitur ipſi Iob: Vbi eſt timor tuus? [& tuliſti] id eſt, abſtuli-
ſti [preces coram Deo] id eſt, per impietates tuas feciſti te indignum exaudiri ab eo, ſecundum
illud Prouerb. 28. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. [Docu
it enim iniquitas tua os tuum] id eſt, ex impia conuerſatione & interioris malitiæ abundãtia di-
dicisti tam impie loqui de Deo, prout aſſerit Chriſtus: Malus homo ex malo theſauro cordis ſui Matt. 12
profert mala. Itemque: Ex abundantia cordis os loquitur. [& imitaris linguas blaſphemantium] Luc. 6.
id eſt, verba blaſphemiam includentia profers, aſtirmans quod ſine tuo demerito te Deus plaga-
uerit. Hoc enim Eliphaz reputauit derogare diuinæ iuſtitiæ, & ex conſequenti blaſphemiam cõ-
tinere, præſertim quia Iob dixit de Deo: Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum
rideat. Quod Eliphaz ſic accepit, quaſi Iob inſinuaret Deum eſſe crudelem, atque in punitione
iuſtorum ac perditione hominum gloriantem. [Condemnabit te os tuum] id eſt, tam vitioſa &
impia tua ſunt verba, vt ipſa te reprobatione damnationeque dignum monſtrent ac ſtatuant,
nec opus eſt vt ego vel alter te condemnet. [& labia tua reſpondebunt tibi] id eſt, verba labiorũ
tuorum per modum cauſæ meritoriæ, viciſsitudinem tibi reddent, hoc eſt, cauſa erunt, quod pro
tanto verborum exceſſu ad huc debite punieris. Sicque dominus ait Iohel. 3. Cito velociter red-
dam viciſsitudinem ſuper caput veſtrum. Vel labia tua reſpondebunt tibi, id eſt, materiam tibi
reſpondendi præſtabunt, iuxta illud: Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Vel reſpondebunt tibi Luc. 10.
id eſt cauſam eius quod quæris, videlicet cauſam tuæ flagellationis tibi oſtendent, eo quod ſua
prauitate pandant te eſſe nimis culpabilem, ideoque percuſſum. Conſequenter per multa oſten-
dit excellentiam Dei ſuper Iob, ad probandum quod non decuit ipſum Iob tam andenter allo-
qui Deum, aut fari de eo, ita vt diceret: Diſputare cum Deo cupio. [Nunquid primus homo tu
natus es, & ante colles formatus? Nunquid conſilium Dei audiſti, aut inferior te erit eius ſapien-
tia?] Tanquam dicat, tam ſuperbe profaris, quaſi primus & eminentiſsimus hominum eſſes, ſicq
competeret tibi pro toto genere humano diſputare cum Deo, & quaſi Dei conſilio interfuiſſe:
aut Deo in ſapientia eſſes æqualis, cum tamen non ſis hominum primus, nec Dei conſilio inter-
fuiſti, ſed eius ſapientia inferior es infinite. Vnde Hieremias 23. dicit: Quis affuit in conſilio do-
mini, & vidit & audiuit ſermonem eius? Denique conſilium Dei, prout in ipſo Deo eſt, nullus
perfecte ſcire aut comprehendere valet, nihilominus partim & aliqualiter hominibus innoteſ-
cit dupliciter: Primo, per ſuos effectus, vt cum in re ipſa completum eſt, quod Deus ſuo decreuit
ſe facturum conſilio. Sicque per Hieremiam populo Iudæorum teſtatur: In nouiſsimis diebus
intelligetis conſilium meum. Secundo, per reuelationem, qua diuinitus renelatum eſt ſanctis Hier. 23.
quibuſdã hominibus & per illos cęteris. Sic enim Chriſtus ſecundũ formam aſſumptam vocatur Eſa. 9.
magni conſilij angelus, id eſt nuncius, qui diuinæ ſapientiæ ſecreta ad diſpoſitionem circa homi- Ioan 15.
num ſaluationem, ounciauit hominibus, ſicut ait Apoſtolus: Quæcunque audiui à patre meo, no Act. 2.
ta feci vobis. Paulus quoque loquens diſcipulis: Non ſubterfugi, inquit, quo minus annunciarẽ
vobis omne conſilium Dei. Hoc etiam modo B. Iob aliqua diuini conſilij myſteria per renelatio
nem interiori auditu audiuit magis, quam Eliphaz æſtimauit. Quomodo autem conſilium Deo
conueniat, ſupra expoſitum eſt. Porro quod ait, Nunquid primus homo tu natus es, diligenter o-
portet aduertere. Si enim de prioritate temporis ſermo ſit, primus homo non eſt proprie natus,
ſed Deo agente formatus. Si vero de prioritate dignitatis ſit ſermo, iſte eſt ſenſus: Nunquid pri-
mus, id eſt, excellentiſsimus homo tu natus es, vt ſic te præferas cæteris? [Quid noſti quod igno-
remus? Quid intelligis quod neſciamus?] In hoc patet ſuperbia Eliphaz. Iob enim amicis ſuis illu
minatior ac ſapientior fuit, & rectius ſenſit de prouidentia Dei, quam illi. Denique quod ait,
Quid noſti, accipi poteſt de notitia humanorum, vel de notitia ex inſtructione aliorum, vel de
notitia fidei. Quod vero ſubiungit, Quid intelligis: de ſcientia diuinorum, vel ex conſideratio-
ne propria cognitorum, vel eorum quæ per naturalem rationem noſcuntur: [Et ſenes] morum
probitate ſeu mentis canicie, [& antiqui,] temporum longiturnitate ſeu experimentorum acce-
ptione, [ſunt in nobis] à quibus inſtructi, vel etiam propagati ſumus. [multo vetuſtiores quam
patres tui.] à quibus doctus & genitus es. Ideo plura quam tu ſcire valemus. Vnde ſuperius dictũ
eſt:

Iob 12. eſt: In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Talibus ergo cedendum, creden
Eccl. 6. dum, attendendumque eſt, iuxta illud Eccl. Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim di-
dicerunt à patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum. Et alibi: in medio presbyterorum
ſapientium ſta, & ex corde coniungere ſapientiæ illorum. [Nunquid grande eſt,] id eſt, magnum
atque inſolitum aut arduum Deo eſt, [vt conſoletur te Deus] in tanta pœna ac deſolatione? Q. d.
Non vtique, cum Deo velut conſuetudinarium facillimumque conſiſtat, afflictorum anguſtiam
releuare, deſolatorum mœſtitiam mitigare, omnique pœnitenti & iuſto conſolationem in aduer
2. Cor. 1. ſis conferre, ſicut ait Apoſtolus: Benedictus Deus, pater miſericordiarum, & Deus totius conſo-
Eſa. 66. lationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Qui per Eſaiam ait: Quomodo ſi cui ma
ter blandiatur, ita & ego conſolabor vos. [Sed verba tua praua,] quibus te exaltando, derogas
Deo, [hoc prohibent,] id eſt, conſolatione diuina te indignum efficiunt. Peccata etenim noſtra
inter Deum & nos inducunt diſtantiam, impediuntque à nobis Dei conſolationem & gratiam,
ſicut in perſona peccatorum in Hieremia habetur: Iniquitates noſtræ declinauerunt hæc, & pec-
Hier. 5: cata noſtra prohibuerunt bonum à nobis. [Quid te eleuat cor tuum?] id eſt, cur te ſupra propri-
um gradum & humanæ fragilitatis menſuram ſic erigis? Superbia enim eſt velut tumor atq; ere-
Abd. 1. ctio cordis cæca, inordinata & ſtulta, iuxta illud Abdiæ: Superbia cordis tui extulit te. Et Eſaiæ 3.
Eleuatę ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento. [& quaſi magna cogitans] id eſt, mirabi-
lia, diuina & alta contemplans, [attonitos] id eſt, ſignum interioris ſuperbiæ prætendentes foris
in apertione & erectione, [habes oculos.] Nempe, qui talia ſublimia intuetur, in ſtuporem ad-
ducitur, ab exterioribus quoque abſtractus, oculos habet quaſi paueſactos ſiue attonitos. Inte-
rior enim diſpoſitio animæ, in exterioribus, præſertim in viſu, cognoſcitur ac relucet, iuxta quod
legitur in Eccleſiaſte: Ex viſo cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Itaque
Eliphaz intendit, quod Iob ex ſuperbia talem aſſumpſit oculorum qualificationem, qualem ſo-
lent habere ſapientes magnis contemplando intenti, quatenus ipſe putaretur ſublimia conſide-
rare. Et ſic etiam notat eum hypocriſis. [Quid tumet contra Deum] id eſt, ad Dei contumeliam
atque iniuriam & contra ipſius iuſtitiam, [ſpiritus tuus ?] quia ita te laudas, vt diuinam iuſtitiam
neges, & cum Deo quaſi cum pari contendere ſeu diſputare vſurpas. Ideo addit: [vt proferas
de ore tuo huiuſmodi ſermones,] quos nefas eſt mente tractare. Concepti autem, ſunt reprimen
di, ne foris erumpant. Hinc eos ſine pauore proferre, intolerandæ eſt arrogantiæ. Sic Eliphaz
æſtimauit Iob reprehendendum, quia nimis ſe iuſtificauerit, vt Eliphaz apparebat. Vnde adie-
cit: [Quid eſt homo vt immaculatus ſit,] id eſt, homo non eſt tam excellentis naturæ, vt inculpa
biliter conuerſetur, [& iuſtus appareat] homo, qui [natus] eſt [de muliere?] Propter quod fra-
gilis eſt naturæ, præſertim in adoleſcentia pronus ad vitia. & debilis ratione, videlicet ſapientia
& virtutibus nondum perfecte armatus, propter quod ſine peccatis non viuit, ſic & Salomon
Eccl. 7. loquitur: Non eſt homo ſuper terram qui faciat bonum, & non peccet, Sed vt patet ex di-
3. Reg 18. ctis, nec Iob iſta negauit, & Eliphaz cum cæteris condiſputantibus, verba magis quam mentem
Iob multoties reprobarunt.. [Ecce inter ſanctos eius] ſiue ſint compręhenſores, & ciues cœle-
ſtes: ſiue viatores, vt viri heroici diuini perfecti. [nemo] id eſt, nullus [immutabilis] quod dupli-
citer verum eſt: Primo quoniam omnis creatura aliquam habet variabilitatem, immo & varia-
tionem: quia in beatis etiam poſt reſurrectionem erit ſucceſsio appræhenſionum circa quædam
inferiora obiecta, ſecundum Auguſtinum: corpora quoque hominum glorificata, erunt mobilia
1. Tim. 6. loco. Hinc (ſecundũ Apoſtolum) Solus Deus habet immortalitatem, id eſt, omnimodam incom
mutabilitatem, ſecundum Auguſtini interpretationem. Secundo, quoniam omnis intelle-
ctualis creatura, etiam angelica, quia ex nihilo eſt, & diſtans à ſuo fine, ſecundum ſe acce-
pta ac libera, naturaliter flecti poteſt ſiue in bonum, ſiue in malum. Confirmationem autem in
bono ſortitur per gratiam, obſtinationem in malo per malitiam propriam. Hoc idem Eliphaz
Iob 4. dixit ſupra: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles. & in angelis ſuis reperit prauitatem, de quo-
rum intelligentia plenius dictum eſt ibi. [& cęli non ſunt mundi in conſpectu eius] id eſt, nec ci-
ues nec orbes cælorum mundi ſunt comparatione Dei, qui infinitæ eſt puritatis, ſicut compara-
tione eius nemo bonus aut ſapiens. In omni quoque creatura eſt aliquid potentialitatis, defecti-
bilitatis ac indigentiæ, propter quod indiget indeſinenter conſeruari à Deo. de hoc dictum ſępe
atque diffuſe. [Quanto magis abominabilis] per grauiora peccata [& inutilis] per peccata mino-
ra [homo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem] id eſt, per conſenſum eam intra ſe trahit & glutit
tam immoderate, abundanter & prompte, vt bibitur aqua, quæ caro non eſt, propter quod ſine
difficultate accipitur: & per hominem hunc, intelligit ipſum Iob, quem ex deteſtatione non ex-
primit, quemadmodum nec Iudæi Ieſum Chriſtum coram Pilato, dicentes: non hunc, ſed Barra-
bam. Et iterum: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. Similiter infra Elihu ait:
Ioan. 19. Quis eſt vir vt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam? In his atque ſimilibus conſiderare
Luc. 23. & imitari debemus perſecutiones, deriſiones & patientiam S. Iob, & ex leuibus cauſis non inſtar
Iob 34. canum

canum ad impatientiam agitari.[Oſtendam tibi]veritatem & tuum errorem.[audi me]vt decet repræhenſibilem à correptore audire intente. [quod vidi] oculis mentis ſeu corporis, & ex rerum proceſſu conſideraui.[narrabo tibi.Sapientes confitentur]vera eſſe quæ dico, & veritatem in omnibus ipſi fatentur,iuxta illud Prouerbiorum decimo.Labia iuſti erudiunt plurimos.Nam & Eccl.20.dicit:Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus,quæ vtilitas in vtriſque? [& non abſcondunt patres ſuos]à quibus generati ſiue instructi ſunt,ſed eos allegant,laudant,cognitos faciunt, ſecundum illud Eccl.44. Sapientiam patrum narrant populi,& laudem eorum nunciat eccleſia. [quibus ſolis data eſt terra]id eſt,terrenorum dominatiua poſſeſsio ſolis ſapientibus eſt collata, quoniam ſic poſsident terram,quod non poſsidentur ab ea: vtunturque ſenſibilibus rebus ſalubriter,referendo eas ad debitum finem.Porro inſipientes ac impij poſsidentur à terra,& abutuntur terrenis,victi ilorum inordinato amore,ſecundū quod in Sap.lib.fertur:Creaturę factæ ſunt in odium & in tentationem animę hominum,& in muſcipulam pedibus inſipientium. Hinc mitibus poſſeſsio terrę promittitur.[& non tranſibit alienus per eos]id eſt,inſipientes & impij cum ſapientibus ſortē & ſocietatem non obtinebunt, ſicut inter electos reprobi non annumerabuntur. Alienus quoque à ſapientia non tranſit per ſapientes, id eſt, per viam illorum, videlicet per diuinorum obſeruantiam præceptorum, iuxta illud Eſaiæ 35.Via ſancta vocabitur,& non tranſibit alienus per eam. Hinc Eccleſiaſt. ſecundo habetur:Vidi quod tantum præcederet ſapientia ſtultitiam,quantum differt lux à tenebris.quibus conſonat illud 2.ad Corinth.6. Quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? [Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit]non omnibus diebus ſuæ vitæ? quia non ante vſum rationis,ſed cunctis diebus ſuæ impietatis. Quicunq; in mortali peccato eſt,ſuperbus cenſetur:quia diuinis præceptis rebellis,& Deo non ſubditus:ſic fertur in Pſalmo ad Deum: Superbia eorum qui te oderunt, aſcendent ſemper. Præterea electi aliquoties ad tempus errant atq; ſuperbiunt. immo interdum de ſpeciali ſibi data gratia ſeu bonis operibus extolluntur: Sed quia electi ſunt, ante vitæ terminum ad humilitatem per pœnitentiam reuertuntur.[& numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius]id eſt,quam diu in vita manebit,& tyrannidem exercere ſinetur,ignorat. Poteſtatem enim qua abutitur,habet à Deo,& neſcit quando tolletur ab eo.Tyrannus autem(vt dicit Boëthius, quem ad hoc allegat Albertus) eſt, qui regimen reipublicæ in nocumentum populi & vtilitatem ſui malitioſe conuertit.Vnde ait Gregorius: Tyrannus proprie dicitur,qui in communi republica non iure principatur.Veruntamen tyrannus in ſcripturis aliquando aliter ſumitur,ſicut in Daniele & Heſter. Ex his generaliter dictis, deſcendit ad increpationem B.Iob, qui ſupra frequenter aſſeruit ſe in anguſtijs & timore doloreque poſitum:in dolore,propter mala præſentia,in timore futurorum. [Sonitus terroris ſemper in auribus illius]id eſt,ad quemlibet ſtrepitum improuiſum metuit ſibi aliquid mali iam imminere:quia de nullo confidit,metuitque ſic ſibi ab alijs fieri,quomodo ipſe eis fecit.[& cum pax ſit]id eſt,nemo ſibi aduerſetur,[ille inſidias ſuſpicatur.[Quicquid enim contra proximos cogitat, hoc contra ſe à proximis excogitari formidat:& conſcius ſibi propriæ crudelitatis,veretur ſemper ſibi inſtare quod meruit,ſciens ſe dignum odio,non amore ex ſe,quamuis propter Deum amandus ſit.Hinc Sapient. 17. dicitur: Cum ſit timida nequitia,dat teſtimonium condemnata, ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.Et Prouerbiorum 28.Fugit impius nemine perſequente,iuſtus autem quaſi leo confidens, abſq; terrore erit. Siquidem conuerſatio virtuoſa parit fiduciam,& fortitudinem tribuit cordi.Ideo Salomō ꝓteſtatur: In timore domini fiducia fortitudinis. Et de iuſto loquens Pſalm.111.Ab auditione,inquit,mala non timebit:Paratum cor eius ſperare in domino.Hinc dicit Greg. Nil ſimplici corde felicius,quia quo innocentiam erga alios exhibet.nihil eſt quod ab alijs pati formidet. At contra mens praua ſemper in laboribus eſt:quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit ne hæc ſibi ab alijs inſerantur: & quia ſemper agit doloſe, contra ſe agi metuit inſidioſe.[Non credit quod reuerti poſsit de tenebris ad lucem]id eſt, aduerſitatibus atque periculis ad ſecuritatem & pacem,quia de nullius ope & fidelitate confidit. [circunſpectans vndique gladium] id eſt, ex omni parte ſuſpicans ſibi gladium imminere hoſtilem , intelligendo per gladium omne prælij inſtrumentum,ſicut per panem intelligitur quilibet cibus.vnde ſubiungitur:[Cum ſe mouerit ad quærendum panem]id eſt,cibum ſumere voluerit,[nouit quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies]id eſt,hora mortis, quia & tunc metuit infici & veneno aut aliquo modo perire,ſecundū quod nouit ſe meruiſſe,vnde nec in domeſticis ſuis confidit.[Terrebit eum tribulatio]quam appræhendit ſibi inſtare.[& anguſtia]i.timor cor præmens,[vallabit eum]i.circundabit intus, [ſicut regem qui præparatur ad prælium]vallat exercitus vel premit anguſtia. Nam metuit plurimum ne vincatur, aut à ſuis derelinquatur,ſeu proditus occidatur ab hoſtibus. In omnib. his atq; ſequentibus Eliphaz notat, tangit & pungit B. Iob, ꝗſi ita pauidus fuit ex mala conſciētia & ꝓcedente ſuperbia atq; ſęuitia, ideoq; deſperauerit de cura ſuę ꝑcuſsionis, & anguſtiatus ſit vndique. [Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam]i.actus ſuos exhibuit

Sap.14.

Pſal.73.

Pro.14.

diuinæ

rantur, & talium domus incendantur. Sed nec iſtud, nec alia iam prædicta, vniuerſaliter accidunt ſecundum ſuperficiem literalem, cum impij ſæpe vſque ad vltimam pertingant ætatem, & vſque ad mortem proſperitatibus iugiter potiantur, neque ab homine aliquo deuaſtentur. Vnde in iſtis ſpiritalis expoſitio ſubtilior, verior, generaliorque conſiſtit. Veruntamen loquitur iſta quaſi ad literam, quia in omnibus notat & pungit Iob, quod ſcilicet ob ſuam impietatem percuſſus ſit, nec putet ſe aliquo precio redimendum. [Concepit dolorem] id eſt, triſtitiam de aliquorum proſperitate, & præcogitauit qualiter alijs noceat, doloremque inferat. [& peperit iniquitatem] id eſt, impiam conceptionem opere adimpleuit. [& vterus eius] id eſt, mens ſua quæ in ſcripturis ſæpe venter vocatur, vt cum ait Saluator: Flumina de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Et in Pſal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Quemadmodum enim corporales conceptus fiunt in vtero, ſic ſpirituales in mente. [præparat dolos] id eſt, artes fallendi excogitat atque inferre diſponit, quod de hypocrita dicitur. Hypocritarum nempe eſt, non aperte, ſed latenter ac fraudulenter alijs nocumentum inferre. Similiter ait Pſalm. 7. Ecce parturiuit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem: lacum aperuit, & effodit eum. Et Hiere. 9. Habitatio tua in medio doli. Indolo renuerunt me ſcire, dicit dominus. Poſtremo (ſecundum Gregorium) tanto ſemper maiorem malitiam contra proximos in mente hypocrita concipit, quanto præ alijs videri innocentior quærit: quod quam impium ſit, Eſaias ſic aperit: Fraudulenti vaſa peſſima ſunt, ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij. Itemque in Pſalm. 5. Linguis ſuis doloſe agebant, vbi mox ſubditur, Iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Hæc autem de hypocrita Eliphaz introduxit, ad inſinuandum quod Iob hypocrita fuit: ideoque congregata ab eo, perierunt, & ipſe plagatus hinc fuerit.

Pſalm. 7. Ioan. 7. Eſai. 32.

De moralitate eiuſdem capituli. *Art. XXXVI.*

Reſpondens autem Eliphaz, dixit: Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens, & implebit ardore ſtomachum ſuum? Per Eliphaz deſignatur quiſpiam errans, proprio iudicio ſapiens, ſed à veraciter ſapiente diligenter correptus, & charitatiue inſtructus. per Iob autem intelligitur quicunque vir iuſtus & ſapiens, erroribus impiorum reſiſtens, veraque docens. Quemadmodum ergo Eliphaz à Iob digne correptus, reprobatus, inſtructus, non grantanter accepit, nec acquieuit, ſed inuectiue loquutus eſt, & duriora reſpondit: ita animoſi & ſcioli, audaces & ſibi placentes, à ſuperioribus, melioribus aut ſapientioribus amoroſe correpti, intumeſcunt, indignantur atque redarguunt, & correptoribus grauiora imponunt: & quod ex charitate, æquitate, ſapientia vel ira per zelum prolatum eſt, ex auerſione, præſumptione, ira ſeu impatientia dictum cauſantur: indeque deteriorantur, vnde debuerunt emendari. Tantam ergo abuſionem, peruerſitatem, ingratitudinemque vitemus, & correpti ac informati cum patientia & gratiarum actione acquieſcamus. Denique verba amicorum Iob, quamuis ab eis ad malum finem, videlicet ad reprobationem accuſationemque Iob ordinentur, & ei impie applicentur, nihilominus in ſe frequenter ſententioſa & profunda ſunt. Sic quoque ea ſecundum ſe conſiderare debemus, & ex eis proficere. Vnde & nunc ex verbis Eliphaz diſcamus non loqui in ventum & aerem, nec iracunde aut turbulenter. Scriptum eſt enim: Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit. Et rurſum: Reſponſio mollis frāgit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. Itemque Eccleſ. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Idcirco non decet ſapientem cum turbulentia loqui. Propter quod Eſaias de Chriſto prædixit: Non erit triſtis neque turbulentus. Itaque verba ventoſa & garrula deuitemus, cum Eccleſiaſtici 19. dicatur: Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. [Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi.] Hoc obijciendum eſt his, qui ſuperiores ſuos irreuerenter corripiunt, cum & ſeniores, quamuis non præſint, reuerenter alloquendi ſint, dicente Apoſtolo: Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. [& loqueris quod tibi non expedit] Quicunque alteri verba iniurioſa, inordinata aut vindicatoria loquitur, ſibijpſi magis quam alteri nocet directe: immo ſe grauiter lædit, & alter niſi propria impatientia aut ſimili culpa vincatur, nullum inde ſuſtinet detrimentum, ſed magis ſortitur profectum. Denique ad hoc vt homo non loquatur quod ſibi non expedit, præcipua indiget gratia. Propter quod orat Pſalm. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Eccleſiaſticus quoque 22. ſic habet: Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea me perdat? [Quantum in te eſt, euacuaſti timorem.] Quicunque audacter & abſque timore libere peccat, & alios ſcandalizare non metuit, ſeipſum à diuino vacuum facit timore, alios quoque, quantum in ipſo eſt, præbens eis peccandi audaciam, quod vehementer enorme eſt atque damnabile. [& tuliſti preces coram Deo.] Quicunque Deum verbis precatur, & impijs actibus eum offendere non veretur, indignum ſe facit exauditione diuina. Qui ergo appetit exaudire, ſtudeat obedire, vitamque verbis conformare conetur, vt ei Deus per gratiam ſuffragetur. Maxime autem auſert preces coram Deo, ſe-

Eccl. 20. Prou. 15. Eſai. 42. 1. Tim. 5. Pſalm. 140. Marci. 11.

que inexaudibilem reddit, qui alicui odium tenet, ſeu alteri non ignoſcit. Propter quod ait Saluator: Cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: quod ſi non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. In Eccleſiaſtico quoque conſone ſcriptum eſt: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelam? quis exorabit pro delictis illius? [Docuit enim iniquitas tua os tuum.] Hoc competit his, qui ex induſtria & cũ propoſito mentiuntur, aut ex vitioſa vita abſque formidine peruerſa loquuntur, quemadmodum de quibuſdam aſſeritur: Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes. [& imitaris linguas blaſphemantium.] Qui falſa ſiue ſacrilega aut derogatoria manifeſte de Deo profatur, euidenter blaſphemat: qui vero talia profert, que implicite tale quid continent ſeu includunt, imitatur blaſphemantium linguas. [Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua non reſpondebunt tibi.] Hoc dicendum eſt his, qui multum exceſsiue loquuntur, quia & ſcriptum eſt: Ex verbis tuis damnaberis. Et Eſai. 59. inducitur: Peccata noſtra reſponderunt nobis: quia videlicet peccando meremur, vt detur nobis à diuina iuſtitia reale reſponſum, per hoc quod pro culpa infligitur proportionata ac perſolutoria pœna. Inſuper, ſi audierimus aliquem nimis præſumptuoſe loquentem, & de ſua ſapientia inaniſsime præſumentem, cum iuſta ironia ei dicere poſſumus quæ ſequuntur: [Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid conſilium Dei audiſti? Nunquid grande eſt vt conſoletur te Deus? ſed verba tua praua hoc prohibent.] Itaque ſi in aduerſis diuinitus conſolari optamus, omne illicitum verbum penitus deuitemus, nó murmuremus, ſed Deo gratias referamus, ab ipſo conſolari petamus, quod ſi fiduialiter atque conſtanter egerimus, abundanter exaudiemur, iuxta quod legitur in Eſai. 59. Ecce non eſt abbreuiata manus domini, vt ſaluare nequeat: neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter Deum & vos, & peccata veſtra abſconderũt faciem eius à vobis. [Quid te eleuat cor tuum?] id eſt, ad quid & cur ſuperbis ô homo, res fragilis vtique, ad tuipſius perditionem? Et quoniam propriam imperfectionem, periculoſitatem, culpam, innumeraſque ærumnas non penſas: quæ omnia ſi rite perpenderes, te viliſsimũ & humana communione cenſeres indignum: Ideo clamat ſcriptura: Quid ſuperbit terra & cinis? [& quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos?] Quidam tam ſuperbi & vani ſunt, vt ſi forte egerint quid boni, illud pandant, iactent, ſciriqúe cupiant, immò ſæpe virtutes quibus non decorantur, ſibi attribuunt, aut optant attribui vel ſimulant. Inſuper, vt contemplatiui aut magnis intenti putentur, viſum confingunt attonitum, qualem habent ſupernis intenti, quorum vultus & viſus interdum ſic variantur, vt à talium inexpertis, inſenſati ſiue amentes dicantur. Nam & Chriſtus altiſsima prædicans, à ſuis diſcipulis ſurere putabatur, iuxta illud Marc. 3. Exierunt ſui tenere eum. Dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt. Circa hæc ſcribit Gregorius: Sæpe iuſtorum mens ita ad altiora contemplanda ſuſpenditur, vt exterius eorum facies obſtupuiſse videatur. Sed quia contemplationis vim in occulto agere praui ignorant, hoc à iuſtis & ſapientibus fieri magis per hypocriſin, quam per veritatem, exiſtimant: quia quod ipſi habere nequeunt, ineſſe veraciter alijs non ſuſpicantur. [Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus] ô ſuperbe ſtultiſsime, cum Deus ſit te in infinitum ſublimior, perfectior atque potentior, à quo, quicquid habes & es, ſuſcepiſti: qui te cum corpore & anima poteſt proijcere in infernum, qui tanta tibi bona impendit, cui profundiſsime ſubijci & vigilanter parere teneris? Itaque reſipiſce & imple illud principis Apoſtolorum: Humiliamini ſub potenti manu Dei, alioquin implebitur in te illud Eſai. 2. Incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. [Quid eſt homo vt immaculatus ſit & iuſtus appareat natus de muliere?] Multis modis dicitur homo immaculatus in diuinis ſcripturis. Vno modo, quia nulli vnquam peccato ſubiacuit, nec mortali, nec veniali, nec actuali, nec originali, quod competit homini Chriſto. Secundo, quoniam nunquam peccauit, nec venialiter, neque mortaliter, etiam habendo tempora diſcretionis, quod competit virgini glorioſæ. Tertio, quoniam ab omni peccato purgatus eſt, quod tribuitur in baptiſmo. Quarto, quoniam ſine mortali peccato eſt, & de venialibus quotidie ſe cuſtodit, pœnitet & emendat, quales eſſe debent potiſsime religioſi. Sicque ait Pſalm. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Proportionabiliter dicitur homo varijs modis iuſtus: ſed verba iſta prætendunt, quod homo purus, ſecundum communem legem, nó viuat ſine peccato, nec penitus iuſtus ſit, ſed quotidie in multis deficiat ex infectione & fragilitate naturæ, & propter occupationes ſuas multiplices circa diuerſa, ita vt nec ipſe vniuerſas & ſingulas ſuas culpas queat determinate aduertere. [Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius.] Si angelicæ mentes & cæleſtes ſubſtantiæ immutabiles non ſunt, nec mundæ comparatione puritatis ac inuariabilitatis diuinæ naturæ: nos qui ſumus, qui reputemus nos mundos ac ſtabiles coram Deo? Præterea ſolus Deus incomparabilis & immenſus, ſic mundus & ſanctus eſt, vt nec priuatiue, nec contrarie, nec contradictorie aliquid habeat non ſanctitatis aut immun-

Eccl. 28.
Pſalm. 63.
Matth. 12.
Eccleſ. 10.
Gregorius
1. Petr. 5.

aut immunditię. Cætera omnia aliquo vel aliquibus horum modorum quippiam non ſanctitatis
ſeu immunditiæ habent admixtum. [Abominabilis homo] Ratione peccati fit creatura intelle-
ctualis (ad Dei imaginem nobiliter condita) penitus abominabilis & damnanda. Etenim quo
maior & melior Deus eſt, eo peccatum quod eſt receſſus à Deo, deteſtabilius viliuſq; conſiſtit.
Idcirco per ipſum fit creatura creatori ſuo odibilis, nec aliquis in hac vita perfecte capere valet,
quanta ſit peccati enormitas, ſed ex eius effectu id ſcimus, penſando quod vno mortali peccato
intellectualis creatura (naturaliter Deo amabilis) iuſto eius iudicio æternaliter relinquitur, odi-
tur, damnatur, punitur, punitione vtique ineffabiliter dira. Merito ergo deberemus amore lu-
perpræſtantiſsimi Dei omnem culpam cum omni diligentia abhorrere, vitare, deflere: potiuſ-
que omnem perpeti pœnam, quam ſupergloriſsimum Deum per minimam inhonorare atq; of-
fendere culpam. [Sapientes confitentur.] Si ſapientes ſapientiam ſuam & veritatem fatentur,
cur Prouer. 10. ſcribitur: Sapientes abſcondunt ſapientiam? Et reſpondendum quia (vt Salomon Eccl. 3.
ait) tempus loquendi, & tempus tacendi. Congruo ergo tempore eam abſcondunt, & apta eam
hora aperiunt: abſcondunt ex humilitate, ne ſe iactent aut propalent inaniter: confitētur ex cha-
ritate, vt loquantur ſalubriter. Tunc autem ſcientiam occultare, quādo eſſet communicanda, vi-
tuperatur. Ideo Prouer. 12. legitur: Homo verſutus celat ſcientiam. Hinc Eccleſiaſtici 20. ſcri-
ptum eſt: Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabit
tempus. [& non abſcondunt patres ſuos] Quidā adeo vani ſunt, vt in ſuis dictis aut ſcriptis maio
res ſuos ideo non allegent, quamuis ex eis didicerint quæ dicunt aut ſcribunt, quatenus quaſi ex
proprio talia ſciſſe putentur, & ipſi tanquam principales doctores in admiratione habeantur, al-
legentur, laudentur. Iſti patres ſuos abſcondunt: quod & illi magis vituperabiliuſque facere iu-
dicantur, qui catholicorum & magnorum doctorum dicta irreuerenter, faciliter, aut irrationa-
biliter negant. Nos ergo patres noſtros famemus & veneremur, amemus atque ſectemur. In o-
pinabilibus vero cum modeſtia negemus & approbemus. Hinc equidem ſcriptum in Eccleſia- Eccl. 44.
ſtico: Laudemus viros glorioſos & patres noſtros in generatione ſua. [Non credit quod re-
uerti poſsit de tenebris, circunſpectans vndique gladium.] quemadmodum in Prouerbijs aſ-
ſeritur: Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Impius ergo & induratus
de Dei pietate diffidens, atque in hoc Deum naturaliter bonum, pium & dulcem maxime in-
honorans, cum peccata ſua attendit, non credit quod per pœnitentiam poſsit de tenebris im-
pietatum, ad lucem diuinæ miſerationis redire atque ſaluari: ſed vndique gladium vltionis di-
uinæ circunſpectando, deſperat. [Cum ſe mouerit ad quærendum panem] id eſt, ad aliqua
bona agenda ſe verterit, quorum actione mens paſcitur. [nouit quod paratus ſit in manu eius
tenebrarum dies] id eſt, tempus damnationis. Talis enim homo interdum incipit aliquid
pœnitentiæ exercere. Sed frequenter contingit eum deficere, quia dum peccatorum ſuorum
multitudinem magnitudinemque perpendit, & Deum immenſæ iuſtitiæ penſat, ad deſperatio-
nem relabitur, reputans damnationem ſibi paratam. [Terrebit eum tribulatio,] quia æternas
metuit pœnas, dum eas mente reuoluit & nihilominus pondus impietatum ſuarum, quibus pœ-
na illa augetur, quotidie aggrauat, quemadmodum ſcriptum eſt: Peccator adijciet ad peccan-
dum. [& anguſtia vallabit eum] quia remorſus conſcientiæ eum aliquando angit, & tempo-
re mortis, deinde in diuino iudicio, ac poſtremo in loco damnationis æternæ vallatur anguſtia,
iuxta illud Hieremiæ 23. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erum-
pens ſuper caput impiorum veniet. [Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra
omnipotentem roboratus eſt.] Non opponamus nos Deo, cui & ille ſe opponit, qui ſuperio-
ribus ſuis inobediens extat: & iuxta Apoſtolum ad Romanos 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei
ordinationi reſiſtit. Similiter qui ſe inordinate intromittunt de his, quorum diſpoſitio com-
mittenda eſt Deo, tendit manum ſuam aduerſus eum, ſicut qui alios per vias iniquas ad officia
promouere nituntur, aut certe impedire improbe moliuntur, aut ſeipſos ingerunt vel intru-
dunt, cum iuxta Apoſtolum ad Hebræos 5. Nemo aſſumit ſibi honorem, niſi qui vocatur à Deo
tanquam Aaron. [Habitauit in ciuitatibus deſolatis] id eſt, inter ciues ſpiritualibus gratijs
atque virtutibus deſtitutos. Nam qualis ipſe, tales & eius ſubiecti atque miniſtri. Ideo additur:
[& in domibus deſertis] id eſt, in familijs ob ſua peccata à DEO relictis. [quæ in tumu-
los] id eſt, vitiorum ſubuerſiones & lapſus [ſunt redactæ.] Hinc Eccleſiaſtici 10. legitur: Prou. 28.
Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes Prou. 29.
in ea. In Prouerbijs quoque: Regnantibus impijs ruinæ hominum. Rurſus quoque Salomon
ait: Rex impius omnes miniſtros habet iniquos. [Non ditabitur] chariſmatibus gratiarum,
quæ ſunt veræ diuitiæ animarum. [nec perſeuerabit ſubſtantia eius] quia exteriora ei celeri-
ter auferentur ſaltem in morte, & ſi ad tempus aliquid ſpiritalis opulentiæ in donis gratiæ ac vir-
tutum habuerit, non perſeuerat vſque in finem, ſed peccando illa amittit. [nec mittit in ter-
ram radicem ſuam,] id eſt, intentionem & cordis ſui affectum ſtabili fundamento non infi-

get, oec ad terram viuentium, regionem beatorum hanc diriget, ſed rebus cadu:cis atque inanibus inhærebit, omniq́ue vento vitiorum & impetu paſsionum impelletur, flectetur, & ruet. [Ramos eius] id eſt, familiares domeſticos, ſobolem, imitatores, quibus ſtipatur, ornatur & cingitur ſicut arbor proprijs ramis. [areſaciet flamma] id eſt, ardor vitiorum in præſenti ab humore gratiæ, deinde ignis inferni ab exuberantia gloriæ, dum ſcilicet dominum ſuum in
Ezec. 31. vitijs aſſequuntur. Iuxta hunc modum dominus loquitur, per Ezechielem de rege Aſſyrio-
Ezec. 32. rum: Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano, frondibus nemoroſus: quoniam ſpecioſum feci eum multis condenſiſq́ue frondibus. Et ſequenti ibi capitulo ſcribitur, quemadmodum Aſſur & Pharao regeſq́ue cæteri deſcenderint cum ſuis ſatellitibus in infernum. [Lædetur quaſi vinea in primo flore] Hoc fit, dum peccator pœnitere exorſus eſt, ſed tentatione eum inuadente, à diuino amore frigeſcit, & peccati torpore conſtringitur, atque ad priſtinas vanitates reuertitur. [Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.] Si tabernacula cupidorum, domus conſcientiæ & mentis cubile appellentur, illa nunc æſtu auaritiæ ſpiritaliter conſumuntur: poſtea autem auari cum corporibus, quæ animarum velut tabernacula ſunt, in ignem tartareum proijcientur. Graue ergo eſt auaritiæ vitium, munerumq́ue acceptio, ad ſubuertendum iuſtitiam. Hinc Eccleſiaſtici 5. fertur: Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Iudith quoque 16. ait: Dominus omnipotens vindicabit in eis. Dabit ignem & vermes in carnem eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum. De impietate autem cupiditatis ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim animam ſuam habet venalem. Apoſtolus vero auaritiam, ſeruitutem nominat idolorum. Poſtremo,
Epheſ. 5. Col. 3. Exodi 23. ſcriptum eſt: Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes; & ſubuertunt verba iuſtorum.

Expoſitio literalis capituli 16. Reſpondens autem Iob, dixit.
Articulus trigeſimusſeptimus.

SAnctus Iob tanquam inſuperabilis pugil, non ceſſat veritatem iuſtitiamq́ue defendere vſq; ad mortem, ſed & duriſsime reprobatus & increpatus, non terretur, nec iuſtas atque acerrimas inuectiones contra veritatis aduerſarios inducere mente veretur. Inſuper quamuis Salomone teſtante, duo præualeant contra vnum, ipſe tamen præualet contra tres, & nunc ſecundo refellit inſtantias Eliphaz. [Reſpondens aute m Iob, dixit: Audiui frequenter talia] ſcilicet verba iniurioſa, reprehenſiua & pungitiua, qualia contra me profertis. In diſputationibus quoque rhetoricis, qualis extitit iſta, ſolent contentioſa verba intermiſceri.] Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis] videlicet vos tres amici mei, & qui vobis conſentiunt ſiue applaudunt. Multi nanque (vt habitum eſt) diſputationi huic interfuerunt, quorum vnus Elihu fuit. Dicuntur autem conſolatores oneroſi, qui ad conſolandum venerunt: ſed loqui exorſi, ad increpationes acutiſsimas verſi ſunt, & onus tribulationis B. Iob non parum auxerunt, eum coram multis duriſsime increpando, cum tamen afflicto non ſit addenda afflictio: quod ſi neceſſe fuerit afflictum corripere, blande & molliter fiat hoc, niſi forte ex ſpeciali cauſa ratio dictet quid rigoris addendum. [Nunquid finem habebunt verba ventoſa?] id eſt. garrulis ſuperfluiſq́ue ſermonibus tu Eliphaz & tui amici tam prolixe inſiſtitis contra me, quaſi nunquam velletis terminare ſermones huiuſmodi. Eadem quoque ſæpe repetitis, quantum ad ſenſum. [aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris] id eſt, tibi ô Eliphaz cum ſis ſanus & proſperitate vallatus, adiutoreſq́ue habens, non eſt moleſtum plura proferre, præſertim quia ex hoc quod loqueris contra me, nulla tibi infertur à me moleſtia aut vindicta, quia patienter ſuſtineo, nec pro conuicio conuiciũ reddo. [Poteram & ego ſimilia veſtri loqui] id eſt, talia & ea vitia, quæ mihi falſe imponitis, ſcilicet iram, impatientiam, diuinorum ignorantiam &c. Poſſem vobis vere imponere, & verbis vos pungere, ſicut me pungitis, niſi diſciplina frenarer, aduerſitatibuſq́ue grauarer, & ſi ſpes profectus eſſet ex hoc. [Atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea] id eſt, vtinam talia pateretur, qualia mea patitur anima: quod non ex ira vel odio, ſed ex charitate & zelo iuſtitiæ ait, vt per temporalem afflictionem inducerentur ad veritatis cognitionem, qui in proſpe-
Eſai. 28. ritate nolebant informari & corrigi, quatenus iuxta Eſaiam; Vexatio eis tribueret intellectum. [conſolarer & vos ego ſermonibus.] non eo modo vt vos me, ſed verba bona, verba conſolatoria vobis vere proponerem. Hoc enim ad vere charitatiuum ſapientemq́ue pertinet, cuius eſt
Prou. 16. ordinatum & amoroſum proferre ſermonem, qui ſermo medicamen eſt animæ deſolatæ, quem-
Prou. 15. admodum in Prouerbijs legitur: Fauus mellis verba compoſita. Et iterum Salomon proteſta-
Eccl. 18. tur: Lingua placabilis lignum vitæ. In Eccleſiaſtico quoque habetur: Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum melius quam datum. [& mouerem caput meum ſuper vos] ex compaſsione. Denique motio capitis deſignat mentis inflexionem ad aliquam conceptionem, at-

que in-

que interdum deriſionem ſignificat, ſic in Pſalmo ait Saluator: Omnes videntes me, deriſe- Pſalm. 21
runt me, loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput. In Threnis quoque loquitur Hieremias: Si- Thren. 2.
bilauerunt & mouerunt capita ſua ſuper filiam Hieruſalem, interdum vero denotat admiratio-
nem vel congratulationem ſeu exultationem, ſicut in Eſaia de rege Aſſyriorum narratur: Ca-
put mouit ſuper te filia Hieruſalem: quia videlicet certiſsime æſtimauit ſe eam victurum. In-
fra etiam capitulo vltimo dicitur, quod fratres & ſorores Iob venerunt ad eum, & caput ſuper Iob. 42.
eum mouerunt. Aliquando autem compaſsionem importat, ſicut hoc loco. [Roborarem
vos ore meo] id eſt, bonis oris mei ſermonibus corda veſtra ad patientiæ robur, ad conſtan-
tiam & animi fortitudinem exhortarer, quemadmodum 2. Machabæorum 14. de Iuda legitur
Machabæo: Singulos armauit non haſta & clypeo, ſed ſermonibus optimis & exhortationi-
bus. Denique virtus & ſapientia ita conſortant perficiuntque habentem, vt de plenitudine ſua
alios quoque valeat confortare. Hinc ſcriptum eſt Prouerbiorum 14. Vir ſapiens fortis eſt, &
vir doctus robuſtus & validus. Eccleſiaſtes quoque 7. ait: Sapientia confortauit ſapientem
ſuper decem principes ciuitatis. Denique ad amicum, immo ad quemlibet proximum perti-
net, afflictis compaſsionem & conſolationem impendere, iuxta illud Eccleſiaſtici 7. Non de-
ſis plorantibus in conſolatione. [quaſi parcens vobis] id eſt, non tam diſtricte vos corripiens,
ſicut culpa veſtra meretur, ſed repræhendenda in vobis moderate redarguens, doloreſque ve-
ſtros minuere ſatagens. [Sed quid agam?] id eſt, ita negocia mea ſe habent, vt non faciliter
videam quid potius agere debeam. Nam quicquid egero, non per hoc dolorem effugio. Hinc
ſubditur: [Si locutus fuero] contra veſtros diſputando errores, [non quieſcit dolor meus]
Immo interior dolor meus ex veſtris culpis atque erroribus magis augetur. [& ſi tacuero] vo-
bis & falſitati cedendo, [non recedit à me, Nunc autem oppreſsit me dolor meus] id eſt, ab
omni temporali proſperitate, & corporis ſanitate ac firmitate deiecit: vſum quoque rationis
ſeu conſiderationem & locutionem aliqualiter impediuit. Cum enim dolor eſt vehemens, in-
tentio euocatur ſeu impeditur ab intellectualium conſideratione. [& in nihilum redacti] id
eſt, pro magna parte conſumpti [ſunt omnes artus mei,] ita vt quod remanet in me de cor-
pulentia & forma membrorum, pro nihilo reputetur. Eſt autem conſuetudo afflictis per ex-
ceſſum ſeu hyperbolice loqui, ad clarius exprimendum magnitudinem rei ac proprij cordis
diſpoſitionem. Sic & Pſalmiſta fatetur: Ego ad nihilum redactus ſum. [Rugæ meæ] id eſt, Pſalm. 72.
pellis ſeu cutis meæ contractiones vel plicationes [teſtimonium dicunt contra me.] id eſt, a-
micis meis contra me diſputantibus præbent materiam, faciuntque apparentiam repræhenden-
di me de culpa: Ex quo enim tam grauiter cæſus ſum, apparentiam habet quod merui pœnam
hãc. Porro ex interiori huiuſmodi conſumptione corpus corrugatur, ſicut in ſenibus & grauiter
infirmantibus. [& ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam] id eſt, Eliphaz mendaciter
me accuſans, ex inſpectu rugarum mearum prouocatur ad contradicendum mihi aperte. Poteſt Iob. 2.4.
quoque de diabolo accipi, qui amicos Iob incitauit aduerſus eum, [contradicens mihi,] di-
centi me abſque meo percuſſum demerito. [Collegit furorem ſuum in me, & comminans mi-
hi, infremuit contra me dentibus ſuis, hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.] Totum
hoc quidam exponunt de dæmone, qui principalis fuit beati Iob tribulator, furoremque ſuum
contra Iob collegit, tanto vehementius cupiens eum deuincere, quo amplius ſe hoc facturum
præſumpſit, & quo Iob iuſtior fuit. Vt autem diuinus Dionyſius docet, in dæmonibus eſt a-
mens furor, phantaſia proterua, & irrationabilis concupiſcentia. Satan inſuper comminabatur
ipſi Iob per eius amicos, qui aſſeruerunt ſancto Iob vſque ad mortem mala inſtare. Forte etiam
diabolus per ſeipſum comminabatur ipſi Iob de futuris aduerſis in ſomno, ſeu aliâs apparendo,
ſeu inde tendando. Vnde ſuperius Iob dixit ad Deum: Terrebis me per ſomnia, & per viſio- Iob. 7.
nes horrore concuties. Loquitur autem de aduerſario ſuo per modum feræ, quæ dentibus
comminatur, illos parans ad lacerandum. Sic & Petrus in prima ſua ait Epiſtola: Diabolus tan- 1. Petr. 5.
quam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Conſtat præterea, quod amici Iob erant con-
tra eum maxime inflammati, quia videbatur eis loqui ſicut ſacrilegus & blaſphemus. Vnde &
contra eum quaſi furebant, & terribiliter aſpexerunt ardentibus oculis furorem pectoris de-
monſtrantes. Satan vero videns patientiam atque conſtantiam ſancti Iob, furioſiſsimis ac ter-
ribiliſsimis eum interioribus oculis intuebatur. Porro (ſecundum Thomam) placidis oculis
hominem intuetur, qui facta eius in melius interpretatur: terribilibus, qui in peius, & ſic fuit
de amicis Iob. [Aperuerunt ſuper me ora ſua exprobrantes] id eſt, conuicia mihi dicentes,
quod amici Iob multipliciter peregerunt. [percuſſerunt maxillam meam,] hoc Thomas ex-
ponit ſic: Ille aliquem in maxillam percutit, qui ei improperium in faciem dicit; amici autem
Iob multa contra eum improperia ſunt loquuti. Quocirca dicit Albertus: Non legitur, quod ad
literam alapas dederint ſancto Iob, ſed quia maxilla eſt ad continendum ea quæ ſub dentibus
maſticantur, & quodam ſpiritali modo maſticantur, quę frequenti mentis iteratione diſcernun-

tur vtrum vera vel falſa ſint, memoria talia continens, vt bene per mentem diſcernantur, maxil-
la vocatur: quæ cæditur, dum bene meditatis per contradictionem obuiatur. [ſatiati] id eſt,
mente refecti, atque lætati [ſunt pœnis meis,] Hoc de amicis Iob intantum accipi poteſt.
Nam quamuis ei in principio condoluerunt, audiendo tamen verba ipſius, cœperunt peſsime
ſentire de ipſo, & arbitrari quod iuſtiſsime pro ſuis affligeretur exceſsibus. Idcirco diuinæ iu-
Iob. 34. ſtitiæ quaſi congratulando, de eius punitione gaudebant ac replebantur, dum ad eorum libi-
tum torquebatur. Vnde & Elihu infra ait: Pater mi, probetur Iob vſque in finem, ne deſinas
ab homine iniquitatis, qui addit vltra peccata ſua blaſphemiam. Inter nos interim conſtringa-
tur, & tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis Deum. [Concluſit me Deus apud ini-
quum] id eſt, poteſtati & voluntati ſatanæ me ſubiecit, quantum ad hoc, quod Deo permitten-
te ille me corporalitèr ſic afflixit. Nam & ſuperius Iob loquitur Deo: Circundediſti me carce-
Iob. 7. re. Et rurſus: Poſuiſti in neruo pedem meum. [& manibus impiorum me tradidit] id eſt,
Iob. 10. Chaldæorum & Sabæorum, qui mea mihi abſtulerunt. Itemque amicorum reprobationi & ſub-
ſannationi me ſubdidit permiſsiue, qui impij appellantur, inquantum veritati & æquitati reſti-
terant. [Ego ille quondam opulentus] dicendo ille, notat ſuæ ſamæ claritatem, quia ſama &
opibus inclytus fuit. [repente contritus ſum] id eſt, ſubito, id eſt, à maxima proſperitate ad
grauiſsimam calamitatem deiectus, prout ſuperius recitatur, in quibus verbis grauamen miſe-
Iob. 2. & 3. riæ ſancti Iob multipliciter denotatur. Primo, quia tam improuiſe ac ſubitò eſt deiectus, quod
grauius fuit, quàm ſi paulatim fuiſſet deiectus. Secundo, quia poſt maximam opulentiam de-
uenit ad ſummam penuriam. Tertio, quia inopia atque calamitas illum magis affligunt, qui in
delicijs & abundantia viuere conſueuit. Nam & oppoſita iuxta ſe poſita, magis percipiuntur.
Teſte quoque Boethio, extremum infelicitatis genus eſt, aliquando fuiſſe felicem, ſicut & 2.
Boëthius. Machabe. 6. quidam teſtatur: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ,
qui iucundus eram & dilectus in poteſtate mea? [Tenuit ceruicem meam] Illud atque ſe-
quentia aſcribuntur Deo permiſsiue, diabolo effectiue, qui tenuit, id eſt, ſtrinxit ceruicem Iob,
quod & literaliter & inuiſibiliter forſitan fecit dum eum percuſsit. Vel ſenſus eſt, quod ſicut
quis robuſtiſsimus alicuius debilioris apprehendit ceruicem, vt duriſsime eum impingat, aut
Iob. 1 & 2. quaſi immobilem reddat, ſic ſatan inualit & impulit S. Iob. Denique ſecundum Albertum, à
Albertus. poſteriori parte capitis, nerui in totum corpus deſcendunt iuxta ceruicem cuius ſignum eſt, quia
ſi aliquis fortiter in collo ſtringatur poſterius, mox redditur corpore toto immobilis. Vnde in-
tendit quod ſatan ſic ſtrinxerat eum pœnis, quod ſe mouere nequiuit [confregit me] id eſt,
corpus hulceribus lacerauit. [& poſuit me ſibi quaſi in ſignum] id eſt, ſic varia mihi inflixit ſup-
plicia, quemadmodum multæ ſagittæ diriguntur in ſignum. Hinc dixit ipſe Iob ſupra: Sagittæ
Iob. 6. domini in me ſunt. Similiter fertur in Threnis: Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ. [Cir-
Thren. 3. cundedit me lanceis ſuis] id eſt, penetratiuis doloribus. Vel refertur hoc ad impugnationem
hoſtilem eorum, qui beato Iob ſuam abſtulerunt ſubſtantiam, eiuſq; pueros occiderunt. [Con-
uulnerauit lumbos meos] quia à capite vſque ad calcaneum me repleuit hulceribus peſsimis.
[Non pepercit,] dæmon enim atrociſsimus eſt afflictor. [& effudit in terram viſcera mea] id eſt
omnem ſobolem meam, vt propria viſcera mihi dilectam, proiecit in mortem. Vel de ſeipſo hoc
ait hyperbolica locutione, ad deſignandum, quod pœna ſua pertingebat vſq; ad intima, quem-
admodum Threnorum 2. habetur: Effudit in terram iecur meum. Inſuper ad literam fieri po-
tuit, vt carne Iob vndique lacerata ac ſanie defluente, aliquid viſcerum ſeu vitalium eius efflu-
xerit. Concidit me vulnere ſuper vulnus] id eſt multiplicibus hulcerum vulneribus corpus me-
um dilaniauit. [irruit in me quaſi gigas id eſt, cum impetu forti. Diabolus etiam naturali pote-
Iob. 41. ſtate tam fortis eſt, vt de eo infra dicatur: Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei.
[Saccum conſui ſuper cutem meam] id eſt, tali veſte me texi, & eam cuti meæ paraui in ſignum
humiliationis, & vt miſericordiam impetrarem. Itemque, vt manum percutientis iuuarem, aſ-
peritati aſperitatem iungendo. [& operui cinere carnem meam,] id eſt, cinerem ſuper me ſpar-
ſi in ſignum doloris & humilitatis, in memoriam quoque meæ mortalitatis. Conſueuerunt au-
tem homines ſacco, cinere, puluere atque cilicio taliter vti, ſicut & in Iona fertur: Rex Niniuæ
Ionæ 3. indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit: Homines & iumenta operiantur ſaccis. In Thre-
nis quoque 2. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, conſperſerunt cinere capita
ſua, filiæ Hieruſalem accinctæ ſunt cilicijs. Itemque in Pſalmo: Quoniam humiliata eſt in pul-
Pſalm. 43. uere anima noſtra. His verbis repellit Iob falſam accuſationem, qua præcedenti capitulo eum
Eliphaz de ſuperbia multipliciter accuſauit: Quid, inquiens, tumet contra DEVM ſpiritus
tuus? cur te eleuat cor tuum? [Facies mea intumuit à fletu] id eſt, tam abundanter ploraui,
quod facies mea inflata eſt. Aſcendente quippe copioſa lachrymarum materia ad caput, facies
flentium intumeſcit, ſed & in magno planctu multa humiditas reſoluitur, à cerebro deſcendens
ad vultum & oculos. Ideo facit ibi inflationem. Sic & Threnorum 2. habetur: Defecerunt

oculi mei præ lachrymis. Primi quoque Regum 29. Dauid & viri eius fleuerunt, donec deficerent in eis lachrymæ. [& palpebræ meæ caligauerunt.] Ex ingenti etenim decurſu & fluxu humorum, viſus debilitatur, & ponitur hic continens pro contento, videlicet palpebræ pro viſu ſub eis contento. Dicit nanque Baſilius, quod nigredine palpebrarum circumpoоitur viſus, vt radius viſualis dirigatur ad certum. [Baſilius.] [Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ] id eſt, tam grauem afflictionem non merui, & quomodo verum ſit hoc, diffuſe expoſitum eſt atque tractatum in expoſitione ſuperiorum. Per manum autem, operationem ſeu conuerſationem intelligit. [Iob. 3.] [cum haberem mundas ad DEVM preces] id eſt, puris orationibus Deum exorarem & colerem. [Terra, ne operias ſanguinem meum, neque inueniat locum in te latendi clamor meus.] Verbum hoc aliqualiter intricatum videtur, & à diuerſis diuerſimode explanatur. Sed apparet quod vere ac plane ſic poſsit exponi: Terra, ne operias ſanguinem meum, i. pœna quam paſſus ſum in ſanguinis mei per hulcera affluentis effuſione, non abſcondatur, nec occultetur in terra, hoc eſt, abſconſa & inıudicata non perſeueret, ſed ad iudicium Dei perueniat, & omnibus declaretur: quare & qualiter paſſus ſum, vt veritas innoteſcat, nec propter inanes amicorum meorum argumentationes æſtimer pro culpa mea plagatus. Sicque ſanguis meus terra operiatur, id eſt, cauſa mea ſuppeditetur, & afflictio quam patior, retributıooe gloriæ digna non reputetur. Simili ſenſu ſubiungit, neque inueniat locum in te latendi clamor meus, id eſt, vniuerſa verba quæ loquor, & pia querela, qua me abſque culpa mea cæſum iam conqueror, ad lucem perueniant, & iudicentur à DEO ad eius honorem & hominum ædificationem. Porro Albertus per terram intelligit phantaſiam terrenam, id eſt, falſam opinionem amicorum Iob circa prouidentiam DEI, qua Iob petit ſanguinem ſuum non operiri, quin atteſtetur veræ ſententiæ de prouidentia Dei. Similiter petit ne clamor ſuus in terra lateat, quin teſtetur pro veritate. Thomas per terram intelligit terrenam fragilitatem, ob quam Eliphaz concluſit Iob ſine peccatis non eſſe, & pro eis eſſe percuſſum. Petit ergo Iob, ne ob hanc communem fragilitatem afflictio ſua operiatur, id eſt, pro culpis ſuis ſibi inflicta putetur, aut clamor ſuus in terra ſit latens, ita quod ſua conqueſtio videatur iniuſta.

Inſuper, per terram intelligi poſſent habitantes in terra, à quibus poſtulat ſanguinem ſuum non operiri, id eſt, ſanguinis ſui prælatam effluxionem pro ſuis peccatis inflictam non æſtimari, nec clamorem ſuum in hominibus terræ latere, vt iniuſtus putetur. Sed quia ſententia Iob qua ſe tantæ innocentiæ dixit, & abſque ſua culpa cæſum perhibuit, multis incredibilis apparebat, & res mira atque inſolita fuit, conſequenter teſtem ſibi adhibet infallibilem indicem DEVM verum. [Ecce enim in cælo teſtis meus] id eſt, DEVS incircunſcriptibilis & immenſus, qui licet ſecundum ſe ſit penitus illocalis, tamen in cælo ſpecialiter eſſe aſſeritur, inquantum ibi euidentius ac magnificentius videtur & operatur. Ipſe eſt teſtis eorum quæ dico, quod vera ſint. [Philip. 1.] Sic & Apoſtolus ait, DEVS mihi eſt atque Pſalmiſta, Teſtis in cælo fidelis. [Pſalm. 38.] [& conſcius meus] id eſt, ſecretorum conſcientiæ meæ cognitor [in excelſis eſt] puta in cælo empyreo & ciuibus eius, de quo quotidie dicimus: Pater noſter qui es in cælis: Et iterum, Gloria in excelſis DEO. [Matth. 6.] [Verboſi amici mei] ſcilicet Eliphaz, Baldath & Sophar, id eſt, verba inſipienter multiplicantes, iuxta quod in Eccleſiaſte legitur: Stultus verba multiplicat. [Eccl. 10.] Inſipientium vero eſt, quando incipiunt à veritate deficere, in multitudine verborum confidere. Propter quod mente egeni ſunt deſtitutione ſapientiæ, quæ eſt opulentia animæ. Hinc in Pronerbijs dicitur: Vbi plurima ſunt verba, ibi frequenter egeſtas in opere eſt. [Prou. 14.] [ad Deum ſtillat] id eſt, lachrymoſe dirigitur [oculus meus] interior, conſolationem & beatitudinem deſuper præſtolando. Ex ardenti nanque ad Deum affectu oculos etiam corporales cum lachrymis eleuauit ad cælos, dirigendo mentalem oculum ad regem cælorum, iuxta illud Pſalmi 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et denuo: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. [Pſalm. 40.] [Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo] id eſt, quisdet vt homo tam euidenter iudicetur modo à Deo. [quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo] id eſt, coram ſuo conſocio & ab eo. Hoc Iob dicit de ſeipſo & in perſona perfectorum, qui nunc humano iudicio reprobantur, ſed à Deo iuſtum proferri optant iudicium, ne veritas patiatur diſpendium, & vt ipſi ſaluentur. Vel ſic: Vtinam ſic &c. id eſt, cupio vt vir iuſtus ſic iudicetur coram DEO & ab eo, ſicut homo coram ſuo collega, vt ſcilicet iuſtus ſecundum merita ſua à DEO recipiat etiam in præſenti, quemadmodum homo iudicat hominem ſecundum opera ſua. [Ecce enim breues anni tranſeunt] id eſt, anni vitæ humanæ in ſeculo iſto perpauci, velociter fluunt ac finiuntur. Idcirco non temporalem, ſed æternam à DEO quæro mercedem, & diuinum opto præſtolorque iudicium. [Et ſemitam] id eſt, vitæ huius curriculum ſeu peregrinationis atque exilij præſentis viam, [per quam non reuertar] poſt mortem, [ambulo,] id eſt, ad futuram vitam progredior. Hoc dicit, ad inſinuandum quod poſt mortem non ſit reditus ad ſtatum vitæ præſentis, cuius oppoſitum quidam philoſophi putauerunt, & de hoc

Iob. 7. ſuperius multa dixit, vt cum ait: Non reuertetur oculus meus, vt videat bona, nec adſpiciet me viſus hominis.

De myſtica eiuſdem capituli intelligentia. *Art. XXXVIII.*

RESpondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia.] Vir iuſtus verborum iniurijs impetitus, non per impatientiam vincitur, nec improborum imperita verba multum ponderat, eisve læditur: immo vt lenia æquanimiter patitur, & tanquam aduerſis aſſuetus, reſpondet: Audiui frequenter talia, ſcilicet iniurioſa imperitaque verba: nec de mea iniuria, ſed de veſtra culpa, læſione, ruina contriſtor. Denique quidam, quorum ſermo ſale conditus non eſt, & quibus dominus linguam eruditam non dedit, alios gratia conſolationis impendendæ accedunt: ſed incaute loquendo, afflictos magis affligunt, eis inania promittendo, inutilia recitando, increpatoria abſque diſcretione loquendo, aut alijs detrahendo, quibus afflictus dicere poteſt: [Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. Nunquid habebunt finem verba ventoſa? Aut aliquid tibi moleſtum eſt,] ô inordinate locutor ac iuſti iniuriator, [ſi loquaris?] id eſt, facile tibi eſt multa profari, quoniam tibi non reſiſto me vlciſcendo. Denique teſte Gregorio, Cum mali malis conuicia dicunt, tanto citius tacent, quo de ſe mox talia audiunt qualia dicunt. Cum autem iuſtos criminantur, eo liberius fabulantur, quo minus redarguuntur: quia iuſti conuicia non reddunt, etiam dum audiunt quod non ſunt. Hinc iuſtus iniuſtis talibus dicere valet: [Poteram & ego ſimilia veſtri loqui.] Præſertim vero, dum quis charitatiue arguitur, redarguere non debet, ne ex impatientia loqui putetur. [atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea, conſolarer vos ſermonibus.] Interdum prauis hominibus, quia humana informatione & increpatione corrigi aſpernantur, diuina flagella optanda ſunt, quod diſcrete charitatiueque agitur, quia errantis non pœna, ſed emendatio deſideratur. Nam & Apoſtolus fornicatorem ſatanæ tradidit in interitum carnis, vt ſpiritus eius fierit ſaluus, ſicut Corinthijs ſcribit. [Sed quid agam? ſi loquutus fuero, non quieſcit dolor meus: & ſi tacuero, non recedit.] Hoc dicere habet prælatus, ſeu alius, qui ſubiectum ſeu proximum incorrigibilem cernit, quem ſine increpauerit, ſiue irrepræhenſum reliquerit, de eius peruerſitate triſtatur. Vnde in Prouerbijs inducitur: Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem ſibi. Veruntamen quia interdum ſecundum veræ diſcretionis cenſuram tali loquendum eſt, & interdum ſilendum: Si enim ex taciturnitate communitas læderetur, non eſſet ſilendum: ideo in Prouerbijs ſapientiſsimus Salomon ſcribit: Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis: reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur. In quibus verbis tangitur vna cauſa loquendi, & vna tacendi. [Nunc autem oppreſsit me dolor mens.] Dolor de peccato proprio & confratrum, omni dolore vitæ huius quodammodo maior eſt, ſecundum quod malum culpæ, peius eſt omni malo pœnæ. Quo dolore homo tanto magis afficitur, quanto in vera DEI ac proximi charitate perfectior fuerit, quo enim DEVM plus diligit, eo de ipſius inhonoratione atque offenſa cordialius contriſtatur. [& in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.] Quemadmodum homo peccando nihil fieri dicitur, ſic membra ipſius in nihilum rediguntur, dum arma iniquitatis, peccato exhibentur, id eſt, inſtrumenta fiunt peccati. Hinc CHRISTVS membra ſcandalizantia docet abſcindenda & abijcienda, non vtique quantum ad eorum ſubſtantiam, ſed quo ad vſum illicitum. Quoniam ergo frequenter omnia aut pene omnia membra noſtra fecimus inſtrumenta peccandi, per quæ DEO tanquam creatori ſeruire debuimus, dicamus hæc verba cum mentali dolore & emendandi integrali propoſito: [Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me.] Rugæ noſtræ, ſunt actionum noſtrarum obliquitates, culparum contractiones, ex defectu fluentorum gratiæ orientes, quibus opera noſtra bona miſcentur & inquinantur, ita vt panno menſtruatæ fœminæ comparentur. Nempe vt Eccleſiaſtici 7. legitur, Non eſt homo ſuper terram qui faciat bonum, & non peccet. Hæ itaque rugæ in iudicio DEI contra nos teſtimonium perhibent, quo defectuoſi & pauperes, omni miſericordia ſumus iugiter indigentes. Interdum quoque dum alios corripere inchoamus, teſtimonium perhibent contra nos, quod inidonei vel minus idonei ſumus corripere proximos, obijciturque nobis, & dicitur: Medice, cura teipſum. Porro ſequentia, quamuis moraliter de quolibet iuſto per Iob figurato queant exponi, tamen de CHRISTO, cuius Iob appertiſsima fuit figura in lege naturæ, placet nunc ea exponere, ex qua etiam expoſitione, & ea quæ præcedenti articulo habita eſt, facilime innoteſcit, quomodo de cæteris iuſtis, Chriſtique membris poſsint intelligi, quam demum expoſitionem beatus Gregorius plene proſecutus eſt, ſed ea de Chriſto non explanauit, niſi paululum circa finem. Itaque vnigenitus DEI, rex Meſsias, omnium ſeculorum ſaluator, teſtatur. [Suſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam, contradicens mihi.]

Gregorius

1. Cor. 5.

Prou. 29.

Prou. 25.

Roma. 6.

Matth. 5.

Luce 4.

Gregorius

videlicet

videlicet populus Iudæorum, qui coram Pilato clamauit, illo dicente, Regem veſtrum cruci- Ioan. 19.
figam? Non habemus regem niſi Cæſarem. Et rurſus: Nos legem habemus, & ſecundum le- Ibidem.
gem debet mori, quia filium DEI ſe fecit. Hinc Hieremiæ 5. habetur: Præuaricatione præ
uaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda. Negauerunt dominum, & dixerunt, Non eſt
ipſe. De quibus Danielis 9. prædictum eſt: Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt,
quibus illud Oſeæ 7. competit: Præuaricati ſunt in me, & ego redemi eos, & ipſi loquuti ſunt
contra me mendacia. [Collegit furorem ſuum in me.] Populus enim Iudæorum cum omni
impetu iræ, rancoris & impatientiæ CHRISTVM inuaſit, cepit, ligauit, multipliciterque
afflixit, atque interfici procurauit, dicens illud Sapientiæ 2. Contumelijs & tormento inter-
rogemus eum, grauis eſt nobis etiam ad videndum, morte turpiſsima condemnemus eum, Ioan 19.
promittit enim ſcientiam Dei ſe habere, & filium Dei ſe nominat. Hinc in die ſancto Para-
ſceues furentes clamabant ad præſidem: Tolle, tolle, crucifige eum. [Et comminans mihi, Matth. 26.
infremuit contra me dentibus ſuis.] Cum enim CHRISTVS à pontifice adiuratus, dixiſ-
ſet ſe eſſe CHRISTVM filium Dei, omnes dixerunt: Reus eſt mortis. Tunc itaque mor-
tem ei minati ſunt, & tanquam atrociſsimæ feræ eum nocte illa tractabant, ſecundum illud
Lucæ 22. Viri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes, & vallauerunt eum, & percuſſerunt
faciem eius. [Et hoſtis meus terribilibus oculis intuitus eſt me.] quod licet de toto populo
CHRISTVM in die Paraſceues perſequente accipi poſſet, de Caipha tamen qui principalis
fuit in hoc, potiſsime ſumitur, qui (vt Matthæus refert) indignatione repletus, ſurrexit de Matth. 26.
throno, dixitque Chriſto: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius
Dei benedicti. Inſuper in Ioanne legitur: Exijt Ieſus portans ſpineam coronam & purpureum Ioan. 19.
veſtimentum, & dixit Pilatus Iudæis. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & mi- Lucæ 22.
niſtri, clamabant: Tolle tolle, crucifige eum, tunc ergo eum horribiliter inſpexerunt. [A-
peruerunt ſuper me ora ſua ex] probrantes, quia vt in Luca legitur, cum Ieſum vinctum præ-
ſentaſſent Pilato, cœperunt accuſare illum, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gen-
tem noſtram, & probibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe, pro-
pter quod ait Saluator in Pſalmo 21. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſede-
runt me, aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. Denique Chriſto in cruce
pendente, prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtru- Matth. 27.
is templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum. Si filius Dei es, deſcende de Marc. 15.
cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dixerunt: Alios
ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce confidit in
Deo, liberet eum nunc, ſi vult, dixit enim quia filius Dei ſum. [Percuſſerunt maxillam meam.]
de hoc Marci 14. ſcribitur: Cœperunt quidam conſpuere eum & velare faciem eius, & cola-
phis eum cædere, & miniſtri alapis eum cædebant. Ioan. quoque 18. Vnus miniſtrorum dedit ei
alapam, dicens: Sic reſpondes pontifici? Inſuper miniſtri Pilati hoc ipſum crudeliſsime pere-
gerunt, quemadmodum Ioan. 19. recitatur: Milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt
capiti eius, & veſtem purpuream circundederunt ei, & veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex
Iudæorum, & dabant ei alapas. De hoc & Sibylla prædixit: Dabunt domino alapas manibus in
ceſtis, cuius verſus ac vaticinia Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei proſequitur. [Satiati ſunt pœ- Auguſtin.
nis meis] quia tam crudeliſsimam mortem Chriſto intulerunt, ſicut optauerunt & excogitare
quiuerunt. Videnteſque eum in ſupplicijs poſitum, tanto plus gloriabantur, quo eum plus o-
derant. [Concluſit me Deus apud iniquum] id eſt, à ſcelerato Iudæorum Pilatique populo ca-
pi ac ligari permiſit, iuxta illud Ioann. 18. Cohors ergo & tribunus & miniſtri Iudæorum com-
prehenderunt Ieſum & ligauerunt. Vnde Thren. 4. habetur: Spiritus oris noſtri Criſtus
dominus captus eſt in peccatis noſtris. [& manibus impiorum me tradidit.] Proprio enim
filio non pepercit pater. ſed pro nobis omnibus tradidit illum, iuxta Apoſtolum, & paſsione iam Rom. 8.
imminente Chriſtus dixit apoſtolis illud: Ecce appropinquabit hora, & filius hominis trade- Matth. 26.
tur in manus peccatorum. De quibus ait Pſalmiſta 21. Circundederunt me canes multi, concili- Act. 2.
um malignantium obſedit me. Et Petrus ait Iudæis: Ieſum Nazarenum, virum approbatum
à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & ſignis, quæ fecit per illum Deus in medio veſtri: hunc
definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum interemiſtis. [Ego ille
quondam opulentus, repente contritus ſum] Chriſtus ſecundum ſuam diuinitatem diues eſt
in ſeipſo diuitijs infinitis, quæ ſunt ſimpliciſsima omnis boni omniſque pulchri ſuperplena ſim-
pliciterque perfecta poſſeſsio. Porro ſecundum aſſumptam humanitatem diuitior eſt toto vni-
uerſo, immo omni creaturæ prælatus ac dominans. Fuitque plenus in anima omni virtu
te nullam imperfectionem includente, omni ſanctitate, gratia, ſapientia, perfectione & glo-
ria ab incarnationis exordio, quantum creatura capere quiuit. Sed & gratijs gratis datis fuit
repletus, & de plenitudine eius omnes accepimus. Veruntamen quantum ad corporalium di- Matth. 8.
uitiarum

uitiarum ſubſtantiam, pauperrimus fuit, quemadmodum proteſtatur: Filius hominis non
habet vbi caput reclinet. De quo Zachar. 9. aſſeritur: Ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam.
Ipſe autem repente contritus eſt, quia poſt maximum honorem ſibi in die palmarum & ante
aliquoties exhibitum à plebe Iudæorum atque gentilium, iuxta illud Lucæ 19. Cum appropin-
quaret Ieſus ad deſcenſum montis oliueti, cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudentes
Ioan. 21. laudare Deum voce magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, voce magna dicentes:
Matt. 26. Benedictus qui venit rex in nomine domini: Pax in cælo & gloria in excelſis. Poſt hunc, in-
Mat. 27. quam, honorem repente in die paraſceues omnes ab eo auerſi ſunt, ita vt ſimul omnes clama-
rent: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Deinde acerbiſsima morte hunc contriue-
Eſai. 53. runt, ſecundum illud Eſa. 53. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt
propter ſcelera noſtra. Itemque, dominus voluit eum conterere in infirmitate. [Tenuit cerui-
Ioan. 19. cem meam.] hoc plebs Chriſtum capiens, ligans atque in collo percutiens, corporaliter & amari
tudinaliter fecit, eum furibunde impellens. [confregit me,] totum corpus flagellis dilacerãdo,
violentiſsime diſtendendo, ita vt corporis diſſolueretur cõpago, rumperenturque venæ, quem-
Pſalm. 21. admodum ait Chriſtus in Pſalm. 21. Diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Et rurſus: Dinumerauerũt
omnia oſſa mea. [& poſuit me ſibi quaſi in ſignum] quia ad Chriſti vulnerationem omnes con-
corditer intenderunt ſicut ſagittarij ad ſigni contactum. Ideo ait in Pſal. 87. Circundederunt me
Marc. 14. ſicut aqua tota die, circundederunt me ſimul. [Circundedit me lanceis ſuis,] quia vt euangeli-
Matt. 26. ſtæ teſtantur, plebs illa iniqua venit cum armis, facibus, gladijs, & fuſtibus compræhendere Ie-
Ioan. 19. ſum. Propter quod dixit eis illud Matth. 26. Tanquam ad latronẽ exiſtis cum gladijs & fuſtibus
compræhendere me. Quod & circa crucem feciſſe creduntur, quando (ut alibi fertur) vnus mi-
litum lancea latus eius aperuit. [Conuulnerauit lumbos meos.] à capite nanque vſque ad pedes
eum vulnerauerunt flagellis, & ſicut beatiſſ. Brigitta in reuelationibus ſuis conſcribit, vſque ad
coſtas carnem eius tenerrimam lacerauerunt, ſicque ſanguis eius precioſiſsimus vndique copio
ſiſsime emanauit, iuxta id Pſal. 21. Sicut aqua effuſus ſum. [non pepercit,] immo atrociſsime de-
ſæuijt, [& effudit in terram viſcera mea.] hoc de Chriſto exponitur hyperbolice, ſicut præce-
denti articulo de Iob fuit expoſitum. [Concidit me vulnere ſuper vulnus.] Vulnerauerunt e-
nim Chriſtum primo flagellis, deinde ſpinis, tertio clauis, ſicut in Pſal. 21. fatetur: Foderunt ma-
Pſalm. 68. nus meas & pedes meos. Et rurſus: Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Propter
Eſai. 53. quod ab Eſaia de Chriſto prædictum eſt: Non eſt ei ſpecies neque decor, & reputauimus eum
quaſi leproſum. [Irruit in me quaſi gigas] quando & funibus me ligabant. Hinc loquitur Chri-
ſtus ad patrem: Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.
Pſalm. 87. [Saccum conſui ſuper cutem meam.] Per hoc intelligitur aſperitas & paupertas veſtium Chri-
ſti. Propter quod ait in Pſalmo 68. Poſui veſtimentum meum cilicium. Et denuo: Ego autem
Pſalm. 14. quum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. Sic & Eſai. 10. dominus dixit: Tolle ſaccum qui eſt
ſuper lumbos tuos. [& operui cinere carnem meam] id eſt, vſque ad terram proſtratus ſum, &
ſedi in puluere eius. Nam & in monte caluariæ mortuorum cineribus non carente, Chriſtus ſe-
diſſe ſic creditur, quouſque cruce parata eam aſcenderet. [Facies mea intumuit à fletu.] Cer-
tum quod Chriſtus tempore paſsionis, præ corporali dolore & matris ſuæ compaſsione, men-
tali quoque mœrore de Iudæorum excæcatione, & innumerabilium hominum ingratitudine ac
Pſalm. 34. perditione, vberrime fleuit. Propterea ait in Pſalmo 87: Oculi mei languerunt præ inopia.
Et iterum: Quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. Apoſtolus etiam ad Hebr. 5. teſtatur,
quod cum lachrymis preces fudit ad patrem paſsione inſtante. [& palpebræ meæ caligaue-
runt.] Paulatim quippe corporalis viſus Chriſti in cruce defecit, quouſque præ doloris anguſtia
euerſi ſunt oculi eius clariſsimi, ſed & guttis ſanguinis benedicti à capite in oculos Chriſti fluen
tibus, præſertim cum ſpinis coronaretur. viſus eius caligare incepit. [Hæc paſſus ſum abſq; ini-
quitate manus meæ.] quia vt in Eſai. 53. legitur, Ipſe iniquitatem non fecit, nec inuentus eſt do-
lus in ore eius, & dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Vere languores noſtros
tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, qui ait in Pſal. 28. Quæ non rapui, tũc exoluebam. Vnde in
1. Petr. 2. prima ſua Canonica loquitur Petrus: Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ. [quum
haberem ad Deum mundas preces] id eſt, Deo acceptiſsimas atque gratiſsimas, nulla vel mini-
ma culpa permixtas, quibus etiam pro inimicis oraui præcipue tempore paſsionis, dicendo il-
Eſai. 53. lud Lucæ 23. Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, quod ab Eſaia erat ita prædictum:
Ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. Præterea de hac precum ſuarum
gratiſsima DEO munditia ait Saluator: Gratias ago tibi pater, quoniam audiſti me, ego
Ioan. 11. autem ſciebam quoniam ſemper me audis. [Terra, ne operias ſanguinem meum, neque in-
ueniat in te locum latendi clamor meus.] Sicut expoſitum eſt hoc prædicto articulo de
Iob, quo ad eos qui ipſum pro ſua culpa putabant percuſſum: ſimiliter prorſus exponi po-
teſt de CHRISTO, quantum ad infideles, qui ipſum pro ſuis peccatis aſſerebant occiſum;
contra

contra quos Chriſtus precatur ſanguinis ſui effuſionẽ nõ occultari, ſed deſuper indicari,& om-
nibus publicari, quare & quõ paſſus ſit. Similiter clamorem ſuum, quo voce magna clamauit in
cruce ad patrem: Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me? petit omnibus manifeſtari,
vt ſciant cur pater Chriſtum ſic pati reliquit. Inſuper ſecundum Gregorium, terra Chriſti ſan- Pſalm. 21.
guinem non abſcondit, quoniam peccatores eius ſanguine ſe redemptos fatentur, & laudant.
Eccleſia quoque militans redemptoris ſui paſsionem, cæteraque myſteria publice prædicat, e-
ius quoque clamorem & verba omnibus euangelizat, quod in ſuis epiſtolis Paulus potiſsime
facit. [Ecce enim in cælo teſtis meus] ſcilicet Deus pater, de quo loquitur Chriſtus in euan-
gelio: Et qui miſit me pater, teſtimonium perbibet de me. Hinc in 1. Ioannis. epiſtola dicitur:
Qui non credit in filium, mendacem facit Deum, quoniam non credit in teſtimonium, quod 1. Ioan. 5.
teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Denique ſpirituſſanctus perhibuit teſtimonium Chriſto ſecun-
dum quod ait Ioan. 15. Quum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre ſpiri-
tum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perbibebit de me. Tale enim teſtimonium
perbibuit per apoſtolos ſpirituſſanctus de Chriſto in die pentecoſtes ac poſtea, quod Iudæi qui
Chriſtum paulo ante vt ſeductorem crucifixerunt, pro parte magna conuerterentur ad ipſum,
ſicut in actibus apoſtolorum docetur. [& conſcius meus in excelſis] Tres enim ſuperbene- Act. 2.3.5.
dictæ & ſupereſſentiales perſonæ, ſibi inuicem perſecte & compræhenſiue ſunt cognitæ. Immo
trium eſt vna ſcientia, ſicut & vna eſſentia. Ideo Matthei 11. fertur: Nemo nouit filium niſi 1. Cor. 2.
pater, neque patrem quis nouit niſi filius. Porro (iuxta Apoſtolum) quæ ſunt Dei, nemo no-
uit niſi ſpiritus eius, & ſpiritus eſt qui ſcrutatur etiam profunde Dei, [Verboſi amici mei]
multi ſe aſſerunt veraciter Chriſtianos & Chriſti amicos, cum tamen ei per impiam vitam rebel-
les ſint atque contrarij, animarumque corruptores, pro quarum ſalute ille ſanguinem ſudit, qui-
bus ait: Verboſi amici mei. Et iterum: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit Matt. 7.
in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris. Præterea apoſtoli veri ſaluatoris amici, Luc. 6.
tempore cœnæ multipliciter aſſerebant ſe Chriſtum nocte illa non relicturos: nihilominus pau Matt. 26.
lo poſt omnes ab ipſo fugerunt, & primus eorum ter ipſum negauit: quantum ergo ad hoc, ver- Marc. 14.
bum iſtud eis vtcunque competeret. [Ad Deum ſtillat oculus meus] interiori mentis oculo
CHRISTVS vt homo, ſeu anima eius Deum patrem, immo totam ſuperadorandam trini-
tatem indeſinenter aſpexit, & tempore paſsionis lachrymantibus oculis corporis, ſe ſurſum e-
rexit. [Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum DEO] id eſt, à Deo, vt ſcilicet, ſecundum me-
rita ſua à DEO ſuſciperet, [quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo] in humano
iudicio, quod non eſt niſi ſecundum opera iudicari. Hoc de ſeipſo Chriſtus dicere potuit, æqui
ualentque dixit, inquantum naturali timore mortem crucis abhorruit, deprecans patrem: Mi, Matt. 26.
pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Si enim pater Chriſtum hominem ſecundum ſua
merita iudicaſſet, pœnam ei non permiſiſſet inſerri, nec voluntatem ei inſpiraſſet ſpontanee pa-
tiendi, cum ipſe Chriſtus omni prorſus caruerit culpa.

Expoſitio literalis cap. 17. Spiritus meus attenuabitur. *Art. XXXVIIII.*

CIrca finem præcedentis capituli dixit Iob, Vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo &c. In qui-
bus verbis inſinuauit, quod deſiderabile ſibi fuiſſet iudicari à Deo ſecundum propria me-
rita, ſicut homo ab homine iudicatur. Sed quoniam nouerat alia eſſe iudicia Dei, alia ho-
minum: ideo in præſenti capitulo proſequitur, quid ſibi immineat pœnæ abſque ſuæ demerito
culpæ. [Spiritus meus attenuabitur.] Hoc dupliciter accipi poteſt: Primo de anima, quæ eſt ſpi-
ritus ſimplex, quæ attenuatur, i. ſpiritaliter ſubtiliatur, propriam imperfectionem, vilitatem, mo-
dum & diſpoſitionem ac ſtatum induſtrioſe conſiderando, Dei quoque maieſtatem, perfectio-
nem & excellentiam ſagaciter contemplando: quod ſenibus potiſsime competet, & ſic ſpiritus
Iob, quando hæc dixit, fuit attenuandus. quia poſt pauca fuit magnifice illuſtratus, & in prædi-
ctorum conſideratione exercitatus. Secundo accipitur de ſpiritu, qui eſt quid corporeum, pu-
ta de ſpiritu vitali, qui à corde egreditur, & ad cuncta membra diffunditur: quo durante, viuit
corpus. Cum vero virtus caloris naturalis incipit debilitari in corde, ſpiritus vitalis attenuatur,
id eſt, minoratur & debilitatur, vt iam vector virtutis & vitæ per corpus diu eſſe non poſsit. Hoc
ergo Iob ſibi futurum de proximo ſuſpicabatur. Denique de ſpiritu primo modo accepto,
Eccl. 12. ſcribitur: Reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit il-
lum. De ſpiritu autem ſecundo modo ſumpto, Sapient. 2. habetur: Spiritus diffundetur tan-
quam mollis aer. [Dies mei breuiabuntur] quia inceſſanter tendunt ad mortem & finem, &
quo ſpiritus vitalis plus deficit, dies vitæ humanæ amplius breuiantur. [& ſolum mihi ſuper-
eſt ſepulchrum] id eſt, de proximo moriturus ſum, nec in hac vita habeo proſpera præſtola-
ri: quia (vt tactum iam ſæpe eſt) tantis fuit repletus vulneribus, languoribus atque doloribus,
quod

quod putauit ſe protinus obiturum, & naturaliter diu victurus non erat, ſed Deus ſupernatura-
1. Ioan 1. liter prolongauit vitam ipſius. [Non peccaui] Superius dixit, Peccaui, & Parce peccatis meis,
multaque talia: qnomodo ergo nunc ait, Non peccaui, præſertim cum Ioannes in ſua prima ſcri-
bit canonica: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus? Sed huins ſolutio
frequenter inducta eſt. Non enim ſe negat quotidianis venialibus ſubiacuiſſe peccatis, verun-
tamen aſſerit ſe non tam grauiter mortaliterque peccaſſe, quod tantam meruerit pœnam, præſer
Iob 16. tim cum de venialibus ſuis quotidie pœnitētiam dignam peregerit. Quod qualiter intelligi ha-
Ibid. beat, in expoſitione 6. cap. clarius dictum eſt. [Et in amaritudinibus] id eſt, varijs amariſq; pœ-
nis, [moratur oculus meus] exterior, de cuius fletu præcedenti cap. dictum eſt: Facies mea in-
tumuit à fletu. Et iterum, Palpebræ meæ caligauerunt. Vel oculus interior, in quo eſt ſpiritalis
mœſtitia ex conſideratione incommodorum & ex inconuenienti obiecto, ſicque Iob conſide-
rando oculo interiori vniuerſa quæ ſibi acciderant, corde dolebat, ſed moderate: in quo dolo-
re, quia diuturnus fuit, ſuus oculus morabatur. Itaque ait, Non peccaui, &c. quaſi dicat, quan-
uis peccando pœnam iſtam non merui, nihilominus in ea permaneo, quo teſtatur quod pœna
non ſemper pro culpa infligitur, immo boni interdum puniuntur à Deo effectiue ſeu permiſsi-
ue propter probationem, aut propter exemplum, vel propter gloriam Dei manifeſtandam, vel
vt nunc creſcant in gratia, deinceps in gloria: vel vt mali cernentes bonos pnniri, perpendant
quibus pœnis ipſi ſint digni niſi pœniteant, [libera me] ab impugnationibus inuiſibilium & vi-
ſibilium aduerſariorum meorum, & à corporis mei doloribus, ſaltem tam vehementer inten-
ſis. [& pone me iuxta te] id eſt, in participatione aliquali tuæ felicitatis & iucunditatis, vt in te
cor meum refloreat, mens mea tibi per contemplationem & dilectionem propinquet, tandem
ad cæleſtem beatitudinem perducatur, & interim in limbo patrum conſtituatur. [& cuiuſuis
manus] id eſt, poteſtas ſeu actio [pugnet contra me:] quia te me protegente, nullus mihi
poterit præualere: & ſi in tuæ felicitatis participatione me poſueris atque ſeruaueris, nullus me
ad miſerias retrahet. Sic & Pſal. 26. decantat: Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?
Apoſtolus quoque ad Roman. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? [Cor eorum] id eſt, in-
tellectum amicorum meorum contra me diſputantium [longe feciſti à diſciplina] id eſt, à ve-
ritatis notitia quam quis diſcit à doctiore, præſertim à te: qua amici Iob caruerunt, errando cir-
ca prouidentiam Dei, quam Deus longe fecit ab eis, quomodo dicitur aliqnem indurare, vide-
licet indirecte, in quantum corda illorum propter eorum peccata non illuſtrauit. Sicque Lſa. 6.
loquitur: Excæca cor populi huius. [propterea non exaltabuntur] ad veram contemplationem
diuinorum, ad chariſmata gratiarum, ad patriam beatorum, niſi pœnitentiam egerint, conuer-
1. Cor. 14. ſique fuerint. Cui conſonat illud Eſai. 26. Non eſt populus ſapiens, propterea non miſerebitur
eius qui fecit illum. In Prouerb. quoque 1. habetur: Non inuenient me, dicit dominus, eo quod
exoſā habuerint diſciplinā. Sed & Apoſtolus proteſtatur: Si quis ignorat ignorabitur. [Prædā pol
licetur ſocijs,] id eſt, Eliphaz alijs duobus ſecum contra me diſputantibus, promittit certam de
me victoriam: & quod me in ſuam redigant voluntatem, ſicut redigitur ſpolium in poteſtatem
Matth. 15. prædantis. [& oculi filiorum eius] id eſt, qui eius ſeqnuntur errorem. [deficient] id eſt, inte-
riores illorum oculi à veritatis notitia, veræque beatitudinis adeptione deficient: quia vt ait
Saluator, Cæcus ſi cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. [Poſuit me quaſi in prouer-
bium vulgi, & exemplum ſum coram eis.] id eſt, Eliphaz aſſerendo quod temporales aduerſita-
tes non infliguntur niſi pro culpa, nec maximæ niſi pro maxima culpa, & ex conſequenti quod e-
go qui maximis aduerſitatibus plenus ſum, grauiſsimis peccatis ſubiaceo. Hæc inquam aſſeren-
do, poſuit me in prouerbium vulgi, ita vt vulgares ex me forment prouerbium, dicendo: ſicut
Iob fecit, ita recepit, vel aliquid ſimile. Sicque factus ſum exemplum & forma maledicendi a-
licui, ita vt dicant: Accidat tibi ſicut accidit Iob. Sic autem iuſtum ponere in pronerbiū & exem-
Hiere. 24. plum, eſt grande peccatum, nec fieri debet niſi peccatoribus maximis. Vnde per Hierem. domi-
nus comminatur frequenter obſtinatis Iudæis: Dabo eos in maledictionem & in prouerbium,
& in exemplum & in ſtuporem omnibus regnis terræ. [Caligauit ad indignationem oculus me-
us] id eſt, ex pœna mihi inflicta, quæ quaſi indignatio Dei contra me reputatur, oculus meus ſic
Iob. 6. fleuit quod caligauit. Hoc eſt qnod præcedenti dixit cap. Palpebræ meæ caligauerunt, ſic quo-
Iob. 16. que ſuperius ait Iob: Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. [&
membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.] Hoc eſt quod præcedenti cap. dixit, In nihilum
redacti ſunt omnes artus mei. Quod ibi ſatis reor expoſitum. Thomas exponit hæc aliter, di-
Thomas cens: Ad zelum iuſtorum pertinet, contra falſitatem & iniuſtitiam indignari. Ideo Iob contra
errores amicorum ſuorum indignans, diſſeruit: Caligauit, id eſt, turbatus eſt ad indignationem
præfatam, oculus meus interior, id eſt, ratio videns veritatem ſuppeditari. Ira quippe per vitium,
rationem excæcat: ſed ira per zelum, hanc turbat, lumen rationis aliqualiter obnubilando, ita
quod quaſi caligat, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Vehemētes enim animæ paſsi-
ones

ra faciunt. Vnde 1. Machab. 6. deſcribitur, quod Matathias cernens Iudæum idolis ſacrificantem, doluit, & contremuerunt renes eius. [ſtupebant iuſti ſuper hoc.]i. vehementer admirabantur de ſupplantatione veritatis & æquitatis, & amicorum meorum erroribus. [& innocens] id eſt, ſimplex & purus veri & æqui amator, [contra hypocritam ſuſcitabitur] id eſt, animo inflammabitur contra hominem & factum fraudulentum, qui ſub ſpecie veritatis atque iuſtitiæ ita veritatem & æquitatem ſubuertit. Ideo dicit Pſalm. 24. Innocentes & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſtinui te. Sic tertio Regum 22. Micheas contra pſeudo prophetas ſuccenſus, dixit ad Achab: Dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum. Similitudo enim & amor, complacentiã gignunt: diſsimilitudo vero & odium diſplicentiam introducũt. Idcirco purus veritatis & æquitatis amator, contra hypocritam eiuſque falſitates diſplicentiam concipit, & reſiſtit. [Et tenebit iuſtus viam ſuam.] id eſt, à rectitudine æquitatis & veritatis defenſione iuſtaque conuerſatione nõ declinabit amore aut odio vel ſimili paſsione, inquantum iuſtus, quãuis ex humana fragilitate poſsit deficere, iuſtitiamque amittere, & ſe veritati opponere. Iuſti nanque eſt regia via incedere, bono tenaciter adhærere, & neque ad dextram neque ad ſyniſtrã diuertere, quia de ratione iuſtitiæ eſt rectitudo. Propterea Eſaias 26. inducit: Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. De qua via loquitur alibi: Hæc via, ambulate in ea, & neque Eſa. 30.
ad dextram neque ad ſiniſtram. Iuſtitia ergo figit mentem in bono. Ideoque in Prouerbijs dicitur: Iuſtus quaſi fundamentum æternum. [& mundis manibus addet fortitudinem.] ſi quod ait, mundis manibus, ſit datiui caſus, ſenſus eſt, quod iuſtus augebit fortitudinem eorum, qui mundarum ſunt manuum, id eſt, conuerſationis ſynceræ. Tales etenim diligit & confortat aſsiſtendo pro viribus, iuxta illud Eccl. 13. Omnis homo ſimilis ſibi ſociabitur. ſimilitudo quippe cauſat amorem, & amor communionem ac vnionem. Porro ſi quod ait, mundis manibus, ſit ablatiui caſus, ſenſus eſt, quod iuſtus ſibijpſi addet fortitudinem, in virtute iuſtitiæ proficiendo, mundis manibus, id eſt, virtuoſis operibus. Virtutes namque per exercitium actuum ſuorum conſeruantur, fouentur & perficiuntur, ſicut communiter habitus per opera. Vnde in Apocal. 22. habetur: Iuſtus iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. In hoc itaque conſiſtit noſter profectus, vt à quotidianis impuritatibus noſtris quotidie emundemur, atque in bonis quæ agimus perficiamur, eadem quotidie perfectius exhibendo, & bonis operibus bona addendo. Hinc ait ſaluator: Omnem qui fert fructum, purgabit eum pater, vt fructum plus afferat. [Igitur vos omnes] tres amici mei, qui hic eſtis, & præſentes qui vobis conſentiunt. [conuertimini] à Ioan. 15.
falſitate ad veritatem, ab iniuſtitia ad virtutem. [& venite] mentali acceſſu, id eſt, diligenter attendite. De quo aduentu ait Pſalmiſta 33. Venite filij, audite me. [& non inueniam in vobis vllum ſapientem.] Superius Eliphaz dixit ad Iob 15. Quod noſti quid ignoremus? cuius præſumptio his verbis reprimitur. Sed cum ſapientia ſit diuinorum cognitio, quomodo amici Iob ſapientes non erant, qui iam tot vera & alta de Deo loquuti ſunt? Et reſpondendum, quod aliquo modo ſapientes fuerunt, ſicut & magni Philoſophi: ſed quia eorum ſapientiæ periculoſi errores circa prouidentiam Dei & alia quædam fuerunt permixti, hoc loco ſapientes eſſe negantur. Diuerſi enim ſunt gradus ſapientiæ, & varijs modis ſapiens quis vocatur. Conſequenter documenta attentione digna proponit, ad quorum aduertentiam illos iam excitauit. [Dies mei tranſierunt] id eſt, pro magna parte elapſi ſunt, immo omnes dies quibus vixi vſque in præſens, eſſe iam deſierunt, cum in ſucceſsiuis idem ſit eſſe & fieri. [cogitationes meæ diſsipatæ ſunt] id eſt, ab vnione earum in Deum fractæ, & in diuerſa partitæ, hinc inde vagantes, meque à ſtabili diuinorum contemplatione impedientes, ex ſolicitudinibus, doloribus atque anguſtijs quibus premor, quæ mentis quietem & libertatem in Deo impediunt. Nam pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus. Vnde quo anima circa plura diſtrahitur, eo ad contemplandum debilior redditur. Propter quod Chriſtus loquitur Marthæ: Martha, Martha, ſolicita es & tur- Luc. 10.
baris erga plurima. [torquentes cor meum] Tales enim cogitationes diſpertitæ, anxiæ atque ſolicitæ, mentem affligunt: per eas namque apprehenduntur nociua, aduerſa, amara, quorum apprehenſio eſt pœnalis. Vnde & Chriſtus diuitias nominat ſpinas, propter ſolicitudines eis adiunctas. Noctem verterunt in diem] id eſt, ſolitam noctis quietem, videlicet dormitionem, Mat. 4.
mihi abſtulerunt, eamque mihi in laborem diei & inquietudinem vigiliarum verterunt. Tales enim cogitationes fecerunt ipſum Iob inſomnes ducere noctes, quæ ſibi laborioſæ ſeu moleſtæ fuerunt. Hinc ait ſupra: Noctes laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam: quando conſurgam, & rurſus expectabo veſperam. Vnde ſubiungitur: [& rurſum poſt tenebras ſpero lucem] id eſt, quoniam tempus noctis mihi moleſtum eſt non valenti dormire, ſpero & Iob 7.
cupio cito fieri diem, in quo cor reueletur ex lucis aſpectu, corporis motu & hominum ſocietate ac varia occupatione. [ſi ſuſtinuero] id eſt, quãuis hæc omnia patiẽter pertulero, nihilominus [infernus domus mea eſt,] id eſt, ad limbum patrum deſcendam, quantum ad animam. Quod Gen. 37.
autem limbus appelletur infernus, dictum eſt ſæpe, de quo Geneſis Iacob patriarcha: Deſcen-

dam inquit, ad filium meum lugens in infernum. Siquidem precio redemptionis humanæ non-
dum ſoluto, & ianua regni necdum aperta, patres deſcenderunt in limbum. [In tenebris] id eſt,
magnis aduerſitatibus atque ſupplicijs, [ſtraui lectulum meum] id eſt, locum quo ad dormien-
dum me pono. Vel iſtud refertur ad limbum patrum, in quo lectulus fuit, id eſt, quies à pœna ſen
ſus, certaque ſpes felicitatis æternæ. Erant tamen tenebræ ibi, id eſt, carentia lucis beatæ. Iob er-
go adhuc viuens in limbo, lectulum ſuum ſtrauit, id eſt, beneviuendo manſionem ſibi ibi prome
ruit. [Putredini] id eſt, immundo, infecto, putreſcentique ſemini, [dixi] per recognitionem men
talem: [pater meus es,] quia ex tali ſum ſemine natus. Deniq; in generatione ſemen patris ſe ha-
Plato. bet per modum agentis; cum in ipſo vis formatiua ponatur, propter quod à Platone dicitur par-
uus pater. Vnde ſuperius ait Iob: Quid poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemi-
ne? [Mater mea] id eſt, putredinem etiam dixi matrem meam. Mater enim miniſtrat ſemen;
quod eſt generationis materia, & per modum paſsiui ſe habet: quod item inſtar ſeminis patris
impurum atque infectum eſt, putredinem habens, ſecundum Albertum, iuxta illud Sap. 7. Coa-
gulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conuenietis. [& ſoror mea
vermibus] id eſt, vermes vocaui ſorores: quia de eadem putredine mecũ nati aut naſcituri ſunt;
quemadmodum Eccl. 20. legitur: Cum moritur homo, hæreditabit ſerpẽtes & beſtias & vermes.
Inſuper Thomas iſtud exponens, ſic ait: Sicut homo à parentibus originem trahit, ex quia cum
eis affinitatem habet, ita in ſepulchro in putredinem & vermes reſoluitur, quæ ex eius corpore
generantur, propter quod affinitatem & propinquitatem habet ad eos. Veruntamen expoſitio i-
ſta non exprimit, cur diſtincte prolatum eſt, pater, mater, ſoror. Ex hoc enim quod vermes oriun
tur ex corpore hominis, eius pater & mater non appellantur. [Vbi eſt ergo nũc præſtolatio mea?]
id eſt, bonum quod finaliter ſpero ſeu præſtolor. tanquam dicat, cum tanta ſit vilitas mei corpo-
ris & breuitas mei temporis, bonũ à me finaliter deſideratum; nõ eſt tẽporale aut corporale, ſed
ſpirituale & æternale, videlicet Deus ſublimis & benedictus, [& patientiam meam] qua tanta ad-
uerſa æquanimiter tolero, [quis conſiderat?] quaſi dicat, nullus amicorum meorum, vel cum eis
præſentium, eam perpendit, nec eius præmium penſat, ſed Deus omnia bene diſponit. Ideo ſub-
ditur: [in profundiſsimum infernum] id eſt, in locum inferni valde profundum reſpectu habi-
tationis præſentis, puta in limbum, qui etiam profundiſsimus appellatur non abſolute, ſed reſpe
ctiue. Nam reſpectu cæli terra profunda eſt, ſepulchrum profundius, limbus autem profundiſsi-
mus. ſic tamen, vt ſuperlatiuus iſte non denotet exceſſum comparationis in locis inferni, vt ſe di-
cat ad locum damnatorum iturum. [deſcendent omnia mea] i. anima cum vniuerſis meritis ſuis
ac viribus, quia in anima ſeparata etiam inferiores potentiæ radicaliter ac virtualiter manẽt. Qui
dam per profundiſsimum infernum, intelligunt ſepulchrum; quod ineptum videtur, quia & ex-
poſitio illa ex inepto cenſetur fundamẽto prodire. [Putaſne ſaltem ibi erit requies mihi?] quaſi
dicat, immo vtiq; ibi à vitæ huius doloribus aduerſitatibuſq; quieſcam, & in certa ſpe repauſabo.
Veruntamen ait, putas ne, ſobrie loquens: quia ſecundum communem legem, de felicitate ne-
mo viator ſecurus eſt, niſi ex reuelatione diuina ſeu certificatione ſuperna vel inſpiratione
occulta.

De moralitate eiuſdem capituli. *Art.* 40.

SPiritus meus attenuabitur] Hoc cuilibet homini viatori iuſto ac ſapienti, tribulationibus
expoſito, competit: qui quanto ſe morti amplius appropinquare perpendit, eo ſeipſum ſub-
tilius diſcutit, à groſsis & terrenis affectibus ſe magis attenuat, gloriam beatorum profun-
dius ſpeculari, & ſuperalitiſsimi Dei proprietates ſyncerius contemplari conatur. [dies mei
breuiabuntur] Quo quis futuræ vitæ æternitatem ſapientius penſat, eo tempus quo viuit hic,
breuius arbitratur. Nunquam ergo in Dei obſequio attædiemur, nec quaſi de temporis lon-
gitudinitate grauemur: ſed & eo minus afficiamur ad ea quæ mundi ſunt, quo maiorem tempo-
ris noſtri partem fluxiſſe conſpicimus. quod ſi vniuerſa iſta caduca atque carnalia Dei amore
vt ſtercora aſpernamur, noſque de proximo morituros ſagaciter opinamur, nihil nobis in ſecu-
lo iſto ſupereſſe dicemus, quam tumulum, ſicut ſubiungitur: [& ſolum mihi supereſt ſepul-
chrum] Denique ſi quis Deo reuelante aut aliquo modo cognouerit ſe non pro ſuis affligi pec-
catis, ſed aut pro ſua exercitatione, aut aliorum ædificatione, vel vt in gratia plus abundet & glo-
rioſius coronetur, dicere poteſt: Non peccaui tam grauiter, vt tantam afflictionem meruerim, eo
Pſal. 33. modo quo hoc de B. Iob fuit expoſitum: [& in amaritudinibus moratur oculus meus [Multæ e-
nim tribulationes iuſtorum, qui & quotidianos ſuos veniales defectus velut magna peccata ama
ritudinaliter plangunt ſeu dolent tanto plus, quo creatorẽ ſuũ ardẽtiori ac puriori cõplectuntur
amore, quo itẽ copioſius deſup illuſtrãtur. Siquidẽ quo mẽs radioſius illuminatur à ſpiritu S. eo
grauitatem peccati pſundius cõſpicit, & cordialius deflet. Præterea quædam amaritudo vitioſa,
quæ eſt paſsio animi immoderata, virtuoſæ dulcedini mentis contraria. De qua Eccl. 21. habetur:

Non

Non eſt ſenſus vbi abundat amaritudo. Et Paulus ad Ephe.4. Omnis amaritudo, ira, & indignatio & clamor tollatur à vobis. Nunc autem de bono & pœnitentiali amaritudine eſt mentio, & de omni dolore virtuoſe aſſumpto, quo quis charitatiue affligitur de ſua aliorumque culpa, de malis eccleſię, dilationeque glorię, quibus amaritudinib. electi quotidie afficiuntur. De huiuſcemodi amaritudine cui diuina conſolatio pręparatur, Salomon loquitur: Cor quod nouit animæ ſuę amaritudinem, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. [Libera me] Hoc oramus indeſinenter, in oratione dominica deprecando, Libera nos à malo videlicet à malo culpæ & pœnæ, ab omni impugnatione atque periculo. [& pone me iuxta te.] Iuxta Deum immenſum, vbiq; vere præſentem, omnia penetrantem, qui ſolus rerum eſſentijs illabitur, omniq; homini propinquior eſt, quam eſſentialia eius principia, tanto plus ponimur, quo eius ſancto amore magis accendimur, & dono ſapientiæ clarius ad ipſum contemplandum perfundimur. Etenim incremento gratiæ ac virtutum Deo incircúſcriptibili propinquamus. Sed quoniá durante vitæ huius curriculo, peregrinamur à domino, par fidem, non per ſpeciē gradientes, ideó in hac vita nó perfecte ponimur apud Deum, ſed in patria. Idq; precamur, vt ibi iuxta eum locemur, i. per ſpeciem eius ſuperſanctam eſſentiam contemplemur. Nihilominus boni nunc apud Deum poni dicuntur modo præfato. Vnde Nú.16. Moſes ait, Mane notú faciet dńs qui ad ſe pertineát, & ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. Itéq; Pſal.15. Prouidebá dominum in conſpectu meo ſemper, quoniá à dextris eſt mihi, ne cómonear. [& cuiuſuis manus pugnet contra me] i. te mihi aſsiſtente & auxiliante per omnia, nullum timebo, nullum curabo, cú Pſal.53. decantans: Super inimicos meos deſpexit oculus meus. Hoc eſt quod Hier.20. ait: Dominus mecú eſt quaſi bellator fortis. Propterea qui me perſequuntur, cadent & infirmi erunt. [Cor eorum longe feciſti à diſciplina.] Omnium ſuperborum & in proprijs oculis ſapientum, omnium incorrigibilium, rebellium atq; carnalium corda Deus permiſsiue longe fecit à diſciplina, i. ab inſtructione diuina, de qua ait 1. Ioannis 2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Itemq; à ſapientia & ſcientia, ſecundum quod dona ſunt ſpiritus ſancti, quæ à nullo habentur, niſi in quo habitat ſpiritus S. per charitatem & gratiam gratificantem. Inſuper à diſciplina, id eſt, correctione & morum compoſitione. Hoc eſt, à patienti ſuſceptione informatiuè correptionis ac ſatisfactoriæ & iuſtæ punitionis. Tales enim correpti ſeu debite caſtigati, indignantur, remurmurant, deterioreſque fiunt, iuxta illud Prouerb. 15. Non amat peſtileos eum qui ſe córripit, quibus penſandum ac formidandum eſt, quod ait ſcriptura: Egeſtas & ignomia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. Itaque diſciplinam verborum, immo & verberum ſeu cuiuſcunque debitæ correctionis, patienter atque hilariter ſuſcipiamus, quia per hoc ad omnem Dei illuminationem & gratiam potiſsime diſponemur. Ideo Eccleſi.20. dicitur: Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugiet peccatum. Qui vero præfatam abijcit diſciplinam, coram Deo vilis & ignobilis erit, peccatis oppreſſus, dęmonibus ſubditus, proprij ſenſus peruerſitate ſeductus. Ideo ſubditur [Propterea non exaltabuntur] ad cæleſtia atq; æterna à carnalib. & caducis, ſed paulo poſt in ima tendentur inferni. Ideo ſcriptum eſt: Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, infelix eſt. Denique reprobos longe facit Deus à diſciplina, dum eos in præſenti ſeculo non flagellat, ſed impune ac libere permittit peccare: quod ſumme pauendum eſt, & maxima Dei ira. Electos vero in vita hac diſciplinat, vt ſuper hoc Deo gratias referant, atque in futuræ beatitudinis ſpe firmentur. Vnde Sapientię 12. legitur: Diſciplinam nobis das, vt bonitatem tuam cogitemus, & ſperemus miſericordiam tuam. Qui ergo cupit veraciter exaltari, proficere, perfici, docilis diſciplinabiliſque conſtat. [Prædam pollicetur ſocijs] omnis iniquus, qui alios cohortatur ad mala, ad proximorum deuaſtationem, ad impugnationem quorumque, ſocijs ſuis præſtat præualendi fiduciam, prædam eis promittens: quod & ſuperiores dæmones tentatores ſocijs ſuis dæmonibus faciunt, dum eos ad hominum impugnationem hortantur & dirigunt, illud Eſa. dicentes: Cito prædare, velociter ſpolia detrahe. [Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi.] Impios enim iuſtum irridet, diffamat, & quaſi aliorum ludum ac fabulam facit. Propter quod dominus ait Ezechielis 33. Factus es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono canitur. Hinc Chriſtus ait Pſal. 68. In me pſallebant, qui bibebant vinum. In Threnis quoq; dicitur. Factus ſum in deriſum omni populo, canticum eorum tota die ego ſum pſalmus eorum. [Caligauit ad indignationé oculus meus.] Hoc ſecundum Gre. fit, dum viri illuminati ſe à prauis diutius ſperni ac indignationi haberi conſpiciunt, atq; ex hoc de occulti iudicij Dei admiratione turbantur, & ſecretú Dei nequeût penetrare, cur pręualere peruerſi contra bonorú innocentiá permittuntur. Quis enim nó obſtupeſcat, cum Herodias adultera apud temulentum regem ſaltatu petulantis filiæ obtinet caput Ioannis amici ſponſi, prophetæ & pluſquam prophetæ, amputari, & ante conuiuantium ora in diſco deferri? Hinc ſubditur: [Stupebunt iuſti ſuper hoc,] illud in Apocalypſi ſcriptum exclamantes: Magna & mirabilia ſunt opera & iudicia tua domine Deus omnipotés, iúſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex ſanctorú, quis nó timebit te, & magnificabit nomen tuum? [Et tenebit iuſtus viam ſuá.] Viri

Marginal notes: Pro. 14. / Mat. 6. / Pro. 13. / Eſa. 8. / Thren. 3. / Matt. 6. / Apoc. 15.

iuſti atque perfecti deſuper copioſe ſapientiali luce perfuſi, eo tenacius cohærent iuſtitiæ, mun-
dana contemnunt, ad cæleſtia inflammantur, quo impios in hoc mundo amplius proſperari, læta
ri & ꝓmoueri conſiderant, intuentes occultum Dei iudicium, quo peruerſos dimittit ſecundum
deſideria cordis eorũ: ſicq; penſantes, quam contẽnenda ſunt ea quæ reꝓbis peſsimiſq; ita ꝓſtan
tur, quam itẽ periculoſum ſit temporaliter ꝓſperari, carnaliter delectari, nec tamen diuinitus ca-
ſtigari. Ex his enĩ certiſsime atq; clariſsime cõſtat q̃ in vita pręſenti nõ ſit finalis remuneratio ope
rũ humanorum. Propterea Eccl: 8. habetur: Peccator ex eo q̃ centies facit malũ, & tamen per pati
entiam ſuſtentatur, ego cognoui, quod erit bonum timentib. Deum, qui quærunt faciẽ eius. [Di
es mei tranſierunt. [Quilibet noſtrum perpendens quam infructuoſe tempus ſuum expenderit,
atque proponens ſe fortiter emendare, & perdita recuperare, dicere debet verbum inductum.
Inſuper penſans quanta ſit ſuæ inſtabilitas mentis, quam vagus ſit ipſe in cogitando, quam diſper
ſus in appetendo quam circa multa occupatus, diſtractus, diuiſus, queruloſa doloroſaque voce
loquatur, [Cogitationes meæ diſsipatæ ſunt,] cum tamen perfectio noſtra ſit, Deo ſtabili mente
infigi, cogitationeſque in ipſo colligere, affectiones in ipſo adunare, ſicque mente collecta ac in-
tegra eum laudare, amare & honorare in omnibus, quemadmodum ſcriptum eſt: Confitebor ti-
bi domine in toto corde meo, videlicet intellectu atque affectu, ad quod Deus pijſsimus nos cle
Psal. 110. menter hortari dignatur per Ioelem: Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Sed quoniã hoc
Ioel. 2. implere, nõ eſt volentis neq; currentis, niſi aſsiſtat gratia Dei miſerentis, ipſum fideliter iugiter-
Rom. 9. que precemur, vt det gratiam adimplendi quod monet, ſed & ſatagamus ad hoc cooperan-
do gratiæ Dei, & potiſsime tempore orationis diuinique cultus, mente collecti ac ſtabiles ſimus,
illud Eccl. 18. ſeruantes: Non impediaris ſemper orare, & ante orationem præpara animam tuam,
& noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum. [torquentes cor meum] Homini enim vere deuoto ta-
les diſtractiones tanto plus diſplicent, pœnalioreſque ſunt, quanto ex puro Dei amore plus appe
tit Deo intendere, opus eius reuerenter perſoluere, in eius charitate & gratia ſemper proficere,
ſed & animus inordinatus ſibijpſi pœnalis eſt, ſicut ordinata tranquillaque mente nil dnlcius.
Porro vitioſi & vani in cogitationibus ſuis perſtrepentibus, fluctuantibus quoq; deſiderijs viliſsi
me gloriantur. q̃ ſi boni interdum ex infirmitate aut inaduertentia in aliquo tali culpabiles fue-
rint, mox vt diſtractionem & vanitatẽ ſuam aduerterint, corde triſtantur, pœnitent & emendant,
quemadmodũ Pro. 24. aſſeritur: Septies cadit iuſtus, & reſurgit. Vnde Eccl. 21. docetur: Fili pecca-
ſti? ne adijcias iterũ, ſed & de prrteritis deprecare, vt tibi dimittantur, & quaſi à facie colubri fuge
peccata. [Noctem verterunt in diem] quia frequenter per vitioſas & vagas cogitationes anima
ſic cæcatur, vt vitiorum caliginem iudicet eſſe lucem virtutum, dum mala ſub ſpecie boni ſibi ꝓ-
poſita approbat & acceptat. Talibus dicit Amos ſexto. Conuertiſtis in amaritudinem iudicium,
& fructum iuſtitiæ in abſinthium. Et Eſaiæ 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum:
ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Denique tales ambulant per viam fallacem, de qua
Prouerbiorum 14. legitur: Eſt via quæ videtur homini iuſta, & nouiſsima eius daducunt ad mor-
tem. Non ergo ſecurum eſt proprio ſtare iudicio, ſed ſuperiorum obtemperare ſententijs: nec
cordis ſecreta eis abſcondere, qui diſcretione ornantur. [Et rurſum poſt tenebras ſpero lucẽ]
id eſt, cum erraſſe atque peccaſſe, ſicque tenebras erroris & peccati incidiſſe me video, pœnitere
propono, lucem gratiæ recurrere confido, & poſt aduerſa ac triſtia conſolationem beatitudinẽq;
expecto, orans illud Eccl. 36. Miſerere noſtri Deus omninm, & reſpice nos, & oſtende nobis lucẽ
miſerationum tuarum. Hinc ſcriptum eſt Thren. 3. Nõ repellit in ſempiternum dominus, quia ſi
abiecit, & miſerebitur ſecundum multitudinem miſerationũ ſuarum. [ſi ſuſtinuero] id eſt, à pec-
catis me vinci permiſero, ſi locũ diabolo dedero, niſi culpis reſtitero, [infernus domus mea eſt]
id eſt, in inferno locabor. Eſt itaq; ſuſtinentia vitioſa, qua quis patitur pręualere peccatum. Vnde
Apo. 2. angelo, id eſt, epiſcopo Epheſi Eccleſię ſcribit Ioan. Nõ potes ſuſtinere malos. [In tenebris ſtraui
lectulum meum] Lectulus noſter, eſt contemplatio diuinorum ſeu pax mentis in Deo. ſed & pœ
nitentia eſt lectus doloris. Hinc Canticorum 1. dicitur: Lectulus noſter floridus, & in lectulo meo
per noctes quæſiui quem diligit anima mea: Hic lectulus nunc in tenebris ſternitur ac paratur:
quia contemplatio vitæ huius, & ænigmatica eſt atque obſcura, multis quoque aduerſitatibus ac
1. Cor. 13. defectibus mixta, dicente Apoſtolo: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. [Putredini] id
eſt, carnali concupiſcentię [dixi, Pater meus es, mater mea] Concupiſcentia enim parentum cõce
ptioni noſtrę nõ defuit, quamuis per bona ſacramenti cõmixtio coniugalis honeſtetur, atq; à cul
pa aliquando præſeruetur. [& ſoror mea vermib.] i. peccatis carnalib. immundis ac putridis, quę
ex cõcupiſcentia oriuntur. Iſtud tamẽ ſecundũ ṗcedentis articuli expoſitionẽ quilibet noſtrũ di-
cere poteſt & debet, humiliãdo ſeipſum ex cõſideratione ꝓprię originis ac finitionis. Si enĩ pen-
ſemus ex q̃ immũda materia in vtero matris ſumus concepti, formati, nutriti, & demũ in qualẽ pu
tredinẽ vermiumq; cõgeriem reſoluemur, habemus maximam cauſam humiliandi ac vilipendẽ-
di noſipſos, præſertimq; ſpernendi carnẽ noſtram, ne eam aut alterius carnaliter diligamus. [Vbi
eſt ergo

eſt ergo nunc præſtolatio mea?]id eſt, non aliud ſumme aut finaliter pręſtolor, niſi te ô Deus ſummum & incommutabile bonum. Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram, niſi tuipſe & teipſum ô Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum? De quo ait feruens amator: Pars mea domious. dixit aoima mea, propterea expectabo eum. Itemque Pſal. 38. Et nunc quę eſt expectatio mea? nonne dominus? [& patientiam meam quis conſiderat?] O ſi attenderemus, quam pleniſsime Deus omnia bona noſtra conſiderat, quam libenter patientes nos videt, quā paratus eſt noſtram patientiam æternaliter coronare, vigilantius inſiſteremus virtutib. & patētiores eſſemus. [In ꝓfundiſsimū infernū deſcendet anima mea] nūc quotidie anima noſtra cū omnibus ſuis ſuperioribus viribus & actibus in infernum deſcendat, per conſiderationem, deteſtationem, & frequentem memoriam infernalium tormentorum, ne poſtea cum corpore & anima omnibuſque noſtris peccatis corruamus in eum. Poſtremo ex verbis huius capituli ſumpta eſt lectio pro defunctis, quæ incipit: Spiritus meus attenuabitur. Itaque anima in Purgatorio conſtituta fatetur: [Spiritus mens] id eſt, intellectus ſeu mens [attenuabitur] ſubtilius conſiderando diuina, cum fuero à pœnis iſtis erepta, ſeu aliquo earum releuamine mihi conceſſo. Magnitudo quippe pœnarum, conſiderationis & contemplationis impedit ſubtilitatem. [Dies mei] quibus hic puniar, [breuiabuntur.] Certa eſt enim quod tandem eripietur à pœnis atque ſaluabitur. [& ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum,] id eſt, interim non alium habeo locum ſiue latibulum, niſi hoc pœnale receptaculum quo affligor, nec aliquid rerum terrenarum poſsideo. Quomodo autem tali loco Purgatorij & inferni, conueniat nomen ratioque ſepulchri, dictum eſt ſupra. Nam & diues epulo fertur ſepultus in inferno. [Non peccaui] id eſt, in peccato finaliter non permanſi, immo pœnitui, iuxta quem ſenſum accipi poteſt illud primæ Ioannis tertio capite: Qui natus eſt ex Deo, non peccat. [& in amaritudinibus] Purgatorium pœnarum [moratur oculus meus] interior, quouſque pro vniuerſis & ſingulis meis peccatis ſeu debitis fuerit ſatisfactum. [Libera me] de pœnis his, [& pone me iuxta te] in regno iucunditatis ac ſecuritatis æternæ, quod anima talis vehementiſsime cupit, vt ſæpius tactū eſt. [& cuiuſuis manus pugnet contra me] id eſt, tunc nulli us impugnationem non timebo. Non enim hoc dicitur quaſi beati impugnentur ab aliquo, quī omnioo impaſsibiles atque ſecuri ſunt, ſed quia lædi nullatenus poſſunt. Veruntamen inter angelos bonos & malos ponitur pugna in Apocalypſi ac Dauiele, quæ tamen angelis ſanctis nullam vnquam moleſtiam infert. [Dies mei tranſierunt,] id eſt, tempus quo potui me iuuare ac promereri, finitum eſt. Ideo aliorum precor ſuffragia. [Cogitationes meæ diſsipatæ ſunt] Licet enim anima in Purgatorio maneat Deo habitualiter inceſſanter vnita per charitatem quam nunquam amittit, nihilominus impellente pœnarum acerbitate, cogitationes habet multiformiter diſcurrentes. [torquentes cor meum] id eſt, voluntatem, quæ ex talibus cogitationibus & apprehenſis per eas non parum affligitur. [Noctem verterunt in diem,] quia iuxta ſenſum prętactum, cogitationes illæ propter amaritudines ſibi annexas animam ſæpe ſic obruunt & quaſi obſcurant, veritatis contemplationem impediendo, vt ipſa anima inter noctem & diem, id eſt, inter verum & falſum, ſeu bonum & malum, vix queat diſcernere, immo vnam horam iudicet multos annos, [& rurſum poſt tenebras,] id eſt, pœnas Purgatorij, in quo eſt carentia lucis gloriæ ſeu etiam luminis exterioris, quantum ad conſolationem & copiam, caligo quoque in iudicando & cognoſcendo, præſertim reſpectu cognitionis in patria, [ſpero lucem] gloriæ ſeu viſionis beatæ, immo Deum lucem æternam, immenſam, fontalem, in cuius certiſsima expectatione & ſpe anima eſt talis. [Si ſuſtinuero] pœnas has, quas me ferre oportet, id eſt, quamuis eas pertulero, tamen [infernus domus mea eſt] id eſt, purgatorium interim manet habitaculum meum, quouſq; plene fuero emundata. Quod autem infernus quandoq; pro purgatorio accipiatur, pręhabitum eſt, Nam & in Miſſa oramus, Libera animas fidelium defunctorum de pœnis inferni, id eſt, purgatorij. [In tenebris ſtraui lectulum menm] id eſt, in mundo & corpore viuens, peccando præparaui mihi hunc locum doloris, in quo velut in lectulo teneor & pœnoſe quieſco. [Putredioi dixi, pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus.] Hoc anima in perſona defuncti ſeu ex parte compoſiti dicere poteſt, iuxta expoſitiooes inductas. Vel ideo dicit hoc, quia in vili & putrido loco ſic coarctatur, vt quaſi affinitatem cum eo contrahere videatur. Vermes quoque, remorſus conſcieotię intelligi poſſunt, iuxta illud Eſa. 66. Vermis eorum non morietur. [Vbi eſt ergo ounc præſtolatio mea?] vtique in cælo empyreo. Lectio autem ſic terminatur, & patientia mea, tu es domine Deus meus. Deus nempe patientia animæ eſt, quia patientiæ dator & cauſa eſt, finis ac ratio. Vel patientia, id eſt, bonum propter quod omnia longanimiter ſuſtinet, ſeu præmium obiectiue, patienter expectatum. Vnde ait Pſalm. 70. Quoniam tu es patientia mea domine, domine ſpes mea. Et alibi: Deo ſubiecta eſto anima mea, quouiam ab ipſo patientia mea. Patientia autē proprie virtus eſt, triſtitiam moderans, ne inordinata ſeu exceſsiua conſiſtat.

Pſa. 72
Abac. 3.
Luc. 16.
Apoc. 12.
Dan. 10.
Pſalm. 61.

Elucidatio Cap. 18. Reſpondens autem Baldath Suhites, dixit: Art. 41.

SApientes & magni in oculis proprijs,deſpectum ſui noo ferunt: & increpanti veraciter durio
ra reſpoodent mendaciter. Hinc Baldath ſecundo obijciens,primoq; replicans contra Iob,
eum de multis redarguit. [Reſpondens autem Baldath Suhites,dixit:Vſque ad quem finem
verba iactabis?] id eſt, quamdiu vana & friuola iactanter atque procaciter loqueris, quouſque
ſermonem inutilem & pompoſum oon finis? Hoc eſt quod in Actis Epicurei & Stoici philoſophi
dixiſſe leguntur ad Paulum: Quid vult ſeminiuerbius dicere? id quoque ſuprà protulit Baldath,
Acto.17. dicendo: Vſquequo loqueris talia? & ſpiritus multiplex oris tui? [intellige prius] id eſt, proprio-
rum verborum ioſuperque noſtrorum ſenſum attende, [& ſic loquamur] conferendo & diſputan
Iob 8. do adinuicem, in quo notat B. Iob de magna inſipientia, & quod tam paſsionate loquatur, quod
nec ſeipſum nec condiſputantes intelligat, ſicut de quibuſdam philoſophis Ariſtoteles ſcribit,
quod propriam vocem non intelligebant. [Quare reputati ſumus vt iumenta] id eſt, cur reputas
& contemnis oos, ac ſi bruta eſſemus, quia dixiſti præcedenti Capit. oon inueniam in vobis vllũ
ſapientem? [& ſorduimus coram te?] id eſt, viles nos æſtimas tanquam inſipientes atq; iniuſtos,
Per ſapientiam etenim & virtutem homo præcipue nobilitatur, ornatur, atque à brutis diſtingui-
tur. Propter quod de noo intelligente beneficia Dei fertur Pſal.48. Homo cum in honore eſſet,
non intellexit: cóparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus. [Quid perdis animam tuam in furore tuo?] id
eſt, inſipienter periculoſeq́ue agis, quod animam tuam ita damnationi exponis, ex furore paſsio
num falſa atque ſacrilega contra Deum & nos proferendo. Nam ſuprà dixiſti: Non parcam ori
meo. Et rurſus: Caligauit ad indignationem oculus meus. Porro in verbis his Baldath reprę hen-
dit B. Iob in quinq; circa verba quæ dixit: Primo, quod valde fuerit promptulus ad loquendum,
contra quod Prouerb.29. dicitur: Vidiſti aliquem velocem ad loqueodum? Stultitia magis ſpe-
randa eſt, quam illius correctio. Et Iaco.1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem
Prou.18. ad loquendum. Secundo, quod prius reſponderit quam complete colloquentem audiret, cootra
quod ait ſcriptura: Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat & confuſione
dignum. Tertio, quod colloquentem ſpernat & exprobret, iuxta illud Eccleſiaſt.1. In multa
ſapientia multa indignatio. Nam qui ſapientes ſe reputant, contradicentibus indignantur,
& dura profantur, ſecundum illud Prouerb.11. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia. Quar-
to, quod ex impetu paſsionis locutus ſit, quod inſipientiæ eſt, prout Prouerb. 12. ſcribitur: Fatu-
us ſtatim indicat iram ſuam. Quinto, quod verba ſua inefficacia ſint ad perſuadeodum ioten-
tum, ideoq́ue infructuoſe verba iactet ſeu ſpargat, quemadmodum Eccleſiaſtes 10. dicit: Stultus
verba multiplicat. quo contra Salomoo proteſtatur: Precioſi ſpiritus, vir eruditus: quia videlicet
Pro. 17. eruditi viri eſt, ſententioſa verba proferre, quę auro precioſiora cẽſentur. Præterea quod dicitur,
Vſque ad quem finem verba iactabis, de duplici poteſt fine expooi, ſecundum Albertum. Primo,
Albertus. de fine durationis. Sicq́ue ſenſus eſt, quod ſine menſura effundit loquelam, quemadmodum
Pro. 25. ſcriptum eſt: Stultus io loquendo non poteſt cohibere ſpiritum ſuum. Secundo, de fine intentio
nis, eritq́ue ſenſus, quod infructuoſe loquatur, eo quod per verba ſua nihil concludat aot cooſe-
quatur. Iactator equidem ſapientiam quam ooo habet, vſurpat ſeu monſtrat. [Nuoquid propter
te derelinquetur terra, & transfereotur rupes de loco ſuo?] Hoc ad literam ſic exponendum opi-
nor: Tam ſuperbe & magnifice loqueris, ita te erigis & alios deprimis, ac ſi te pereunte aut redar
guto, tota terra & habitantes in [illegible], eſſent mox perituri, rupes quoque transferendæ eſſent de ꝓ-
prijs locis. Iuxta hũc modũ ſolemus dicere his, quos ad vitam hortamur clauſtralem, qui dicunt:
Nũquid oẽs poſſunt fieri religioſi ſeu monachi? quis negotia mũdi tractaret? qs de neceſſarijs ꝓ-
uideret? quis generationẽ cótinuaret? horũ inquã cuilibet dicimus, Nũquid ꝓpter te mũdus peri
bit, aut generatio deſinet? Ita ait iam Baldath: Nunquid ꝓpter te &c. Hoc eſt, nimis extollis repu
taſq́ue teipſum, quemadmodum Numer.16. Moſes ait quibuſdam: Nimis erigimini filij Leui.
Thomas. Albertus. Porro Thomas & Albertus per terrã & rupes, iotelligunt certas, firmas ac ſolidas veritates ſiue ſen
tentias. Q. d. Baldath: Nunquid ô Iob, ob te & vigore diſputationis tuæ, derelioqueotur à ſuis tẽ-
tationibus ſolidæ antiquorum ſententiæ de prouidentia Dei, quod ſcilicet nullus affligitur pœ-
na à Deo, niſi pro propria culpa: quod cooſequeoter pro viribus probat. [oonne lux] id eſt, pro-
ſperitas ſeu opulentia atque iucunditas, [impij extinguetur] id eſt, peribit, nec ſplendebit flam-
ma ignis eius:] Per Ignem amor exprimitur, cuius flamma eſt deſiderium æſtuans. Ignis vero pra
uorum, eſt improbus amor ſui, qui eſt amor priuatus ad ſe reflexus, omnium vitiorum origo, e-
iuſq́ue flamma eſt intenſa affectio proprij boni, delectabilis, vtilis aut honeſti vere vel apparen-
ter. Baldath ergo vult dicere, quod impiorum, quibus debetur aduerſitas, cito tranſibit proſpe-
ritas: deſiderium quoque eorum non ſplendebit ſiue florebit ſortiendo effectum, ſed euaneſcit:
quod quamuis ſit verum, referendo hoc celerem finem vitæ præſentis, in quo [illegible] peribit omnis
vitioſorum proſperitas, tamen ſecundum intentionem ipſius Baldath, non ſe[illegible]per verificatur,
cum videamus impios in vita hac proſperari, deliciari, & aliquando diutius viuere iuſtis, quibus
& multa contingunt aduerſa. Interdũ tamẽ accidit, ſicut Baldath intendit. Hinc Prou.13. dicitur:

Lux

Lux iuſtorum lætificat,lucerna autem impiorum extinguetur. Albertus quoque hic ait: Flamma (ſecundum Ariſtotelem)eſt fumus ſuccenſus,& ſignificat proſperitatem, quæ ex auaritia & libidine congregatur. [lux obtenebreſcit in tabernaculo eius]id eſt,proſperitas domeſticorum & habitaculi ſui, ſimul cum ipſo deficiet, & in aduerſitate mutabitur. [& lucerna quæ ſuper eum eſt,]id eſt,claritas ſuæ famæ[extinguetur,]id eſt,ita quod vilis & miſer dicetur,qui paulo ante erat famoſus & inclytus,iuxta quem ſenſum Salomon Prouerb.10.loquitur: Memoria iuſti cum laude,nomen impiorum putreſcet. Et Dauid regi promiſerat Deus, quod daret ei lucernam in Hieruſalem,ſicut in lib.Reg.frequenter habetur.E contra demum de forti mulieri Prouer.31. dicitur: Non extinguetur in nocte lucerna eius.[Arctabuntur greſſus virtutis eius]id eſt,proceſſus & opera ſuæ potentiæ reſtringentur per aduerſitaté,infirmitaté,obſtacula.Hoc dicit contra Iob, quia ſuperius dixit Deo:Poſuiſti in neruo pedem meum Sic Deus arctauit greſſus Pharaonis,filios Iſrael perſequentis.[& præcipitabit eum conſilium ſuum]id eſt,erranti conſilio credet, falletur,& à fine impedietur intento.Deus enim frequenter infatuat conſilia impiorum,ſicut ipſius Achitophel, & de iniuſtis Prouerb. 1. inducitur: Comedent fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſilijs ſaturabuntur. Talibus loquitur Deus per Eſaiam: Væ filij deſertores,vt faceretis conſilium,& nó ex me:vt adderetis peccatum ſuper peccatum,& os meum non interrogaſtis. Iſtud ſuperius dictum pleniuſque expoſitum eſt, vbi habetur: Deus apprehendit ſapientes in aſtutia eorum,& conſilium prauorum diſſipat.[Immiſit enim in rete]id eſt,capturam diaboli,ſcilicet in peccatū, [pedes ſuos]id eſt,affectus & vitæ proceſſus implicando ſe vitijs.Propter quod ad veram proſperitatem tendere impeditur,ſecundum illud Prouer.5.Iniquitates ſuę capient impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringetur.Sic de diuitibus & auaris ait Apoſtolus: Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem & laqueum diaboli,& deſideria multa vana & inutilia,& quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.Sed tale rete non incidunt oculati,veraciter ſapientes,qui norunt aſtutias ſatanæ,iugiterque ad Deum confugiunt.Vnde Prouerbio.1.aſſeritur. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.[& in maculis eius]id eſt,peccati immundicijs[ambulat]perſeuerando in malis,& de vno peccato in aliud corruẽdo,quemadmodum Timotheo ſcribit Apoſtolus:Mali homines proficient in peius,errantes & in errorem mittentes.Nam & vnum peccatum niſi per pœnitentiam deleatur,pondere ſuo mox trahit ad aliud,iuxta illud Eccleſiaſt. 3.Peccator adijciet ad peccandum.De talibus dominus per Sophoniam teſtatur: Viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis. [Tenebitur planta eius laqueo] Per plantam quæ eſt infimum pedis,intelligitur terrenus affectus, quo homo infimis carnalibus adhęret, qui laqueo tenetur]id eſt,fraude diaboli retrahit mentem à Deo,& figit in vitio. Laqueus quoque conſuetudo peccandi,tentatio inimici,& quicquid à Deo mentem directe elongat,de quo habetur in Pſalm.123.Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Et:Ipſe liberabit me de laqueo venantiū. Denique ſecundum Auguſtinum, in medio laqueorum ambulamus, quibus ſi planta ſeu actio noſtra innectatur, à progreſſu ad beatitudinem detinetur ſeu impeditur. [& exardeſcet contra eum,] id eſt, contra ipſius ſalutem feruebit in eo[ſitis]ardens peccandi affectus. Quanto enim quis diutius peccatis ſe ingerit,tanto plus delectat eum peccare, quantum in ſe eſt. Propter quod Abacuc de impio ait:Dilatat quaſi infernus animam ſuam,& non implebitur. [Abſcondita eſt in terra pedica eius,]Pedica eſt inſtrumentum capiendi per pedes animalia ſub terra abſcondita. Dicitur quoque catena ſeu vinculum pedum. Itaque in terra abſcondita eſt pedica eius,id eſt, in terrenis & rebus carnalibus latet cauſa ſeu laqueus decipiens impium, dum bono in rebus caducis inuento afficitur & lætatur,atque à Deo auertitur. Hi ſunt quos auaritia decipit,& libido ſiue elatio. Vnde ſubiungitur: [& decipula illius ſuper ſemitam.]Decipula eſt inſtrumentum decipiendi vel capiẽdi,per quã cauſa alliciens ad peccatū exprimitur,quę ſuper ſemitã adſconditur,i.in rebus quibus homo quotidie vtitur,& per quas velut per ſemitam graditur,occultatur. In rebus enim creatis aliquid bonitatis,deſiderabilitatis,delicioſitatiſque eſt,ſed virtuoſi talibus bene vtuntur, referendo hoc ad gloriam creatoris, vtendo eis, ſecundum voluntatem ipſius tanquam medijs ad finem. Vitioſi vero talibus quaſi vltimo fini inhærent,& plus afficiuntur ac delectantur in eis,quam in vero,perfecto,immenſo,ſupereſſentialique bono:ideo decipiuntur. Hoc eſt quod Sapientiæ 14. ſcribitur:Creaturæ Dei in odium factæ ſunt,& in tentationem hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. De talibus conqueritur dominus Hiere.2. Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt?Itemque: Duo, inquit,mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuę, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Creaturæ itaque fallunt peccantem obiectaliter,materialiter,ſeu occaſionaliter,mouendo ipſius rationem ſeu appetitum. Peccans vero fallit ſeipſum,quaſi efficiẽter, dum ratio eius conſentit illicito. Peccatum autem decipit eum,formaliter mentem cęcando,iuxta illud Prouer.14. Stultis illudit peccatum. [vndique terrebunt eum formidines] quia timebit ſibi accidere quod meruit,& quod alijs intulit,

Margin notes: Albertus. / Ariſtoteles / 2. Par. 21. / 1. Reg. 17. / Eſa. 30. / Iob 5. / 1. Tim. 6. / 2. Tim. 3. / Sopho. 1. / Pſal. 90. / Abac. 2.

tulit,ſibi inferri pauidus ſuſpicatur. Hoc ſupra iam dictum eſt plenius atque expoſitum, vbi habe
Iob 5. tur: Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. contra quod
Prouerb. 3. dicitur: Ne paueas repentino terrore. Hinc habitanti in adiutorio altiſsimi fertur in
Pſalm. 90. Non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, &c. [& inuoluent pedes eius]
Cum enim quis plurimum metuit, non audet ad quælibet loca accedere: atque ab actibus diuer-
ſis retrahitur, ſuſpicans ſibi vndique imminere periculum, ſicque tam corporales quam ſpiritua-
les ipſius pedes formidinibus inuoluuntur, quia à liberis progreſsibus impediuntur, quemad-
Iud. 26. modum in lib. Iudic. filij Beniamin ſediſſe leguntur in petra Remmon. Denique paſsio timoris,
ſi ſit multum intenſa, impedit hominem à curſu & motu, & nonnunquam quaſi immobilem red-
dit. [Attenuetur fame robur eius] id eſt, fortitudo impij per eſuriem debilitetur, [& inedia inua
dat coſtas illius] id eſt, paupertas eum ſic maceret, quod coſtæ eius appareant. [Deuoret pulchri-
tudinem cutis eius] id eſt, ad deformitatem eum perducat. Fames enim pallorem maciemq; in-
ducit. [& conſumat brachia eius primogenita mors] id eſt, intempeſtiua ſiue anticipans, qua quis
ante naturalem terminum moritur. Vel primogenita mors vocatur, quæ ex peccato ſequuta eſt,
iuxta illud Sapientiæ 1. Deus mortem non fecit, iniuſtitia autem acquiſitio mortis eſt. Impij vero
manibus & verbis accerſierunt illam. [Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius,] id eſt, ſpes
quam habuit in rebus atque domeſticis, pereat. Similiter ſpes domeſticorum eius. In omnibus
his tangit beatum Iob, cui iſta pro magna parte iam acciderunt. [& calcet ſuper eum quaſi rex in-
teritus] id eſt, languor & mors eum omnino potenter opprimant ſiue deijciant, ſicut rex paupe-
rem calcat. [Habitent in tabernaculo eius ſocij illius qui non eſt] id eſt, ſocij eius qui obijt, occu
pent domum eius, eo iam mortuo. [adſpergatur in tabernaculo eius ſulfur] id eſt, fœtidus odor,
qui in domibus mortuorum ſpargi ſolebat in ſignum mœroris, vt dicitur. & hæc duo ad aduerſi-
tatem pertinent, inquantum conſequuntur ad mortem, & priuationes ſunt bonorum, quæ ali-
quando habebat qui obijt. Vnde quidam expoſitionem Thomæ hic reprobans, deficit. [& deor
ſum radices eius ſiccentur] i. quæ plantauit, radicitus areſcāt. Quidam tamen per radices filios &
nepotes intelligunt. [ſurſum autem atteratur meſsis eius] id eſt, fructus, qui iam ad maturitatem
venerunt. Talia filijs Iſrael propter eorum contigiſſe peccata, In Ioele, Aggæo, & alibi legitur.
Ioelis 1. 2. [Memoria illius pereat de terra] id eſt, nec in hominum recordatione permaneat, ſaltem quo ad
Aggæi 2. præconium aliquod. [& non celebretur nomen eius in plateis] id eſt, fama eius non ſit in homi-
num communitate ſolennis. Cum enim in plateis homines confluant, addidit in plateis. Quocir-
ca ſcribit Albertus: Platea dicitur à Græco platon, quod latine dicitur latum. Vnde vult dicere, q
in latitudinibus populi memoriale impij non celebretur, ſicut in Geſtis Romanorum deſcribi-
tur, quod cum Domitianus Imperator à ſenatu occideretur, præceptum eſt, vt nomen infauſtum
è lignis atque lapidibus eraderetur. Huic conſonat illud Prouerbiorum 10. quod allegatum in-
terdum eſt: Memoria iuſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet, videlicet quo ad famæ cla-
ritatem: alioquin ſicut optimi, ita & peſsimi manent in memorijs hominum. [Expellet eum] De
*In Matt. 25. us [de luce] vitæ ac proſperitatis, [*ad tenebras] aduerſitatis ac mortis & damnationis, ſecundū
illud in Euāgelio: Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores. [& de orbe transferet eum]
id eſt, de ſeculo iſto tollet eum, omnino proijciens ipſum in triſtiſsimum orbem inferni, iuxta
Eſai. 13. quod Eſaias dicit impio. In infernum detraheris ad fundamenta laci. Hinc Iſaac Iudæus philoſo
ſophus, in libro diffinitionum ſecundum Stoicos loquens: Impius, inquit, deprimetur ſub orbe
triſti, & ardebit ibi in igne magno. [non erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo] id eſt, fi
lij & poſteri eius peribunt. [nec vllæ reliquiæ in regionibus eius] id eſt, nulli de eius ſemine ſu-
3. Reg. 16. perſtites permanebunt. Hoc interdum corporaliter ita fit, ſicut & in libris Regum leguntur qui-
4. Reg. 10. dam decem tribuum reges cum tota ſua progenie, quantum ad eos qui maſculini fuerant ſexus,
ob ſua peccata Deo iubente occiſi. Spiritaliter autem verius eſt, quod omnes qui eius ſequuntur
malitiam, ſpiritaliter pereunt & damnantur. Sic & in Pſalm. 1. habetur: Semen impiorum peribit.
Eſa. 14. Item in Eſaia: Non conſurget in æternum ſemen peſsimorum. [in die eius] id eſt, die ſuæ punitio
nis à Deo, [ſtupebunt nouiſsimi] inferiores ſiue vulgares, de tanta impij plagatione mirantes: [&
primos] id eſt, ſuperiores [inuadet horror,] quia timebunt ne ſimile quid accidat eis: & quoniam
naturale eſt homini, viſis ſeu cognitis rebus magnis, miris atq; inſolitis, expaueſcere. Poſtremo
Baldath quaſi epilogans, ſubdit: [Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui] id eſt, ita contingit iniuſtis,
vt dixi, & tabernacula præfato modo pereuntia pertinent ad iniquos. [& iſte locus eius] id eſt, ad
prædictum locum terminumque pœnalem ac miſerum ducitur, [qui ignorat Deum] ignorantia
oppoſita ſcientiæ Dei formatæ ac practicæ, qua quis noſcit Deum non nuda notitia aut fide in-
1. Ioan. 2. formi, ſed cognitione ornata per actus bonos & charitatem, de qua notitia ſcriptum eſt: In hoc
ſcimus quoniam cognouimus Deum, ſi mandata eius obſeruamus: qui dicit ſe noſſe Deum, &
mandata eius non ſeruat, mendax eſt. Hinc omnis malus dicitur ignorans, id eſt, hac practica ac
formata ſcientia carens, & etiam quoniam peccando iudicat falſe. Eluceſcit autē ex præinductis,
quod

quod argumentatio Baldath ſit prorſus inualida ad probandum propoſitum, vtpote quod aduerſitates non accidant homini, niſi propter eius peccata: cum præfatæ aduerſitates non iniuſtis duntaxat, ſed & iuſtis frequenter eueniant. Immo martyres ſancti in vita & morte duriſsime paſsi ſunt, & corpora quorundam prohibebantur ſepelhri ac honorari.

De tropologico eiuſdem cap. intellectu. *Art.* 42.

PER amicos B. Iob, fallaciter iuſtos atque in proprijs oculis ſapientes intelligi, dictum eſt ſæpe: qui cum ſpiritali ſuperbia pleni ſunt, increpationes iuſtas & charitatiuas non ſuſtinent: ſed increpati, duriora reſpondent, calumniantur, increpantemque criminantur, dicentes ad illum, quod Baldath dixit ad Iob: [Vſque ad quem finem verba iactabis?] Cum enim tales ſibijpſis in ſeipſis complaceant, tanquam ſapientes & iuſti, quicquid contra eos profertur, inane, ventoſum, iactatorium ac friuolum opinantur, eloquentem quoq;, inconſiderate & ruditer loquentem affirmant, iuxta quod ſubditur: [Intellige prius] verba mea & meæ dignitatem perſonæ, [& ſic loquamur.] Nempe cum ſuo ingenio nimis confidant, contradictores ſuos, eorum quæ dicuntur, intelligentiam non habere teſtantur. Præterea quidam ſunt garruli, qui ipſa loquacitate paſcuntur: & conferentes ſeu diſputantes cum aliquo, ita ſuis intenti ſunt verbis & phantaſijs, quod colloquentis non aduertunt intelliguntq; ſermones, ſed ſemper ad verba propria reflectuntur, quibus dicendum eſt: Intelligite prius, & ſic loquamur. niſi enim colloquentes ſe mutuo intelligant inutiliter confabulantur. Hinc Eccleſiaſt. 32. habetur: Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem. Et item: Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi gratia bona. Inſuper tales, quoniam apud ſe magni ſunt, ab alijs quoque ſapientes & magni cupiunt reputari. quod ſi quis humiliauerit eos, conqueruntur de deſpici, dicentes quod ſequitur: [Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram te?] Porro qui vere eſt humilis, qui in ſuo lætatur deſpectu, quantumlibet deprimatur, maiori humiliatione dignũ ſe arbitratur, ſeu propter illata aduerſa non indignantur. Præterea magni in proprio corde, dum corripiuntur, corripientẽ ex impetu impatientiæ, non ex charitatis feruore loqui exiſtimant, dicentes ſubiuncta: [Quid perdis animam tuam in furore tuo?] Itaque furor hominis, perditio eſt ipſius. Ideo manſuete agamus, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. Furor quoque reddit hominem alijs intollerabilem & inclementem, ſecundum quod Prouerb. 27. fertur. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? [Nõne lux impij extinguetur?] Naturale enim lumen rationis per peccatum excæcatur, quamuis non prorſus tollatur. Teſte ſiquidem beatiſsimo ac diuino Dionyſio, peccatum naturalia non aufert, ſed inficit. Potiſsime autem in inferno lux iſta obruitur, cum Eccleſiaſt. dicat: Nec ratio nec ſapientia nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. Denique lux impij extinguetur, id eſt, omnis honor, fama, proſperitas, gloria eius peribit, ſicut in Pſalmo 36. de impijs ſcriptum eſt: Tanquam fœnum velociter areſcent, & tanquam olera herbarum cito decident. [Nec ſplendebit flamma ignis eius.] Flamma ignis impij, id eſt, feruor ſui carnalis ac vitioſi amoris, coram Deo non ſolum non ſplendent, ſed tetra ac fœtida eſt, atque damnanda. Propter quod ad Timotheum ait Apoſtolus: In nouiſsimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, voluptatum amatores magis quàm Dei. Hanc igitur per aquam ſapientiæ ſalutaris penitus extinguamus: quod agente Spiritu ſancto, completur, iuxta quod Eſaiæ 4. inducitur: Protectio erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in abſconſionem à turbine & à pluuia. [Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius:] quia quanto plus peccat, tanto lux animæ eius, in ſuo corpore infelicius obfuſcatur. [Arctabuntur greſſus virtutis eius.] Quamuis via ſalutis ſit arcta, id eſt, ardua ſiue difficilis, charitas tamen ſpiritaliter extat latiſsima: quoniam ad omnes & vſque inimicos protenditur, omneſque complectitur. Hinc quanto quis in charitate & gratia amplius creſcit, eo greſſus animæ eius plus extenduntur. Propter quod ſcriptum eſt Pſalmo 118. Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Itemque: Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. Et: Latum mandatum tuum nimis. Impius ergo, quoniam expers eſt charitatis infuſæ, nec quærit quæ Chriſti ſunt, ſed ſeipſum, hinc greſſus eius arctantur, dum ad ipſum iugiter reflectuntur. Poſtremo, in inferno claudetur, & greſſus eius pœnaliſsime arctabuntur, ita vt nunquam egredi queat. Immiſit enim in rete pedes ſuos. Non implicemus nos laqueo inimici, vinculo peccati, ſagenæ diaboli, vt agunt iniqui, de quibus ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: Reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. [Attenuetur fame robur eius.] Iſta atque ſequentia non imprecando malum ſeu maledicendo, ſed prædicendo: ſeu zelo iuſtitiæ, non liuore vindictæ, promuntur. Robur autem hominis, eſt ratio eius, quæ fame attenuatur, dum ſpiritaliter non cibatur pane vitæ & intellectus, actione virtutum, diuinorum infuſione chariſmatum. [& inedia] id eſt, gratiarum carentia, quæ eſt ſpiritalis & maxima vitæ huius paupertas, [inuadat

Eccl. 9. — 2.Tim.3. — Pſal. 3. — Pſal. 118. — 2.Tim.2.

coſtas

coſtas illius] id eſt, interiores ſenſus ipſius, dum ſpiritaliter non fouentur nec roborantur. Quemadmodum autem coſtæ viſcera conſtringunt, vt earum ſoliditate muniantur, quæ intrinſecus latent: ſic ſenſus interni interius latentes, contegunt cogitatus: qui niſi per gratiam gubernētur, pręfata conſumūtur inedia, qui deficiunt. [Deuoret] inedia iſta [pulchritudinem cutis eius] id eſt, exterioris conuerſatioois decorem, qua quis exemplaris efficitur: qui ſi gratiam perdat, inexemplaris iam redditur, [& conſumat brachia] id eſt, opera [illius, primogenita mors] id eſt,
Tob. 4. ſuperbia omnium vitiorum origo. Vnde veriſsime dicitur: Sola ſuperbia deſtruit omnia, ſi committetur. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Idcirco opera hominis ipſa conſumit, id eſt, coram Deo mortua ſeu immeritoria facit. Præterea cum peccatum, animæ mors vocetur, rite primogenita mors, ſuperbia appellatur, quæ in cælo ſumpſit exordium ante aliud omne peccatum. [calcet ſuper eum, quaſi rex interitus] id eſt, diabolus ſeu conſuetudo iniqua, cui vitioſus prorſus ſubijcitur: quia (vt ait in 2. ſua Epiſt. Petrus) iniqui, ſerui ſunt corruptionis. A quo enim quis vi-
2. Pet. 2. ctus eſt, huius & ſeruus eſt. [habitent in tabernaculo eius] id eſt, in domo conſcientiæ ſuæ, [ſocij eius qui non eſt] id eſt, ſpiritus maligni, ſpiritus elationis, ſpiritus cupiditatis, ſpiritus carnalitatis, qui ſunt ſocij principis tenebrarum, qui ſpiritaliter non eſt, atque à Chriſto ad nihilum redactus aſſeritur, quia conuictus & perditus eſt, & à ſummo eſſe, ſumme auerſus eſt. Hinc Chriſtus in
Luc. 11. Euangelio ait: Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa; & non inueniens requiem, dicit: Reuertar ad locum vnde exiui. tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſsi habitant ibi. [Adſpergatur in tabernaculo] id eſt, corpore [eius ſulfur] id eſt, fœtor carnalium vitiorum, quibus ſubijciuntur & inquinantur reprobi atque peruerſi. [deorſum radices eius ſiccentur] id eſt, cogitationes affectionesq́; eius in fundo ſuæ mentis humore careant gratiarum, infructuoſæque fiant. [ſurſum autem atteratur meſsis eius] id eſt, congeries operum, ita vt inutilis Deoq́; inaccepta ſit vita ipſius. Cætera patent.

Explanatio literalis cap. 19. Reſpondens autem Iob, dixit. *Art. 43.*

RESpondens aūt Iob, dixit,] non ipſi Baldath, dūtaxat qui capit. loquebatur iam habito, ſed omoibus tribus, qui in impugnatione ſua fuerunt concordes. [Viquequo affligitis animā meam] mendacia proferendo, errores veſtros pertinaciter defendendo, inordinate loquēdo, mihi blaſphemias & maxima crimina imponendo? Quo autem quis veritatis & æquitatis purior ardentiorque amator extiterit, eo grauius ſibi eſſe videre iniuſta, audire mendoſa, præſer-
Matt. 17. tim quæ fidei derogant, & Deo directe repugnant. Hinc Chriſtus intuens incredulorum errorē,
Marc. 9. dicebat: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu patior vos? Hinc ſubditur: [& atteritis id eſt, moleſtatis [me ſermonibus] vitioſis atque ſuperfluis, ita vt illud Pſalm. 130. vobis cooueniat: Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes. Sapientes autem inutilium verborum multitudine attædiatur, ſciens quod ſcriptum eſt: in multis verbis inuenitur ſtultitia. [En decies con-
Eccl. 5. funditis me.] Nā quinquies reſpōdiſtis mihi indignāter & cōſutiue, & verba à me quinquepartita diſtinctione prolata negaſtis ac irriſiſtis. Iob enim ante hanc reſponſionem quinquies eſt locu-
Iob 3. tus, inchoando à loco quo ait: Pereat dies in quo natus ſum, vt intuenti pateſcit. Eliphaz vero iam bis arguit contra Iob, ſimiliter Baldath, Sophar autem ſemel. Aliqui tamen putant hic numerum
Pſal. 104. determinatum pro indeterminato poni, cum ait: En decies, ſicut in Pſal. 104. Memor fui in ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes. [& non erubeſcitis opprimentes me] non ratione, ſed multitudine & importunitate verborum aut iniuriarum, cum tamen verecundum inhoneſtumque ſit, tres ſimul contra vnum afflictum, vulneratum & ſemimortuum, ita confligere. Sed impatientia ac cæteræ paſsiones mentem excæcāt, vt erubeſcenda non erubeſcat. [Nempe] id eſt, certe, [ſi ignoraui] id eſt, tantæ ignorantiæ ſum, vt mihi imponitis, [mecum erit ignorantia mea] id eſt, ego eam portabo, nec vobis nocebit: vel mecum erit, id eſt, eam humiliter conſiderabo atque fatebor, nec me ſapientem iactabo vt vos. [At vos contra me erigimini,] id eſt, contra me extollitis vos, & pompoſe loquimini mihi. [& arguitis me opprobrijs meis,] id eſt, verbis opprobrioſis aduerſum me à vobis prolatis: vel opprobrijs meis; id eſt, opprobria quæ paſſus ſum à ſatana, & à Chaldæis atque Sabæis, mihi ſubſannatiue obijcitis, quaſi propter meos exceſſus ea perpeſſus ſim. [Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit] Verbum hoc prima facie ſatis horribiliter ſonare videtur, præſertim cum teſte B. Auguſtino, iudicia Dei eſſe non poſsint iniuſta, quamuis ſint frequenter occulta. Sed mentem beati Iob penſare debemus, non ſolum formam ſuperficiemque verborum. Iudicium etenim Dei, dupliciter æquum dicitur ſeu iuſtum. Primo ex parte Dei, & ſic ſemper eſt æquū & iuſtum, quia ſecundum ordinem ſapiētię eius procedit, nec ratione caret legitima, etiamſi innocens flagelletur: quia & iuſtum eſt coram Deo, vt quis pro incremento gratiæ augmentoque gloriæ affligatur: immo miſericors iudicium Dei, iuſtum eſt hoc modo: quia tam bonus eſt

Deus

Deus, vt iuſtũ ſit, ipſum miſericorditer iudicare, gratiã dare, clementer ſaluare. Secundo iudiciũ
Dei dicitur iuſtum ex parte iudicati, dum quis iudicatur, recipitque à Deo ſecundum quod me-
ruit, ſcilicet ſecundum opera ſua: & ſic aſſerit S. Iob ſe iudicatum à Deo non æquo iudicio, non
tamen iniquo: quia iudicium iſtud vno modo fuit æquum, alio modo non æquum. Iniquũ vero
vtranque æquitatem excludit. Iob ergo conſiderans quam virtuoſe & irrepræhenſibiliter vixit, fi
dutialiter nouit, quod vita ſua tam dira non merebatur aduerſa, nec meruit taliter cingi, id eſt, vn Iob 13.
dique impleri flagellis, vt ſuperius ait: Si iudicatus fuero, ſcio quia iuſtus inueniar. [Ecce clama-
bo vim patiens,] id eſt, ſi pro ope & liberatione clamauero ego violentiam paſſus ab hoſtibus, [&
nemo exaudiet] id eſt, nullus homo auxiliabitur mihi. [vociferabor] pro ademptione iudicij,
quo quis recipit ſecundum merita ſua. [& non eſt qui iudicet] me hoc modo iam, ſed tribulari
permittor præter mea demerita. Nihilominus ſciuit, ſe tempore mortis à Deo iuſtiſsime iudican
dum ſecundum opera ſua. [Semitam meam circumſepſit] id eſt, vitæ meæ proceſſum aduerſitati
bus Deus circumuallauit. [& tranſire non poſſum,] id eſt, libere progredi ſeu euadere nequeo,
[& in calle meo] id eſt, operationum proceſſu [tenebras] tribulationum [poſuit.] iſta, quantum
ad ſenſum, frequenter præhabita ſunt. Idcirco pertranſeo, quia & difficilima reſtant. [ſpoliauit
me gloria mea] id eſt, inclyta fama, honore & priſtina reuerentia, qua tanquam iuſtus & ſapi-
ens ab hominibus honorabar. [& abſtulit coronam de capite meo] id eſt, iudicialem poteſtatem
ac dignitatem, vt infra 29. profatur: Cum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu. [deſtruxit me
vndique] id eſt, toto corpore vulnerari permiſit, & omnem ſubſtantiam quam habui, permiſit
mihi auferri. [& pereo] id eſt, morti iam proximus fio, & deſtruor corpore, quod ſecundum
inferiorum & naturalium conſiderationem cauſarum ſic fuit, quemadmodum Ezechiæ domi- Eſa. 38.
nus dixit per Eſaiam: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Hinc ſubdit: [Et quaſi
auulſæ arbori abſtulit ſpem meam] i. nõ reliquit mihi fiduciam recuperandi ſanitatẽ & cætera mi
hi ablata, quemadmodum arbori amputatę nõ remanet ſpes, via ſeu poſsibilitas refloritionis ac
fructificationis: ſupernaturaliter tamen Iob omnia recuperauit. [Iratus eſt contra me furor eius]
i. rigor diuinæ iuſtitiæ mihi iratus videtur, quantum ad exteriorem apparentiam tam dure pla-
gando me. [& ſic me habuit quaſi hoſtẽ ſuum] i. taliter me tractauit, habendo reſpectum ad pœ-
nas quibus affligor ſecundum ſeipſas, ſicut impios ſolet tractare. Hinc dixit ſuperius: Cur faciem Iob 13.
tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Et alibi: Mirabiliter me crucias, & multiplicas Iob 10.
iram tuam aduerſum me. Veruntamẽ ſecundum veritatem nõ fuit in his ira aut furor Dei aduer-
ſum Iob, ſed dilectio & gratia magna, vt dictum eſt plenius. [Simul venerũt latrones eius] id eſt,
Chaldæi & Sabæi, qui dicuntur latrones Dei, quia ab eo creati, & poteſtatẽ ſortiti ac venire per-
miſsi. Dæmones quoque latrones fuerunt in percuſsione B. Iob, & eorum qui pertinebant ad ip-
ſum: quia & Chaldęi & Sabęi à dæmonibus fuerant incitati. [& fecerunt ſibi viam per me] i. meip
ſum & mea ad libitum conculcauerunt. [obſederunt in gyro tabernaculum meum] i. domeſti-
cos meos & bona domus meæ, ſeu habitaculum ipſum, in quo filij & filiæ opprimebantur illo ru
ente. [fratres meos] id eſt cognatos, vel fratres propriè dictos, ſi habuit eos. [longe fecit à me]
permiſsiue, ſeu concomitanter: quia per hoc quod Deus ita permiſit Iob percuti, factus eſt ipſe
Iob abominabilis ſuis. [& noti mei] ſcilicet familiares & chari, [quaſi alieni receſſerunt à me,]
non ſuccurrendo, condolendo, aſtando. [dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerũt]
tempore proſperitatis; [obliti ſunt mei] tempore aduerſitatis, nõ impendendo ſubſidiũ neq; ſolati
um. Iſta quoq; ſuperius dixit: [Inquilini domus meæ] i. aduenæ in meis ædibus incolẽtes, [& an-
cillæ meæ ſicut alienum habuerunt me,] nõ curãtes de me, velut ſi nihil authoritatis ſuper eas ha
berẽ. Ideo additur: [& quaſi peregrinus fui in oculis eorum.] ita quod obliuioni me dabãt, vel quaſi
pertranſeundo aſpiciebant.] Seruum meum vocaui, & nõ reſpondit: ore proprio deprecabar illũ.]
Puto hic ſingulare poſitum pro plurali, ita quod à pluribus famulis ſuis ſe dicat contemptum: quia nec
iubenti, nec oranti acquieuerunt tempore aduerſitatis iſtius. Habitum meum exhorruit vxor
mea.] quia corruptus & fœtidus fuit ex interiorũ maxima diſcratia. & orabam filios vteri mei] i.
de ſemine meo progenitos, vt mihi quid deſeruirent, quibus tamen de lege naturali & ſcripta po Iob 1.
tui præcipere. Huic autem verbo videtur obuiare quod ſuperius ſcriptum eſt, filios eius & fili-
as ſimul oppreſſas in domo per eius ruinam. Ad quos Thomas reſpondit: Dici poteſt quod vel
aliqui paruuli remanſerunt, qui nõ interfuerunt illi conuiuio: vel aliqui filij eorũ, qui mortẽ pro-
priorum parentum imputantes peccatis Iob, ipſum ſpernebãt, & hoc ſecundum probabilius reor.
Primo enim cap. dictũ eſt quod nati ſunt ei ſeptem filij & tres filiæ, vbi proles eius taxari videntur. Iob 1.
Infra quoq; legitur, quod dñs reddidit S. Iob omnia duplicia, ſcilicet poſt huius plagę ſanationem, & Iob 24.
tamen tunc non ſunt ei nati niſi ſeptem filij & tres filiæ. Porro quod nõ ſolum filij immediati di-
cuntur filij vteri lumborumue patris, conſtat ex eo quod dicitur Ezechiæ: De filijs tuis qui egre
dientur ex te quos generabis, erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. certumq; eſt, Ezechiam
non niſi Manaſſen immediate genuiſſe. [Stulti quoq; deſpiciebant me. [Stulti quippe cum non 4. Reg. 20.
niſi

niſi præſentia & terrena aſpiciant, in miſerijs poſitos adſpernantur. Per ſtultos autem non intelliguntur duntaxat, qui vſu rationis prorſus priuantur: ſed & omnes iniqui, qui dono ſapiẽtię deſtituti, ſtoliditate dono illi contraria ſunt repleri, qui inſtar puerorum poma & pira auro & gẽmis
Eccl. 1. præferentium, carnalia & caduca ſpiritualibus præferunt & æternis. De quibus Salomon ait: Stultorum infinitus eſt numerus. Specialiter tamen ſtulti hoc loco vocantur, qui vanitatibus ſe omnino exponunt. vel partim in vſu rationis deficiunt, vtpote debilis phantaſiæ & capitis: qui interiora non penetrantes, alios facile ſpernunt, quamuis ſint iuſti & ſapientes. Hinc Salomon proteſtatur: Stultus omnes æſtimat ſtultos. Rurſuſq; loquitur: Expedit magis occurrere vrſæ raptis fœtibus, quam fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. [& cum ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi;]
Eccl. 10. Prou. 17.
Eccl. 9. dicentes in ſecreto, quod dicere verebantur in publico, & implentes quod Prouerb. 15 legitur: Os ſtultorum ebullit ſtultitiam. Et Eccl. ait: Temerarius in verbo ſuo odibilis erit. [Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei] qui aliquando conſiliarij mei tanquam viri prudentes fuerũt, [& quem maxime diligebam, auerſatus eſt me.] i. ſe mihi oppoſuit. Hoc ſecundum Thomã, forſitan dicit propter aliquem eorum qui tunc aderant, qui ei grauius aduerſabantur. Albertus vero per hunc maxime dilectum, intelligit Eliphaz Themaniten. [Pelli meæ] videlicet cuti ſiccæ & aridę, [conſumptis carnibus] meis in magnitudine infirmitatis, [adhęſit os meum] id eſt, oſſa mea
Iob 7. pelli adhæſerunt, carnibus quæ inter pellem & os mediant, conſumptis. Hinc ſuprà dixit: Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris, cutis mea aruit & contracta eſt: [: & derelicta ſunt tantummodo labia] nihil pinguedinis habentia, [circa dentes meos] iuxta illud Threnorum 4. Adhęſit cutis eorum oſsibus eorum, & facta eſt quaſi lignum. Per quod, ſecundum Thomam, inſinuare videtur, quod cæteris membris ſuo officio deſtitutis, ſolum loquendi officiũ ſibi remanſerit. Et quia miſeriæ debetur ſeu neceſſaria eſt miſericordia, cum ingeminatione vocis ex magnitudine deſiderij miſerationem implorat: [Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei.] cum amicorum ſit, ſua ſibijnuicem communicare, & onera inuicem ſupportare, immo dilecti calamitatem quaſi propriam reputare, atque pro viribus releuare. Eſt enim eorum ea-
Eccl. 6. dem velle & nolle, ſecundum Philoſophum. Vnde Eccleſiaſticus inducit: Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. Itaque cum alijs ſim relictus, ab hoſtibuſque vaſtatus, ſal-
Iob 2. tẽ vos amici mei miſeremini mei, qui à fortiſſimo, cui nemo valet reſiſtere, ſum percuſſus. [quia manus domini tetigit me,] id eſt, poteſtas Dei me ſic lædi permiſit. Nam & ſuprà ſatan loquitur Deo. Mitte manum tuam, & tange os eius & carnem. [Quare perſequimini me ſicut Deus?] non ſolum non condoletis neque ſuccurritis, ſed afflicto afflictionem adijcitis, tribulando me dure, ſicut & Deus dure afflixit me. Vel ſic: Quare me perſequimini ſicut Deus? id eſt, ita me pro meis increpatis exceſsibus, quos mihi imponitis, acſi voſipſi fragiles & ad peccata labiles non eſſetis, quemadmodum Deus ſic increpat, quod ipſe peccare non valet. Cum homo hominem punit, cũ arguit, compaſsiue & pie debet hoc agere, penſans quam infirmus & defectuoſus ſit ipſe, ſecundum illud Apoſtoli ad Galatas 6. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Vel ſic: Quare perſequimini me ſicut Deus? id eſt, non eſt veſtrum me perſequi, ſicut me Deus perſequitur. Deus quippe perſequitur innocentem, vt probet vel ad gloriæ ſuæ manifeſtationem, aut propter meritorum beatitudiniſque augmentum. Vos autem talem cauſam perſequendi me innocentem non habetis. Circa hæc ſcribit Gregorius: Si ſint qui aſpera correptione indigeant, tunc eis dura à nobis correptio admouenda eſt, cum Dei manus ceſſat à verbere: quum vero ſuperna inſunt flagella, à nobis non iam correptio, ſed conſolatio debetur: ne, dum dolori increpationem iungimus, percuſsionẽ percuſsi nũi ſociemus. [& carnibus meis ſaturamini, [I. corporis mei doloribus delectamini, & quaſi reficimini: quia putantes me pro peccatis meis percuſſum, nec tamen pœnitentem: ſed induratum atq; blaſphemum, gaudetis de meis pœnis, velut diuinæ congratulantes iuſtitiæ. Inſuper, iuxta Greg. qui proximorum pœnas eſuriunt, aut alienæ vitæ detractione paſcuntur, alienis procul dubio carnibus ſatiantur. Sic & Dauid effatur: Dum ap-
Pſal 26. propiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. De talibus dominus ait in Michea: Carnẽ po-
Mich. 3. puli mei comedunt, & pellem deſuper excoriauerũt. Thomas quoq; affirmat, quod detractores
Thomas. carnibus humanis proprie veſci dicuntur. Atq; Alber. Qui pœnam, inquit, auget afflicto, ſatura-
Albertus. tur ac reficitur pœnis eius. Itaq; compaſsiui ſimus & innocentes, nec aliorum afflictionem optemus, ſeu approbemus vt pœna eſt, ſed in quantum eſt affectus iuſtitiæ, remedium culpæ, occaſio gratiæ, cumulus gloriæ. Præterea, quia beatus Iob mox vtiliſsima, alta, totiq; mundo ſaluberrime innoteſcenda fuit dicturus, adiecit: [Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei [quos dicam ad aliorum inſtructionem, vt futuris generationibus innoteſcant? [Quis mihi det, vt exarentur] i. ſcribantur [in libro?] Verba autem ſequentia à diuerſis diuerſimode habentur, punctuantur & exponuntur. Quidam enim (vt Albertus & Thomas) ſic punctuant, in libro ſtylo ferreo: ſed

non videtur id aptum, cum ferreus ſtylus aptus non ſit ad ſcribendum in libro. Ad quod ſoluen-
dum Albertus ſic ait, in libro, id eſt, in dura materia ſicut in libro. Aliqui autem ſic punctuant:
Quis mihi det, vt exarentur in libro? deinde ſubiungunt, ſtylo ferreo & plumbi lamina, id eſt,
ſi parum fuerit ſcribi eos in libro, cupio vt ſcribantur ferreo ſtylo in lamina plumbi. Talis ete-
nim plumbea maſſa apices ſibi inſcriptos diu conſeruat. Aliqui legunt & punctuant ſic: Quis
mihi det vt exarentur in libro ſtylo ferreo aut plumbi lamina? quod rurſus dupliciter explana-
tur. Primo, exarentur in libro ſtylo ferreo aut plumbi lamina, id eſt, vel in tali materia. Secundo,
aut plumbi lamina, id eſt, ſcribantur in libro cum ferreo ſtylo, aut cum plumbea lamina, [vel
certe ſculpantur in ſilice.] ſilex enim ſicut difficilime recipit inſcriptionem, ita diutiſsime te-
net eam. Aliqui legunt: vel celte ſculpantur, aſſeritque Albertus, quod celte ſit nomen indecli-
nabile, deſignans inſtrumentum cæmentarij, quo lapides ſculpuntur duriſsimi. Porro in Mam-
motrectu Bibliæ legitur, quod celte ſit ablatiuus, & declinetur celtis, celtis, celti, ſignificetque
ferreum inſtrumentum conueniens ad ſculpendum. Iuxta hunc modum præcipit dominus Aba
cuc prophetæ: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulam, vt percurrat qui legerit eum, vt ſcri-
bitur Abacuc 2. Eſaiæ quoque 8. iubetur: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo. Deinde
exprimit hos ſermones notabiliſsimos, æterna memoria dignos. [Scio enim quod redemptor
meus viuit.] In ſcripturis, ſcire, frequenter pro credere ſumitur, vt quum Hieremiæ 10. legi-
tur: Scio domine quia non eſt hominis via eius. Hoc nempe eſt articulus fidei, hominem ſine
gratia nil poſſe meritorie agere. Apoſtolus quoque 2. ad Timotheum 3. Scio quod in nouiſsi-
mis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Et Salomon Eccleſiaſt. 11. Scito quod in omnibus his
adducet te Deus in iudicio. Sic & modo ſcire accipitur. Vnde ad inſinuandum immobile ſidei
ſuæ robur ac certitudinem: Scio, inquit, videlicet reuelatione diuina & fide, quod redemptor
meus viuit, id eſt, vnigenitus filius Dei, qui ſecundum diuinitatem ſuam æternaliter & inuaria-
biliter viuit vita actualiſsima, delicioſiſsima & perfecta: immo ipſe viuens & vita, ſupereſſen-
tiale & ſuperbeatiſsimum viuere, vnaque vita cum patre. Propter quod ait: Sicut habet pater
vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Præterea iuxta Thomam, noue- Ioan. 5.
rat Iob, Deo reuelante, quod propter protoplaſti parentis peccatum, damnationi obnoxium
eſſet genus humanum à qua per vnigeniti filij Dei incarnationem ac paſsionem diſpoſito tem-
pore redimeretur. Sed quoniam redemptorem nouerat verum Deum ſempiterne viuentem,
non ait: Credo quod redemptor meus viuet: ſed, viuit, ſicut & Chriſtus ait Iudæis: Antequam
Abraam fieret, ego ſum. De quo ad Hebræos 13. ait Apoſtolus: Ieſus Chriſtus heri & hodie, i-
pſe & in ſecula. Chriſtus quippe, ſecundum doctores, ſupponit hypoſtaſim increatam æternam.
Propter quod Iudas ait in ſua Canonica: Ieſus populum ſaluans ex Aegypto. [& in nouiſsimo Ioan. 8.
die] ſtatus huius ſeculi, videlicet in fine mundi, quando generatio ceſſabit, [de terra ſurrectu-
rus ſum, id eſt, corpus meum ex cineribus ſuis reparabitur, & anima mea illi reunietur: ſicque
qui per morté cecidi, per reſuſcitationem de terra tunc ſurgam. Reſurrectio enim eſt eius quod
cecidit, ſecundum Damaſce. Ex hoc eluceſcit, quod iuxta ſententiam S. Iob, mundus finietur,
quantum ad generationem & corruptionem, ac temporis curſum: & quod generalis reſurrectio
fiet in termino mundi, non ante, nec poſtea, neque multoties. Ex quibus cófunditur error quo-
rundam Platonicorum & hæreticorum, dicentium, Poſt certa temporum interualla, redeunti-
bus ad eoſdem ſitus ſideribus, corrupta reparari, mortuoſque ad hanc vitam reuerti. Ad quod
etiam quidam allegabant illud Eccleſiaſtis 1. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid
eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam di-
cere, ecce hoc recens eſt: iam enim præceſsit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. Sed (vt beatus Au-
guſtinus in libro de ciuitate Dei exponit) hoc Salomon loquitur non de eiſdem numero, ſed
ſpecie. Denique verbo inducto CHRISTVS conformiter loquens: Ego, inquit, reſuſcita-
bo eum in nouiſsimo die. Et Martha ait de fratre ſuo: Scio quia reſurget in reſurrectione in no- Ioan. 5.
uiſsimo die. [& rurſum circundabor pelle mea,] iſtam cum carnibus & oſsibus recipiendo, quo Ioan. 11.
verbo damnantur hæretici aſſerentes quod corpora ſuſcitanda, erunt aurea ſiue cæleſtia. [&
in carne mea] eadem videlicet qua núc tegitur anima mea, [videbo Deum ſaluatorem meum:]
diuinitatem eius videndo clare per ſpeciem oculo interiori, humanitatem vero ipſius oculo cor
porali: nec dubium quin & oculi interiores illam intellectualiter ſint viſuri, ſicut & angeli eam
adſpiciunt. Corpora autem ſuſcitata, quatuor dotibus erunt ornata & glorificata, videlicet im-
paſsibilitate, agilitate, claritate & ſubtilitate: idcirco contemplationem, libertatem, & beati-
tudinem animæ nequaquam impedient, ſed augebunt, præſertim cum anima naturaliter forma
ſit corporis: ideoque naturaliter inclinatur ad informationem ipſius. [quem viſurus ſum ego-
ipſe] videlicet in eadem carne & in eadem anima, ex quibus modo ſubſiſto. [& oculi mei con-
ſpecturi ſunt] per modum iam tactum, [& non alius] loco mei, quamuis alij multi mecum ſimul

ſint illnm viſuri. Vnuſquiſque enim propriam mercedem recipiet. Sacrilegus impinſq́ue Por-
phyrius arguit Chriſtianos maximæ ſtultitiæ, eo quod dicant mundum finiendum, & corpora
ſuſcitanda, eo qnod corpus cotéplationem impediat: ſed ex beatiſsimo Iob eius inſania aper-
tiſsime reprobatur. [Repoſita eſt hæc ſpes mea] de futura glorificatione corporis mei & animæ
meæ, [in ſinu meo.] id eſt, in ſecreto & intimo cordis mei, tanquam precioſiſsimus atque cha-
Ioan. 1. riſsimus mentis meæ theſaurus: ſic ſumitur ſinus apud Ioannem, vbi legitur: Vnigenitus filius
Daniel 12. qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Præterea de hac reſurrectione Daniel ſcribit: Multi de his
qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium. Et Eſaiæ
26. Mortui tui viuent, interfectiq́ue mei reſurgent. [Quare ergo nunc dicitis] vos contra me
diſpntantes, [perſequamur eum] id eſt, affligamus hunc Iob, eum reprobando tanquam erro-
neum. [& radicem verbi] id eſt, verbum fundamentale ac firmum, [inueniamus contra eum,]
dicta eius totaliter deſtruendo. [Fugite ergo à facie gladij] id eſt, diuinæ iuſtitiæ ſententiã con-
tra vos timete, & pœnitendo ſalubriter declinate. De quo gladio Apocalypſis 1. habetur: De
ore eius gladins ex vtraque parte acutus exibat. Et Deuteronomij 32. dominus proteſtatur: Si
acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus
meis. Ideo ſubditur: quoniam vltor iniquitatum gladius eſt.] id eſt, diuinæ iuſtitiæ ſententiæ
peccata faciet vindicari, ſeu iuſte puniri, de quo gladio dicitur Chriſto in Pſalmo 44. Accingere
Malach. 3. gladio tuo ſuper ſemur tuum potentiſsime. De hac vltione dominus ait per Malachiam: Ecce
dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi & omnes facientes impietatem ſtipu
la, & inflammabit eos dies veniens, quæ non derelinquet eis radicem. Vnde dicit & Iudas: Ec-
ce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium, & arguere omnes impios de omni-
bus operibus impietatis eorum. [& ſcitote eſſe iudicium] Dei, tam particulare, quo iudicat v-
nunquenque dum moritur, quàm vniuerſale, quo in die nouiſsimo iudicaturus eſt omnes, iu-
xta illud Eccleſiaſti. 12. Cuncta quæ fient, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bo-
2. Cor. 5. nnm ſit, ſiue malum. Apoſtolus quoque: Omnes, inquit, nos maniſeſtari oportet ante tribunal
Chriſti. Ex iſtis, beatus Iob amicis ſuis oſtendit, quod non deſperauit, nec circa prouidentiam
Dei errauit vt ipſi, ideo conſulit eis pœnitentiam ſalutarem.

De myſterijs eiuſdem capituli. *Art. XXXXIIII.*

SAnctum Iob ſuiſſe euidentiſsimam Chriſti figuram, frequenter inductum eſt. Hinc præſens
capitulum pro maxima ſui parte de CHRISTO poteſt exponi, quod breniter tangendum
opinor. [Reſpondens Iob dixit: Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermo-
nibus?] Anima iuſti, ipſa falſitate affligitur, præſertim dum impios audit æquitati reſiſtere, &
contradicere veritati. Iob ergo qui interpretatur dolens, id eſt, Chriſtus propter nos paſſus, qui
ait in Pſalmo 68 Ego ſum pauper & dolens, de quo loquitur Eſaias 53. Dolores noſtros ipſe
Matth. 22. portauit, dixit ſcribis & phariſæis æquiualenter verba prætacta cum ait ad eos: Quid me tentatis
Marci 3. hypocritæ? Marcus qnoque ait, quod Ieſus circunſpiciens phariſæos cum ira, contriſtatus eſt ſu-
Ioan. 10. per cæcitate cordis eorum, qui inierunt contra eum conſilium, eo quod ſabbato curaſſet infir-
Ioan. 7. mum. Multa inſuper blaſphemijs plena contra Chriſtum loqnuti ſunt, dicendo: Dæmonium
Mat. 11. 12. habet: Inſanit, quid eum auditis? ſeducit turbas, homo vorax, potator vini, amicus peccatorum
Marc. 2. & publicanorum: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia, hic blaſphemat, reus eſt mortis.
Ioan. 18. Hinc afflictus eſt Chriſtus non ex impatientia, ſed zelo iuſtitiæ: immo ex charitate errantibus
condolens naturali ſeu etiam charitatiuo affectu, & propter inhonoratioñe patris æterni. Quo-
niam ergo tam ſæpe confuſiue allocuti ſunt Chriſtum, ſeu loquuti ſunt de eo, rite adiungit: [En
decies confunditis me,] quantum in vobis eſt: ſicq́ue ponitur numerus determinatus pro inde-
terminato, ſicut Apocalypſis 22. cum dicitur: Regnabunt cum Chriſto mille annis. [& non eru-
beſcitis opprimentes me] innocentem, iuſtum & pauperem, quod vitioſiſiſsimum turpiſsimum-
Sap. 2. q́ue conſiſtit. In paſsione autem Chriſtum corporaliter oppreſſerunt, quamuis virtutes & pa-
tientiam animæ eius opprimere non valerent. Hinc Sapiens dixiſſe eos ſcribit: Opprimamns iu
ſtum, quoniam contrarins eſt operibus noſtris, & filium Dei ſe nominat. Denique quidam ma-
lignantis ſunt animi & mentis crudelis, qni ſi viderint quempiam à multis vexari, ſæpiuſq́ue con
fundi, non condolent nec ſuccurrunt: ſed potius iniuriantibus ſe iungendo, afflictionem augen
do afflicti, in quibus nulla pietas aut honeſtas, ſed inhumani atque brutales ſunt tales, inſtar ca-
num mordentes corroſum. Nos ergo etiam ſi à quo graniter læſi fuerimus, tunc ei potiſsime ig-
noſcamus, compatiamur, ſuffragemur, dum eum aliunde videmus aut ſcimus affligi. [Nempe ſi
ignoraui, mecum erit ignorantia mea.] Ignorantiam eſſe in Chriſto multiplicem arbitrabantur
Ioan. 7. Iudæi, & quæ inter ſe occulte contra eum tractabant, ipſum putabant neſcire, & experientes de-
mum ſapientiam eius, mirantes ſciſcitabantur; Vnde hic ſcit literas, cum non didicerit? immo
quaſi

quaſi errantem, & turbas ſallentem, dicebant ſe perſequi eum, quibus verbũ præſcriptum Chri-
ſtus potuit fari, velut ſi diceret: Tot tanta, & talia ac taliter coram vobis miracula facio, quod de
veritate doctrinæ meæ rationabiliter dubitare nequaquã valetis, quoniã Deus teſtimonium fal-
ſitati nõ præbet: quod ſi ignoro ſcienda, ignorãtia mea redundabit in me. [At vos cõtra me eri-
gimini.] Sic ſacerdotes, ſcribæ & phariſæi cõtra Chriſtum ſe erexerũt, dicẽtes illud Ioan. 9. Nos
ſcimus quoniã hic homo peccator eſt, & neſcimus vnde ſit. Inſuper verbis & factis ſuperbiſsime
oppoſuerut ſe Chriſto, iuxta illud Pſal. 108. Perſecuti ſunt hominẽ inopẽ & mendicũ, & compun
ctum corde, mortificare, quem pſalmum de Chriſto literaliter ſcriptum, princeps Apoſtolorum
inſinuat Acto. 1. Præterea plures ſunt, qui pro eo quod erigere ſe contra ſe tanquam cõtra paſsio-
natos, vitioſos, ac imprudentes deberent, negligunt ſe, & contra alios, etiam aduerſum meliores
ſe erigunt, eis culpam & inſipientiam imponendo, non penſantes quod Prouerb. 18. habetur: Iu-
ſtus prior accuſator eſt ſui, quorum moleſtiam ferens iuſtus, dicere poteſt illud Threnor. 1. Vide
domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus. [& arguitis me opprobrijs meis.] id
eſt, mihi à vobis falſe obiectis, Iam enim inductum eſt, quam opprobrioſa verba locuti ſint Chri
ſto. Ideo ait ad patrem in Pſalmo 68. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium. Itemque: Ego fa Pſalm. 108.
ctus opprobrium illis. Viderunt me, & mouerunt capita ſua. Hinc Petrus ait Iudæis: Hic eſt lapis Acto. 4.
qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus. [Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio
afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.] Iudæi increduli Chriſtum ob ſua peccata iuſte damna
tum dixerunt, quibus Chriſtus in cruce pendẽs, cum tot mirabilia fierent, dicere potuit verbum
hoc, quaſi diceret: Ex his mirabilibus perpendite, quod Deus pater ſeu Trinitas non æquo iudi-
cio me affligi permiſit, æquitate qua redditur cuiquam quod meruit. Hoc eſt, penſate quod non
pro peccatis meis hæc patior, ſed pro mundi offenſis, quemadmodum Eſai. 53. pater teſtatur: Pro
pter peccata populi mei percuſsi eum. Hoc Chriſtus poſt Spiritusſancti miſsionẽ per os Apoſto-
lorum publice prædicauit, & per miracula declarauit. Vnde Actorum 3. Petrus loquens Iudæis:
Deus, inquit, patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum, quem tradidiſtis & negaſtis an-
te faciem Pilati. [Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet.] Hoc eſt quod Chriſtus ait in Pſal.
28. Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. Nec
obſtat quod ait Apoſtolus: Quia exauditus eſt Chriſtus pro ſua reuerentia. Ipſe quoq; Saluator: Hebr. 5.
Pater, ego ſciebam, quoniam ſemper me audis. Verum eſt enim, quod quicquid Chriſtus ex de- Ioan. 11.
liberata ratione & voluntate petiuit, ſortitus eſt. Aliqua autem orauit ſecundum naturalẽ & ſen-
ſitiuum ſuæ humanitatis appetitum, in quibus fertur non exauditus, ſicut cum dixit. Aufer à me Matt. 26.
calicem iſtum. Sed tales orationes non fuerunt proprie orationes abſolute dictæ, & ſimpliciter
fuſæ. Itaque quod ait, Nemo audiet, ſecundum hæc exponitur, nullus exaudiet. Poteſt autem &
ita exponi: Clamabo vim patiens, quia in cruce violentiſsimam ſuſtinens mortẽ, clamauit: Deus Matt. 27.
meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? & nemo audiet, id eſt, nullus homo ſuccurret. Hinc Pſalm. 21.
ait in Pſalmo 68. Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni.
[Vociferabor] quia cum clamore valido & lachrymis obtulit Chriſtus preces patri in nocte qua
tradebatur, ſecundum Apoſtolum. [& non eſt qui iudicet.] quia tunc nõ fuit qui iudicaret Chri Hebr. 5.
ſtum ſecundum innocentiam ſuam, ſecundum quam ab omni pœna fuiſſet mox præſeruandus,
ſed iudicatus fuit à præſide Pilato iniuſte. Præterea Deus frequenter electorũ petitiones differt
audire, & voces eorum ſe aduertere quaſi diſsimulat, vt interim expurgentur, & diu clamando
copioſius præfixo tempore exaudiantur, qui hanc diuinæ pietatis diſpenſationem non intuen-
tes, conqueruntur ſe quaſi relictos, ſeu non attentos à Deo: ſed in tali dilatione habenda eſt pa-
tientia, certa fiducia, indefeſſa inſtantia. [Semitam meam circumſepſit.] Proceſſus enim conuer-
ſationis Chriſti in ſeculo iſto, aduerſitatibus fuit repletus. Propterea ait in Pſalm. 87. Pauper ſum Matt. 26.
eo, & in laboribus à iuuentute mea. [& tranſire non poſſum] Chriſtus etiam à Iudæis compræhẽ- Ioan. 18.
ſus, ligatus & crucifixus, quamuis ſecundum exteriorem apparentiam, ſeu naturalem humanam
potentiam tranſire hincinde nequiuerit, propter quod verba iſta hoc modo ei conueniunt, nihi-
lominus abſolute loquendo, ſeipſum eripere, excutere, tranſireque potuit per ſuam diuinam po-
tentiam, immo & per creatam ſuam ſupernaturalem potentiam. Attamen quaſi ſecure inter Iu-
dæos tranſire non valens, perſequutionem illorum ad horam declinans, ſubtraxit ſe, iuxta illud
Ioannis 11. Ab illo die cogitauerunt vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palàm ambula-
bat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi
morabatur cum diſcipulis ſuis. [& in calle meo tenebras perſecutionum poſuit. Spoliauit me
gloria mea.] Chriſtus enim ad tempus inclytæ extitit famæ apud vulgares, præcipue quando (vt Luc. 13.
Euangeliſtæ teſtantur) omnis populus gaudebat in omnibus quæ magnifice fiebant per illum, Matth. 9.
atque dicebat: Quia nunquam ſic apparuit in Iſrael. Et: Propheta magnus ſurrexit in nobis. In Luc. 7.
die quoque Palmarum honor & gloria ei à populo eminentiſsime impendebantur: ſed in die
Paraſceues pater ſpoliauit permiſsiue Chriſtum hac gloria, intantum, vt vniuerſus populus eum

negaret ac diceret: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Petiuitque latronem potius
Matth. 27. quam Chriſtum dimitti. [& abſtulit coronam de capite meo.] quia videlicet pater miſit filium
in maxima paupertate, ita quod temporaliter non regnauit, nec in primo aduentu iudicium re-
Ioan. 6. tributionis exercuit: ſicque abſtulit ei pater coronam ad tempus, qua dignus iugiter fuit. Nam
& cum Iudæi venturi erant, vt raperent eum, & regem facerent, patre volente mox fugit in mon-
tem. [deſtruxit me vndique] id eſt, toto corpore vulneribus lacerari permiſit. [& pereo] id eſt,
corporaliter morior, ſecundum illud Eſai. 57. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet. [& quaſi auul
ſæ arbori abſtulit ſpem meam.] Pro Iudæorum conuerſione Chriſtus multipliciter laborauit, &
ſpem quandam ſeu expectationem de eorum conuerſione tunc habuit, quæ quantum ad maio-
rem populi illius partem, ablata eſt ei, quando populus ille in perfidia ſua obſtinatus effectus eſt.
Hinc Eſai. 49. loquitur Chriſtus: Ego dixi: In vacuum laboraui, ſine cauſa & vane conſumpſi for
titudinem meam. [Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuũ.] Hoc com-
petit Chriſto ſecundum expoſitionem præcedentis articuli. Ipſe equidem fatetur in Pſal. 87. Su-
Pſalm. 34. per me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Vnde Eſai. 53. ſcri-
bit: Nos putauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à Deo. Chriſtus autem in ſcripturis aliquã
do aliquid loquitur, non ſecundum quod fuit, ſed ſicut apparuit, vt eſt illud: Congregata ſunt ſu-
per me flagella, & ignoraui. ſimul venerunt latrones eius] de quibus Ioan. 18. ait: Cohors, & tri-
bunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum. [& fecerunt ſibi viam per me] id eſt, to-
tum corpus meum ictibus atque vulneribus pertranſierunt. [Obſederunt in gyro tabernaculũ]
2. Pet. 1. id eſt, corpus meum. Vnde & Petrus in 2. ſua ſcribit epiſt. Scio quia velox eſt depoſitio taberna
culi mei. Hinc Chriſtus ait in Pſal. 21. Circundederunt me canes multi, conſilium malignantium
obſedit me. Et ſicut fecerunt corpori Chriſti vero, ita & corpori eius myſtico, puta eccleſiæ pri-
mitiuæ. Latrones quoque ſunt inuiſibiles hoſtes animarum, fraudulentiſſimi iugulatores, qui
contra Chriſti famulos veniunt, eccleſiam obſident, atque in cordibus plurimorum quos ten-
tant, præſertim quos vincunt, ſibi efficiunt viam, quia in mentibus ſuccumbentium quaſi libe-
Matth. 28. re ambulant, dum eos de vitio ad vitium ducunt. [Fratres meos longe fecit à me.] Tempo
Pſalm. 21. re enim paſsionis fugerunt à Chriſto apoſtoli, de quibus poſt paſsionem dixit Mariæ Magda-
lenæ: Vade, dic fratribus meis. Et ad patrem in Pſalmo 21. Narrabo nomen tuum fratribus
meis. [& noti mei quaſi alieni receſſerunt à me,] cæteri ſ. diſcipuli. [inquilini domus meæ] per
quos recte intelliguntur quidam ex gentilibus Chriſto credentes, ſicque ad eius domum, id eſt,
congregationem & familiam pertinentes. [& ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me] tempo
re paſsionis, quando & multæ fœminarum, quæ aliquando Chriſto crediderant, ſuggeſtionibus
virorum ab ipſo auerſæ fuiſſe creduntur, quamuis omnes mulieres Hebrææ Chriſti ancillæ poſ-
ſint intelligi, inquantum vnius veri Dei cultrices erant, vel eſſe ſe affirmabant. [& quaſi peregri-
nus fui in oculis eorum] non curantium nec attendentium me. [ſeruum meum vocaui,] id eſt,
populum Iudæorum, ſeruili timore potius quam filiali amore Deo obſequentem, ad fidem &
Rom. 10. gratiam inuitaui & docui. [& non reſpondit] per obedientiam, quia comparatiue pauci credide
Eſai. 65. runt. Vnde apoſt. allegat Eſaiam, in Chriſti perſona dicentem: Tota die expandi manus meas ad
populum non credentem & contradicentem. [ore proprio deprecabar illum.] Chriſtus enim
nunc blandis, nunc promiſſorijs ſermonibus hortabatur hunc populum ad ſalutem, & qui ante
per prophetas & alios hoc peregit, tandem in propria perſona homo factus hoc fecit, ſicut & Eſa
30. prædixit: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem poſt ter-
ga monentis. Præterea Chriſtus nunc conqueri poteſt hæc de impijs Chriſtianis, qui fide &
nomine, non charitate & actu, inquilini & ancillæ ſunt domus, id eſt, eccleſiæ Chriſti: attamen
peccando ab ipſo recedunt, & quaſi alienum & peregrinum Chriſtum hic habent, eius doctri-
nam non intuendo, eius præcepta paruipendendo, mentem ab ipſo viliter auertendo: ſed & ſer-
uum ſuum, ſcilicet, populum Chriſtianum, Chriſtus proprio ore vocauit, vocat ac deprecatur, vt
conuertatur atque obediat. Vocat autem nunc per ſcripturas, per angelicam directionẽ, per oc-
cultam inſpirationem, per prælatorum ac prædicatorum atq; doctorum admonitionem. [hali-
tum meum exhorruit vxor mea,] id eſt, ſynagoga olim ſpõſa vxorq; mea, me incarnatum ac præ-
ſentem ita cõtempſit, quod mihi nequaquam voluit appropinquare: immo grauis ei extiti ad vi-
dendum, nec voluit me audire. Talis autem auerſio ſolet per halitus exhorrentiam deſignari. Vn
Exod. 5. de in Exodo filij Iſrael leguntur dixiſſe Moſi & Aaron: Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram
Pharaone. Fuit autem ſynagoga olim ſponſa & vxor Chriſti. ſicut modo eccleſia de qua fertur in
Apoc. 19. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Synagoga vero per ſuam incredulita-
tem facta eſt adultera meretrixque diaboli, ac repudiata à Deo, prout Eſa. 50. ait: Quis eſt hic li-
ber repudij matris veſtræ quo dimiſi eam? [& orabam filios vteri mei] id eſt, Iudæos, quos præ-
ctice intelligendo creaui, & ſapientia mentis meæ inſtruxi. Vterus quippe (vt dictum eſt) pro in-
tellectu ſeu mente frequenter accipitur, vbi interior animæ proles, quæ eſt verbum ipſius, conci-
pitur.

pitur. Vnde in Prouerb. Salomon loquitur: Fili accipe doctrinam meã, quę tibi pulchra erit cum
acceperis eam in ventre tuo. De his filijs Eſa. 1. teſtatur: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autẽ ſpre-
uerunt me. Iudæos autem (vt dictum eſt) Chriſtus etiam deprecatorié ad ſalutem commonuit.
[Stulti quoq; deſpiciebãt me,] quod de Hierodianis & miniſtris Pilati, cęteriſq́ gẽtilibus Chri
ſtum perſequentibus opere vel conſenſu, ſpecialiter accipi poteſt: vel de vulgo Iudæorum indo-
cto, de quo loquitur Hiere. 5: Et dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam domini &
iudicium Dei ſui. [Et cum ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi.] Iuxta illud Ioan. 7. Murmur
multus erat de eo in turba, quidam enim dicebant, quia bonus eſt: alij autem dicebant, non,
ſed ſeducit turbas: nemo tamen palam loquebatur de illo. Detractio autem mortale peccatum
eſt, valde graue, & grauius furto. Ideo Eccleſiaſtes 10. dixit: Quomodo ſi mordeat ſerpens in
ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte derahit. Iuſto autem detrahere, prorſus enorme eſt.
[abominati me ſunt quondam conſilarij mei] videlicet ſacerdotes, ſcribæ & phariſæi, qui con-
ſilarij Dei ſeu Chriſti fuerunt, quaſi ad ipſum pertinentes, non quaſi ei conſilium impenden- Gen. 23.
tes, ſed populo eius, quemadmodum in Geneſi filij Heth loquuntur ad Abraham: Princeps
Dei es apud nos, vbi alia translatio habet. Rex Dei es apud nos. [& quem maxime diligebam,
auerſatus eſt me.] Poſſet hoc exponi de Iuda proditore, quẽ Chriſtus maxime, id eſt, valde mul-
tum dilexit, quantum ad amicitiæ ſigna, & beneficia gratiæ gratis datæ. Nam fecit eum Apoſto-
lum ſuum, procuratoremque, & forte ad tempus fuit in charitate & gratia. Denique princeps a-
poſtolorum oretenus cum anathematizatione ac iuramento Chriſtum negauit. Inſuper ordo
pontificalis præ cæteris à DEO electus, Chriſtum ſpecialiter noſcitur perſecutus. [Pelli meæ,
conſumptis carnibus, adhæſit os meum.] Tempore paſsionis ſanguine Chriſti exhauſto, &
corpore vulneribus dilacerato, violentiſsimeque diſtento, caro eius magna ex parte attenuata
eſt, ita vt oſſa viderentur pelli hærere. quia dilapſa diſperſaque fuit caro eius tenerrima. [& de-
relicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos] i. cæteris membris meis ſuo officio quodam-
modo deſtitutis, ſolius mihi linguæ vſus remanſit tempore crucifixionis. Nam & Chriſtus voce Marc. 15.
magna exclamans, tradidit ſpiritum: quod ſupernaturale fuiſſe conſiderans ipſe centurio: Vere,
inquit, hic homo filius Dei fuit. [Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei.] Chri-
ſtus ſibi condolere ſuos optauit, quemadmodũ naturale cenſetur afflictis. Propter quod ait Pſal.
68. Suſtinui qui ſimul cõtriſtaretur, & nõ fuit: & qui cõſolaretur, & nõ inueni. Præterea per ami-
cos eius, intelligi, poſſunt omnes qui affuerũt Iudæi, qui licet pro maiori parte fuerint eius inimi-
ci, tamẽ amici vocãtur, quoniã Chriſtus eos amauit, & quoniã quidã eorũ prędeſtinati fuerunt:
ſicq; amici tũc erãt, nõ ſecundũ pręſentẽ iuſtitiã, ſed ſecundũ prędeſtinationẽ æternã, qui poſtea
ſunt conuerſi, quibus paſsione inſtante prædixit: Quum exaltaueritis filium hominis, tũc cogno Ioan. 7.
ſcetis quia ego ſum. Iudæis quoque Chriſtus multa ſpecialia beneficia erogauit, ideo præ cæteris
eius dicebantur amici: vnde eorum ingratitudo, perfidia, & perſecutio ſibi molellior fuit. Ita-
que ait: Miſeremini mei, &c. tanquam dicat: Gentilibus me tam dire cædentibus, ſaltem vos Iu-
dæi populus propter quẽ veni, condolete. Nihilominus per amicos intelligi poſſunt Iudæi tunc
quodammodo increduli, puta diſcipuli, qui ſiue abſentes, ſiue præſentes, Chriſto intime compa-
tiebantur. [quia manus domini tetigit me.] Deo enim permittente occiſus eſt Chriſtus, immo
Deus ſe id feciſſe teſtatur per Eſa. 53. Propter ſcelus, inquiẽs, populi mei percuſsi eũ. In Actis quo
q; loquitur Petrus: Deus qui prædixit per os omniũ prophetarũ pati Chriſtum ſuũ, impleuit ſic.
Crudelibus vero incredulisq; Iudęis loqtur cõſequẽter: [Quare perſehuimini me ſicut Deus?]
hoc ſecundũ præcedẽtis articuli elucidationẽ cõpetit Chriſto, qui etiã ait Deũ ſe perſequi per-
miſsiue: & quia per filij ſui vnigeniti perſecutionẽ & mortem, præordinauit genus ſaluare huma
num, hinc filius loquitur patri in Pſal. 68. Quem tu percuſsiſti, perſecuti ſunt. [& carnibus meis
ſaturamini?] Hoc rurſus ſecundum præhabitam expoſitionem maxime competit Chriſto, de
cuius amariſsimis pœnis crudeliſsimi perſecutores vehementiſsime geſtiebant. [Quis mihi
tribuat, vt ſcribantur ſermones mei?] Chriſtus vtique verba ſua tam in cruce & tempore paſsio
nis & ante prolata ſciens ſaluberrima eſſe, optauit ea ad mundi inſtructionem ſcribi tam in libris
quam in hominim cordibus, quod etiam fiendum certiſsime nouerat, ideo ſubditur: [Quis mi-
hi det, vt exarentur in libro] i. corde Iudæorum, ob quorum inſtructionem Chriſtus ſpecialiter
miſſum ſe perhibet, [ſtylo ferreo] id eſt, profunda & forti inſcriptione, prædicatione, ſeu illumi-
natione, per quam verba diuina menti imprimuntur humanæ. [vel in plumbi lamina] per quam
intelligitur cor grauium perſonarum, quę religioſiores videntur. quod Chriſtus adiunxit, quia à
communi populo Iudæorum nouerat ſua verba ſpernenda, ideo cupiebat vt ſaltem ab eis recipe
retur, qui mairios probitatis æſtimabantur: quod & partim complctum eſt quia vt Acta habent,
Multa turba ſacerdotum obediebat fidei. Sed quoniam maior pars plebis huiuſmodi manſit Act. 4.
incredula, optauit ſaluator vt conuerteretur gentilitas. Propter quod ſubditur: [vel certe
ſculpantur in ſilice] id eſt, duro gentilium corde, de quibus dixit ſaluator: Alias oues habeo quæ Ioan. 10.

non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Denique de ſpiritali hac inſcriptione, qua
Hiere. 31. euangelica lex in cordibus ſcripta eſt electorum, allegat Apoſtolus ad Hebr. 8. teſtimonium Hieremiæ, Deum inducens dicentem: Dabo leges meas in mentes eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas. Sequẽtia autem verba non proprie congruunt Chriſto, qui non in nouiſsimo die reſurget, ſed die tertio reſurrexit. Inſuper ex præinductis faciliter reor patere, qualiter verba huius cap. de quocunque grauiſsime afflicto ac iuſto, per Iob figurato, & Chriſti imitatore, queant exponi, quod cauſa vitandæ prolixitatis non proſequor, ſed circa pleniorem tractationem verborum huius capituli, quæ pro lectione dicuntur in officio defunctorum, paululum immorabor: [Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum. &c.] Si quis tantam inciderit infirmitatem, aut tantam fecerit abſtinentiam, vt caro eius pro magna parte cernatur conſumpta, ita vt dicere valeat cum Pſalm. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerũt, percuſſus ſum vt fœnum, A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ, id eſt, pelli, ſecundum Hieron. talis verba hæc Iob dicere poteſt, qui amicorum petit ſuffragium: Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Tempore etenim aduerſitatis & neceſsitatis, præcipue amicitia eſt monſtranda, ideo dicitur Eccleſiaſtici 6. Si poſsides amicum, in tentatione poſside eum, & ne facile credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanet in die tri-
Eccl 7. bulationis. Itemque: Non te pigeat viſitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis.
Prou 17. Et alibi ſcriptum eſt: Frater in anguſtijs comprobatur. Talibus ergo miſereamur interiori compaſsione, & ſubeniamus pro poſſe, orando, conſolando, miniſtrando, de neceſſarijs proui-
Pſalm. 117. dendo. [quia manus domini tetigit me,] paternaliter in hac vita caſtigando, quemadmodum legitur: Caſtigans caſtigauit me dominus: Interdum autem manus domini tangit nos in ſpiritualibus donis, illa diſpenſatorie ſuſpendendo, aut iuſte tollendo: tuncque maiori ſolicitudine atque cuſtodia indigemus, & aliorum ſpirituale ſubſidium implorare debemus, ne in mente grauius vulneremur, ſed ſtatim curemur ſeu reparemur. [Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?] Hoc iuxta expoſitionem præhabitam, duris incompaſsiuiſque dicitur, de quibus Prouerb. 12. fertur: Viſcera impiorum crudelia. Tales autem, iniqui ſunt vitiniſque valde. Vnde Prouerb. 11. legitur: Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt: benefacit animæ ſuæ vir miſericors, qui autem crudelis eſt, & propinquos abijcit. Tales attendant & paueant illud Iacob. 2. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam. [Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei] &c. qui ex gratia ſibi collata profert ſententioſa atque vtilia, merito ex charitate cupit ea ad aliorum profectum commendari memoriæ & ſcripturæ, præſertim cum Eccleſiaſtici 20. ſcriptum ſit: Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtroque? [Scio enim quod redemptor meus viuit.] quemadmodum ad Roman. 6. dicit Apoſtolus: Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, qui ſecundum diuinitatem æternaliter & incommutabiliter eſt viuens & vita. Hunc redemptorem tanto amplius diligere debemus, quo in ſeipſo eſt melior, & quo à pœna maiori nos liberauit, ad maiora quoque bona perduxit: quo item hoc amoroſius, precioſius ac laborioſius fecit. Cum igitur ab æterna nos damnatione, pœna & morte redemerit, gratiam & gloriam nobis meruerit, & proprij ſanguinis effuſione cum amariſsima paſsione hoc egerit, conſtat quod eum toto corde in omnibus & ſuper omnia ſemper amare, timere, honorare incomparabiliter obligemur: quæ niſi fecerimus, ingratiſsimi atque vliliſsimi canes probabimur. [& in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum &c.] Verba hæc ſatis expoſita ſunt. Omnes quoque in die iudicij videbunt Chriſtum Deum & iudicem in forma humana. Beati vero eius tunc diuinitatem etiam intuebuntur. Præterea verba hæc vigilantiſsime ponderare ac penetrare debemus, felicemque reſurrectionem cordialiſsime deſiderare, & pro ea efficaciter laborare. Sed & metuendiſsimum Dei iudicium tota mente vereri, & quæ tunc futura ſunt, tanquam præſentia oculis fidei quotidie intueri. Poſtremo tangendum, quomodo lectio iſta conueniat animæ in purgatorio conſtitutę. Talis ſiquidem anima ſi langunre graui & longo ſeparata fuit à corpore, dicere poteſt de corpore quod habebat: Pelli meæ &c. quod ait ad prouocandam Dei clementiam, dum propriam commemorat calamitatem. Inſuper anima talis grauiſsime dolens, nec tamen iuuare ſe valens, amicorum precatur ſuffragia. [Miſeremini mei, miſeremini mei] Repetitio verbi, indicium eſt, intenſi affectus, grauiſsimique doloris. [Saltem vos amici mei] videlicet propinqui, familiares, amatores, & quibus aliquando beneſeci, aut bona quæ habui, poſsidetis atque conſumitis. Vnde ſpecialis vobis ratio miſerendi eſt mihi, charitate & iuſtitia exigentibus iſtud. Itaque miſeremini mei pro me orando, eleemoſynas tribuendo, ieiunando, celebrando, aut cætera virtutum opera pro me ſatisfactoria exercendo. Sed heu in hoc multi viuentium negligentes ſunt vehementer, dum nec filij parentibus, nec beneficiati benefactoribus, nec propinqui cognatis, nec amici amicis, nec in fiducia habiti commendatis, defunctis (vt dignum eſt) præfatis modis iam miſerentur: immo parum attendunt, in quantis illi ſint pœnis, quam affectuoſe ſibi poſtulent ſubueniri, quantum etiam

etiam teneantur illis ſuccurrere. Nouerint hi quia ſic fiet ſibi, quomodo faciunt alijs. [quia ma-
nus domini tetigit me] id eſt, pœnis iſtis affligit. [Quare perſequimini me ſicut Deus?] Hoc
anima dicit aduerſus eos, qui occaſio ſunt quod pœna ſua in purgatorij loco augetur, qui ſcili-
cet, animæ culpas ſequuntur, aut mala eius incaute commemorant, quod ſecundum Grego- Gregorius
rium, viciſsim vergit in pœnarum animæ incrementum, [& carnibus meis] id eſt, carnalibus o-
pibus ſeu operibus [ſaturamini,] vtendo meis: nec tamen digne mihi ſubuenientes, in quo &
ſacerdotes & canonici religioſiq́, cæteri inueniuntur maxime ac damnabiliter defectuoſi, non
orando ac ſatisfaciendo pro his, quorum eleemoſynis vtuntur aut ſuſtentantur, ſicut charitas
æquitaſq́ue requirunt. Contra quos ſanctus Bernardus terribiliter ſcribit, quia ſacrilegi ſunt, Bernardus
bonis eccleſiæ abutendo, & de eleemoſynis pauperum delicate ſe nutriendo, pretioſe, curioſe
atque ſuperbe veſtiendo, ac ſceleratiſsime ſuperbiendo. Itaque pro benefactoribus noſtris vi-
uis ac mortuis iugiter efficaciterq́ue oremus, grati ſimus: & ita viuamus, vt pro nobis ipſis ac
alijs idonei deprecatores inueniamur. [Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei] &c.
Verba equidem animæ talis, tam doloroſa ſunt, ipſaq́ue anima taliter anguſtiatur, quod verba
ſua cupit ſcribi & auxiliari valentibus intimari, vt & cæteri hæc ſcientes, pœnas has caueant, ac
pro ipſa exorent. [Scio enim quod redemptor meus viuit] id eſt, ideo cupio mihi ſubueniri,
quoniam ſcio me redimendam, certiſsime præſtolans reſurrectionem beatam, ſciensq́ue Chri-
ſtum ſaluatorem meum in cælis regnantem. [& in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum] e-
go ſpiritus rationalis, quando corpus intrabo, informabo, viuificabo ac erigam. Sicq́ue cum Iohel.3.
illo de terra ad iudicij locum conſurgam, ſicut per Iohelem Deus prædixit: Conſurgant & aſ-
ſcendant gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Cæ-
terorum verborum lectionis huius expoſitio non variatur, ſed ex præcedenti patet articulo.
Quod vero in fine capit. legitur, [Quare ergo nunc dicitis, perſequamur eum, & radicem ver-
bi inueniamus contra eum?] poteſt eſſe verbum Chriſti contra Iudæos, qui ſe ad eius perſecu-
tionem mutuo hortabantur, multipliciterq́ue inter ſe contulerunt, qualem aduerſus eum accu-
ſationem proponerent. Poteſt demum eſſe verbum cuiuslibet iuſti contra impios perſecuto-
tores. Cætera patent.

Declaratio literalis cap. 20. Reſpondens autem Sophar Naamathites, dixit.
Articulus XLV.

RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco [propter ea quæ dixiſti ô Iob, co-
gitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi] id eſt, diuerſa conſidero, nunc penſando rationes
pro tuæ poſitionis defenſione valentes, nunc eas quæ ad contrarium videntur conſerre, &
meam poſitionem firmare: [& mens in diuerſa rapitur,] id eſt, intellectus meus in diuerſa per-
pendenda ac diſcutienda dirigitur, vt moris eſt diſputantibus, quando nutare incipiunt & dubi-
tare quid verius ſit. [doctrinam qua me arguis] id eſt, reprehendis tanquã male ſentientem de
prouidentia Dei, dum dico hominem non flagellari à Deo niſi pro ſuis peccatis. [audiam] non
mox eam cum aſpernatione abijciendo, ſed quid veri in ea ſit, diligentius inueſtigando. [& ſpiri
tus intelligẽtiæ meæ] i. ſpũs per quẽ intelligo, i. anima vt intellectiua. [reſpondebit mihi] i. intus
mihi oſtendet, ac indicabit in conſiſtorio mẽtis meę quod verum eſt, quia per intellectus inueſti
gationem veritas inuenitur. [Hoc ſcio] quod ſubdo, vcz [quod à principio] tẽporis [ex quo po-
ſitus eſt homo ſuper terram,] i. ab exordio cõſtitutionis generis humani. [q laus impiorum bre-
uis ſit] i. celebris fama eorum cito pertranſit, & paulopoſt diffamantur, cum non vera, ſed appa-
rens bonitas virtutis in eis ſit, cuius falſitas cito conſideratur atque pateſcit. [& gaudium hypocri
tæ ad inſtar puncti] id eſt, nullus eſt reputationis ſiue durationis, præſertim reſpectu veri ſpirita-
liſq́ue gaudij, & quo ad futuri ſeculi æternitatem: non enim vero ac ſtabili innititur fundamen- Eſai 47.
to, ſed caduco, vano atque fallaci: Vnde Prouerb. 12. ſcriptum eſt: Iter impiorum decipiet eos.
In Eſaia quoque dicitur impio: Veniet ſuper te malum atque calamitas, & neſcies ortum eorum,
veniet ſuper te miſeria repente. [Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius] id eſt, quantumli-
bet in vita hac proſperetur ac eleuetur, etiam ſi cæleſtibus ac diuinis ſe reputet parem, vt hi qui in
vita iſta ſe adorari fecerunt. [& caput eius nubes tetigerit,] i. ambitioſa mens eius præ alijs ſubli-
miter valde ſe erigat: ſanctisq́; qui nubes vocantur, ſe præſumptuoſe æqualem exiſtimet. [quaſi
ſterquilinium in fine perdetur] i. in morte ſubito deprimetur, atque vt viliſsimũ cadauer à Deo
ſpernetur, æternaliterq́ue damnabitur. Sic & Pſalm. 36. decantat: Vidi impium ſuperexaltatum
& eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus
locus eius. Hinc 1. Machab. 2. inducitur: Gloria peccatoris ſtercus & vermis. Hodie extollitur,
& cras non inuenitur, quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt. In viſione quoq;
Abdiæ dominus cõminatur ſuperbo: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidũ Abd. 1.

tuum, inde detraham te, dicit dominus. [& qui eum viderant] in proſperitate, ſublimitate & gloria, dicent, cognita repentina eius deiectione. [vbi eſt?] quaſi dicant mirando, ô quam cito deficit & perijt ipſe cum omni apparentia ſua. [Velut ſomnium auolans] id eſt, à mente per obliuionem cito recedens, [non inuenietur] in priſtina vita & gloria, [trãſiet ſicut viſio nocturna] quæ momentanea eſſe ſolet. ſic ipſe de vita tolletur & diſperibit, quaſi hic nunquam fuiſſet. Sic & Pſal. 72. cantatur: Deieciſti eos dum alleuarentur, quomodo facti ſunt in deſolationem? Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. Velut ſomnium ſurgentium domine in ciui-
Sap. 5. tate tua, imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Vnde in lib. Sapientiæ vitioſi fatẽtur: Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarum iactantia cõtulit nobis? tranſierunt omnia illa tãquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens. [Oculus qui eum viderat] in temporali proſperitate & pompa, [non videbit] eum amplius in hac vita, quia poſt mortẽ nõ reditur ad ſtatũ ſeculi huius. [neque vltrà intuebitur eum locus eius] i. in priſtino loco non conſpicietur. Locus autẽ dicitur intueri materialiter inquantum præbet id quod continet ad videndum, ſicut inanimata dicũtur
Pſalm. 102 creatorem ſuum laudare. Hinc ait propheta: Quoniam ſpiritus pertranſiuit in illo, & nõ ſubſiſtet & non cognoſcet amplius locum ſuum. [Filij eius atterentur egeſtate] i. opibus ſui patris priuabuntur, & inopia affligẽtur, quod nõ ſemper corporaliter agitur: ideo ſpiritaliter verius adimpletur, quod hi qui eius ſectantur hypocriſim, & ſpiritalis refectionis carentia mente areſcunt, & veris virtutum priuantur diuitijs, de qua inopia ait Pſal. 33. Diuites eguerunt & eſurierunt. [& manus] i. operationes] illius reddẽt illi dolorẽ ſuũ [i. pœnã quã meruit, quoniã ꝓpter opera ſua iniqua damnatur, iuxta quod Eſai. 3. ſcriptum eſt: Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. [Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius] id eſt, etiam cum ſenuerit, propter peccata in adoleſcentia habita in carne & oſſibus affligetur. In quo videtur pungere S. Iob, quod propter peccata diu præterita taliter puniatur vſque ad intima. Vel ſic: oſſa eius, id eſt, interiora & animæ fortiores potentiæ implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius: quia perſeuerabit in ſolitis
Dan. 13. culpis, quemadmodum Prouerb. 21. habetur: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenue-
Ezec. 32. rit, non recedet ab ea. Vnde Daniel dicit tali: Inueterate dierum malorum, nunc aduenerũt peccata tua. In Ezechiele, quoque de impijs legitur: Iniquitates eorum in oſſibus eorum. Quidam per oſſa hypocritæ, intelligunt miniſtros ac roboratores eius in malo, qui vitijs eius implentur ea ſequendo, ſecundum quod Eccleſiaſticus 10. ait: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. [& cum eo in puluere dormiẽt] i. In terra quieſcent, deinde poſt reſurrectionẽ communẽ in inferno pariter punientur, cuius cauſam adiecit: [Cum enim dulce fuerit in ore eius malum] id eſt, iniquitas ſua ei ſuauis ac placita fuerit, & de ea delectabiliter loqui inceperit, quales ſunt illi præſertim, qui peccant ex habitu vitioſo ſeu deliberatione & certa malitia, non ex ignorantia, infirmitate, ſolave paſſione, de quibus Prouerb. 1. aſſeritur: Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, Atque in Pſalm. 72. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Cum enim habitus ſit velut altera natura, ſecundum Philoſophos, ſicut delectabile eſt operari ſecun-
Prou. 15. dum naturalem inclinationem, ita delectat operantem operari ſecundum habitum quo imple-
Pſalm. 140 tur. Ideo Prouerb. 21. dictum eſt: Gaudium iuſto facere iuſtitiam. Et alibi legitur: Stultitia gaudium ſtulto. [abſcondit illud ſub lingua ſua] id eſt, impietatem ſuam occultat, excuſat & palliat, quo contra orat vir ſanctus: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Et Prouerb. 28. ait ſcriptura: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Vel abſcõdit illud ſub lingua ſua, i. in vitio perſeuerat, quemadmodum comedens dulce quid, tenet illud ſub lingua, vt diutius delectetur eius ſapore. [Parcet illi] id eſt, peccatum ſuum pœnitendo non corrigit, neque vlciſcitur. [& non relinquit illud] ceſſando à culpa, [& celabit in gutture ſuo] id
Ioſu. 7. eſt, aperte non confitebitur. Quo contra ſcriptum eſt: Fili mi, da gloriam domino Deo, & confitere atque indica quid feceris, ne abſcondas. Et Iaco. 5. ait: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Itaque tempore ſanitatis amore iuſtitiæ & odio culpæ confiteamur, iuxta illud Eccl. 17. Ante mortem confitere, à mortuo quaſi nihil perit confeſsio, confiteberis viuens & ſanus. Deniq; in his Sophar tãgit B. Iob, quod ita delicioſum fuerit ſibi peccare, quod nolit ſua vitia confiteri, ſed ea excuſet ac neget, ſeque iuſtificet. Verum iſtud eſt mollium, nil triſte & durum in pœnitentia pati volẽtium [Panis eius in vtero illius, vertetur in fel aſpidũ intrinſecus] id eſt, refectio, qua ſe laute & de illicitis maleve acquiſitis pauit, erit ei cauſa amariſsimæ pœnæ ac damnationis, vel in humores venenoſos atque mortiferos, iuſto Dei iudicio cibus ſuus ſibi in ſuo vtero cõuertetur, iuxta illud Prouerbior. 20. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſteà implebitur os eius calculo. [diuitias quas deuorauit] i. iniuſte rapuit & conſumpſit, [euomet] i. turpiter perdet vel intempeſtiue ac doloroſe amittet, [& de ventre illius extrahet eas Deus] i. diſtricte ab eo requiret torquẽdoq; exiget quicquid impie habuit, egit, expendit. [Caput aſpidũ ſurget] i. impium atq; hypocritam inuadet vt mordeat, intelligendo per caput aſpidum, principem ſæuum ſiue diabo-
Thomas lum. Sic S. Thomas exponit, quæ expoſitio cuidam inepta videtur, aſſerenti quod in Hebræo

ac li-

ac libris correctis habeatur,ſuget. Veruntamē B. Gregorius diligētiſsimus libri huius inſpector, Gregorius
ſecundū vtranque tranſlationē,videlicet 70. interpretū atque Hieronymi,legit & exponit,ſur- Hieron.
get,non ſuget. Hinc verius reor ſic in Hebræo haberi,ſicut Hieronymus tranſtulit, qui vbiq; aſ-
ſerit ſe Hebraicam veritatem ſecutum,nec quicquā de ea mutaſſe. Inſuper arbitror quod verbū Albertus
Hebraicū ſit forte ęquiuocū ad ſuget,& ſurget. Attamē aliq; libri continēt,ſuget. Nā & Albertus
ita exponit,dicendo: Aſpis,ſerpens eſt incantatorē non audiens, pernecabile habēs venenum .i.
valde inſectiuum,quia mordendo interficit,iuxta Thomam,deſignatq́ue dęmones præſidętes Thomas
obſtinatis,doctores & prędicatores non audientibus,cuius aſpidis caput ſugit,qui cum delecta-
tione ſuggeſtiones eius acceptat,quod ſub aliqua metaphora Eſaias ſic dicit: Oua aſpidum ru- Eſai. 59.
perunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum, morietur : & quod confotum
eſt, erumpet in regulum. Itaque expoſitio Thomæ conueniens eſt. [& occidet eum lingua vipe-
ræ.] Vipera genus ſerpentis eſt,lingua ſua diffundentis venena,per quā detractor ſeu accuſator
vel dæmon impietatis perſuaſor exprimitur: à quo detractore, accuſatore ſeu dæmone hypo-
crita & iniquus corporaliter ſpiritaliterve necatur,ne videat per experimentum, id eſt, non ſor-
tiatur. [riuulos fluminis torrentis] id eſt, abundantiam temporalis proſperitatis aut opulentiæ
accurrentis, vt flumen: vel adhærentis & ſtantis, vt torrens. [mellis & butyri] id eſt, abundan-
tiam dulcium ac dęlectabilium rerum non babeat. [Luet quæ fecit omnia] id eſt, pro vniuerſis Ezech. 18.
& ſingulis ſuis vitijs punietur, quemadmodum in Ezech. dominus ait: Vnumquenq; iuxta vias
ſuas iudicabo. Deus enim nullum malum deſerit impunitum, ſicut nec aliquid in toto inordina
tum relinquit: quod enim inordinatum eſt per culpam,ordinat ipſe per pœnam. [nec tamen
conſumetur.] id eſt,eſſe non deſinet. Anima enim permanet immortalis, corpora quoque dam
natorū reſuſcitata,non conſumentur ab igne inferni. Mors quippe illius miſeriæ,quæ in Apoca-
lypſi dicitur mors ſecunda non tollit eſſe & vitam naturæ nec deſtruit corpora, ſed æternaliter Apoc. 22. Error Ariſtotelis.
ineſt ac punit, nec ibi verificatur illud Philoſ. Nullum violentum perpetuum,ſed (quod in Apo-
calyp. legitur) cruciabitur iniquus igne & ſulfure, & fumus tormentorum eius aſcendet in ſecu
la ſeculorum. [Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum] id eſt, excogitatarum malitiarum Apoc. 14.
recentiumq́ue culparum. [ſic & ſuſtinebit] tormenta inferni, quia pœna cōrreſpondet culpæ.
Quo enim grauius & multiplicius quis peccauit, eo pœnalius affligetur, ſecundum illud Apo-
calipſis 18. Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et
Sapien. 6. Fortioribus fortior inſtat cruciatus. [quoniam confringens] id eſt, violenter fran-
gens [nudauit pauperis domum] inopem ſpoliando. [rapuit] quæ in pauperis domo inuenit.
[& non ædificauit eam] id eſt,ablata non reſtituit,nec deſtructa reparauit. Talibus dominus lo-
quitur per Eſai. 3. Rapina pauperis in domo veſtra eſt. Quare atteritis populum meum, & fa-
cies pauperum commolitis? [nec eſt ſatiatus venter eius] id eſt,pauperis, quoniam rebus ſuis ſi-
bi ablatis,ſufficientiam non habebat. Vel non eſt ſatiatus venter eius,id eſt, cor præfati iniqui o-
pibus non eſt impletum,ſed plura appetijt,iuxta illud Prouerb. 11. Venter impiorum inſatiabi-
lis. Et Eccl. 5. ait: Auarus non impletur pecunia. [Et cum habuerit quæ concupierat, poſsidere
non poterit] ea diu, quia vel morte præuenietur,ſicut diuiti cuidam dicitur: Stulte, hac nocte a-
nimam tuam repetent a te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Vel illa ab eo tollentur, vt Salo-
mon ait: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Rurſusq́ue: Diuitiæ congregatæ in ma- Luc. 12.
lum domini ſui,pereunt in afflictione peſsima. [Non remanſit de cibo eius] id eſt, totum in ſu- Eccl. 5.
um vſum conuertit,nihil pauperibus tribuit, prout Ezech. 16. fertur: Hæc fuit iniquitas Sodo- Ibid.
mæ,ſuperbia,ſaturitas panis,abundantia,ocium,& quia manum egeno & pauperi non porrige-
bat,cuius congrua pœna ſubiungitur: [propterea nihil remanebit de bonis eius] id eſt, omnia
ſua ei tollentur,ſaltem in morte,iuxta id Pſalm. 75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuene-
runt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. [Cum ſatiatus fuerit] id eſt,ditatus, [arctabitur] ſo-
licitudine. Denique ſatiatus, nimia ventris repletione arctatur intra vteri ſui pellem, quæ vltra
extendi non valet, ſicq́ue torſiones & dolores patitur ventris. [æſtuabit] anxietate perdēdi quæ
habet. Diuitiæ enim cum timore poſsidentur. [& omnis dolor] id eſt,perfecta ſeu multiplex pœ
na [irruet ſuper eum] partim in ſeculo iſto, deinde in futuro. Ex immoderantia etenim potus &
cibi, varij dolores oriuntur in corpore. Hinc ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 31. Quam ſufficiens ho-
mini erudito vinum exiguum? & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.
vigilia & cholera & tortura homini infrunito,id eſt,intemperato. Deinde Sophar quaſi zelo iu-
ſtitiæ addit: [Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris ſui] id eſt, ad hoc
temporaliter ſic abundet,vt Deus diſtricto eum cōdemnet iudicio,ſicut de impijs ait per Sopho
niam: Effundam ſuper eos indignationem meam & omnem iram furoris mei. [& pluat ſuper Sopho. 3.
illum bellum ſuum] id eſt, deſuper copioſe ingerat ei pœnam totaliter exterminantem ac ſu-
perantem, non paternaliter caſtigantem, ſecundum illud Pſalm. 10. Pluit ſuper peccatores la-
queos. [Fugiet arma ferrea, & irruet in arcū æreum] id eſt, minora vitabit aduerſa, videlicet fla-
gella,

gella, labores & pœnas vitæ præſentis, incidetque ſupplicium infernale, quod omnium aduer-
ſorum eſt maximum: quia enim in ſeculo iſto non vult pro peccatis ſuis dolere, ſatisfacere &
puniri, meretur æternaliter cruciari. Itaque iuxta Albertum, per ferrum quod cætera domat
Dan. 2. metalla, vt dicitur in Daniele, exprimitur præſens pœna, qua Deus quaſi armatur ad doman-
dos corrigendoſque impios, prout Sapient. 5. fertur: Accipiet armaturam zelus illius, & arma-
bit creaturam ad vltionem inimicorum. Hanc pœnam iniuſti, pœnitentiam vitantes, refu-
giunt, dicente Pſalm. 72. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus no flagellabuntur.
Porro arcum nominat æreum, prout æs dicit commixtionem cupri vel ſtagni cum plumbo:
quia æs, quia imputribile eſt, æternam pœnam ſignificat. Dicitque arcum, quoniam profun-
de ac delonge ferit. [Qui] arcus æreus [eductus] manu ſagittantis, [& egrediens de vagi-
na ſua] id eſt, corio quo ſagittarij ferunt arcum, [& fulgurans in amaritudine ſua,] id eſt, pœna
quam imprimit. Per arcum iſtum, vt patuit, intelligitur infernalis cruciatus, cuius velut vagina
eſt occultum Dei iudicium ſeu præſcientia eius, quæ tempore præſtituto pœnam hanc in aper-
to infligit cum fulguratione, id eſt, terrore, impetu & ſplendore iuſtitiæ, ſicut fulgur ruit de cæ-
lo repente ac violenter & clare. [Vadent & venient ſuper eum horribiles] id eſt, dæmones e-
um ad libitum conculcabunt, & liberam ſuper eum poteſtatem habebunt, ad puniendum, ſe-
cundum quod meruit. [Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius, id eſt, interiores &
exteriores tenebræ inueniuntur in ſecretis inferni latibulis, quo ipſe deueniet, in ſecretiſq; con
Matth. 25. ſcientiæ ſuæ ſeu intellectus ac voluntatis latent omnium tenebræ vitiorum. Hinc dicitur: Proij-
Pſalm. 81. cite eum in tenebras exteriores. De interioribus quoque tenebris ait Pſalmiſta: Neſcierunt, ne-
que intellexerunt, in tenebris ambulant. Vnde ſuperius de inferno inductum eſt: Antequam va-
dam ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine. [Deuorabit eum ignis qui non ſuccēdi-
tur] ſcilicet ignis infernalis, qui ab homine non nutritur noua materia, neque ſuccenditur: ſed
ſemel à Deo ſuccenſus, manet in perpetuo in ſuo vigore, iuxta illud Eſa. 30. Præparata eſt heri to
phet, i. gehēna à rege proparata, perfunda & dilatata. Flatus domini ſicut torrens ſulfuris ſuccen-
dens eam. Dicitur autem ignis inferni damnatos deuorare, non auferendo ab eis eſſe & viuere,
ſed omne bene eſſe, & abſorbendo ſeu totaliter occupando eos ſuo prædoloroſo impetu & vigo
Pſalm 139. re. Hinc fertur in Pſal. 20. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira ſua
Matth. 25. conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Itemq;: Cadent ſuper eos carbones, in ignē deijcies eos,
in miſerijs non ſubſiſtent. Hinc Chriſtus ſe dicturum prænunciat: Ite maledicti in ignē ęternum.
[affligetur relictus in tabernaculo ſuo.] i. infernali ergaſtulo, vnde nunquam eruetur ſeu redi-
metur. Inſuper poſt diem iudicij punietur relictus in tabernaculo, i. corpore proprio, ſibi tunc v-
niendo, vt puniatur pariter in vtroq;, ſcilicet anima & corpore, ſicut per vtrunq; & in vtroq; pec-
cauit, & impie delectatus eſt. [Reuelabunt cęli iniquitatē eius,] i. ciues cęleſtes ſeu angeli ſancti
contra eū in die iudicij teſtimoniū proferent, & diuina virtute peccata eius in omnibus innote-
ſcent. [& terra aduerſus eum conſurget.] i. homines virtuoſi qui in terra mox ante iudiciū erūt,
morientur ac ſuſcitabuntur, contra eum zelo iuſtitię mouebuntur. Vel terra, i. elementum terræ
aduerſus eum conſurget, id eſt, diuinę vltionis inſtrumētum ac adiutorium erit in impio, ipſum-
Sap. 5. que damnabilem demonſtrabit, eo quod creatorem ſuum offenderit. Vnde Sapiens quidam aſ-
ſerit: Pugnabit cum Deo orbis terrarum contra inſenſatos. Quod in eodem libro quaſi exponi-
Sap. 16. Pſalm. 49. tur, quum dicitur: Creatura enim tibi creatori deſeruiens, excandeſcet in tormentum aduerſus
iniuſtos. Hinc fertur in Pſalmo 49. Deus manifeſte veniet. Ignis in conſpectu eius exardeſcet,
& in circuitu eius tempeſtas valida. Aduocabit cælum deſurſum & terram diſcernere popu-
lum ſuum. Inſuper in die iudicij terra conſurget aduerſus iniuſtum, quia vnus iniquus ac re-
probus alium tunc damnabit comparatiue: quia videlicet peccatum vnius, comparatione al-
Matth. 12. terius, grauius apparebit: damnatio quoque vnius, comparatione alterius iuſtior oſtendetur.
Luc. 11. Hinc Chriſtus in Euangelio: Regina, inquit, Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta,
Ibidem. vtpote Iudęorum, & damnabit eam. Idemque ait de Niniuitis. [Apertum erit germen domus
illius] id eſt, operatio vitioſa, quę nunc in domo conſcientię ſuę cęlatur, tunc erit omnibus ma-
nifeſta: germen quoque domus ſuę, id eſt, proles & familia ſua, ipſius ſequens peccata, erit
1 Cor. 4. Matth. 10. tunc aperta, quantum ad vitia in quibus interim latet. Hinc ait Apoſtolus: Veniet dominus, &
Eccl. 7. reuelabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Chriſtus etiam proteſtatur:
Non eſt occultum quod non reueletur. Vnde vt hanc confuſionem non incurramus, Eccleſia-
ſticus nobis dicit: Fili, non ſemines in ſulcis iniuſtitię, & non metes ea in ſeptuplum. [detra-
Apoc. 14. hetur] germen prę fatum [in die furoris domini] id eſt, in die metuendę vltionis Dei ac ſui
iudicij in infernum. Opera enim illorum ſequuntur illos, iuxta quem modū Petrus de apoſtatis
2. Pet. 2. angelis ſcribit. Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tarta
rum tradidit in iudicium cruciandos reſeruari. Sic in Apocalypſi de reprobo ſcriptū eſt: Hic bi-
Apoc. 14. bet de vino iræ furoris Dei omnipotentis. Poſtremo epilogās, ſubdit: [Hęc] damnatio [eſt pars
homi-

hominis impij à Deo,] id eſt, merces & res quam ſuis peccatis meruit ſibi à Deo retribui, [& hæreditas verborum eius] id eſt, inſelix pœnæ æternæ poſſeſsio, quam & exceſſu verborum ſuorum promeruit [à domino] ſibi infligi, quemadmodum in Apocalypſi de reprobis legitur: Pars illorum erit in ſtagno ardenti igni & ſulfure, quod eſt mors ſecunda. Cum enim in hac vita prætulerit caduca, vana & fœtida ſuperdigniſsimo creatori, nec eum præ cunctis elegit atque dilexit vt dicere poſſet: Dominus pars hæreditatis meæ, iuſtiſsimum eſt, vt hanc infeliciſsimam partem pro præmio ſortiatur, nec delectetur in Deo altiſsimo, ſed torqueatur à rebus viliſsimis in infimo loco. Omnia hæc Sophar de hypocrita ita induxit, vt per ea beatum Iob notaret. Quem enim vidit à Deo percuſſum, non credidit bona quæ egit, corde ſimplici operatum. Præterea conſtat ex his, quam euidentiſsime Sophar poſuit vitam poſt hanc vitam, & animam immortalem, diuinum iudicium & infernum. Similiter de alijs duobus amicis Iob eſt ſentiendum. Sed & Thomas hoc loco fatetur ſic eſſe, dicens quod Sophar, audita ſententia ſancti Iob de futura reſurrectione, acquieuit. Idcirco dixit, doctrinam qua me arguis, audiam. Sed hoc veriſimile non videtur. Si enim aquieuiſſet iam primo de animæ immortalitate, hoc fuiſſet, quod rationes Iob eum compuliſſent ad conſentiendum. Sed nondum per argumenta Iob inductus fuit ad credendum quod homo in hoc ſeculo affligatur à Deo niſi pro ſuo peccato. Propter quod toto capitulo iſto loquutus eſt contra hypocritam, ad innuendum quod Iob fuit hypocrita. Inſuper dato quod iam acquieuiſſet beato Iob de vita futura, non tamen (vt apparet) tot & tanta proſequutus eſſet de ea in iſto capitulo: in quo multa quaſi ex proprio ſenſu diſſeruit de retributione futura, iudicioque diuino, quæ ante in hac diſputatione à ſancto Iob non audiuit.

Apoc. 21.
Pſalm. 15.

De intelligentia morali eiuſdem capituli. *Art. XLVI.*

CIrca exordium expoſitionis præſentis capituli, dicit beatus Gregorius, quod amici Iob per uerſi non erant. Ex quo elicitur, quod peccatum eorum, quod contra Iob diſputando incurrerunt, non ex malitia prodijt, ſed ex ignorantia magis & quodam errore circa prouidentiam Dei, vt ſæpius tactum eſt: immo ex zelo Dei ſe motos putabant ad contradicendum beato Iob, quia videbatur eis prouidentiæ derogare diuinæ, & plane ex zelo quodam Dei incitabantur, ſed ex zelo non ordinato, quem & Iudæos habuiſſe incredulos teſtatur Apoſtolus: Teſtimonium, inquiens, perhibeo illis quia zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, diſcretionem. Itaque, quoniam in fine præcedentis capituli Iob de reſurrectione & iudicio futuris in die nouiſsimo apertiſsime prophetauit, [Reſpondens Sophar, dixit: Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi] id eſt, quoniam credo me ſicut & te reſurrecturum, atque diuinitus iudicandum, ob id diuerſis conſiderationibus angor, & ex corde ſolicitor propriam ſciens fragilitatem, culpabilitatem & inſufficientiam, diuinæque mentis ſanctitatem, perfectionem & æquitatem, ac iudiciorum eius præhorrendum rigorem, reproborum etiam calamitatem æternam. [& mens in diuerſa rapitur,] conſiderando diuerſa, & præmeditando qualiter reſpondeat coram Deo, ne à dæmonibus conuincatur, ne ab angelis confundatur, ne perdat æternalia cæleſtis gaudia paradiſi, ne deputetur ſempiternis tormentis inferni. Sic ergo & nos in corde noſtro deſcribamus ac imaginemur ordinem, terrorem & modum extremi iudicij: quomodo vniuerſi reſurgent, & ad iudicij locum conuenient, quomodo terra tota tunc ſtabit in horribili conflagratione ignis permaximi. Deſuper apparebit omnipotens, iuſtus, infallibilis iudex, cum innumerabilibus angelorum ſanctorumque milibus, aderunt & crudeliſsimi dæmones aduerſantes. Deorſum patens chaos gehennæ, inæſtimabilis numerus damnandæ triſtiſsimæ reprobæ turbæ, quod erit damnationis æternæ præſtolari ſententiam. Si hæc omnia & cætera iudicium illud concernentia perpendamus, experiemur quid ſit quod Sophar fatetur, dicendo: Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. [Doctrinam qua me arguis, audiam] ita & nos verba informatoria ſeu increpatoria modeſte & longanimiter audiamus, non impetuoſe interrumpamus tãquam brutales, penſantes illud Eccleſiaſtici 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei. Illud quoque Prouerbiorum 18. Qui prius reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. [& ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi.] poteſt hoc de Spirituſancto exponi, qui dicitur ſpiritus intelligentiæ noſtræ, id eſt, ſpiritus à quo cauſatur & profluit omnis cognitio noſtra, de quo loquitur Chriſtus: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, Vnde & infrà aſſeritur: Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam: qui nobis reſpondet, id eſt, ſcientiam reſpondendi infundit, de dubijs quoque certificat, qui nunc per ſeipſum, nunc per angelum ſanctum, nunc per prælatum ſeu proximum, nunc per ſcripturam nobis reſpondet, nos docet, dicente Apoſtolo: Dabit tibi dominus de omnibus intellectum, Hinc ſcriptum eſt: Si quis veſtrum indiget ſapientia, petat à Deo, & dabitur ei, poſtulet autem in fide nil hæſitans. Itaque ad Spirituſancti illuminationem

Gregorius
Roma. 10.
Ioan. 16.
2 Tim. 2.
Iacob. 1.

tionem ſemper confugiamus, eum pro ſapientia ſuppliciter exoremus, eius directioni in omnibus iugiter atque humillime innitamur. [Laus impiorum breuis eſt.] Nonne frequenter prauiſsimi vſque ad finem vitæ ſuæ à multis laudantur, quemadmodum fertur in Pſalmo 9. Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Itemque Prouerbiorum 8. Qui derelinquunt legem, laudant impium. Denique, nonne vſque præſens Iupiter, Neptunus, Venus, Diana, ac cæteri dij ac deæ gentilium, olim homines vitioſi, laudantur à ſuis cultoribus Tartaris ſiue ſimilibus, ſicut & Machometus à Sarracenis? quomodo ergo laus impiorum breuis eſt? ſed vtique breuis eſt, comparatione æternæ vituperationis, quam in futuro ſeculo habent aut habebunt à Deo, atque ab vniuerſis ſenſatis ac iuſtis. Præterea breuis eſt, quia eis diu non prodeſt: immo veraciter nunquam prodeſt, & cito aliquibus ſapientibus illorum

Prou. 10. vituperabilitas innoteſcit. Laudatores quoque eorum celeriter moriuntur ac pereunt. Ideo in Prouerbijs Salomon ſcribit: Memoria iuſti cum laudibus, nomen autem impiorum putreſcet. [Et gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.] Omnis delectatio reproborum, carnalium & ſuperborum in ſeculo iſto, velut imperceptibile punctum, celerrimumque momentum eſt reſpectu infernalium æternalium acerbiſsimorum ſuppliciorum, quæ miſerrimi poſsidebunt. Ideo dici ſolet: Momentaneum quod delectat in mundo, æternum quod cruciat in inferno. Non ergo acquieſcamus in vita hac ſtulte ac viliter delectari, ne æternaliter, inconſolabiliter, amariſsimè cito poſt hæc affligamur. [Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum.] Panis hypocritæ, eſt laus humana, qua paſcitur fauor emolumentumque hominum, quod ſortitur? ſed hic panis in vtero, id eſt, mente ipſius, vertitur ei in fel aſpidum, quia fit ei cauſa amaritudinis infernalis. [Diuitias quas deuorauit, euomet.] Diuitiæ ſpiritales ſunt ſcripturæ diuinæ, quas hypocritæ ſibi nonnunquam incorporant non plane, vt recte & humiliter viuant, ſed vt docti appareant, laudem & commodum proprium ſortiantur. Has ergo diuitias euomunt, id eſt, vitioſe effundunt,

2. Pet. 2. iactant, oſtentant. [& de ventre illius extrahet eas Deus] id eſt, de memoria eius requiret, cur

Iacob 4. ſecundum ea quæ ſciuit & dixit, non vixit. Melius enim eſt, non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm

Gregorius poſt cognitionem retrorſum reuerti, vt dicit Petrus. Et Iacobus ait: Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi. [Caput aſpidum ſurget, & occidet eum lingua viperæ.] Circa hoc ſcribit Gregorius: Aſpis eſt paruus ſerpens, vipera autem eſt longior. Aſpides quoque generant oua, ex quibus eorum filij procreantur. Viperæ vero cum conceperint, filij earum in ventrem matrum deſæuiunt: & ruptis matrum lateribus, generantur. Hinc vipera dicitur, quia viparit, cuius proles cum matris extinctione producitur. Per aſpides ergo, latentes dæmonum ſuggeſtiones ſignantur: per linguam viperæ, violenta tentatio ſignificatur diaboli. Caput itaque aſpidum contra hypocritam ſurgit, quoniam primo latenti ac parua ſuggeſtione inficitur. Deinde lingua viperæ eum occidit, quia paulopoſt forti & impetuoſa tentatione proſternitur, paulatim ſiquidem deijcit nos tentator in primis. Deiectos vero frequenter ad nutum, ad grauiſsima trahit facinora. [Non videat] id eſt, non ſortiatur nec experiatur [riuulos fluminis.] id eſt, chariſmata Spirituſſancti, de quibus Ioannis 7. adſtruit Chriſtus: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, vbi mox ſubditur: Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. [torrentis] id eſt, inundationis donorum Spirituſſancti. Vnde in Pſalmo 35. habetur: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Primo quippe donis Spirituſſancti perfundimur,

Hier. 23. quibus ſi grati bene vtamur, in eiſdem creſcimus ac replemur, ita vt inundemus, illudque Hieremiæ humiliter fateamur: Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino à facie domini, & à facie verborum ſanctorum eius. [mellis] id eſt, dulcedinis, quæ in actibus diuinarum ſeu theologicarum conſiſtit virtutum. [& butyri] id eſt, delectationis, quæ in moralibus habetur virtutibus. Mel etenim deſuper & ex floribus venit. Idcirco per ipſum ſuauitas virtutum, quæ circa Deum verſantur, exprimitur. Butyrum autem ex animalium lacte ſuſcipitur. Idcirco per ipſum delectatio virtutum, circa paſsionum ordinationem verſantium, explicatur. Omnibus igitur iſtis diuinis donis ac dulcedinibus ſeu conſolationibus ſanctis atque cæleſtibus hypocrita & iniuſtus priuatur, qui in ſeipſo & carnalibos impie delectatur, nec Deo rite infigitur. [Quoniam confringens nudauit pauperis domum.] Domus pauperis, eſt congregatio prælati boni ac humilis, ſeu corpus vel conſcientia eius, quam frangendo impius ſeu hypocrita nudat dum eam ad vitia prauo exemplo, verbis peruerſis, terrore ſeu adulatione inducit, ſicut de reprobis ſcri-

2. Tim. 3. bit Apoſtolus: quia proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. [rapuit] id eſt, ſpiritalibus bonis eam præfatis modis priuauit. [& non ædificauit eam] bonis exemplis, iuxta illud Roma. 15. Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. In Eccleſiaſtico quoque, cap. 17. ſcriptum eſt: Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, vt ſcilicet eum ædificet loco & tempore opportunis. [& non eſt ſatiatus venter eius] id eſt, peccandi affectus, quo enim quis grauius atque diutius peccat, ac plures ſcandalizant, tanto plus enim peccare delectat, niſi adſpirante Spirituſancto pœnitentialiter conuertatur. Quemadmodum enim vna actio virtuoſa

diſponit

diſponit & trahit ad aliam,ſic vnum peccatum,niſi pœnitentia deleatur,ſuo mox pondere indu-
cit ad aliud. Hoc tamen ſpecialiter aptatur auaro: qui quanto plura acquirit,tanto amplius inflam
matur ad ampliora. Hinc Abacuc 2. dicit cupido: Vſquequo aggrauat contra ſe lutum denſum?
Et Eccleſiaſtici trigeſimo primo ſcriptum eſt: Qui diligit aurum, non iuſtificabitur. [æſtuabit, &
omnis dolor irruet ſuper eum] Impius atque hypocrita æſtuat nunc infelici feruore iræ, concu-
piſcentiæ, priuati amoris, tabeſcentis rancoris, curis quoq; vitæ præſentis, & timore ne alius eum
præcedat, excedat, conuincat. Sicque partim in vita hac omnis dolor irruit ſuper eum, quoniam
(Auguſtino teſtante) animus inordinatus ſibiipſi pœnalis eſt. Nil autem ſuauius, nil quietius, Auguſtin.
delectabiliuſque in ſeculo occurrit, quam vniuerſis caducis & vanis contemptis, ſupergloricſiſſimo
Deo pura mente intendere, ſimplici corde vacare & inhærere. Hinc dicit Gregorius: Mi-
ra ſuauitas cordis, aliena non quærere, ſed vniuſcuiuſque diei contentum manere: ex qua ſecu-
ritate perennis requies naſcitur, quoniam à bona & tranquilla cogitatione ad gaudia æterna
tranſitur. Propterea quoque Eccleſiaſtis ſecundo habetur: Homini bono dedit Deus ſapien-
tiam & ſcientiam & lætitiam, peccatori autem afflictionem & curam ſuperfluam. [Fugiet arma
ferrea, & irruet in arcum æreum.] hoc præcedenti articulo ſatis expoſitum eſt. Porro quod ſub-
ditur, [Eductus & egrediens de vagina ſua, & fulgurans in amaritudine ſua,] ibi exponebatur Gregorius
de æreo arcu. Gregorius vero exponit, & bene, de impio ſiue hypocrita, de quo immediate ſer-
mo proceſſit ſub eiſdem caſu & numero. Impius ergo dum mala mente tractat, & nondum pro-
ſequitur, quaſi in vagina ſua perſiſtit: de qua educitur, dum dæmone ſuggerente mala, forinſecus
operatur: egreditur vero, quoniam ſponte conſentit & efficit quod dæmon ſuggeſſit. [fulgu-
rans,] id eſt, alijs terribiliter minans, aut ſubito vano temporali honore clareſcens. [in amaritu-
dine ſua] qua contra alios vitioſe ac dure afficitur, per quam & ad infernalem acerbitatem per-
ducitur. [Vadent & venient ſuper eum horribiles] id eſt, diaboli in hac vita vadent ſuper eum vi-
tia ſuggerendo, poſtea venient ſuper eum ſupplicia inferendo: immo in hoc vitæ curriculo va-
dunt & veniunt ſuper eum, quia ad libitum eum in peccatis conculcant, ſpiritaliter vincunt, & ſuę
dominationi ſubiiciunt. Diabolus enim pater & rex impiorum vocatur, de quo loquitur Chri- Ioan.14.
ſtus: Venit ad me princeps mundi huius. Quid eſt, mundi huius, niſi hominum mundanorum?
Quo contra de electis teſtatur, loquens ad patrem: De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de
mundo, id eſt, de ſocietate & numero ſecularium hominum, ea quæ mundi ſunt, præferentium Ioan.14.
Deo. Rurſus, dæmones ſuper impium vadunt & redeunt, quia ad culpam eum inducunt: quod ſi
ad tempus pœnitendo eos expulerit, cito ad priſtina reuertitur vitia: eorumque ſuggeſtionibus
acquieſcens, locum dat eis. quo contra ait apoſtolus Paulus: Nolite locum darę diabolo. Et Iac. Ephe.4.
quarto: Reſiſtite, inquit, diabolo, & fugiet à vobis. Cætera patent.

Declaratio literalis capituli 21. Reſpondens autem Iob, dixit.
Articulus quadrageſimus ſeptimus.

RESPondens autem Iob, dixit:] Sapientis eſt ad propoſita reſpondere, errantes ac igno-
rantes inſtruere, veritatem defendere, arroganter contradicentes ratione compeſcere.
ita Iob ait. [Audite quæſo ſermones meos] in eo quod ait, quæſo, humilitatem oſten-
dit. [& agetis pœnitentiam] de veſtro errore circa prouidentiam Dei, & quia tam iniurioſe
mihi locuti eſtis. [Suſtinete me, vt & ego loquar] id eſt, me patienter audite. [& poſt mea, ſi
videbitur, verba ridete.] id eſt, ſi digna fuerint verba mea deriſu, zelo veritatis ea contemni-
te, ſicut in libro de trinitate aſſerit Auguſtinus, ridendam eſſe argumentationem Eunomij. Et
in Eſaia habetur: Opera eorum inutilia & riſu digna. ſic & Deus Prouerbiorum primo loqui- Auguſtin.
tur impijs: Ego in interitu veſtro ridebo. Simon quoque & Iudas Apoſtoli deriſerunt verba Eſaiæ 56.
deorum, vel potius dæmoniorum per idola loquentium. [Nunquid contra hominem diſpu-
tatio mea eſt?] quaſi dicat, diſputatio mea non eſt principaliter de aliquo facto mihi ab homi-
ne illato, nec conqueror me ab hominibus abſq; demeritis meis percuſſum, ſed à Deo: ita quod
diſputatio mea principaliter verſatur circa hoc, quomodo ſalua iuſtitia Dei, ego vir iuſtus & in-
nocens tam dire percuſſus ſim. Hinc ſubditur: [vt merito non debeam contriſtari] id eſt, quoni-
am diſputatio mea eſt non de aduerſitate mihi ab homine, ſed à Deo illata, ideo merito triſtor:
quoniam cauſam percuſſionis meæ nondum plene intelligo, timereque habeo ne forte qui tam
pœnoſe plagatus ſum, Deo aliquo modo diſpliceam. Porrò ſi ab homine tantum eſſet mea affli-
ctio, triſtitia eſſet pellenda: quia nec timere habeo ne hominibus diſpliceam, niſi inquantum
hoc eſſet contra Deum atq; iuſtitiam, quoniam ſcriptum eſt: Qui timet hominem, cito corruet: Prouer.19.
& qui timet Deum nihil trepidabit. [Attendite me] verba mea diligentiſſime aduertendo, & vi-
tam meam penſando, quod item hæc patior qui taliter vixi. [& obſtupeſcite] id eſt, vehe-
menter admiramini, de imperſcrutabili profunditate iudiciorum altiſſimi, de futuro quoque

eius iudicio de quo loquor. [& ſuperponite digitum ori veſtro] id eſt, cum ſilentio me audite, prout decet ſapientem audiri. Vnde in libro Sapientiæ vir ſapiens ſapientiam inter cætera ſic
Sap. 8. commendat: Audient me reges horrendi, & ſermocinante me plura, digitum ori ſuperponent. [Et ego quando recordatus fuero] diuinorum iudiciorum, [pertimeſco] filiali timore: quia altitudinem ſapientiæ atque iuſtitiæ Dei, quam penetrare non valeo, nec plus quam decet, ſcrutari præſumo, vereor & honoro. [& concutit carnem meam tremor] id eſt, tantus eſt animæ meæ timor, quod redundat vehementer in corpus, iuxta Pſalm. 52. Timor & tremor venerunt ſuper me. Sic & Abacuc tertio ait: Domine, audiui auditum tuum, & timui, conſidera ui opera tua, & expaui. Sic habet translatio ſeptuaginta interpretum. Hoc effectu dixit Apo-
Rom. 11. ſtolus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprahenſibilia ſunt iudicia eius, & cætera. Præterea iam in iſto capitulo ſanctus Iob contra amicos ſuos euidentius & efficatius diſputat, quam fecit hucuſque, & errorem eorum clariſsime reprobat. Concorditer enim dicebant, virtuoſis hominibus in vita hac proſpera euenire, & vitioſis aduerſa: Item quod aduerſitates non niſi pro peccatis infligerentur à Deo, contra quod ait beatus Iob: [Quare ergo impij viuunt] vita naturæ cum morte ſint digni? Idcirco ſi diuina iuſtitia non permittit proſpera ineſſe indignis, iuſti mox morerentur. Conſtat itaque quod Deus longanimiter tolerat malos. [ſublevati] ſunt dignitatibus, honore, fama & gloria. confortatique diuitijs] ita quod diu & frequenter vſque decrepitam ſenectutem manent in proſperitatibus iſtis, cuius contrarium ſequebatur ex verbis amicorum Iob. [ſemen eorum permanet coram eis] id eſt, in eorum conſpectu diu ſubſiſtunt ac viuunt nati filiæque ipſorum, iuxta illud Pſalmi quadrageſimi tertij: Quorum filii ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. Filii eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Hinc Hieremias ſcribit: Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus
Hier. 12. qui præuaricantur & inique agunt? Plantaſti eos domine, & radicem miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum. [Propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum] id eſt, conſanguinei eorum multitudine gaudent. [Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ] id eſt, familiæ, habitacula, opes eorum à nemine impugnantur aut deſtruuntur: ſed & pace temporali fruuntur. Ex quibus oſtenditur, quod præſentis vitæ aduerſa non ſolis iniuſtis eueniant, immo frequenter iuſtis contingunt, iuxta illud Eccleſiaſtici octauo. Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. [& non eſt virga] id eſt correctio [Dei ſuper illos] quia in vita hac pro ſuis peccatis diuinitus non puniuntur, nec aduerſitatibus exercentur quidam eorum, de quibus Deus in Pſalmo teſtatur: Dimiſi eos ſe-
Pſal. 80. cundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Vnde per Ezechielem ad repro-
Ezech. 16. bum populum loquitur: Zelus meus receſsit à te, non iraſcar tibi amplius. quo contra ait electus: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Hinc dicit Gregorius: Virga eos ſu-
Pſalm. 22. pernæ diſciplinæ non percutit: & tanto amplius in culpa proficiunt, quo minus pro ea feriuntur: [Bos eorum concepit] Secundum Gregorium, conſuetudo vulgaris loquutionis eſt, vt bouem, maſculum: vaccam fœminam nominemus. Sed literatura bouem communis generis vocat, hic ergo pro vacca accipitur. Boues quoque apud antiquos acceptiſsime erant propter agriculturam. [& non abortiuit] id eſt, ante tempus aptum non peperit patiendo abortum. [vacca peperit.] einſdem equidem eſt concipere & parere. [& non eſt priuata fœtu ſuo.] Per bouem autem & vaccam, multitudo animalium horum exprimitur. [Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum] id eſt, in multitudine copioſa procedunt ad ſpaciandum, ſicut greges egrediuntur ad paſcua. [& infantes eorum exultant luſibus.] vt moris eſt puerorum, pariter ludendo lætari. [Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi.] Quod intelligi poteſt tam de parentibus, quàm de filijs, quod his muſicis inſtrumentis pro ſolatio vtebantur. Dicitque Thomas, quod apud antiquos liberi primo inſtruebantur in muſicis. [Ducunt in bonis dies ſuos:] id eſt, tempus ſuum ſibi ad bene agendum pœnitentialiterque viuendum conceſſum, expendunt delicate viuendo, & in bonis delectabilibus falſis & appetentibus
Sap. 2. conuerſando, non bonis, honeſtis, veris ac ſalubribus inhærendo. Vnde in Sapientiæ libro dixiſſe ſcribuntur: Venite, fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioſo & vnguento nos impleamus, vbique relinquamus ſigna lætitiæ. [& in puncto] id eſt, repente hora mortis. [ad infera deſcendunt] id eſt, ad locum damnationis æternæ: quoniam non eſt poſsibile nunc gaudere cum mundo, & poſt regnare cum Deo. Hinc fertur in Pſalmo nono. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliui-
Pſalm. 72. ſcuntur Deum. Rurſuſque Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitates ſuas. Eſaiæ quoque viceſimo quarto. Congregabuntur, inquit, congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Ecce quam vana, fallax, falſa, breuis & impia mundi proſperitas ac voluptas: ad quantum ducit mœrorem, ad quam æternum dolorem. Hæc ergo cordialiter aſpernemur, pœnitentialiter cóuerſemur, ne delectatione breuiſsima nunquam

finienda

finiendã incidamus tormenta,ſed perbreui dolore, virtuoſo labore, puro amore gaudia ſortiamur non terminanda. [Qui dixerunt Deo,] ſi non verbis, tamen propoſito mentis aut factis & reprobis moribus: [recede à nobis:] id eſt, ad relinquendum peccata & nobis placentia non nos horteris. [ſcientiam viarum tuarũ] id eſt, præceptorum, conſiliorum, teſtimoniorum, iudiciorum, [nolumus.] quod pertinet ad ignorantiam affectatam, quæ non excuſat, ſed contemptum includit. Tales ſunt omnes, qui à viris deuotis nolunt repræhendi & inſtrui: qui non acquieſcunt diuino inſtinctui, angelicæ inſpirationi, fraternæ admonitioni. De quibus Eſaiæ decimo aptiſsime ſcribitur: Populus ad iracundiam prouocans eſt, filij mendaces, filij nolentes audire legẽ Dei, qui dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me ſemitam: ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. De talibus 2. Timot. 4. inducitur: Erit tempus cum ſanam doctrinam non ad ſuſtinebunt, ſed ſua diſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Præterea, teſte Gregorio, quidam eo quod Chriſtus dicit, Seruus qui non cognouit voluntatem domini ſui, & facit digna, plagis vapulabit paucis: ſciens autem voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabit multis: nolunt ſcire quid agant, quaſi propter ignorantiam minus torquendi ſint. Sed aliud eſt neſcire, aliud ſcire noluiſſe. Neſcit namque, qui appræhendere vult, nec valet. qui autem vt neſciat, aurem à voce veritatis auertit, iſte non neſciens, ſed contemptor adijcitur. Luc. 12.

[Quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei? Et quid nobis prodeſt, ſi orauerimus eum?] Hoc dicere, videtur proprie eſſe eorum, qui arbitrantur Deum prouidentiam non habere actuum humanorum, vel vnius ſummi Dei non habent notitiam, prout Pharao ait: Quis eſt dominus, vt dimittam Iſrael? neſcio dominum, & Iſrael non dimittam. Et Sennacherib rex Aſſyriorum: Quis eſt dominus vt eruat Hieruſalem de manu mea? De dubitantibus vero circa prouidentiam Dei, ſimile huic ſcriptum eſt Malachiæ tertio. Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit dominus, & dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit domino, & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram domino? ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidem ædificati ſunt facientes impietatem. Denique, quidam ita carnales ſunt, ſicque extra ſe ad ſola ſenſibilia fuſi, vt velut inutile reputent adorare & colere Deum, à quo, vt eis apparet, exteriora non ſortiuntur: vel quantum ad ea quæ appetunt, non exaudiuntur. Veruntamen omnes iniqui Deo non obedientes, æquiualenter dicunt verba inducta, videlicet: Quis eſt omnipotens, &cæt. Teſte enim Apoſtolo, quamuis fateantur ſe noſſe Deum, factis tamen negant: & ita ſe habent, quaſi Deus non eſſet, aut fruſtra inuocaretur. De talibus tam peruerſis in Sapientia conſcriptum eſt: Ignorauerunt ſacramenta Dei, nec ſperauerunt mercedem iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. [Veruntamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua] id eſt, bona temporalia & terrena, quæ impij maxime diligunt, non ſunt in poteſtate eorum: quoniam per violentiam poſſunt eis auferri, & in morte tolluntur, nec eos ſequuntur. Bona autem ſpiritualia, vt opera virtuoſa, quorum homo eſt dominus, per liberum arbitrium gratia Dei adiutum, ſunt in hominis poteſtate, & morientem non deſerunt, nec per violentiam queunt auferri. Hinc Eccleſiaſtis quinto habetur: Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam & honorem, & nihil deeſt animæ eius ex omnibus quæ deſerat, nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud: Itaque, quoniam bona iſta caduca, non ſunt in poteſtate prauorum, [conſiliorum eorum,] quo temporalem proſperitatem, carnalem delectationem, humanum honorem DEO præponunt, finaliter quærunt, potiſsime amant, & alijs quærenda amandaque conſulunt. [longe ſit à me] per diſplicentiam, quia conſilium illud iniquum & fallax eſt, ipſique impij bonis ſuis cito priuati, experientur ſe deceptos, cum in infernum ſenſerint ſe proiectos. Itaque & nos tale carnalium hominum, ſola quæ mundi & carnis ſunt, ſapientium, penitus contemnamus conſilium, quoniam ſcriptum eſt: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum. Potiuſque ſequamur ſapientiſsimum atque ſaluificum Saluatoris conſilium, exhortantis ad omnium terrenorum contemptum, ad puriſsimam mentis in Deo fiduciam, ad perfectionis appræhenſionem. Deinceps oſtendit quod impijs quoque frequenter occurrant aduerſa. [Quoties lucerna impiorum] id eſt, proſperitas & omne quod inſtar illuminatini lætificat eos. [extinguetur.] quaſi dicat, ſæpe hoc accidit, vt cum prole aut contorali, opibus, honoribus aut delicijs deſtituantur. [& ſuperueniet eis inundatio] id eſt, grandis aduerſitatis copia ſeu tempeſtas, iuxta illud Eſaiæ 28. Flagellum inundans cum tranſierit, eritis ei in conculcationem. Threnorum quoque 3. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Dixi, perij. [& dolores diuidet furoris ſui] id eſt, Deus impijs partim in ſeculo iſto, partim in futuro infligit dolores ſeu afflictiones à rigore ſuæ iuſtitiæ procedentes, dũ pœna eorum inchoatur, & ibi perpetuatur. Multa ſiquidem flagella peccatoris. [Erũt ſicut paleę ante faciem venti] i. impulſu diuini iudicij & impetu ſummæ iuſtitiæ, celerrime atq; facilime in dam-

Exod. 5. 4. Reg. 18. Tit. 1. Sap. 2. Pſal. 1. Pſal. 34.

damnationem, mortem ſeu quamlibet aduerſitatem à ſua proſperitate deijcientur, iuxta illud
Pſalm. 82. Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, ſicut ignis qui com
burit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes. [& ſicut fauilla quam turbo diſpergit] id eſt,
impotentes, leues & areſacti erunt coram Deo eos deijciente, quibus Eſaias prædicit: Erit forti-
tudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintillę, & ſuccendetur vtrunque ſimul. Hinc
Eſa. 2. demum Hierem. 23 dicitur: Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erum-
pens ſuper caput impiorum veniet, non reuertetur furor domini vſque dum faciat, & vſque dum
compleat cogitationes cordis ſui. Præterea impij etiam proſperitatibus fulti, paleis & fauillis
rite aſsimilantur: quia inſtabiles animo, leues corde, qui omni tentationis impulſu, omni ſtatu
fauoris humani, omni impetu paſsionum mox proſternuntur atq; vincuntur. Idcirco de eis in
primo Pſalmo inducitur: Impij tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Agamus
Eccl. 5. ergo quod Eccleſiaſticus docet: Non ventiles te in omnem ventum. Eſto firmus in via domini,
& in veritate ſenſus tui. [Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris.] Dum filij paternæ fuerint
imitatores malitiæ, pœna debita patri, eis quoque infligitur. Interdum etiam filij innocentes pa-
trum luunt peccata, quantum ad aliqua corporalia nocumenta, læſiua ſeu triſtia: non autem quan
tum ad ſpiritalia bona; videlicet dona gratiæ ac virtutum, quibus propter parentum peccata non
deſtituuntur. Nam quantum ad corpus, à parentibus ſunt: quantum vero ad animam, immediate
à Deo. Nam & ſecundum leges ciuiles, pro crimine læſæ maieſtatis, commiſſo à patre, filij eius
puniuntur. Pleniorem verò huius determinationem proſequerer, niſi per Hieremiam, Ezechie
lem & alibi hoc feciſſem. Porro ſcripturæ dicentes filium non puniri pro patris peccato, potiſsi-
Exod. 20. me intelliguntur de ſpirituali punitione. Præinducto autem verbo Iob conſonat, quod in Exo.
ſcribitur: Ego ſum dominus Deus, fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam
Exod. 34. & quartam generationem. Ruſuſque Moſes loquitur: Dominator domine, qui reddis iniquita
tem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam generationem, quod & Hieremię 32. habe-
tur. Circa hæc ſcribit Gregorius: In carne nonnunquam filij etiam ex patris peccato puniun-
tur. quid enim eſt quod paruuli filij plerunque à Dæmonibus arripiuntur, niſi quod caro filij ex
patris culpa mulctatur? In ſemetipſo enim percutitur pater iniquus, & percuſsionis vim ſentire
contemnit: plerunque percutitur in filijs, vt acrius vratur. [& cum reddiderit] id eſt, cum Deus
dolorem patris iniqui inflixerit filijs eius vel ei, [tunc ſciet] id eſt, tunc pater per dolorem ita in-
flictum filijs ſuis vel ſibi, ſe peccaſſe aduertet, quemadmodum loquitur Eſa. 28. Sola vexatio da-
bit intellectum auditui. Siquidem culpa mentis oculum claudit, quem pœna poſt aperit, ſicut An
2. Mac. 9. tiochus lętaliter vulneratus, reuertens ad cor: Iuſtum, inquit, eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem
non paria Deo ſentire. Vnde in Prophetis, prǽſertim in Ezechiele, dominus iniquorum punitio-
Ezech. 16. ne prædicta, multoties ſubdit: Et ſcient quia ego dominus. Itemque Pſalm. 82. Erubeſcant & cō-
turbentur in ſeculum ſeculi, & confundantur, & pereant, & cognoſcant quia nomen tibi Domi-
nus. [Videbunt oculi eius interfectionem ſuam] id eſt, filiorum ſuorum, vt quidam exponunt,
quemadmodum quarto Regum leguntur filij Sedechiæ interfecti in oculis eius. Aptius autem
videtur ſic exponendum, iuxta Gregorium: Videbūt oculi eius interfectionem ſuam, id eſt pro-
4. Reg. 25. priam deiectionem, pœnam & mortem, pro culpa ſua ſibi inferendā, experietur. Vel interfectio-
nem ſuam, id eſt, cauſam ſuæ percuſsionis ſeu damnationis cognoſcet in pœnis, prout in libro
Sap. 5. Sapientiæ impij dicunt: Errauimus in via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. [& de furo-
re omnipotentis bibet] id eſt, pœnis diuinæ iuſtitię velut potu abundanter implebitur, ſicut qui-
buſdam Hieremias vigeſimo quinto ait: Bibite & cadite. & nolite conſurgere. [Quid enim ad
eum pertinet de domo ſua poſt ſe?] Hoc dupliciter elucidatur, primo ſic: Quid enim, &cæt.
id eſt, tantum in vitijs delectatur, & tanto ad peccandum impetu fertur, quod non curat neque
perpendit quicquid aduerſitatis domus, id eſt, proles, familia, poſſeſsio ſua ex ſuo peccato in-
currat, dummodo ipſe quod concepit & appetit, opere proſequatur. immo viciſsim deſiderio
delectationis vel optati effectus, ſeipſum exponit periculis mortis, vt patet in pugnatoribus &
immundis. Secundo: Quid enim, &cæt. id eſt; ideo filij patris impij, eo viuente & vidente, puni-
entur modo præfato, quia ſi poſt mortem eius hoc fieret, nihil pertineret ad eum: quia non inde
affligeretur, maxime cum peccator poſt mortem id neſciat, iuxta quod ſuprà iam dictum eſt: Si-
ue nobiles ſiue ignobiles fuerint filij eius, non intelliget. ſic Thomas exponit: Inſuper quid per-
tinet ad eum, [Et ſi numerus menſium eius dimidietur] id eſt, tanta ſibi ineſt peccandi libido,
quod nec amore vitę longioris, nec timore damnorum periculorumque mortis omittit peccare,
ſecundum illud Pſalm. 35. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo. Vel ſenſus eſt, quod non ſpe-
ctat ad eum, ſi vita eius pro medietate breuietur: quoniam inde ante non dolet, cum neſcierit
hoc futurum, ideo & in alijs à Deo punitur. Nihilominus abbreuiatio vitæ multis pro pœna pec-
cati infligitur, ſed non eſt cunctis ſufficiens culpæ luę punitio. Pręterea, ꝙ iſta diuerſitas euentuū
humanorum, diuinæ ſapientiæ nō repugnet, pandit ſubdendo: [nunquid Deum quiſpiā docebit
ſcienti-

ſcientiam?] Non vtique, cum ipſe ſit ſubſtantialiter ſapientia & ſcientia infallibilis & immenſa,
omnium optime diſpoſitiua ac iudicatiua. ideo in Eſaia 40. legitur: Cum quo inijt conſilium, &
inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia, & viam prudentiæ oſten-
dit illi? [qui excelſos iudicat] vtpote iudices aliorum, videlicet principes terræ, prælatos eccleſię
ſed & angelicos ſpiritus; quorum in principio partem grandem damnauit, & alios beatificauit.
Conſequenter ſubdit de hominum diuerſa patientium ſeu recipientium diuerſitate, ad compro
bandum quod aduerſitates vitæ præſentis non ſint generaliter punitiones culparum, nec proſperitates
præmia ſint virtutum in vita hac. [Iſte moritur robuſtus & ſanus, diues & felix.] i. vnus iniquus vſ
que ad tēpus morti ſuæ vicinum, viuit & permanet in robore ſanitateq́; corporis, in diuitijs quo-
que & felicitate mundana, ſecundum opinionem humanam erroneam taliter appellata: qua ali-
quis dicitur felix, quia ad nutum ſibi in terrenis carnalibuſq́; ſuccedit [viſcera eius plena ſunt a-
dipe:] qui ex abundantia alimenti producitur, quo nomine abundantia opulentiæ deſignatur:
[& medullis oſſa illius irrigantur.] ita quod lautiſsimis abundat cibarijs, intuſque pinguedine,
quemadmodum Hieremię 48. habetur: Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in
faucibus ſuis. [Alius vero moritur in amaritudine animæ ſuæ abſq; vllis opibus:] ita quod etiam
totam vitam ſuam quaſi expendit in afflictione atque inopia. Horum exemplum in Euangelio Luc. 16.
legitur de paupere Lazaro & diuite epulone, tamen quod ait, alius vero moritur, poteſt expo-
ni de alio impio. Vnus etenim impius tota ſua vita abundat & proſperatur, alio impio iugiter quo-
adusq; hic viuit, aduerſitates & pœnurias ac poſtremo diram mortem ferente. [& tamen ſimul in
puluere dormient] i. pariformiter in ſepulchro quantum ad corpus quieſcent. [& vermes operi-
ent eos] i. corpora eorum cum cœperint putrefieri & reſolui, iuxta illud Eſaiæ 14. Operimentum
tuum erunt vermes. Naſcuntur enim ex putreſcente cadauere. ideo Eccleſi. 10. ait. Cum mori- Iob 17.
tur homo hæreditabit ſerpentes & vermes. Vnde ſuprà iam dixit Iob: Putredini dixi: Pater me-
us es, mater mea, & ſoror mea vermibus. Ex præhabitis beatus Iob contra amicos ſuos inuicta lo
quitur inuectione: [Certe noui cogitationes veſtras] quibus me in cordibus veſtris contemni-
tis & damnatis, vt ex veſtris ilico verbis. [& ſententias contra me iniquas] id eſt, erroneas opi-
niones, quibus contradicitis mihi. [Dicitis enim, vbi eſt domus principis, & vbi tabernacula
impiorum? quaſi dicatis, Deus principes iniquos non diu regnare permittit, & impiorum man-
ſionem, prolem, familiam, opes ſubuertit: per hoc inſinuantes, quod ego cum ſobole atque fa-
milia mea, propter peccata mea & eorum, ſimus percuſsi. Hoc enim amici Iob iam ſæpe locuti
ſunt, ad aſtruendum quod bonis proueniant proſpera, & vitioſis aduerſa, cuius dicti falſitatem
oſtendit ex concordi generalique omnium ſapientium teſtimonio. [Interrogate quemlibet de
viatoribus] qui diuerſa perambulādo, audiendo, videndo, in multis experti & docti ſunt, multa-
que penſant, prout Eccleſiaſt. 34. aſſeritur: Vir in multis expertus, cogitabit multa. Vel de via-
toribus, id eſt, virtuoſis hominibus, qui hoc mundo velut exilio, & hac vita quaſi via vtuntur ad
patriam, qui peregrini in ſeculo iſto ſunt, ſicut ad Hebræos de ſanctis veteris teſtamenti ſcribit
Apoſtolus: Confitentes quia peregrini & aduenæ ſunt ſuper terram. Atque Pſalm. 38. Ne ſileas, Heb. 11.
quoniam aduena ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei. Primo quoque Parali-
pomenon libro Dauid loquitur Deo: Peregrini ſumus apud te & aduenæ, ſicut omnes patres no-
ſtri. [& hæc eadem] quæ contra vos dixi, & dicam, eum intelligere cognoſcetis] vtpote quod in 1. Par. 29.
hoc ſeculo non fiat finalis retributio pro meritis atque demeritis, quodque aduerſitates non im-
pijs tantum, ſed iuſtis quoque contingant, eo quod finalis & plena præmiatio fiet in poſterum, ſi-
cut ſubiungitur: [quia in diem perditionis ſeruatur malus] id eſt, propterea modo non ſtatim à
Deo punitur, ſed durante vitæ huius curriculo, ſuæ libertati dimittitur, ne ſe iuſte valeat excuſa-
re, ſed prorſus excuſabilis fiat, quod tam clementer & longanimiter à Deo portatus, vitam non
corrigit. Idcirco differtur eius plenum & finale iudicium vſque ad diem nouiſsimum, qui erit
perditionis totalis omnium reproborum. Hinc Prouerbiorum 16. ſcribitur: Vniuerſa propter ſe-
ipſum operatus eſt dominus, impium quoque ad diem malum. Praui quippe & reprobi vaſa
ſunt irę, vt in eis diuina oſtendatur reluceatque iuſtitia, vt ad Romanos plenius docet Apoſtolus. Rom. 9.
Veruntamen culpa & damnatio reproborum, Deo nequeunt imputari, quoniam voluntate ante-
cedente vult omnes ſaluari, nec quempiam, quantum in ſe eſt, permittit perire: ſed & prima ac
directa intentione condidit intellectualem creaturam quamcunque, vt ſaluaretur. Sed quo-
niam reproborum peruerſitatem præuidit, de malo illorum bonum elicere ſibi complacuit,
vt ſcilicet in eis ſuam demonſtraret iuſtitiam, ordinando in eis per pœnam, quod inordinatum
extat in ipſis per culpam. [& ad diem furoris ducetur] id eſt, ad extremi iudicij diſcuſsionem &
retributionem. Vnde ſecundo Machabeorum ſexto habetur: In nationibus dominus patienter
expectat, vt eas, cum dies iudicij aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. Hinc Chriſtus Matt 25.
prædixit, qualiter in die iudicij omnes gentes congregabuntur ante eum. Tantus vero erit illius
rigor iudicij, vt furor dicatur. [Quis arguet coram eo viā eius? & quæ fecit, quis reddet illi?] Hoc

duppliciter explanatur. Primo de impio, quaſi dicat: Tantæ indocilitatis, impietatiſque fuit, quod nullus viam, id eſt, opera eius potuit coram eo arguere, idcirco omnipotentis iudicis incidit manum, iuxta illud Eccl. 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum. Secundo de Deo exponitur, eritque ſenſus: Quis arguet &c. id eſt, nullus poterit corã Deo repræhendere iudicium eius, aut ei aliquid pro eo quod iudicauit & fecit, rependere, iuxta illud Apoſtoli ad Roman. 9. O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Sap. quoque 12. Quis dicet tibi, quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? [ipſe] impius [ad ſepulchra ducetur] quia corpus in terra, anima in inferis ſepelitur. [& in congerie] id eſt, congregatione [mortuorũ vigilabit.] quia in die nouiſſimo inter eos atque cum eis eſt ſuſcitandus à morte. Anima quoque impij iugiter vigilat poſt mortem vita naturæ, & vt ſentiat pœnam inferni. [Dulcis fuit] impius, id eſt, amicabilis, ſimilis & acceptus. [glareis] id eſt, lapillis, puta peruerſis hominibus per lapillos ſignatis. [Cocyti] id eſt, fluuij infernalis, videlicet gehennalis ſupplicij. Quemadmodum autem Apoſtolus nonnunquam inducit verba poetarum, ſicut in epiſtola ad Titum dicendo: Dixit

Tit. 1. quidam proprius eorum (ſcilicet Cretenſium) propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ be-
Act. 17. ſtiæ, ventres pigri. Atque in Actibus apoſtolorum: In ipſo viuimus, mouemur & ſumus: Ita & Iob hic verba poetarum inducit, eiſque ad pium vtitur intellectum. Cocytus itaque à poetis fluuius infernalis ponebatur, interpretaturque luctus, qui impiorum animas ſibi attraheret ad tormentum, ſicut alij fluuij attrahunt lapides. Ideo per glareas, quæ dicuntur lapides parui, animæ vitioſæ ſignantur, quibus peccator conſentit in vitijs. Hincque ſotiatur eis in infernalibus pœnis. [& poſt ſe omnem hominem trahit] id eſt, pœna infernalis de omni hominum ſtatu, gradu & genere, plurimos acquirit atque inuoluit: immo tam multos, vt alij comparatiue ſint pauci, & illi præ

Phil. 2. multitudine omnes dicantur, ſicut Apoſtolus loquitur: Omnes quæ ſua ſunt, quærunt. Itemque
Act. 14. Deus in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. [& ante ſe innumerabiles] impetu ſuo plures quaſi ante ſe impellit inſtar fortiſsimi fluminis, quæ dã ſuo impetu rapientis. Infernus quoque, id eſt, dæmones infernales, feruore concupiſcentiarum & impetu paſsionum innumerabiles vincunt, & ante ſe quaſi impellunt, ſicut victor victos ante ſe minat. [Quomodo ergo conſolamini me fruſtra,] temporalem proſperitatem, ſi pœnituero, promittendo, [cum reſponſio veſtra] qua mihi reſpondiſtis, vobis contradicenti, [repugnare oſtenſa ſit veritati?] qua iam euidenter probaui, quod temporalis proſperitas, non ſit merces iuſtorum finalis aut plena, nec omnibus iuſtis conceditur: nec omnis pœna (vt erronee affirmatis) eſt præcedentis culpæ purgatio ſeu vindicta, ſed interdum eſt meriti incrementum & proficiendi augmentum.

Elucidatio literalis cap. 22. Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit.
Articulus 48.

NVNC tertio arguit, ſecundoque replicat Eliphaz contra Iob, ſicut docet ſcriptura. [Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid Deo comparari poteſt homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ?] Hoc ait in repræhenſionem B. Iob. quaſi dicat, tam præſumptuoſe loqueris, dicendo te velle diſputare cum Deo: & rurſus, Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt &c. quaſi in ſcientia eſſes Deo æqualis. Qui enim audet diſputare cum alio, putat ſe comparabilem illi. Palàm eſt autem, quod omnis mens creata, diſtet in infinitum à ſcientia Dei, cuius illuminata eſſentia, eſt ſua infinita ſcientia. Denique, ſumendo perfectum abſolute, pro eo ſcilicet cui nil deeſt perfectionis, ſolus Deus eſt perfectæ ſcientiæ. Homo autem vel angelus dicitur perfectæ ſcientię, ſecundum certum gradum, modum ſeu ordinem. Albertus quoque hic ait: quod aliquis dicitur perfectæ ſcientiæ in diuinis vno modo perfectione ſcientis, alio modo perfectione ſcibilis. Primo modo dicitur homo perfectæ ſcientiæ in diuinis, quando ſecundum mo

Luc. 6. dum humanum perfecte ſapit. prout ait Saluator: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Perfectione vero ſcibilis non eſt perfectæ ſcientiæ in diuinis, niſi Deus qui ſolus compræhenſiue & plene ſimpliciterque perfecte cognoſcit ſeipſum. Immo à tali eius cognitione omnis creatura deficit infinite. [Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit vita tua?] i. ex tuis virtuoſis operibus nil perfectionis Deo accreſcere poteſt, qui in ſeipſo infinite quomodolibetque perfectus eſt. Ideo ait Pſalm. 15. Dixi domino. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Hoc & Elihu infrà ſic

Iob 35. inducit: Si peccaueris, quid ei nocebis? Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei? Homini qui ſimilis es tui, nocebit iniquitas tua, & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. Et hoc ambo hi dicunt aduerſus Iob, tanquam dicat: Tanti te æſtimas & ita te erigis, quaſi Deus te indigeret. [Nunquid timens te arguet] id eſt, non vtique iudicabit te, timendo te aut aliquem iudicem alium. ideo non deberes tam audacter loqui de Deo, ſed eius omnipotentiam reuereri, excellentiam quoque eius immenſam vereri, [& veniet tecum ad iudicium] i. non veniet tecum ad iudicium alicuius iu

dicis

dicis ſuperioris & tertij, qui iudicet an Deus te iuſte iudicauerit atque arguerit. [& nō propter]
id eſt, immo propter. [malitiam tuam plurimam & infinitas iniquitates tuas] te arguet, quaſi di-
cat: Nil habes iuſtæ querelæ contra Deum, ſed ipſe innumerabilia contra te habet, in quibus re-
dargui meruiſti. Malitiæ autem propriæ dicuntur peccata, quæ non fiunt ex ignorantia vel infir-
mitate, ſed ex certa induſtria vel deliberatione. Dicit Thomas, quod malitia poteſt referri ad pec-
cata, quibus alios læſit: iniquitas vero ad peccata, quibus iuſta opera prætermiſit, vnde malitiam
dicit plurimam: ſed iniquitates infinitas, quia in pluribus peccat homo omittendo, quam com-
mittendo. Hoc vltimum verbum B. Thomæ, mirationem pariter & timorem generat mihi. De-
inde peccata quæ imponit B. Iob in ſpeciali proſequitur: [Abſtuliſti enim pignus fratrū,] id eſt,
proximorum, [tuorum ſine cauſa] iuſta & opportuna. Pignus ab eis irracionabiliter accipiendo,
vt agunt tyranni, exactiones pauperibus imponētes, & pignora accipientes, non obſtante quod
dominus in Exodo effatur: Si pignus à proximo acceperit, veſtimentum ante ſolis occaſum red- Exod. 22.
des ei. ipſum enim ſolum eſt quo operitur, nec habet aliud in quo dormiat. Amos quoque 2.
de filijs Iſrael increpatorie dicitur: Super veſtimentis pignoratis accubuerunt. [Nudos ſpoliaſti
veſtibus] vel eos qui parum erant veſtiti, veſtibus ſuis priuando, quod crudeliſsimum eſſet, vel
his qui nudi ſunt, auferendo veſtimenta eorum cum eſſent ſatis veſtiti, cum tamen per Eſaiam
dominus dicat: Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Et Ioannes Bap. Eſa. 58.
ait: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Denique teſte Ambroſio, non ſolum ſpoliant nu- Luc. 3.
dos ſed pauperes, qui eis auferunt veſtes quas habent, ſed & qui cum abundent, illis neceſſaria
non miniſtrant ſeu tribuunt. [Aquam laſſo] id eſt, ſatigato ex itinere vel labore. [non dediſti, &
eſurienti ſubtraxiſti panem] vel non dando carenti, vel tollendo habenti: quorum vtrunq; in-
clementiſsimum eſſet, & directe contra charitatem Dei & proximi, cum in 1. Ioan. epiſt. ſcriptum
ſit: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit 1. Ioan. 3.
viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Nomine autem panis, omnis cibus, & no-
mine aquæ, omnis potus in ſcripturis exprimitur. Hinc & Baptiſta hortatur: Qui habet eſcas, ſi- Luc. 3.
militer faciat, ſcilicet, vt dictū fuit de dando vnā tunicā indigenti, cum duæ haberentur. [In for-
titudine brachij tui] id eſt] id eſt, per poteſtatem & violentiam [poſsidebas terram] id eſt, opes,
agros, dominium, [& potentiſsimus obtinebas eam] id eſt, per eminentiam tuæ poteſtatis tyran
nice eam inuaſiſti & acquiſiſti, dicens illud Sapientiæ 2. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ,
[Viduas dimiſiſti vacuas] earum cauſam non proſequendo, eis non ſuccurrendo, nec poſtulata
donando, ſecundum illud Eſaiæ primo. Cauſa viduæ non ingreditur ad eos, [& lacertos] id eſt,
brachia [pupillorum comminuiſti] eos non ſolum non roborando, ſed & debilitando, contra
quod dominus ait in Pſalmo 81. Iudicate egeno & pupillo. Quo autem iſtæ perſonæ magis hu-
mano deſtituuntur ſolatio, eo maior miſericordia impendenda eſt eis: magiſque inhumanum &
impium eſt, ipſis non miſereri. Iniuriam vero eis inſerre, prorſus ſæuum cenſetur: & tale peccatū
Deus ſpecialiter vlciſci aſſeritur, prout in Deuteronomio fertur: Dominus facit iudicium pupil
lo & viduæ, amatque peregrinum. Hinc ſubditur: [Propterea] ob tanta peccata circundatus es la- Deut. 4.
queis] id eſt, aduerſitatibus vndique adimpleris, [& conturbat te formido ſubita] id eſt, timor
improuiſe ſuperueniens tibi, quia maiori culpæ maior debetur atque infligitur pœna. Vnde
Thren. 3. dicitur: Formido & laqueus factus eſt nobis. [Aut putabas te tenebras] aduerſitatum
ac dubioſarum fluctuationum mentis, in quibus nunc es, ita vt quid agere debeas, neſcias. [non
viſurum] id eſt, non experturum ſiue paſſurum, ſicut in Pſalm. 15, Non dabis ſanctum tuum vide-
re corruptionem. & de iuſto Simeone dicit Lucas: Reſponſum accepit à ſpiritu ſancto non viſu- Luc. 2.
rum ſe mortem. [& impetu aquarum inundantium] id eſt, copioſarum tribulationum, [non op-
preſſum iri] id eſt, opprimendum non eſſe, ita quod non ſuſpicabaris talia ſuper te tranſitura. Im
pij enim mente cæcati, imminentia ſibi pericula non præuident, nec cauent, aut penſant: qui au-
tem putat ſe impune peccare, videtur de diuina prouidentia dubitare. Ideo Eliphaz inuehitur
contra Iob: [An cogitas quod Deus excellior cælo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur?] id
eſt, an illorum perfidiam incidis & errorem, qui dixerunt Deum ſic terrenis & inferioribus præ
minere, ſeu ita ab humanis diſtare, quod inferiorum & actuum humanorum prouidentiam de-
terminatam non habeat, nec diſtinctam, certam, claramque ſcientiam? Hoc quippe quidam Phi-
loſophi opinabantur, dicentes ſola cæleſtia diuinæ prouidentiæ ordine gubernari. [Et dicis [vt
apparet, [Quid enim nouit Deus] de inferioribus actibuſque humanis? [Et quaſi per caliginem
iudicat] id eſt, non niſi confuſam ſeu indiſtinctam habet iſtorum notitiam, cognoſcēdo ea in ge
nerali, ſciendo videlicet genera & ſpecies, ſeu ordinem vniuerſi & vniuerſalia entia vniuerſaleſ-
que cauſas. An etiam dicis quæ ſequuntur, videlicet, [Nubes latibulum eius] id eſt, ſub nubibus
nihil videt, nec prouidentia eius infra nubes extenditur: ſed vſque ad eas excluſiue, ita quod nu
bes ſunt quaſi quid occultans Deo inferiorum notitiam, [nec noſtra [opera [conſiderat, & circa
cardines cæli perambulat] id eſt, circa extrema cæli verſatur, operatur, ſeu eſt, prouidendo & gu-

& ſalutem:[Acquieſce igitur ei]id eſt,voluntati diuinæ tuam conforma,& eius diſpoſitioni cir-
ca te conſenti,dicendo:Fiat voluntas tua.[& habeto pacem]pectoris,quæ eſt tranquillitas men
tis in Deo,oriturque ex hoc,quod homo conformat voluntatem ſuam diuinæ, ſeruando dinina
pręcepta,ſecundũ quod dicitur:Pax multa diligẽtibus legẽ tuã.[& per hoc quod Deo ſic acquie- Pſalm. 118
ſcis,[habebis fructus optimos]id eſt,præclariſsima incrementa virtutum, chariſmata gratiarum,
conſolationes internas: quæ etiam per æquanimem aduerſitatum tolerantiam diſciplinamque
Dei gignuntur,dicente Apoſtolo ad Hebræos:Omnis diſciplina in præſenti videtur non gaudij
eſſe,ſed mœroris: poſtea autem fructũ pacatiſsimum exercitatis per eam reddet iuſtitię.Hi ſunt
fructus ſpiritus,de quibus ad Galatas 5.habetur:Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium,pax,pati-
entia,longanimitas &c.[ſuſcipe ex ore illius legem]id eſt,legem ab intellectu diuino proceden
tem amplectere,pręceptis diuinæ legis obtemperando,ſeu quamlibet iuſsionem Dei implendo,
quam ipſe ſiue per internam inſpirationem, ſiue per alium modum proponit, vnde ait Pſalmo-
graphus:Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Lex autem Pſalm. 24.
pro præcepto accipi ſolet.[& pone ſermones eius in corde tuo]id eſt,verba Dei memoriter reti-
ne, efficaciter imple, frequenter conſidera, vt vites peccata, iuxta quod ſcriptum eſt Pſalmo 118.
In corde meo abſcondi eloquia tua,vt non peccem tibi.Prouerbiorum quoque 7.dicitur:Serua
mandata & legem quaſi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui ſcribe
eam. de iuſto quoque dicitur in Pſalmo 1. In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabi-
tur die ac nocte.[Si reuerſus fuerit ad omnipotentem] per conuerſionem mentalem,pœnitenti
amque ſalubrem & humilem confeſsionem, de qua reuerſione hortatur nos Deus, vbique præ-
ſens & omnia penetrans,per Iohelem: Conuertimini ad me in toto corde veſtro. [ædificaberis] Iohel. 2.
id eſt,in ſpiritualibus ac temporalibus bonis ſtabilieris,prout per Zachariam dominus ait: Con- Zach. 1.
uertimini ad me,& conuertar ad vos.[& longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo]id eſt,à te-
ipſo atque domeſticis tuis, de præteritis pœnitendo, & futura cauendo, ad ſimilia quoque tuos
hortando.Qui enim ad Deum vere conuertitur,ita ſe habet.Nam & pœnitere eſt præterita mala
deplangere, & deplangenda iterum non committere. Vnde & iuſtus profatur: Non habebit in Pſalm. 110
medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Pertinet ergo ad virtuoſum, immo ad patremfamilias
quemlibet,ſeipſum exemplarem præbere,ſuoſque domeſticos à vitijs refrenare,hortando, cor-
ripiendo,diſciplinando.[Dabit pro terra ſilicem]id eſt,pro vilibus dabit tibi precioſa,quemad-
modum ſilex præualet glebæ.[& pro ſilice torrentes aureos] id eſt, pro precioſis tribuet precio-
ſiora,ſecundum quod aurum præponitur ſilici. In ſpiritualibus quoque adijciet chariſmata me-
liora,vt vbi abundauit peccatum,abundet & gratia.tribuetque pro terra,id eſt,pro actione inci- Rom. 5.
pientium,ſilicem,id eſt,exercitium proficientium:& pro ſilice,id eſt,tali exercitio, torrentes au
reos,id eſt,actus perfectorum,contemplationes atque feruores heroicorum. Multi equidem
poſt caſum cautiores reſurgunt,& firmius ſtant,ſalubriuſque concreſcunt,& hæc eſt ſuperinfini-
ta miſericordia Dei naturaliter boni, qui ita vitiorum noſtrorum obliuiſci dignatur, & pro ma-
lis bona largitur.[Eritq; omnipotens contra hoſtes tuos]i.ab impugnatione viſibiliũ ac inuiſibi
lium hoſtium te defendet,qui protector eſt omnium ſperantium in ſe,iuxta illud Pſal.25.In do- Pſalm.17.
mino ſperans non infirmabor.Et Prouerbiorum 18.habetur: Turris fortiſsima nomen domini,
ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur.Apoſtolus quoque ad Romanos 16.ait:Deus conteret ſata-
nam ſub pedibus veſtris velociter.Vnde proteſtatur Pſalm. 53.Super inimicos meos deſpexit o-
culus meus. [& argentum] id eſt, temporales diuitiæ[coaceruabitur]id eſt,congregabitur [ti-
bi,]Specialiter vero nomine argenti,ſacræ ſcripturæ deſignatur ſcientia,dicente Pſal.11.Eloquia
domini eloquia caſta, argentum igne examinatum. Hac autem illuſtratur ſcientia, cuius vita eſt
virtuoſa. dicente Apoſtolo ſecundo Timoth:2. Dabit dominus de omnibus intellectum. Et in 1.Ioan.2.
prima S.Ioan.canonica legitur:Non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos, ſed vnctio eius (ſcili-
cet Dei)docet vos de omnibus.Ideo Eccl.1.ſcribitur:Fili concupiſcens ſapientiam,ſerua iuſtiti-
tiam, & Deus præbebit illam tibi. Cum enim Deus ſit ſol ſapientiæ,mentem à vitijs mundam ra-
dioſe perluſtrat. [Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues[id eſt,in contemplatione Dei gau Sap. 21
debis,eius conſolationes internas experieris,ipſius amore dulciter accenderis,eius immenſæ be
atitudini, opulentiæ, perfectioni toto congratulaberis corde, ita vt ex ſententia dicere poſsis:
Memor fui Dei,& delectatus ſum. Itemque: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine? Pſalm.77.
Et rurſus, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætifi- Pſalm.30.
cauerunt animam meam.His puris mentalibuſque delicijs tanto plus affluere promeremur,quo Pſalm.93.
ex puro Dei amore omnem carnalem delectationem,vilem conſolationem, ſecularem lætitiam
plenius aſpernamur,iuxta illud Pſal.76.Rennit conſolari anima mea. Denique delectatio ex v-
nione potentiæ cum obiecto conuenienti procedit.Cum ergo Deus ſublimis,incomparabilis &
immenſus, ſit prorſus illimitatæ profectionis, amœnitatis,pulchritudiniſque obiectum,conſtat
quod in vnione mentis cum illo ſit ſumma deliciatio:ſi tamen mens capax effecta ſit, ſi Dei inar-
deſcat

deſcat amore, ſi ſapientię dono perfuſa ſit, ſi virtutibus ſtabilita ſit, à priuato illo pernitioſo amo-
Cant. 3. re purgata. Vnde de ſponſa in Canticis admiratiue inquiritur: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de de-
ſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? [& eleuabis ad Deum faciem tuam] intelle-
ctualem, ſcilicet mentem, vel etiam corporalem vultum dirigendo ad cælum, in quo Deus ſpeci
aliter eſſe & habitare aſſeritur, inquantum ibidem eminentius operatur, clariuſque videtur. Ita-
que ad Deum faciem eleuabis, tanquam ad bonum finaliter deſideratum, ad ens ſumme dilectū,
Matt. 6. ad vnicum tuum refugium atque ſolatium. Etenim vbi amor, ibi & oculus: & vbi theſaurus tuus,
ibi & cor tuum. Hinc Thren. 3. admonetur: Leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cæ
lum. Tobiæ quoque 3. dicitur: Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos erigo.
Poſtremo quilibet libenter reſpicit ſuæ dilectionis & delectationis obiectum: ideo qui in omni
potente ſolitus eſt amando feruere, & contemplando gaudere, quid mirum ſi faciem mentis fre
quenter leuet ad eum in omni loco, occupatione & tempore? [Rogabis eum] cum grandi fidu-
tia atque frequentia, quia & in oratione eſt eleuatio mentis ad eum. Vnus quoque orationis ef-
fectus, eſt quædam mentalis ſuauitas, quam deuotus experitur orando. Idcirco amator contem-
platorque Dei, & dulcedinis eius guſtator, tanto fiducialius & frequentius, tanto libentius ac de-
lectabilius eum precatur, quo ardentiori ipſum intra ſe amore complectitur, talemque Deus tam
Luc. 11. quam filium & amicum paterne exaudit. ideo ſubditur: [& exaudiet te.] In talibus quippe potiſ-
ſime verum eſt quod ait Saluator: Omnis qui petit, accipit. Vnde Ioann. 9. habetur: Si quis cul-
tor eſt Dei, & voluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. Bona enim & irrepræhenſibilis vita, ex-
auditionem à Deo meretur, iuxta illud 1. Ioan. 3. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non repræhenderit
nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus: quod totum intelligen-
dum eſt, ſi perſeueranter ſalubriterque oremus. [& vota tua reddes] id eſt, promiſſa implebis, iu-
xta illud Pſalm. 65. Reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea. Porro vouere quid Deo,
actus eſt latriæ, quæ eſt digniſsima virtus moralis. Ideo ſicut vota perſoluere, excellenter virtuo-
ſum meritoriumque conſiſtit: ſic vota non ſoluere, vehementer vitioſum eſt atque damnabile.
Propterea Eccle. 5. præcipit: Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei ſtulta &
infidelis promiſsio. Et Deutero. 23. fertur: Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis &
facies ſicut promiſiſti domino Deo tuo. Vnde & Auguſtinus: Vouere, inquit, voluntatis eſt: red-
dere, neceſsitatis. [decernes rem,] id eſt, propones, iudicabis ſeu ordinabis aliquod factum, &
qualiter negocium tuum eueniat. [& veniet tibi] id eſt, proſperum habebit ſucceſſum, Deo diſ-
poſitioni tuæ cooperante & effectum præſtante, ſecundum quod Prouerbiorum 16. legitur: Cor
hominis diſponit viam ſuam, ſed Dei eſt dirigere greſſus eius. [& in vijs tuis] id eſt, vitæ tuæ pro-
ceſsibus ſeu operibus, [ſplendebit lumen] gratiæ & virtutum, proſperitatiſque fulgor, id eſt, De-
us te intus illuſtrabit & diriget, virtuoſeque ages, ac lucide viues, atque in ſapientia ambulabis, iu
xta illud Eſaiæ 58. Erumpet quaſi mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua. In Pro-
uerbi. quoque 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam di
em. [Qui enim humiliatus fuerit,] ſeipſum humiliter condemnādo, pœnitentialiter affligendo,
aduerſa patienter ferendo, alios ſibi cordialiter præferendo, [erit in gloriam] id eſt, à Deo ſubli
Luc. 14. 18. mabitur in præſenti per gratiam, & in futuro per felicitatem completam, ſicut ait Saluator: Qui
ſe humiliauerit, exaltabitur: & qui ſe exaltat, humiliabitur. cui conſonat illud Prouerb. Humilē
ſpiritu ſuſcipiet gloria, & ſuperbum ſequetur humilitas. Ideo Petrus iubet: Humiliamini ſub po-
1 Pet. 5. tenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. In Matthæo quoque determinat iudex:
Matt. 18. Quicunque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior erit in regno cælorum. [& qui inclina-
uerit oculos ſuos] interiores ad propriæ defectuoſitatis, fragilitatis, vel impietatis conſideratio-
Eſa 2. nem condignam, [ipſe ſaluabitur] Hinc dicitur Baruch 2. Oculi deficientes dant gloriam tibi
Pro. 30. domino. Et Eccl. 7. Humilia valde ſpiritum tuum. Non ergo extollamus noſipſos, non magnos
& ſapientes aut perfectos nos æſtimemus: ſed innumerabiles noſtras penſemus ærūnas, & quod
nihil boni à nobiſipſis habemus, quod item celeriter euacuaremur ac periremus, niſi indeſinen-
ter pietate & gratia ſpiritus ſancti in omni via hac cuſtodiremur. Hinc ſcriptum eſt: Oculi ſubli-
mis hominis humiliati ſunt. Et Sapiens ait: Generatio eius erecti ſunt oculi, & palpebræ eius in
altum ſurrectæ. [Saluabitur innocens] quoniam Deus reddet vnicuique quod meretur. Inno-
cens autem qui alteri non nocuit, meruit ſibi nocumentum non ingeri: & quoniam in Dei chari-
tate & gratia vixit, meruit beatificari. ideo ſubditur: [ſaluabitur autem] id eſt, beatitudinem ſor
tietur [munditia manuum ſuarum,] id eſt, puritate ſeu merito vitæ ſuæ, non vtiq; ſine auxilio gra-
Exod. 34. tiæ, cum proprijs nemo viribus iuſtus aut innocens ſit, prout Moſes proteſtatur: Dominator do-
mine, clemens, verus & patiens, nullus per ſe apud te innocens eſt. Poſtremo iſtud cap. alia ac mo
raliori expoſitione non eget, quemadmodum nec præcedens.

Declaratio literalis cap. 23. Reſpondens autem Iob, ait.

Articulus 49.

Reſpon-

RE ſpondens autem Iob,ait.]Sapientis enim & intelligentis eſt,arguendo, inquirendo, &
reſpondendo veritatem tueri ac demonſtrare: qui vero indoctus eſt,non ſe ad reſponden
dum ingerere debet,iuxta illud Eccl.5.Si eſt tibi intellectus,reſponde proximo tuo: ſin au
tem, ſit manus tua ſuper os tuum. Quo vtique verbo redarguuntur præſumptuoſi,vani & ſcioli, 1.Tim.1.
paratiores docere quam diſcere,quibus conuenit illud Apoſtoli: Non intelligentes neq; quę di
cunt, neq; de quibus affirmant. Itaq; illud Iacobi obſeruemus, Sit autem omnis homo velox ad
audiendum,tardus autem ad loquendum.[Nunc quoq; in amaritdine eſt ſermo meus]id eſt, cũ Iac.1.
magna afflictione proſertur, quia ab amicis meis dolor meus arguetur magis quam releuatur.
[& manus plagę meę]id eſt,fortitudo percuſsionis,ſeu poteſtas aduerſitatis meæ,[aggrauata eſt
ſuper gemitum meum,]quem habui ante, ita quod rec s afflictio priori gemitui meo eſt addi-
ta.Nam vulneribus Iob à ſatana ei illatis,adiecerunt ontumelias, improperia,irriſiones,accuſa-
tiones q; falſas,ex quibus Iob contriſtabatur atq; dolebat: non ex defectu patientiæ, ſed zelo iu-
ſtitiæ.Immo ex charitate.quia amicis condolebat errantibus, & de proximorum ſcandalo vteba
tur,præſertim eorum qui huic intererant diſceptationi. ſicque Iob fuit Chriſti figura, in Pſalmo Pſal.68.
dicentis ad patrem: Quoniam quem tu percuſſiſti,perſecuti ſunt,& ſuper dolorem vulnerum
meorum addiderunt.Præterea, quia amici Iob impoſuerunt ei,quod pro ſuis eſſet cæſus exceſsi-
bus,præſertim quia præcedenti cap.dixerat Eliphaz, quod propter malitiam ſuam plurimam, &
iniquitates ſuas infinitas Deus arguerit eum, ideo S.Iob nunc oſtendit huius oppoſitum,ad diui
num ſe iudicium conferens,quoniam bonæ conſcientiæ fuit, ipſeque ſpiritus teſtimonium per-
hibuit conſcientiæ ſuæ,quod filius Dei eſſet. [Quis mihi tribuat]id eſt,vehementer cupio mihi
conferri,[vt cognoſcam,& inueniam illud,]i.Deum perfectiori modo cognoſcam,& inueniam
qualiter diuerſimode diſponit homines & gubernat,& diuerſis de cauſis nos flagellat. Itaq; inue
niam illum,i.id de eo agnoſcam,quod de ipſius quæro notitia. vt enim frequenter præhabitum
eſt,Iob clarius concupiuit ſuæ percuſsionis cauſas agnoſcere. Deniq; ipſe ſicut & quilibet electo
rum,deſiderauit de cognitione viæ per fidem,ad cognitionem patriæ per ſpeciem peruenire: im
mo hoc ſanctorum finale eſt deſiderium, dicente Apoſtolo: Sequor autem ſi quo modo &c. Et
Pſalm. 79. Oſtende faciem tuam. [& veniam vſq; ad ſolium eius] i. ad thronũ diuini iudicij, Phil.3.
vt ſecundum merita mea iudicer,& diuinorum iudiciorum rationem & modos plenius diſcam.
Vnde ſuperius dixit: Si iudicatus fuero, ſcio quia iuſtus Inueniar. Et item: Vtinam appende- Iob 13.
rentur peccata mea quibus iram merui,& calamitas quam patior,in ſtatera. Itaq; ad tribunal Dei Iob 6.
optauit deduci,non vt corpore mox eleuaretur in cœlos,ſed ad Dei iudicium erigeretur. Thro-
nus autem Dei, vno modo vocatur iudiciaria eius poteſtas,eminentia ſiue authoritas,quæ vbiq;
eſt ſicut & Deus, cum ſit ipſemet incircumſcriptibilis Deus iudex. [Ponam coram eo iudicium] 1.Reg.24.
id eſt, bona conſcientia iuſtum iudiciũ ſecundum merita exigam,vt donet mihi ſicut promerui.
Sic & Dauid dixit ad Saul: Iudicet dominus inter me & te. Vnde in Pſal.25.inducitur. Iudica me
Deus,& diſcerne cauſam meam de gente nõ ſancta. Et iterũ: Iudica me domine, quoniam in in-
nocentia mea ingreſſus ſum. In Threnis quoque: Vidiſti domine iniquitatem illorum aduer-
ſum me, iudica iudicium meum. [& os meum implebo increpationibus]id eſt,repræhenſioni- Thren.3.
bus contradicentium veritati: vel increpationibus, id eſt,pijs querelis, cur ego iuſtus & Innocẽs
tam grauiter cæſus ſum,quatenus ex diuina reſponſione veritatem clarius noſcam,non vt Deum
redarguam,aut iniuſte iudicaſſe prætendam.Sic Thomas exponit. Vnde vt Lyra affirmat in He- Thomas.
bræo habetur: Os meum replebo argumentatiouibus, vtpote ſicut diſcipulus corã magiſtro in-
terdum multiplicat argumenta,non ad contentionem,ſed ad veritatis inquiſitionem,quam à ma
giſtro audire deſiderat. Potius autem reor nomen Hebræum ad vtrunque iſtorum æquiuocum.
Porro Albertus exponit ſic: Os meum replebo increpationibus,increpando me,in quibus accu-
ſabilis Inueniar,iuxta illud Prouerbior. 18. Iuſtus prior accuſator eſt ſui, Iuſtus enim eſt vt homo Hier.31.
increpet ſe in quibus Deus eum accuſat,ſecundum quod dicit Hieremias: Poſtquam oſtendiſti
mihi,percuſſi femur meum: confuſus ſum,& erubui,quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcẽtiæ
meæ. Sed expoſitio iſta videtur non tam literalis,quã myſtica. Iob quippe hęc loquitur ad inſinu
andum ſuam ęquitatem, non culpã,ſicut verba clarius pandunt ſequẽtia.[vt ſciam verba quę mi
hi reſpondeat]ad quæſtionem qua cauſam meæ percuſsionis inquiro, ſeu ad querelam qua me
conqueror ſine meo plagatum demerito. [& intelligam quid loquatur mihi]cauſam meam de-
terminando. Primo enim audienda & cognoſcenda ſunt verba,deinde intelligenda & intuenda.
[Nolo multa fortitudine contendat mecum]id eſt, non ſic peto iudicium Dei vt velim eum ꝓ-
cedere mecum ſecundum omnipotentiam ſuam,aut ſecundum iuſtitiam ſuam fortiſsimam,qua
in ſeipſo iuſtus eſt infinite,vt ſcilicet ſecundum iuſtitiæ ſuæ rigorem me iudicet, non habendo
pium reſpectum ad humanam fragilitatem . Sic enim omnis humana iuſtitia inſufficiens eſt, &
comparatione diuinæ iuſtitiæ,iniuſtitia quædam, Eſaia dicente: Quaſi pannus menſtruatæ vni- Eſa.64.
uerſæ iuſtitiæ noſtræ. Propter quod ait vir ſanctus: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domi- Pſal.142.
ne. Et

Iob 9. ne. Et ſupra dictum eſt: Non iuſtificabitur homo compoſitus Deo, & ſi voluerit cum eo conten-
dere, non poterit reſpondere vnum pro mille. [nec magnitudinis ſuæ mole premat,] id eſt, maie-
ſtatis ſuæ immenſitate, atque iuſtitiæ ſuæ excellentia non mihi præualeat, qunniam comparatio-
ne ipſius ſcio me infinite deficere, nec aliquid habere condignum. [proponat æquitatem contra
me] i. iuſtitiam pietati admixtã, non ſolam ad ſuam perfectionem, ſed ad meam quoq; fragilita-
tem naturalem ac euitabilem imperfectionem reſpiciendo in iudicãdo me ſecundũ opera mea:
quæ licet reſpectu diuini reſpectionis iuſta non ſint, tamen habendo reſpectum ad meę naturæ
conditionem, modum, gradum & ordinẽ, in ſuo genere iuſta ſunt. Vnde Albertus hic ait: Aequi-
tas, ſecundum Chryſoſtomum, eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. vt ſit ſenſus, Propo-
nat æquitatem ſuam contra me, id eſt, ad æquum infirmitatis humanæ me iudicet. [& perueniet
ad victoriam iudicium meum,] id eſt, iudicium quod Deus proferet de me, oſtendet me iuſtum
& amicorum meorum victorem, veritatiſq; defenſorem. Quomodo autem his verbis non obui-
et, qnod 9. cap. ait Iob, ſi iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, etiam ſimplex fuero,
hoc ipſum ignorabit anima mea, patet ex dictis ibidem. [Si ad orientẽ iero, nõ apparet: & ſi ad oc
cidentem, nõ intelligam eum] i. ſiue orientalem cęli partem, ſiue occidentalem conſiderem ſeu,
accedam, & omnia quę ibidem geruntur & ſunt, penſem, Deum tamen omnium horum condito-
rem perfecte, plene, & ſicut in ſeipſo eſt, cognoſcere ex illis non queo. Intantum equidem crea-
tor ex creaturis cognoſcitur, inquãtum eius perfectio in illis relucet. Creatura aũt omnis deficit
infinite à plena repræſentatione perfectionis proprij creatoris. [& ſi ad ſiniſtram] i. aquilonem
tranſiero, [quid agam?] ad quod reſpondet: [non appræhendã eum] cognitione prædicta. [ſi me
vertam] per conſiderationem interoam, ſeu corporis greſſum, aut vultus directionem [ad dexte
ram,] i. plagam meridianam, [non videbo illum] per ſpeciem ex creatis quæ ibi ſunt, de qua viſio
Exod. 33. ne dominus loquitur Moſi: Nõ videbit me homo & viuet. Vnde & Ioan. 1. habetur: Deũ nemo vi
Prou. 30. dit vnquam. In Prou. quoq;: Quod nomen eius, & quod nomẽ filij eius, ſi noſti? Hinc Philoſophi
tam Peripatetici quã Platonici faſsi ſunt, ꝙ Deus ſit penitus innominabilis, inſenſibilis, inimagi-
nabilis, inopinabilis, inenarrabilis, incompræhenſibilis, ſupereſſentialis, ignotus & infinitus. Ve
runtamen ex creaturis aliquo modo cognoſcitur, prout cauſa ſupertranſcendens, ex ſuo valet ef-
fectu cognoſci. Propter quod ad Roman. 1. ait Apoſtolus: Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt à
creatura mundi, i. hominẽ, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Sa
pien. demum 13. ſcriptum eſt: A magnitudine ſpeciei creaturæ poterit cognoſcibiliter creator ho
rum videri. Iſta inducit Iob ad declarandum quam rationabiliter dixit: Quis mihi tribuat, vt
cognoſcam & inueniam illum? quaſi dicat: Ad plenam Dei ſeu claram viſionem non proprijs vi-
ribus naturaliue lumine valeo peruenire, ideo gratiæ opem & ſupernaturalem illuminationem
depoſco. Idem ad innuendum quod Deus omnipotens & ſuperexcellus ſit penitus incomparabi
Iob 23. lis, incircunſcriptibilis, illocalis, immenſus. [Ipſe vero ſcit viam meam] id eſt, omnem vitæ meæ
conſiſtentiam & proceſſum. Vnde ſupra locutus eſt Deo: Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & ve-
ſtigia pedum meorum conſideraſti. Itemq;: Tu quidem greſſus meos dinumeraſti. [& probauit
me ſicut aurum quod per ignem tranſit] id eſt, tribulationibus me exercitauit, atq; aduerſis pro-
batum ſeu virtuoſum oſtendit, quemadmodum per ignem probatur aurum an verum ſit aurum.
Hoc enim innoteſcit, ſi ignem valeat ſuſtinere. In quibus verbis, diuinitus illuſtratus, vnam ſuæ
percuſsionis aperit cauſam, vt ſcilicet ad aliorum ædificationem ſua perfectio per tota duerſa
pateret hominibus, ac toti innoteſceret mundo, de qua cauſa ſuperius dictum eſt plenius. Vnde
Sap. 3. ſcribitur: Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Eccl. quoq; 2. In igne ꝓ-
batur argentum & aurum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Hinc orat Pſalm.
25. Proba me domine, & tenta me. [Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.] Veſtigia Dei, hoc loco
intelligi poſſunt proceſſus & modi ſeu varij inceſſus Dei in ſuis effectibus, præſertim in ſuis ope-
ribus circa homines, In quibus diuerſimode operatur, omnibus tamen multiplicem in hoc ſecu-
lo exhibet pietatem, & cuncta ſapienter diſpenſat ac regit, recteq; iudicat. Itaque Dei veſtigia
ſequi, eſt eius perfectionem & opera agendique modum iuxta modulum creaturæ agentis imi-
tari, indigentibus ſuccurrendo, offendentibus ignoſcendo, ignorantes docendo, ſapienter ac or
dinate in omnibus ſe habendo, iuſte, pie & ſancte viuendo, ad quod hortatur nos Chriſtus: Dili-
Matt. 5. gite (inquiens) inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus &
calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bo-
nos & malos. Pro quo Lucæ ſexto habetur: Et eritis filij altiſsimi, quia ipſe benignus eſt ſuper in-
gratos & malos. Rurſuſque ait: Eſtote ergo & vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus
Matt. 5. eſt. Hinc ad Ephe. 5. monet Apoſtolus: Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſsimi. Leuit. quoque
12. dominus loquitur: Nolite contaminare animas veſtras. Ego enim ſum dominus Deus veſter:
ſancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Cum enim rationalis creatura ſit ad Dei imaginẽ simili-
tudinẽq; ꝓducta, debet ſuo creatori ſicut in natura & viribus, ita & vita & actionib. aſsimulari. Po

ſtremo,

ſtremo, per pedem intelligi poteſt affectus vel quælibet vis actiua, per quam homo in opus pro-
greditur. De huiuſmodi pede oramus in Pſalm. 39. Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Et Cant. 5.
habetur: Laui pedes meos, id eſt, affectus & vires operatiuas à peccatis purgaui. Albertus ait Albertus
hoc loco: Veſtigia hic dicuntur ſigna voluntatis diuinæ, quæ quinque ponuntur, videlicet præ-
ceptum, prohibitio, permiſsio, conſilium, opera, quæ ſecutus eſt pes Iob: quia quod Deus prę-
cepit eis, fecit: quod prohibuit, dimiſit: quod permiſit, patienter ſuſtinuit: quod conſuluit, im
pleuit: quod operatus eſt, pro exemplo habuit. [Viam eius] id eſt, legem ab eo datam, diuinam
ſeu naturalem [cuſtodiui] in memoria & effectu, ſicut ait Pſal. 118. Cuſtodiam legem tuam ſem
per. Denique viæ Dei, ſunt eius teſtimonia & pręcepta atque conſilia, per quæ velut per iter lucis
ad beatificũ tẽdimus finem, de quibus Prouerb. 3. fertur: Viæ eius viæ pulchræ, & oẽs ſemitæ eius
pacificæ. Via quoque Dei eſt eius doctrina, iuxta illud Act. 19. Facta eſt illa die turbatio nõ mo-
dica de via domini. [& non declinaui ex ea] ſed perſeuerans ſui in bonis, nec ad aliquod vitio-
ſum extremum diuerti, immo regia via inceſsi, iuxta illud Eſai. 39. Hæc eſt via, ambulate in ea, &
non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. [A mandatis labiorum eius non receſsi]
per mentis auerſionem ſeu rebellionem, de quo receſſu ſcriptum eſt Malach. 2. Vos autem re-
ceſsiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege Præterea in ſimpliciſsimo Deo corporalia mẽ-
bra ſpiritaliter ſunt ſumenda. In Deo ergo os & labia ſunt intellectus diuinus, proferẽs verbum,
& inſtruens homines, loquenſque eis. Vnde Eſa. 30. dominus ait: Os meum non interrogaſtis:
Quo rurſus inducitur: Labia eius repleta ſunt indignatione. Labia quoque & os Dei, intelligi
poſſunt ſcripturæ ac reuelationes diuinæ, per quas Deus loquitur nobis. Inſuper os & labia Dei,
intelliguntur homines ſancti, per quorum os & labia loquitur Deus. Propter quod Hiere. 15. di-
citur: Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. Mandata autem decalogi, ſunt de di-
ctamine rationis & iuris ſeu legis naturalis, vltra quæ fuerunt ipſi Noæ & quibuſdam alijs patri-
archis ac ſanctis tempore legis naturalis, quædam præcepta diuinitus data de cultu Dei, vt patet
de Noe in Geneſi. Talibus quoque Deum colentibus, eiuſque illuminationem quærentibus, re-
uelabantur inſpiratione diuina, ſeu per angelos, aut per quoſdam præcipuos homines ſanctos
neceſſaria ad ſalutem, vt patet de Iob, cui quam eminens & præclara facta fuerit reuelatio de fu-
tura reſurrectione & iudicio Dei, ac diſpoſitione inferni, ſuperius patuit. [& in ſinu meo,] id eſt,
cordis arcano ſeu fundo, iuxta illud Ioan. 1. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.
[*abſcondi] id eſt, inuiſibiliter ac diligenter repoſui, [verba oris eius,] vt iuxta illa me habeam, *Non abſcondi quaſi d. operi mandaui.
ſicut ait Pſal. 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Conſequenter cauſam
aſsignat, cur tam timorate atque perfecte ſeruierit Deo. [Ipſe enim ſolus eſt,] id eſt, ſolus habet
eſſe abſolute perfectum, ſimpliciter plenum, ideo infinitæ eſt maieſtatis, incomparabilis digni-
tatis, interminabilis perfectionis ac ſanctitatis, vnde cum ſumma diligentia eſt colendus. Quo-
modo autem ſolus Deus dicitur eſſe, & qualiter Eſſe, ſit proprium nomen eius, ſupra diffuſe in- Iob. 14.
duxi ſuper illud, Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui
ſolus es? [& nemo auertere] id eſt, impedire [poteſt] ſeu immutare [cogitationes] id eſt, pro-
poſitum, decretum ſeu conſilium [eius.] Deus enim eſt immutabilis, & ipſe eſt cogitatio ſua, &
cogitatio ſua eſt omnipotentia ſua, cui nulla valet reſiſtere creatura. Ideo fertur in Pſal. 32. Con-
ſilium domini in æternum manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Per
Eſa. quoque 46, proteſtatur: Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Ita exponunt
Gregorius & Albertus. Thomas autem & quidam alij legunt ſic: [Nemo aduertere] id eſt, com
præhendere poteſt, aut certitudinaliter cognoſcere [cogitationes eius] id eſt, diſpoſitiones iudi
ciorum ipſius, iuxta illud Apoſtoli Rom. 11. Quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius? Et Sap.
9. habetur: Quis hominum poterit ſcire conſiliũ Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?
Hæc itaque nequeunt ſciri à nobis, niſi inquantum Deus oſtenderit, cum Dauid teſtetur: Incer- Pſalm. 50.
ta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et Sap. 9. inducitur: Senſum tuum domine quis
ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum tuum de cælis? [& anima eius quodcunque
voluit, hoc fecit.] Anima in Deo, eſt eius voluntas ſeu mens, quæ cum omnipotens ſit, facit quic
quid voluerit, cui (vt Sapiens dicit) ſubeſt cum voluerit, poſſe. Vnde & Pſalm. 134 decantat: Om Sap. 12.
nia quocunque voluit dominus, fecit in cælo & in terra. Præterea in ſcripturis anima Deo frequẽ
ter aſcribitur, vt cum ait Hiere. 5. Nunquid ſuper his non viſitabo, & in gente tali non vlciſcetur
anima mea? Rurſuſque in eodem propheta: Non eſt anima mea ad populum iſtum. Et Amos 6. Hierem 12.
Iurauit dominus in anima ſua, deteſtor ego ſuperbiam Iacob. [Cumque expleuerit in me vo-
luntatem ſuam] me pro ſuo libito percutiendo, ſeu aliter quouis modo tractando. [& alia mul-
ta ſimilia,] quibus me poſsit ferire, ad libitumque tractare, [præſto] id eſt, in præſentia [ſunt ei]
id eſt, in poteſtate ſua, qui cum omnipotens * infinipotenſque conſiſtat, non poteſt in tot aut tan
ta, quin poſsit in infinities plura atque maiora, quantum in ſe eſt [& idcirco à facie eius] id eſt,
conſideratione ſuæ maieſtatis vbique præſentis, & omnia intuentis. Vel à facie eius, id eſt, præ-

ſente hac plaga mihi ab eo illata [turbatus ſum] turbatione ordinata, videlicet reuerentiæ ſeu ti-
moris, ex paueſcendo ac admirãdo immenſitatem excellentię Dei. [& conſiderans eum] qnam
terribilis ſit in conſilijs ſuis ſuper filios hominum, quam admiranda eius iudicia, quam horren-
da eius contra iniquos ſententia. [timore ſollicitor.] ne eum in aliquo inhonorem, ne rurſus aut
grauius ab eo percutiar, ne ab eo vllatenus ſeparer. [Deus molliuit cor meum] id eſt, ſuo amore
ſeu bono timore liqueſecit, & quaſi reſoluit, compunctionem infudit, atque ad omne bonum
promptam capacitatem donauit, qua & cito in lachrymas pias reſoluor: ſic quoque per aduerſa
Dan. 4. & inſpirationem clementem molliuit cor Nabuchodonoſor regis, vt Daniel deſcribit: itemq́ue
Matth. 26. cor Petri apoſt. cum Chriſtum negaſſet: Omnium quoque peccatorum quos ad pœnitentiam
veram conuertit, cor mollit, quibus per Ezech. 36. locutus eſt: Auferam cor lapideum de carne
veſtra, & dabo vobis cor carneum. Molle etenim dicimus, quod facile cedit tangenti, neque re-
ſiſtit, ſed mox recipit impreſsionem. Talia autem ſunt corda bonorum, quæ à ſpiritu ſancto diri-
2. Reg. 23. gibilia ſunt atque docilia, & facile acquieſcunt in bonis. Vnde 2. Reg. habetur, quod ſedens in
cathedra, ſcilicet. Dauid rex, fuit quaſi tenerrimus ligni vermiculus. [& omnipotens contur-
bauit me] id eſt, valde alterauit, mouit, & terruit me, ſicut iam dictum eſt. [Non enim perij] id
eſt, non ita deiectus & cæſus ſum [propter imminentes tenebras] id eſt, propter peccata inexi-
ſtentia mihi, vel ad quæ procliuis ſim. Vel ſic: Non perij propter imminentes tenebras, id eſt,
propter tribulationes mihi illatas & imminentes, non cecidi à ſtatu mentis, vitaq́ue gratiæ per
deſperationem aut aliam culpam mortalem. [nec faciem meam] id eſt, aciem rationis, ſeu men-
tem, quæ eſt facies intellectualis, [operuit caligo] id eſt, peccatum impatientiæ aut ſimile vitium
Pſalm. 26. non obtenebrauit, ſed manet in lumine gratiæ fixa, iuxta illud Mich. 7. Cnm ſedero in tenebris
dominus lux mea eſt. Atque in Pſalm. 22. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo
mala, quoniam tu mecum es. Itemq́ue: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?
Poſtremo hic aliam moralitatem non neceſſe eſt introducere, ſed ſequi curemus virtutes B. Iob
& veſtigia Dei ſequatur pes noſter, à teſtimonijs & præceptis legis diuinæ nullatenus decline-
mus, verba eius memoriter teneamus, conſideremus omnipotentiam, ſapientiam, iuſtitiam Dei
penitus infinitam, & filiali impleamur timore, ſancta ſolicitudine concutiamur, cor durum at-
que impœnitens recedat prorſus à nobis, & ad omne bonum mollificetur cor noſtrum, nec ta-
men à firmitate recedat Iuſtitiæ.

Elucidatio literalis, partimq́ mystica cap. 24. Ab omnipotente non ſunt.
Articulus L.

QVia 22. cap. Eliphaz dixit ad Iob, an prouidentiam Dei putaret ad inferiora & ab actu
hominum non extendi, hinc Iob pręſenti cap. oſtendit ſe ſane ſentire de prouidentia Dei
[Ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora] id eſt, omne tempus & quicquid tem-
pori ſubiacet, à Deo cognoſcitur, æternaliter vtique & inuariabiliter, diſtincte atque clariſsime.
Ipſe enim vnicuique rei inferiori, corruptibili, mixtæ, certam præfixit periodum. Vnde ſuperius
dixit: Numerus menſium eius (videlicet hominis) apud te eſt, conſtituiſti terminos eius. [qui
autem nouerunt eum, ignorant dies illius.] Dies Dei, ſunt eius æternitas, quæ interdum ſingula-
riter dies vocatur, ob ſuam ſimpliciſsimam & immultiplicabilem vnitatem, ſicut in Pſalm. 109.
Iob. 14. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum. Interdum pluraliter dies ſeu
anni exprimitur, quoniam omne tempus includit, continet, compræhendit, vt Mich. 5. legitur:
Egreſſus illius (ſ. Chriſti) ab initio, à diebus æternitatis. Atque in Pſalm. 101. Tu autem idem ipſe
es, & anni tui non deficient. Cum ergo Deus æternus, omnipotens, adorandus, ſit ſua æternitas,
quomodo qui eum nouerunt, dies ipſius ignorant? Et reſpondendum, quod noſcentes Deum
clare per ſpeciem, æternitatem quoque ipſius proportionaliter ſciunt, quamuis nec Deum, nec
æternitatem aliqua pura creatura plene compræhendere poſsit. Porro viatores quamuis Deum
quodammodo noſcant, quo ad quia eſt, & per naturalem rationem ac fidem, ſeu per ſapientiæ
contemplationem fidei innitentem, non tamen compræhendunt, nec clare (ſicut beati) cogno-
ſcunt æternitatem Dei ſublimis, aliqualiter tamen eã cognoſcũt, ſicut Boethius in lib. de conſo-
latione philoſophię, de ea tractat ſubtiliter. Conſequẽter inducit varia hominum ſcelera, ex quo
rum iuſta vltione demnnſtratur diuina prouidentia ad omnia etiam humana pertingere. [Alij
terminos tranſtulerunt] id eſt, poſſeſsionum ſuarum confinia extenderunt: ſicq́ue alienas poſ-
ſeſsiones vſurpauerunt, ſecundum illud Oſe. 5. Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumẽtes termi-
nos. Talibus dominus comminatur per Eſa. 5. Væ qui coniũgitis dnmum ad domum, & argum
agro copulatis vſque ad terminum loci. Nunc autem de violenta & furtiua huiuſmodi transla-
tione potiſsime ſermo eſt. Hinc quoque Prouerb. 22. habetur: Ne tranſgrediaris terminos anti-
quos, quos poſuerunt patres tui. Ad quod etiam pertinet illud Deut. 19. Non transferes termi-
nos,

nos, quos fixerunt priores in poſſeſsione tua. [diripuerunt greges, & pauerunt eos] id eſt, alio-
rum animalia rapuerunt, & ad proprium ea vſum nutrierunt, ſicut Sabæi atq; Chaldæi 1. huius lib.
cap. feciſſe leguntur B. Iob. Spiritaliter terminos transferunt, qui leges iuſtitiæ & regulas ſeu ſta-
tuta vitæ monaſticæ ſibi à patribus ſanctis præfixas tranſgrediuntur, paruipendunt, & negligunt,
remiſsius conuerſantes, & ſine cauſa idonea diſpenſatione vtentes, quod impium eſt vehemen-
ter, præſertim ſi contra ſubſtantialia religioni quid fiat, videlicet contra caſtitatem, pauperta-
tem, aut obedientiam: hoc nanque eſſet directe contra profeſsionem, quæ eſt ſolenniſsimum
votum: taliſque voti fractio, magis cenſetur peccatum, quam fractio iuramenti, ſecundum po-
ſitionem magnorum doctorum, aſſerentium votum plus obligare quam iuramentum. Inſuper
greges diripiunt, qui Chriſtifideles verbis aut prauis exemplis ad vitia trahunt, dæmonique in-
corporant. Vnde ſecundum Apoſtolum luxuriantes, vel alios ad luxuriam inducentes, tollunt 1. Cor. 6.
membra Chriſti, & membra efficiunt meretricis. Iſti ſunt animarum ſtrangulatores, & ſcandali-
zatores, precium ſanguinis Chriſti quantum in ipſis eſt, euacuantes, quibus timendum eſt quod
ait Saluator: Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in Mat. 18.
collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ homini illi per quem ſcandalum venit. Ta-
les demum greges à ſe direptos paſcunt, id eſt, vanis documentis informant, vitijs imbuunt, in
malis confortant. Tales ſunt negligentes, carnales, & vitioſi paſtores, doctores, & prædicatores.
Vnde Hierem. 10. legitur: Quia ſtulte egerunt paſtores, & dominum non exquiſierunt, propte-
rea omnis grex eorum diſsipatus eſt. [Aſinum pupillorum abegerunt] id eſt, à via diuertere fece
runt, vt eum commodius raperent. [& abſtulerunt pro pignore bouem viduæ] pauperis, in quo
eorum patet crudelitas, quod perſonis iſtis miſerabilibus non pepercerunt, contra quod domi-
nus Deuter. 24. ait: Cum repetis à proximo tuo rem aliquam, non ingredieris domum eius vt pi-
gnus auferas: ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit: ſi autem pauper eſt, nõ perno-
ctabit apud te pignus. [Subuerterunt pauperum viam] id eſt, opera eorum ab expedito & proſ-
pero impedierunt ſucceſſu, ita quod neceſſaria procurare vix poterant: quod quam impium ſit,
conſtat ex eo quod legitur Eccl. 34. Panis egentium, pauperum vita eſt: qui defraudat illum, ho-
mo ſanguinis eſt. [& oppreſſerunt pariter manſuetos terræ] quibus tanto plus eſſet parcendum,
quo ipſi alijs minus moleſti, & magis ſuaues ſunt. Denique (ſecundum Auguſtinum) manſuetus Auguſti-
eſt, qui alium iniuria ſua non prouocat, nec prouocatur ab aliena. Talium iniuriam Deus ſpecia- nus
liter vlciſcetur, quemadmodum Eſaias ait de Chriſto: Arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Eſai. 11.
Spiritaliter pauperum viam ſubuertunt, qui eorum qui nondum in virtutibus roborati ſunt, aut
gratiæ donis ditati, vt incipientes, conuerſationem inficiunt, aut pauperes ſpiritu (ſ. humiles)
per laudes aut alio modo ad inanem pertrahunt gloriam ſiue ſuperbiam. [Alij quaſi onagri in de
ſerto] i. ſicut aſini ſylueſtres, indomiti, in deſertis vagantes, [egrediũtur ad opus ſuum] i. ſine fre
no rationis ac legis, cum crudeli audacia ad nefaria exeunt perpetranda. [vigilanteſque ad præ-
dam] i. intenti quomodo ſpolient occurrentes. [præparant panem liberis] i. filijs ſuis ex prædis
procurant cibaria, quod ſpiritaliter potiſsime faciunt ſchiſmatici atque hæretici, conantes eccle
ſiaſticos & catholicos ad ſuas impietates allicere, ſicque alios ſibi conſentiẽtes ac ſubditos in ſuis
erroribus confouere. In horum violentorum ac prædantium perſona Prouerb. 1. habetur: Inſidie
mur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontes fruſtra, omnem ſubſtantiam precioſam
reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs. [Agrum non ſuum demetunt] i. valde metũt, ni-
hil de terra naſcentibus aliorum relinquentes in agro, in quo violentorum iſtorum auaritia fero
ciaque monſtrantur. [& vineam eius quem vi oppreſſerunt, vindemiant] prout Achab & Iezabel
feciſſe leguntur Naboth Iezraelitæ. Iſtud quoque ſpiritaliter agunt, qui congregationes deuotas 3. Reg. 21.
ſibi non commiſſas introeunt, & corrumpunt, ſpiritali earum patre oppreſſo. [Nudos dimittunt
homines, indumenta tollentes,] iuxta illud Mich. 2. Deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis. [qui-
bus non eſt operimentum in frigore.] Quod ſpiritaliter implent, qui alios virtutibus (quæ ani-
marum veſtes ſunt) priuant, dum eos ad mortale trahunt peccatum, quibus ita nudatis non eſt
operimentum in frigore ſeculi huius, vbi charitate Dei refrigeſcẽte, torpor & ignauia, vitiorum
conſtrictio atque duritia, animas lædunt virtutum veſtibus ſpoliatas. Quo contra in Prouerb. de
ſapiente & forti dicitur muliere: Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim dome Prou. 31.
ſtici eius veſtiti duplicibus. [quos imbres montium rigant.] quia ſic ſpoliati, ad montana confu
giunt loca ſiue latibula, quaſi ad tutiora, vbi ob aeris frigiditatem frequẽtiores & grauiores ſunt
pluuiæ, quibus tunc perfunduntur. [& non habentes velamen] id eſt, aliquod nuditatis ac vere-
cundiæ operimentum, [amplexantur lapides,] i. ſub lapidibus ſeu locis petroſis vel cauernis ab-
ſcondũt ſe. Spiritaliter imbres montium, ſunt doctrinæ virtuoſorum, quibus ſpoliati virtutibus
mente rigantur, vt reuiuiſcant atque fructificent: qui non habentes velamen, i. animæ ornamen-
tum, contra vitiorum fœditatem, amplexantur lapides, i. ad perfectorum feſtinant ſuffragia, vt o-
rent pro ſe. De quibus viris perfectis loquitur in 1. ſua Canonica Petrus: Vos tanquã lapides viui 1. Petr. 2.

ſuperædificamini. [vim fecerunt deprædantes pupillos] id eſt, violenter deprædati ſunt eos. [& vulgum pauperem expoliauerunt.] cum tamen pupillis & pauperibus amplius ſit parcendum. [Nudis] omnino ſeu parum v[illegible]itis, [& incedentibus abſq; veſtitu] ita quod præ inopia etiã inter homines nudi ambulauerunt. [& eſurientibus ſpicas tulerunt,] i. abſtuleruot, quas eſurientes laborioſe collegerunt: taliſque ſpoliatio ineffabiliter impia eſt atque crudelis, præſertim cum dominus iubeat, vt nec dominus agri decidẽtes aut remanẽtes colligat ſpicas, ſed pauperibus relinquat legẽdas. Spiritaliter nudus eſt, meritis & virtutibus deſtitutus, etiam ſi mali nil actualiter o-
Leuit. 19. peretur. Porro qui agit inique, nudus incedit: cõtingit aũt quod talis ſe cupiat emẽdare, eſuriatque refectionem virtutum, & colligat ſpicas, id eſt, perfectorum virtutes incipiat aliqualiter ſibi haurire ac ſequi: quod vidẽtes animarum corruptores, triſtantur, & ſatagunt eum priſtinis vanitatibus implicare, collectaſq; ſpicas ei ſubtrahere, vt anima eius nullo reficiatur ſpiritali edulio,
1. Cor. 8. quibus ait Apoſtolus: Sic aũt peccãtes in fratres, & percutiẽtes conſcientiã eorũ infirmã, in Chriſtum peccatis. Vnde Mich. 7. ſcriptum eſt: Vir fratrem ſuum venatur ad mortem, quod is periculoliſsime agit, qui aliquem bonæ voluntatis, aut religionem intrare volentem retrahere nititur. [Inter aceruos eorum] id eſt, inter manipulos frugum pauperum eſurientium, [meridiati ſunt] id eſt meridie, quieuerunt ſeu pranſi ſunt, de illorum paupertatula deliciantes. Naturale eſt, au-
Albertus tem, ſecundum Albertum, in meridie prandere, dum ſol ad ſummum accedens, alimentum præcedentis comeſtionis à loco digeſtionis euocauit ad membra. [qui] pauperes [calcatis torcularibus ſitiunt,] id eſt, vuis calcatis tam parum habent de vino, vt non aut vix neceſsitati ſufficiat. [De ciuitatibus fecerunt viros gemere] id eſt, ciues vrbium ad gemitũ atque triſtitiam induxerunt, bona eorum in agris vaſtando, vel conciues capiendo ſiue lædendo, quod ſpiritaliter faciunt, qui catholicos viros contriſtant, quoſdam fidelium decipiendo, damnationique exponen-
Ezech. 13. do, quod virtuoſis charitate feruentibus grauiſsimum eſt videre. Vnde per Ezechiel. dominus impijs ait: Mœrere feciſtis cor iuſti, quem ego non contriſtaui. [& animæ vuloeratorum clamabunt,] præ dolore vulnerum corporis ſui. Vulnerati quoque in anima, cum ad cor per pœnitentiam conuertuntur, clamant ad Deum in prece & pœnitudine planctibuſq; propter peccata. Aliquando etiam clamant zelo iuſtitiæ pro vindicta ad dominum, ſicut in euangelio loquitur Chriſtus: Deus non faciet vindictam ſeruorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte? Apocal. quo-
Luc. 18. que 6. habetur: Animæ interfectorum clamabant voce magna: Vſquequo domine ſanctus & verus, non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? [& Deus inultum abire nõ patitur] id eſt, peccata hæc non permittit inulta, qui Deut. 32. teſtatur: Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Hoc enim ſapientia Dei dictat agendum, & iuſtitia eius illud exigit, quia & inordinatio culpæ, ordinanda eſt per ordinem pœnæ. [Ipſi fuerunt rebelles lumini,] id eſt, inobedientes primæ increatæque luci, cuius tranſgrediuntur præcepta, angelicæ quoque lucidæ inſpirationi non conſentientes, nec naturali rationi obtemperantes, neque ſcripturarum & hominum virtuoſorum ſeu prælatorum verbis claris ac ſanctis acquieſcentes. Hinc Ioan. 3. dixit: Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. Talibus Moſes ait Numer. 20. Audite rebelles & increduli. [neſcierunt vias eius] id eſt, mandata iuſtitiæ atque notitiam veritatis, vel ea penitus neſciendo, vel per approbationem non agnoſcẽdo, quomodo omnis malus eſt ignorãs, & via ſtulti recta in oculis eius. [nec reuerſi ſunt per ſemitas illius] id eſt, ab iniquitate & falſitate non ſunt ad lucis itinera per pœnitentiam & ſatisfactio-
Baruch 3. nem correctionemque morum conuerſi, iuxta illud Pſalm. 81. Niſcierunt, neque intellexerunt,
Ibidem. in tenebris ambulant. De quibus Baruch ait: Quia non habuerunt ſapientiam, interierunt pro
Iiere 8. pter ſuam inſipientiam. Et rurſus: Viam diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitam eius. Tales ſunt omnes impœnitentes & indurati, quibus dicitur à Ieremia: Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſa? Et alibi dominus ait de talibus: Non dabunt cor ſuum, vt reuertantur ad me. [Mane primo] id eſt, valde maoe, dum ſemitenebroſum eſt tempus, conſurgit homicida, interficit egenum & pauperem [quoniam inopes mane conſurgunt ad panem ſuum lucrandum ſeu procurandum, & illa hora eos homicida obſeruat. [per noctem vero erit quaſi fur] id eſt, aliorum bona furtiue tollet, ſicque quaſi, denotat veritatem, non ſimilitudinem tantum. [Oculus] Id eſt, mens [adulteri obſeruat caliginem] id eſt, tempus nocturnum, [dicens: Non me videbit oculus,] tunc enim tanto audacius ſe ingerit ad peccandum quanto plus putat ſe non adſpiciendum. [& operiet vultum ſuum] ne agnoſcatur, etiam ſi quis deprehenderit eum. De iſto peccato & allegationibus ſcripturarum ad verba hæc pertinentium, dictum eſt ſupra. Spiritaliter adulter eſt, ſpiritus rationalis à Deo auertens ſe, & ſcripturis abutens ad proprium quæſtum & gloriam vanam, qui ſi iuſte ſe gubernaret, ſponſam haberet ſapientiam, iuxta quod dicitur Sapientiæ 8. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam eam mihi aſſumere, cuius adultera eſt vanitas & inſipientia diabolica, qui obſeruat caliginem, quoniam quærit latere quantum ad ſuam peruerſitatem, cupiens bonus & ſapiens

piens reputari. Omnis enim qui male agit, odit lucem, ſicut Ioan. 5. legitur: Operit quoque
vultum ſuum, quia & mentem propria excæcat malitia, & foris virtuoſum ſe ſimulat, ſicut de hy-
pocritis ait Saluator, quia exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. [perfó- Matth. 6.
dit in tenebris domos] id eſt, adulter ſi aliunde ingreſſum aptum habere nequiuerit, per-
fodiendo aliquam partem, parat ſibi ingreſſum. [ſicut in die condixerant ſibi] adulter & adul-
tera. [Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis] id eſt, lucem habent odio iam,
inquantum ea apparente metuunt depræhendi, compelluntur que diuidi, & à voluptatibus ſeque
ſtrari: ſic ſpiritaliter adulterantes, & dæmonum impietatibus atque erroribus ſe miſcentes, o-
diunt lucem veritatis & æquitatis, ſuamque prauitatem aperiri verentur. [& ſic in tenebris quaſi
in luce ambulant] id eſt, ſicut boni tendunt ad bona in die, ſic ipſi vaduntad praua in nocte. In
vitioſis quoque operibus ita verſantur & delectantur, vt iuſti in actibus virtuoſis: ſed & ita ſe ex-
hibent, quaſi nil impium perpetraſſent, quemadmodum Prouerbiorum 3. de adultera Salamon
loquitur, quod tergens os ſuum, dicit. Non peccaui. Eccleſiaſt. quoque 8. aſſeritur: Sunt impij
qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant: & ignorauerunt lucem, id eſt, ſplendorem vir-
tutum, & veræ ſapientiæ claritatem aſſecuti non ſunt, ſed contempſerunt. [Leuis eſt] adulter, id
eſt, mente vagus, leuis, inſtabilis. [ſuper faciem aquæ] id eſt, magis quam ſuperficies aquæ, quæ
modico vento mouetur. Mens nanque adulteri varijs concupiſcentijs agitatur, omni tentatione
concutitur, innumerabilibus paſsionibus vitijſque mouetur, ac vincitur. Paſsiones quippe & vi-
tia hanc mentis pariunt inſtabilitatem, debilitatem & leuitatem, ſicut ſuperius de hoc multa in-
ducta ſunt. [Maledicta ſit pars eius] id eſt, portio ſeu hæreditas terrena, videlicet bonum tempo
rale & vanum, in quo ſibi finem conſtituit, quam partem habet [in terra] quæ à Deo maledici-
tur, dum poſsidenti in perniciem vertitur, maledictioniſque cauſa materialis ſeu occaſio ei effi-
citur, aut ſterilis fit, iuxta illud Gene. 3. Maledicta terra in opere tuo. Quomodo autem liceat al-
teri maledicere, in expoſitione Cap. 3. patuit. [nec ambulet per viam vinearum] id eſt, itinera
refrigeratiua ac læta non habeat. Vinea quippe amœnitatem ac refrigerium parit, & fructu ſuo Iob. 3.
exhilarat, bonæque ſpei efficit hominem. Ideoque in Iudicum libro vitis dixiſſe inducitur: Iudic. 9.
Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines? Itaque metaphori-
ce via vinearum, eſt via gaudiorum. Denique vinea locum temperatum requirit: ſiquidem in
locis valde frigidis deſtruitur glacie, in locis nimis calidis deſtruitur exceſsiuo calore. Impius
ergo per viam vinearum non graditur, quoniam rebus mundi huius moderate non vtitur, ſed
nunc ad vnum vitioſum extremum, nunc ad aliud ſe diuertit. [Ad nimium calorem tranſeat ab
aquis niuium.] Hoc communiter de pœna infernali exponitur, quod ibi ſit viciſsitudo com-
mutatioque pœnarum de maximo frigore ad ſummum calorem ad afflictionem maiorem. Vn-
de Albertus: Ad nimium calorem æſtuantis gehennæ propter feruorem libidinis tranſeat ſuc- Albertus.
ceſsione pœnarum ab aquis niuium, quibus infunditur, gelu mortificante, eo quod per cupidi-
tatem terenorum refriguit in eo ignis charitatis. Eſtque miſerabile, quia in hac via non tranſi-
tur de frigidiſsimo in calidiſsimum, niſi per medium quod eſt temperatum. In inferno autem
de excellentia frigoris mortificantis, tranſitur ad æſtum ignis vrentis, ita quod nunquam erunt
in medio: quia in hac vita per vitia tranſierunt à frigore cupiditatis ad æſtum libidinis, non at-
tingendo medium virtutis. Propter has duas pœnas dicitur Matthæi 8. 13. 24. 25. Ibi (ſcilicet
in inferno) erit fletus & ſtridor dentium: fletus propter ignem, ſtridor dentium propter geli-
cidium. Itaque præcogitanda, metuenda, atque cauenda eſt pœna hæc. An vero per omnipo-
tentiam Dei ſit in inferno aqua frigidiſsima ad reproborum ſupplicium, vel aliquid propor-
tionale, quod aqua niuis vocatur, quia hæc aqua præfrigida eſt, quis niſi Deo reuelante poterit
certitudinaliter ſcire? [& vſque ad inferos peccatum illius] id eſt, in infernum culpa eius i-
pſum ſequetur ac ducet. Sic & Ioannes in prima ſua ſcribit epiſtola: Eſt peccatum ad mortem, 1. Ioan. 5.
non dico vt pro illo quis oret. Peccatum quippe ad mortem, ſecundum Gregorium, eſt pecca-
tum vſque ad mortem pertractum: quia peccatum quod hic non corrigitur, eius venia fruſtra
poſtulatur. Hinc Eſaiæ 5. inducitur: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vani-
tatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. [Obliuiſcatur eius miſericordia]
id eſt, Deus eum à pœnis per ſuam miſericordiam nunquam eripiat, quo verbo con-
funditur hæreſis confingentium pœnas inferni aliquando terminandas. Vbi Gregorius ait:
Omnipotentis Dei miſericordis obliuiſcitur eius, qui oblitus fuerit iuſtitiam DEI. Nam qui
DEVM nunc iuſtum non timet, poſt inuenire eum miſericordem non valet. Veruntamen
hæc ita intelligenda non ſunt, quaſi nihil miſericordiæ DEVS impendat damnatis, cum in om-
ni eius effectu circa intellectuales creaturas miſericordia atque iuſtitia ſint commixtæ: ſed ideo
hæc dicuntur, quoniam in inferno iuſtitia magis relucet, & miſericordia vel non, vel minus ſeu
parum apparet: attamen circa condignum torquentur, iuxta quem modum loquendi Iacobus Iacob. 2.
ait: Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecerit miſericordiam. Damnatorum quoque ob-

liuiſcitur miſericordia ſuffragiorum, quia eis non proſunt. [Dulcedo illius vermis] id eſt, de-
lectatio ſua peruerſa, quam habuit in hac vita, vertatur ei in vermem, id eſt, pœnam amaram,
conſcientiæ quoque remorſum. Vel dulcedo illius per antiphraſim, id eſt amaritudo ſit vermis
conſcientiæ corrodentis, de quo Eſaiæ 66. dicitur: Vermis eorum non morietur. [Non ſit in
recordatione,] id eſt, obliuioni tradatur à Deo, ita quod per miſericordiam ſuam non oſtendat
ſe memorem eius. Vbi rurſus damnationis interminabilitas aperitur. Econtrario de electo fer-
tur in Pſalmo 111. In memoria æterna erit iuſtus. Et Salomon Prouerbiorum 10. Memoria (in-
quit) iuſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet. [ſed conteratur quaſi lignum infructuo
ſum] id eſt, varijs pœnis teratur, in ignem mittatur: & quantum ad eſſe gratiæ ac virtutum, in
nihilum redigatur, ſicut comburitur ſterile lignum, iuxta illud Matthæi 3. Omnis arbor quæ
non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et Ioan. 15. loquitur Chriſtus: Si
quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem
mittent. [Pauit enim ſterilem & quæ non parit] id eſt, bona ſua infructuoſe conſumpſit, in-
ſtar illius qui infœcundam fœminam inutiliter nutrit. Vel quia de adultero loquitur, per ſte-
rilem deſignat adulteram, quæ non parit hæredem ex proprio viro, nec ei cum quo miſcetur. Vel
pauit ſterilem, id eſt, infructuoſam animam ſuam, vel carnem immundam, fructum virtutum
non parientem. [& viduæ non benefecit:] quæ, cum careat viri ſolatio, magis eget ſubſidio.
a'cauſa, lo Sicque iniquius eſt ei, * cum loco & tempore opportunis, non ſubuenire. Vel vidua dicitur
co propria eius coniunx, quam à toro repellit atque infeſtat. [detraxit fortes] quibus præualere
potuit, [in fortitudine ſua] abutens poteſtate ſibi conceſſa ad aliorum oppreſſionem, vel for-
tes, id eſt, virtuoſos vere fortes in Deo per gratiam, perſecutus eſt, iuxta illud Iacobi 3. Nonne
diuites per potentiam opprimunt vos? Talibus violentis dicitur Amos 6. Væ qui dicitis, Nun-
quid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? [& cum ſteterit] in ſanitate, proſ-
peritate ac robore, [non credet vitæ ſuæ] id eſt, de aliorum contra ſe machinatione erit ſu-
Iob. 16. ſpectus, nec erit ſecurus, ſed pauidus. De hoc & cauſa huius, dicta ſunt plurima ſupra, vbi inter
cætera dicitur: Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur,
& anguſtia vallabit impium. [Dedit ei DEVS locum pœnitentiæ] id eſt, poſt peccatum eius
non ſtatim eum damnauit, ſed miſericorditer diſtulit, dans locum, tempus, & opportunitatem
pœnitendi. Ideo equidem DEVS differt vindictam, vt peccator ſe corrigat. Propter quod
Eccleſiaſtici 15. legitur: Nemini dedit Deus ſpatium peccandi. Et Sapientiæ 11. Miſereris om-
nium domine, quoniam omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
[& ille abutitur eo in ſuperbiam] id eſt, loco & tempore pœnitendi abutitur, augendo contemp-
tum in Deum, hincque ſecurius peccans, quia diu portatur, ſecundum illud Eccleſiaſtis 8. Ete-
nim quia non cito profertur contra malos iudicum, abſque vllo timore filij hominum perpetrãt
mala. Hinc ad Roman. 2. ait Apoſtolus: An diuitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis
contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum duritiam
autem tuam & impœnitens cor tuum, theſaurizas tibi iram in die iuſti iudicij Dei. Itaque indul-
ta pœnitentiæ tempora non perdamus, nullam horulam inutiliter expendamus, diuinæ pietati
non ſimus ingrati. Penſemus quod ſicut incompræhenſibilis eſt miſericordia Dei ſuper pecca-
tores in vita præſenti, ſic incompræhenſibilis eſt ſuper eos ipſius iuſtitia in vita futura. [Oculi e-
nim eius ſunt in vijs illius.] Hoc dupliciter explanatur. Primo, oculi eius (ſcilicet Dei) ſunt in vijs
illius, id eſt, in operibus peccatorum, ad iudicandum puniendumque ea, quemadmodum Prou. 15.
legitur: In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Atque in Pſal. 33. Vultus au-
tem domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Secundo ſic: Oculi eius
(id eſt, peccatoris) ſunt in vijs illius, id eſt, in proprijs ſuis operibus intenti ſunt oculi eius interio
res per approbationem mali, & complacentiam culpæ, conſiderando quoque qualiter propoſitũ
Hier. 4. exequatur ac proſperetur, ſicut de filijs huius ſeculi per Hieremiam aſſeritur: Sapientes ſunt vt
faciant mala, bene autem facere neſcierunt. Secundæ quoque Petri epiſtolæ 2. Audaces, ſibi pla-
centes, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Tales modo ſunt multi, qui gloriãtur in vijs, aſtu-
tiaſque implendi quod impie cupiunt, machinantur, ſequentes prauitatem illorum, qui ante di-
luuium fuerant. De quibus legitur Geneſis 6. Videns DEVS quia multa malitia hominum
Pſalm. 65. eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tempore. Quo
contra vir iuſtus teſtatur: Iniquitatem ſi adſpexi in corde meo, id eſt, peccatum per conſenſum
& complacentiam non ſum mente intuitus. [Eleuati ſunt ad modicum] id eſt, impij ad breue
tempus proſperati, ſunt prælati & intumuerunt. [& non ſubſiſtent] id eſt, diu non perdurabunt
in ſtatu huiuſcemodi, iuxta illud Pſalm. 72. Deieciſti eos dum alleuarentur, quomodo facti
Iob. 20. ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. De hoc dicta
ſunt multa ſupra, idcirco pertranſeo. Gregorius quoque hic ait: Iniquorum gloria cum pleran-
que in annorum multitudinem tenditur, ab infirmorum mentibus eſſe quaſi longa & ſtabilis

æſti-

æſtimatur: ſed cum repentinus hanc finis intercipit, breuem fuiſſe oſtendit. [& humiliabuntur]
id eſt, per diuinam iuſtitiam deprimentur, ſicut & Chriſtus fatetur: Qui ſe exaltat, humiliabi- Luc. 14. 18.
tur, ſicut omnia iſta corruptibilia & terrena, quibus præfixus eſt certus terminus durationis, vt
dictum eſt plenius ſuper illud: Conſtituiſti terminos eius. [& auferentur de vita hac & de con
fortio electorum, iuxta quod ſcriptum eſt: Tollatur impius ne videat gloriam DEI. [& ſicut Eſai. 26.
ſummitates ſpicarum] puta ariſtæ [conterentur,] id eſt, cito atque faciliter tempore diuini-
tus præordinato peribunt, cum menſuram prauitatis ſuæ impleuerint, ſicut fruges cum ad matu- Gene. 15.
ritatem deuenerint, mox tolluntur, vt grana excutiantur. Vnde in Geneſi dominus loquitur:
Nondum completæ ſunt iniquitates Gomorrhæorum. [Quod ſi non eſt ita, quis me poteſt ar-
guere eſſe mentitum?] Verbum hoc intricatum videtur, quid enim eſt quod ait, quod ſi non
eſt ita, niſi ſi quæ dixi, falſa ſunt, quis me poteſt arguere eſſe mentitum? Si enim protulit falſa,
nonne fuerat tanquam mentiens arguendus? Gregorius itaque & Albertus exponunt hanc li-
teram, prout verba prima facie ſonant, ita quod Iob myſtica ratione ſic loquitur ad reprimen-
dam amicorum ſuorum ſuperbiam. q. d. etiam ſi mentitus ſum, tamen indigni eſtis me repro-
bare, quia errori & vitijs ſubditi eſtis, quæ mihi falſo imponitis. Hinc ait Albertus: Iſtud in diſ-
putationibus rhetoricis verum eſt, quæ coram iudice fiunt, vbi aduerſarius rite repellitur, quia
in ſimili culpa eſt. Propter quod ait Saluator: Hypocrita, eijce primo trabem de oculo tuo, & Matt. 6.
tunc videbis vt eijcias feſtucam de oculo fratris tui. Veruntamen iſtud aliter poteſt exponi:
quod ſi non eſt ita, quod interrogatiue negatiueque profert. q. d. immo ſic eſt, ſicut in iſto af-
firmaui Capit. de culpa & pœna malorum: quis me poteſt arguere eſſe mentitum? Nullus v-
tique. [& ponere ante Deum verba mea] id eſt, Deo iudici ea proponere iudicanda, tanquam
repræhenſibiliter dicta.

Explanatio cap. 25. Reſpondens autem Baldath Suhites, dixit:
Articulus quinquageſimusprimus.

RESpondens autem Baldath Suhites, dixit:] Amici Iob, contra veritatem verborum Iob
diſputando, paulatim leteſcunt. Nam poſt tertiam argumentationem ipſius Eliphaz,
ipſe Baldath tertio arguens, admodum breuis eſt. Sophar autem tertio non argumentatur.
Et quanuis præcedenti capitulo multa locutus ſit Iob, tamen de hoc ſolo Baldath contra eum Iob. 24.
obijcit, quod adhuc affirmat ſe iuſtum & ſine demeritis ſuis percuſſum, ad quod improbandum
proponit excellentiam DEI in ſeipſo ac ſuis effectibus, cuius comparatione homo non iuſti-
ficatur. Vnde quæ in iſto capitulo Baldath ait, frequenter præhabita ſunt, demptis perpaucis.
[Poteſtas & terror apud eum eſt] id eſt, omnipotentia eſt in Deo & terribilitas vel tremenda
maieſtas, quæ ſunt ipſemet DEVS, & ita apud eum eſſe dicuntur, ſicut miſericordia, iuxta
illud Pſalm. 129. Quia apud dominum miſericordia. Terror quoque eſt apud DEVM, id eſt,
in his qui DEO coniuncti ſunt, eſt timor reuerentialis ad Deum, præſertim prout timor eſt do-
num, ſic enim ineſt beatis, & manet in patria, quantum ad habitum & aliquem ſuum actum, po-
tiſsime illum, qui eſt reuereri & Deo reuerenter ſubſterni. [qui facit concordiam in ſublimi-
bus ſuis] id eſt, in cæleſtibus corporibus, in quibus nulla eſt contrarietas, reſiſtentia naturæ no-
ciua, aut corruptio aliqua. In angelicis quoque ſpiritibus ſummam & indiſſolubilem facit con-
cordiam, implendo eos tanta ſuæ beatitudinis communione, quod nec à Deo, nec à ſe inuicem
diſcordare vllatenus queunt, ſed omnes ciues cæleſtis Hieruſalem, diuinæ voluntati inauertibi- Dan. 10.
liter conformantur. Nec obſtat quod in Daniele quædam leguntur de angelorum prælijs inter
ſe, quæ qualiter intelligi debeant, Gregorius hic exponit, & ego proſequerer, niſi hoc ſuper Da-
nielem ſcripſiſſem. Itaque confundantur, qui in cæleſti beatorum palatio diſſenſiones & prælia
vitioſa eſſe mentiti ſunt. Inſuper Deus facit concordiam in ſublimibus ſuis, id eſt, conſiderantes
ſublimia Dei, videlicet omnipotentiam, ſapientiam, beatitudinem eius, facit in conſiderando &
ſentiendo concordes, ſicut ait Apoſtolus: Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata.
[Nunquid eſt numerus militum eius?] i. innumerabilis nobis eſt multitudo angelorum ſancto- 1. Cor. 1.
rum: qui milites Dei vocantur, quoniam ei ad nutum deſeruiunt, eiuſque aduerſarijs reluctâtur
ac præualent, de quibus fertur in Pſal. 102. Benedicite domino angeli eius, potentes virtute, fa-
cientes verbum illius, ad audiendâ vocẽ ſermonũ eius. Benedicite domino omnes virtutes eius,
miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius, quorũ numerus Deo eſt certus, iuxta illud Eſa. 40. Qui
eduxit in numero militiâ eorum, & omnes ex nomine vocat præ multitudine fortitudinis eius.
De quorum innumerabili nobis multitudine Daniel 7. ait: Millia millium miniſtrabant ei, &
decies millies centena millia aſsiſtebant ei. Vbi numerus determinatus pro indeterminato po-
nitur, ſicut Apocalypſis 7. legitur: Et erat numerus eorum millia millium. Ad Hebræos quoq;
12. Acceſsiſtis ad Hieruſalem cæleſtem & multorum millium angelorum frequentiam. [Et ſuper

tem paululum remiſiſſet, vincebat Amalech. Manus autem Moſis erant graues. Sumentes ergo
lapidem, poſuerunt ſubter eum. Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius. Præterea ad-
uertendum quod humiles & electi viciſsim Deum iuuare dicuntur, non quaſi illum roborantes
aut velut inſufficienti ſeu indigenti ſubuenientes: ſed quoniam eius voluntati ac diſpoſitioni,
quantum ad effectuum diuinorum excutionem cooperantur, & hoc ipſum eſt ineffabilis digna-
tio Dei, quod ſeruos ſuos ſibi efficit cooperatores: qui etiam quicquid boni habent aut exhibet,
à Deo ſortiti ſunt. Vnde Paulus: Dei, inquit, adiutores ſumus, quod poſtea quaſi exponens: Ego, 1. Cor. 3.
ait, plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Sed neque qui plantat, eſt ali-
quid, neque qui rigat, quia videlicet propria virtute non operantur. Cui dediſti conſilium? For-
ſitan illi qui non habet ſapientiam.] Non eſt autem putandum, quod Baldath tam aſininæ fuerit
ſimplicitatis, quod æſtimauerit Deum impotentem aut inſipientem, vel quod intenderit eum fir
mare aut informare. Iob tamen ſic increpat eum, quaſi hoc ipſum feciſſet, quia taliter loqueba-
tur hic Baldath, & ita ſe habuit, quaſi hoc intendiſſet, ſicut iam declaratum eſt. Itaque cum De-
us ſit ſapiens & ſapientia ſupereſſentialis ac infinita, non eget alicuius conſilio. [& prudentiam
tuam oſtendiſti plurimam.] id eſt, verba alta loquendo de Deo, monſtraſti te magnæ eſſe ſci-
entiæ, quod & oſtentationis culpa videtur. Nam & Apoſtolus ad Romanos 12. ſcribit: Non plus
ſapere quam oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem. Denique, ſicut qui comedit mel multum, non Prou. 25.
eſt ei bonum, ſic ſcrutator maieſtatis opprimitur à gloria. Ptolemæus quoque in principio Al-
mageſti diſſeruit: Qui ſcientiam ſuam extendit vltra induſtriam quæ in ipſo eſt, eſt ſicut paſtor
debilis cum ouibus multis. [Quem docere voluiſti? nonne eum qui fecit ſpiramentum] id
eſt, Deum qui condidit animam rationalem, ſapientiæ receptaculum, ſpirationiſque cauſam,
iuxta illud Geneſis 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius
ſpiraculum vitæ. Eo autem modo intelligendum eſt, quod Baldath voluit DEVM docere,
quomodo iam dictum eſt, quod voluit ei conſulere. Moraliter autem verba iſta dicenda ſunt
iuſta deriſione, charitatiuaque increpatione, vanis, præſumptuoſis & ſciolis: qui ſapientiores
ſe inſtruere, expertioribus conſulere verbis aut ſcriptis præſumunt, qui aliis ſapientiores repu-
tari deſiderant, qui dum ſobrie habere ſe neſciunt, frequenter ſtulta loquuntur aut ſcribunt, ſu-
amque fatuitatem ac vanitatem demonſtrant. Conſequenter beatus Iob DEVM per ſuos ef-
fectus diffuſius laudat, quam Baldath ſuperius fecit, ne diuinæ uideretur excellentiæ derogare.
[Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.] Hoc Thomas & alij quidam refe-
runt ad gigantes, qui (vt Geneſis 6. habetur) tempore Noæ erant in terra, & diluuio perie-
runt cum habitatoribus ſuis, qui tam loco quàm vitijs cohabitauerant eis, qui omnes ſimul nunc
gemunt in pœnis inferni, qui ſub aquis eſt, quia in medio terræ. Alij (vt Gregorius & Alber-
tus) per gigantes intelligunt ſuperbos, DEO rebelles, in ſuis viribus confidentes, qui in pro-
prijs oculis velut in giganteam magnitudinem excreuerunt: quales præcipue eſſe ſolent prin-
cipes & potentes ac diuites ſeculi huius, ſed & prælati nonnulli, inde ſuperbientes, vnde ſe ma-
xime humiliare ac formidare deberent, de quibus omnibus illud Eſaiæ 26. accipi poteſt: Mor-
tui non viuent, gigantes non reſurgent. Vbi per mortuos intelliguntur iniqui morte culpæ per-
empti in anima, qui dum indurantur in vitijs, non viuent per gratiam. Gigantes quoque præ-
fati, quia non pœnitent, ad vitam gratiæ non reſurgunt. Hi ergo cum cohabitatoribus, id eſt, i-
mitatoribus ſuis vel commanſoribus, ſibi in peccato ſimilibus. Nam & frequenter quales ipſi,
tales & cohabitatores eorum, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales habi-
tantes in ea. Itaque hi ſimul gemunt ſub aquis, id eſt, abundantia tribulationum ac onerum in-
quietudinumque ſuarum. Varij enim ſunt tumultus & curæ, timores, terrores, rancores, iræ & im
patientiæ talium, quorum inordinatus vitioſuſque animus ſibi ipſi pœnalis eſt. Frequenter quo-
que iuſto Dei iudicio grauiſsimæ aduerſitates & infirmitates eis occurrũt, ita quod gemunt ſub
aquis tribulationum, in quo diuina declaratur potentia. De quibus aquis fertur in Pſalmo 68.
Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. In Threnis quoque: Thren. 3.
Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Vnde 2. libro Machabæorum 9. Antiochus: In quos,
inquit, triſtitiæ fluctus deueni? [Nudus eſt inferus coram illo.] id eſt, infernus & omnia quæ in
eo ſunt, Deo conſpicua ſunt atque clariſsime nota. [& nullum eſt operimentum perditioni] i. fi-
lijs perditionis ſeu reprobis, quo abſcondantur conſpectui Dei, ſed certiſsime cognoſcuntur ab
ipſo, iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 4. Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia Hier. 23.
autem nuda & aperta ſunt oculis eius. Per Hieremiam quoque dominus loquitur: Si occultabi-
tur vir in abſconditis ſuis, & ego non videbo eum? [Qui extendit aquilonem ſuper vacuum.]
Per aquilonem Thomas intelligit hemiſphærium ſuperius, quantum ad nos, in quo
eſt polus aquilonaris, qui ſuper noſtrum horizontem iugiter eleuatur. Polus vero auſtralis no-
bis deprimitur. Hoc ergo hemeſphærium ſuper vacuum fertur expanſum, quia inter ipſum
& terram nihil ſenſibile nobis apparet: & medium quod ibi eſt, quanuis ſit igni elementari

& aere

& aere plenum, tamen à vulgo reputatur vt vacuum, ſicut lagena dicitur vacua, quamuis aere ſit
repleta. Loquitur autem Iob ſecundum vulgarium æſtimationem, vt conſuetudinis eſt ſacræ ſcri
pturæ. Huicque expoſitioni videtur conſonare Albertus, dicendo: Qui extendit aquilonem, id
eſt, cælum ab aquilone. Dicit enim Ariſtoteles in ſecundo de cælo & mundo, quod longitudo cę
li eſt ab aquilone in meridiem, & ſi imaginaremur hominem dextera cælum voluentem ab oriẽ
te in occidentem, caput eius eſſet in aquilone, & pedes in meridie, ſicut finxerũt poetæ eſſe Atlã-
tem, de quo in libro de Ciuitate Dei recitat Auguſtinus, quod fuit maximus temporis ſui aſtro-
nomus. Ideo ferebatur cælum mouere & ſuſtentare. Porro per vacuum intelligit Albertus ca-
pacitatem mundi, in qua adhuc nil fuerat factum in rerum exordio, ſuper quod tunc cælum ex-
tendebatur. [& appendit terram ſuper nihilum] id eſt, ſuper inane ſeu vacuum. Quod ideo
dicitur, quia nil ſolidum eſt ſub terra eam ſuſtentans, ſed Deo ſic ordinante, manet in medio v-
niuerſi tanquam centrum, quibus verbis docetur, ipſas naturales proprietates ſeu virtutes, qui
bus corpora in proprijs locis continentur, ex virtute proceſsiſſe diuina. Quidam præterea di-
cunt: Terra videtur fulcimentum aquæ, & aqua aeris, ſub terra vero nihil eſt, cum ſit infima pars
mundi. Hoc ſanum exigit intellectum; elementa enim ſe mutuo orbiculariter ambiunt: quia
ſuperius ambit quod ſub ipſo eſt, vt ignis aerem, aer aquam, aqua terram; niſi quod Deo ſic
diſponente, vna pars terræ diſcooperta eſt aquis, propter hominum & animantium congruam
in terra habitationem, ſed & cælum omnia iſta ambit, claudit & continet. Vnde tanta pars cæli
eſt ſub terra, quanta & ſuper eam. Inſuper reor idcirco aquilonem ſuper vacuum dici exten-
tum, & terram ſuper inane & nihilum, quoniam licet realiter aliquid ſit infra cælum & terram,
aliquid quoque ſub terra modo iam dicto, illa tamen nil conferunt ad cæli terræque ſuſtenta-
Eſai. 14. tionem. Myſtice per aquilonem deſignatur diabolus, qui in Eſaia loquitur: Sedebo in monte
teſtamenti, in lateribus aquilonis, qui ſuper vacuum extenditur, quia illorum poſsidet corda,
qui ſpiritaliter nihil & mortui ſunt, id eſt, eſſe gratiæ carent. Terram vero, id eſt, Eccleſiam
Mat. 28. præcipue primitiuam, virtutibus ſolidam appendit ſuper nihili, id eſt, ſuper gentilitatem addu-
xit, vt eam gratia prædicationis impleret, atque ad eſſe virtutum deduceret, dicente Chriſto A-
poſtolis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas. De quibus ab Eſaia 40. capite fuit
prædictum: Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram illo, & quaſi nihilum & inane reputa-
tæ ſunt ei. [Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.] Diuina enim
virtute aqua vaporabiliter eleuata à terra, in aere ſuſpenditur, atq; in nubes conuertitur ſeu den
ſatur: in quibus aquæ quaſi ligatæ tenentur, priuſquam deſcendant, nec pariter cadunt, ſed
paulatim per guttas, ne ſimul impetuoſe deſcendendo terram ſubuertant. Hinc ait Albertus:
Aquas in nubibus ligare, eſt eas vaporabiliter in nubes conuertere, & virtute cæli continere, do-
nec cæleſtes induant virtutes, per aquas terram fœcundent ad germinandum. Guttatim ete-
nim reſolutæ, proportionabiliter terram infundunt: quæ pariter erumpentes, terram ſubuer-
terent, & vim tollerent germinatiuam. Qualitates quippe elementares ad ſpecies generatorum
ſeu formas generalium non mouerent, niſi virtutes cæleſtes induerent. Calidum nanque ignis
conſumeret, & frigidum inferiorum elementorum motum abſcinderet & mortificaret. Humi-
dum vero diffluere faceret, & ſiccum non continuaretur ad quantitatem atque figurã. Vnde non
per ſe, ſed virtutibus cæli mouent ad ſpecies generatorum: & hoc declarat, ſubiungens: [Qui te-
net vultum ſolij ſui] Solium Dei, cælum eſt, in quo velut in throno ſedet, iuxta illud Eſa. 66. Cæ
lum mihi ſedes. Vultus autem ſolij huius, eſt ſuperficies cęli ad inferius verſa: Eſtque ſuperficies
ſtellata. Per virtutum nanque ſtellarum, influit elementis omnem poteſtatem generationis &
corruptionis. Hancque ſuperficiem, vultum ſeu faciem ſolij ſui Deus tenet, quam diu virtutes
generatiuas corruptiuaſque influit, hoc eſt, quandiu ſtat mundus. [& expandit ſuper illud nebu-
lam ſuã] i. nebulam ſua virtute generatam ponit inter cælum & viſum noſtrũ, ita quod ſecundũ
apparentiam cælum nebula operitur, & illa ſuper illud ſeu ſuper faciem eius conuerſam ad nos
Pſal. 147. quaſi expanditur, iuxta illud Pſal. 146. Qui operit cælum nubibus. Et iterum: Nebulam ſicut cine
rem ſpargit. Porro dum nubes reſoluuntur in pluuiam, remanent quidam vapores, ex quibus ne-
bula generatur, noſtro aſpectui regens cælum. Albertus demum hic ait: Nebula vapor eſt, quia
cum virtus cæli inferioribus infunditur, neceſſe eſt, vt inferiora ad receptionem aperiantur ac e-
leuentur, quod fit per euaporationem faciem cæli nobis tegentem. Myſtice Deus aquas ſapiẽtię
ſalutaris in nubibus, i. apoſtolis ac prędicatoribus ſanctis ligauit, i. in corde eorũ firmiter ſtatuit,
ac moderanter ab effuſione & communicatione continuit, vt non erumperent pariter deorſum,
id eſt, ne in tanta plenitudine ac ſublimitate à prędicatoribus ſanctis pręfatis ſapientia propone-
retur audientium cordibus, ſicut illis fuit infuſa, quia capacitatem auditorum tranſcenderet.
Paulatim vero effundenda communicandaque fuit, iuxta audientium capacitatem, profectum
1. Cor. 3. & ordinem, quemadmodum ait Corint. Paulus: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed
1. Cor. 2. quaſi carnalibus, qui denuo profitetur: Sapientiam loquimur inter perfectos. [Qui tenet vul-
tum

tum ſolij ſui.] Per vultum cognitio deſignatur. Vultum itaque ſolij ſui,id eſt, contemplationem
cæleſtis patriæ Deus tenet,id eſt,viatoribus non impendit, ſed detinet : nec qualis & quanta ſit
viſio illa beata,clare in hac via ſcire valemus, dicente Apoſtolo: Per fidem ambulamus, non per 2. Cor. 5.
ſpeciem, ideo additur: Et expandit ſuper illud nebulam ſuam, id eſt,inter cæleſte regnum & nos
poſuit obſcuritatem, videlicet,corruptibile corpus noſtrum & animæ defectuoſitatem, peregri-
nationiſque ſtatum. Propter quod videmus nunc per ſpeculum in ænigmate , quale ſit regnum
cæleſte: quoniam quidem corpus quod corrumpitur,aggrauat animam,& deprimit terrena inha Sap. 9.
bitatio ſenſum multa cogitantem. Idcirco dicit Apoſtolus : Quia dum ſumus in corpore , pere- 2. Cor. 5.
grinamur à domino. [Terminum circundedit aquis,] id eſt, infra certos terminos aquas con-
cluſit, congregans eas intra receptacula apta,præſertim infra ripas oceani,ne totam terram coo-
perirent,iuxta illud Gene.1. Dixit Deus,congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt,in locum vnum,
& appareat arida. Dicit hoc loco Thomas: Aquæ, ſecundum naturalem ordinem elementorum,
vndique terram operire deberent: ſed quod aliqua pars terræ manet diſcooperta ab aquis , fa-
ctum eſt diuina virtute,quæ vſque ad certum terminum fecit terram ab aquis cooperiri. [vſque
dum finiantur lux & tenebræ] id eſt,tam diu hoc ita manebit,quouſque ſucceſsio diei & noctis,
videlicet ſtatus huius ſeculi, finiatur. Lux nempe,id eſt,dies nobis finitur, dum ſol occumbit:
tuncque tenebræ oriuntur nocturnæ,rurſuſque dies ſuccedit, & viciſsitudo vſque ad finem mun
di durabit. Non tamen hæc ita dicuntur, quaſi in fine ſeculi aqua opertura ſit totam terram,quia
& poſtea pars terræ erit nudata & ſicca. Spiritaliter Deus terminum circundedit aquis,id eſt,po-
pulis, qui frequenter aquarum nomine exprimuntur,ſicut in Apoc.17. Aquæ multæ,populi mul-
ti ſunt. Et Eccl.11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas. Populis ergo circundedit termi-
num, id eſt,modum & gradum ſeu menſuram cognoſcendi præfixit in vita hac,in qua ad patriæ
viſionem non eriguntur, vſque dum finiantur lux & tenebræ,id eſt,dies & noctes peregrinatio-
nis eorum in vita præſenti. Vel lux,id eſt,profectus in gratia,& tenebræ ignorantiæ,vitæ huius ter-
minum ſortiantur. Durante nanque hac vita,durat ſtatus merendi ac demerendi, ſeu proficien-
di & decreſcendi. [columnæ cæli contremiſcunt & pauent ad nutum eius] Columnæ dicuntur
quædam firmiora aliorum ſuſtentatiua ſeu perfectiua. Itaque columnæ cæli intelligi poſſunt vel
ſuperiores angelici ſpiritus,qui inferiores purgant,illuſtrant,perficiunt. Vel angelici ſpiritus il-
li,qui cæleſtium orbium ſunt motores,cæloſq. quantum ad ſuam influentiam in hunc mundum
actuant,& quaſi ſulcire dicuntur. Hi ad nutum,id eſt,beneplacitum vel ad ſignũ voluntatis Dei
contremiſcunt timore non pœnali,ſed timore admirationis, pauoreque reuerentiæ filialis ac hu
milis,Deo promptiſsime ſeruientes, iuxta hunc modum Eccleſiaſtici 16. fertur: Ecce cælum &
cæli cælorum in conſpectu Dei commouebuntur, & cum conſpexerit illa Deus, tremore concu-
tientur. Inſuper columnæ cæli,id eſt,militantis eccleſiæ,quam Chriſtus vbertim in Euãg. regnum Matth. 13.
cælorum appellat, cuius columnæ ſunt ſapientiores & fortiores, qui aliorum ignorantiam edo- Galat. 2.
cere imbecillitatemque æquanimiter ferre nouerunt,quemadmodum Paulus Petrum, Ioannem Apoc. 3.
& Iacobum vocat columnas. Vnde in Apoc. dominus aſſerit: Qui vicerit, faciam illum colum-
nam in templo meo,pauent ad nutum Dei. [In fortitudine illius] id eſt, omnipotente Dei virtu
te [repente maria congregata ſunt]id eſt, aquæ marinæ ad certa loca redactæ,aliq pluraliter ma-
ria, propter particularia maria,vel propter magnitudinem aquarum abyſsi oceani. Hinc fertur
Pſalm. 134. Congregans ſicut in vtre aquas maris,ponens in theſauris abyſſos. Spiritaliter quo-
que maria,id eſt,corda ſecularia,multa & tumida,inſtar maris inquieta,turbulenta,amara , iuxta
illud Eſa. 57. Impij quaſi mare feruens,quod quieſcere non poteſt. Per omnipotentiam Dei re-
pente congregata,id eſt,in Chriſto collecta ſunt per fidem & charitatem , prædicantibus vbique
apoſtolis atque eorum diſcipulis. [& prudentia eius percuſsit ſuperbum] id eſt,primum illum a-
poſtatam angelum,qui dixit: Similis ero altiſsimo,deiecit & condemnauit,ſecundum illud Pſal.
88. Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. Et Eſai. 52. Nunquid non tu percuſsiſti ſuperbũ,
vulneraſti draconem? Hoc tamen de omni ſuperbo impœnitente accipi poteſt. Deus enim ſuper
bis reſiſtit,& qui ſe exaltat,humiliabitur. [Spiritus eius ornauit cælos] Per ſpiritum Dei, intelli- Iacob. 4.
gi poteſt ſpiritusſanctus, perſona à patre filioque diſtincta,vel mens ſeu voluntas Dei,qui cælos, Luc. 14.
id eſt,angelos ſanctos ornauit: quia ruentibus apoſtatis,ipſi donis gloriæ confirmabantur,tunc-
que cœperunt Deum videre per ſpeciem. Inſuper cælos,id eſt,orbes cæleſtes,ſtellis,planetis,vir
tutibus,luce, cauſalitate ornauit,iuxta illud Eccl. 43. Species cæli gloria ſtellarum , mundum il-
luminans in excelſis dominus. Rurſus ſpiritus eius ornauit cælos,id eſt,beatos apoſtolos,præſer-
tim in die Pentecoſtes, quando tot gratiarum chariſmatibus ſunt repleti: quia (vt Paulus Roma.
8. teſtatur) primitias ſpiritus acceperunt. De quibus ait Pſalm.18. Cæli enarrant gloriam Dei,
ſed & omnes qui in terra cæliformiter conuerſantur, & dicere poſſunt : Noſtra conuerſatio in Philip. 3.
cælis eſt, vnde hoc habent, niſi à ſpiritu ſancto per ornamenta gratiæ ac virtutum , quæ illis largi-
tur? [& obſtetricante] id eſt,per modum obſtetricis leuiter educente [manu] id eſt , potentia
& ſa-

& ſapientia,[eius] ſ. Dei[eductus eſt coluber tortuoſus]id eſt,diabolus à ſocietate ſtantium an- Ioan. 12. gelorum,& ex corde credentium eſt eiectus,quemadmodum ait ſaluator: Nunc princeps huius Luc. 10. mundi eijcietur foras. Itemque: Videbam ſatanam quaſi fulgur de cælo cadentem. Deniq; diabolus coluber dicitur, propter malitiæ ſuæ venena peſtifera: tortuoſus quoq;, ob ſuam obliquitatem & calliditatem. De quo Eſai. 27. loquitur: Viſitabit dominus ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum,quemadmodum etiam obſtetrix leuiter educit de matris vtero fœtum periclitantem ſeu mortuum,ne mater lædatur: ſic Deus eduxit diabolum de ſocietate ſtantium angelorum cordibusque credentium,ne quid læſionis aut indecentiæ ex eo ipſis adeſſet.[Ecce hæc ex parte] id eſt,imperfecte ſeu partim [dicta ſunt viarum eius] id eſt,de operibus Dei,quæ ſunt viæ ſeu media,quibus in hac vita perducimur ad creatoris notitiam,quaſi dicat,Ea quę dixi,licet magna videantur & multa,modica tamen ſunt comparatione diuinorum effectuum,quos non dixi,& qui hominibus ſunt ignoti,ideo addit,[& cum vix paruam ſtillam ſermonum eius audierimus,] id eſt,cum ea quæ protuli,vel ab alijs ſunt prolata de magnalibus Dei,tam modica ſint reſpectu operum atque magnalium eius,quæ ignorantur,neque audita ſunt, neque ab homine pronunciata cum neſciantur,vt vix ſtillam paruam,id eſt,minimum quid audierimus inde, [quis poterit tonitruum] id eſt.grandem & excellentem ſermonem [magnitudinis eius]id eſt,de diuina maieſtate,prout in ſeipſa eſt,[intueri] id eſt,cognoſcere ſiue cócipere? Sic enim de Deo loqui non poſſumus,quia nec ſic eum cognoſcere in hac vita valemus.Ideo dicit Albertus: Tonitruum ſine 2.Cor. 12. concuſsione capitis non auditur,ſignificatque excellentiam ſermonis de Deo in ſeipſo, qui tam eminens eſt,quod omnem euertit cogitatum,& concutit intellectum ac ſuperat mentem. Vnde Apoſtolus,qui in raptu Deum per eſſentiam vidit,aſſerit ſe arcana verba audiſſe, quæ non licet homini loqui. Denique verbis his conſonat illud Eccleſiaſtici 4. Quis vidit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum ſicuti eſt à principio? multa enim ſunt abſconſa maiora his. Pauca enim vidimus operum eius. Hinc etiam ſcriptum eſt Sap. 9. Difficile inuenimus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt,inuenimus cum labore: quæ autem in cælo ſunt,quis inueſtigabit? Itaque quæ ſcimus,minima & pene nulla ſunt reſpectu eorum quæ ignoramus. Quis enim nouit ordinem vniuerſi,genera & ſpecies piſcium,auium & brutorum,herbarum,gemmarum atque ſimilium proprietates,virtutes,conditiones & actus omnium horum? Quod ſi iſta neſcimus, quanta nobis ignorantia eſt de his,quæ ad cæleſtia pertinent corpora,angelorumque agmina, & ſuper- Hierem. 9. mundani illius beatorum palatij conſiſtentiam,proprietatem,naturam? Nemo ergo ſe iactet, nullus inaniter glorietur,nullus præſumat: ſed imperfectum noſtrum videant oculi noſtri,quia pauperrimi ſumus.

Expoſitio cap. 27. Addidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit.
Articulus LIII.

ADdidit quoque Iob,aſſumens parabolam ſuam,& dixit:] Cum reſpondiſſet B. Iob præcedenti cap. ipſi Baldath, expectauit pauliſper,ſi forte tertius amicorum ſuorum, videlicet Sophar, more ſolito replicaret: quo ſilente,Iob plura adiecit,& ſententiam ſuam plenius declarauit. Sed cum in ſequentibus de ſeipſo plane literaliterque loquatur, cur dicitur aſſumpſiſſe parabolam ſuam? Et reſpondendum, quod vtique in ſequentibus,ſicut & ſuprà, quædam per ſimilitudines profert: & interdum obſcure ac myſtice loquitur, inſtar parabolas inducentium, quemadmodum in Num. lib. de Balaam legitur: Aſſumpta Balaam parabola ſua, Irruente in Num. 24. ſe ſpiritum Dei,ait: Dixit homo cuius obturatus eſt oculus. Parabola autem pro ſimilitudine ſumitur. [Viuit Deus,] aſſertionem ſuam iuramento confirmat. Iurare enim pro rationabili cauſa, actus eſt latriæ, iuxta illud Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Sic & Pſalm. 118. profatur: Iuraui & ſtatuj cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Denique hæc forma iurandi: Viuit dominus,in veteri teſt. ſolita fuit,prout ſæpius legitur Dauid ita iuraſſe: Viuit dominus. Et Helias: Viuit dominus,ante cuius vultum ſto,id eſt,per vitam Dei iuro. Vel,tã verum 3.Re.17.18. eſt quod dico,quam veraciter Deus viuit.[qui abſtulit iudicium meum] id eſt, iudicium quo quis iudicatur ſecundum merita ſua,abſtulit à me. Nam contra formam talis iudicij me innocentem ac iuſtum diriſsime flagellauit. Vnde ſuperius dixit: Vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo,ſi- Iob. 16. cut iudicatur filius hominis cum collega ſuo. Vel abſtulit iudicium meum,id eſt, ita plagãdo me innocentem,dedit hominibus occaſionem iudicandi de me non vere,vtpote quod peccator ſim & hypocrita fuerim, qui tam grauiter cæſus ſum. Sic & de Chriſto Eſai. 53. loquitur: In humili- Iob. 16. tate iudicium eius ſublatum eſt. Hinc ſuperius dixit: Rugæ meæ teſtimonium dicunt cõtra me. [& omnipotens qui ad amaritudinem] id eſt,acerbiſsimam pœnam [adduxit animam meam,] licentiando ſatanam ad affligendum me ità, [quia donec ſupereſt halitus] id eſt,quam diu manet flatus [in me, & ſpiritus Dei] id eſt, reſpiratio data à Deo manet [in naribus meis.] Hoc eſt,

quam

quam diu viuo & reſpirare valuero. Addit autem, in naribus meis: quia (vt ait Albertus) naturalis anhelitus eſt per nares, & per os fœtidus de ſtomacho procedens. Vnde Sapient. 2. habetur: Fumus afflatus eſt in naribus noſtris. Thomas quoque allegat Philoſophum, libro de hiſtorijs animalium aſſerentem: Reſpiratio quæ fit per os, non eſt tam congrua vt quæ fit per nares. [Non loquentur labia mea iniquitatem] id eſt, verba iniqua iniquitate peccati mortalis. [nec lingua mea meditabitur mendacium.] Meditari eſt mentis, non linguæ corporalis. Idcirco quod ait, nec lingua mea meditabitur mendacium, intelligendum eſt de interiori ſpiritaliq; lingua: qua verbum fertur mentale, nec aliud eſt quam intellectus. Vel quod ait, meditabitur, exponendum eſt, ex meditatione effabitur, iuxta illud Pſalm. 34. Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam. Sed nonne iſtud erat periculoſum iuramentum, quo iurauit ſe in tota vita ſua nunquã loquendo peccaturum aut falſa dicturum, niſi forte cognouit ſe confirmatum in charitate & gratia, ita quod mortaliter labi non poſſet? Et reſpondendum, quia (vt Thomas exponit) quod ait, non loquentur labia mea iniquitatem, ſpecialiter refertur ad deuitationem erroneorum verborum amicorum ipſius Iob, quaſi dicat: Non loquar verba iniqua veſtri erroris, nec veſtra meditabor mendacia per conſenſum. Superius quoque ſępe pręhabitum eſt, quod Iob in hac poſitus plaga, putauit ſe protinus moriturum, inter cætera dicens: Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam. Hinc confidentius obligauit ſe ad vitandum verba impia ac mendoſa. Vel ex inſtinctu occulto ſpiritus ſancti & ſpeciali deuotione ac confidentia gratiæ Dei, cuius innitebatur auxilio, ita iurauit, ſicut & aliqui vouent caſtitatem aut ſimile aliquid. Albertus quoq; hic ait: Notandum quod ait, meditabitur. ex meditatione enim non protulit falſum, licet forte ex ſurreptione aliquando dixit. Gregorius etiam ſcribit hic, quod merces benignitatis obſtetricum Hebræarum, quæ eis in æterna vita potuit dari, propter admixtam culpam mendacij, in terrenam eſt recompenſationem conuerſa. Hoc tamẽ communiter non tenetur, quia nec mendacium illud obſtetricum fuit pernicioſum vel mortale peccatum, ſed veniale, ſecundum doctores. [Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicem.] Gregorius aliquoties affirmat, quod S. Iob iniuſtos amicos non habuit: & quod viri iſti ſibi tam familiares, iniuſti non erant. quod ergo nunc ait Iob, intelligendum eſt, quod quãtum ad hoc iniuſti fuerunt, quod circa prouidentiam Dei ſic errauerũt, ipſumq; Iob tot repręhenſionibus coodemnationibuſq; iniuſtis ac falſis ſic moleſtauerunt, & veris eius contradixerunt ſententijs. Denique, qui iniquitatem & falſitatem odit in ſeipſo, non approbat eos in alijs. Aliqui autem adulatorie etiam aliorum mala commendant, quibus Ezechie. 13. dominus loquitur: Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ętatis. Et Prouerb. 17. Salomon conteſtatur: Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, vterq; abominabilis eſt ante Deum. [donec deficiam] i. moriar [non recedam ab innocentia mea] nec poſtea in æternum. Qui enim in gratia hinc emigrat, hanc poſtea nunquam amittit. [Iuſtificationem meam] i. iuſtificationem mihi per Dei gratiam condonatam, ſ. iuſtam conuerſationem mãdatorumque obſeruationem,] quam cœpi tenere] ab adoleſcentia mea, immo à prima hora qua ortus ſum rationis vti iudicio, [non deſeram] quam deſererem, niſi veſtris peccatis erroribuſq; reſiſterem. [Neq; enim repræhẽdit me cor meum in omni vita mea.] Ideo confidenter ſpero me non receſſurum ab innocentia atq; iuſtitia, tanquam habituatus in eis. veraciter etiam dico, q iuſtificationem meam non deſeram, & q hactenus iuſtus fui. O quam ſublime verbum eſt hoc, & quanta monſtratur fuiſſe perfectio S. Iob ex hoc verbo. Sed nonne ſuperius dixit, Peccaui: Et, Parce peccatis meis: Itemq;: Si iuſtificare me voluero, os meum cõdemnabit me? Verum hoc ex præinductis frequenter ſolutum eſt. Non enim denegat ſe in venialibus fuiſſe culpabilem, ſed de mortalibus veraciter ſe excuſat. Denique viri virtutum interdum ad gloriam Dei, ędificationẽq; proximi, & ne veritas patiatur iacturam, aut bono communi derogetur, laudant ſeipſos, quemadmodum Hieremias in lib. ſuo. Hi autem teſtimonio Iob de ſeipſo conforme eſt, quod in Tobia perhibet Sara de ſemetipſa: Nunquam, inquiens, cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Præterea dupliciter irrepræhenſibilis eſt quis à proprio corde. Primo ita, quod nunquam ſe peccaſſe mortaliter meminit, ſicut nũc ait Iob. Alio modo, quod licet grauiter peccauerit, pœnituit tamen & emendauit, quomodo Paulus ait: Nihil mihi conſcius ſum. Sicq; Ioan. 3. ſcribitur: Chariſſimi, ſi cor noſtrum non repræhenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ, & quicquid petierimus, accipiemus. [Sicut impius inimicus meus,] i. quilibet iſtorum contradicentium & reſiſtentium mihi, eſt ſicut impius: quia circa prouidentiam errat diuinam, nec pie cõpatitur. ſed iniuriatur mihi percuſſo. [& aduerſarius meus] eſt [quaſi iniquus] quia in proximum peccat: & Quaſi, ac Sicut, notant hic veritatem, non ſimilitudinem tantum quemadmodum Ioan. 1. Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Cauſam dictorum ſubiungit, inſinuans amicos ſuos hypocritarum ſecutos veſtigia. [Quæ enim eſt ſpes hypocritæ, ſi auare rapiat?] id eſt, ſi terrena & laudes humanas iniuſte & cupide ſortiatur, nihilominus vana eſt ſpes eius: quoniam vera felicitate priuatur, & iſta caduca cito ab eo tollen-

Ezech. 13.

Prou. 17.

Iob 7.

Iob 14.

Iob 9.

Hiere. 15.

Tob. 3.

1. Cor. 4.

1. Ioan. 3.

Ioan. 1.

tur,ſicque ſpe omni fruſtratus,damnatus atque miſerrimut erit.Specialiter quoque de hypocri-
ta mentionem inducit, quoniam ſimulata æquitas, eſt duplex iniquitat, & hypocritæ tanquam
falſarij veritatis, videntur maxime deteſtabiles coram Deo, ſecundum quod infra habetur:
Iob 17. Simulatores & callidi prouocant iram Dei.[& non liberet Deus animam eius]id eſt,quid ei pro-
ſunt terrena,quando Deus animam eius iuſte relinquit & damnat,non liberans eam à morte cul
pæ in præſenti, nec à morte æternæ miſeriæ in futuro? [Nunquid clamorem illius exaudiet De-
us, cum venerit ſuper illum anguſtia?]id eſt, tempore tribulationis, pauoris & neceſsitatis De-
us non audiet precet eius, quia videlicet tempore ſanitatis & proſperitatis Deum contempſit, &
in periculo conſtitutus,non tam ex vero Dei amora,quam ex ſeruili timore inuocat Deum. Nil
autem meritorium eſt, niſi ex vera charitata emanet. Vnde in Prouarbijs increata Sapientia lo-
quitur impijs: Quia vocaui,& renuiſtis,deſpexiſtis omne conſilium meũ,ego quoque in interi-
Pro.1. tu veſtro ridebo. Tunc(ſcilicet tempore anguſtiæ)inuocabunt me, & non exaudiam. Ruŕuſque
Prouerbiorum 28.Qui declinat aures ſuas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis. Vt ergo
oratio ſit exaudibilis, virtuoſa conuerſione eſt fulcienda, vel ſaltem bono ac firmo emendatio-
nis propoſito. Vnde Eſa.1.loquitur Deus: Cum extenderitit manus veſtras, auertam oculos me-
os: & cum multiplicaueritis orationem, non exandiam. Manus enim veſtræ ſanguine(id eſt pec-
cato) ſunt plenę.[Aut poterit in omnipotenti delectari]id eſt,in Deo veraciter & ſyncere lętа-
ri & conſolari, videlicet in contemplatione & dilectione in laude & cultu ipſius?non vtiq;, quam
diu eſt talis,quia non diligit Deum,nec in ipſo, ſed in terrenis & vilibus rebus delectatio ſua con
ſiſtit,quod ſpernendum eſt illi, qui quærit in domino delectari, ſecundum illud Pſalm. 76. Re-
nuit conſolari anima mea. Memor fui Dei,& delectatus ſum. Quocirca ſcribit Gregorius: Qui
terrenarũ rerũ amore vincitur,in Deo nullatenus delectatur: eſſe quidẽ ſine delectatione anima
non poteſt. Nam aut infimis delectatur,aut ſummis: & quanto altiori ſtudio exercetur ad ſum-
ma,tanto maiori faſtidio faſtidit ad infima. [& inuocare Deum in omni tempore. [Hipocrita
omniſque vitioſus, ſi ad tempus cœperit in diuinis & precibus occupaui, cito laſſatur & attædi-
atur: quia non diligit Denm, nec in eis obſequio delectatur. Qni autem Deum ſynceriter di-
ligit & ardenter, laudibus eius,orationi,boniſque actibus omni tempnre oppnrtuno & congruo
libenter hilariterque inſiſtit, iuxta illud Pſalm. 103. Pſallam Deo meo quam diu ſum. Iucun-
dum ſit ei eloquium meum,ego vero delectabor in domino. [Docebo vos per manum Dei]i.
virtute & ſubſidio eius,ſine quo nihil boni valemus.[quæ omnipotent habeat]i. iuſtitiam & for
mam iudicij,quã habet in ſe,& quæ eſt ipſemet Deus iuſtus ac ſapiens iudex. Vel quę omnipo-
tens habeat,i.quid ractum & iuſtum ſit coram eo.[nec abſcondã] quia hoc charitatis non aſſet.
Sic Sap.6. inducitur: Quid autem ſit ſapiantia reſaram,& non abſcondam à vobis ſacramentum
Dei,& non præteribo veritatem,neq; cum inuidia tabeſcenta itar habebo,quoniam talis homo
Eccl.20. non arit participet ſapientiæ. Hinc Eccle.41. Sapientia(inquit)abſcondita & theſanrut inuiſus,
quam vtilitas in vtriſq,? Salomon quoq;: Melior (inquit)eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuã,
quã qui abſcondit ſapientiã ſuã. [Ecce vos oẽs noſtis.]Si nouerunt, quæ dicere voluit, quomo-
do docuit eos? Et reſpondendum ꝙ vel imperfecte, vel virtualiter,ſeu in quodam communi no
uerunt. Hæc ideo docuit ens ad cognoſcendum actualiter,diſtincte atq; perfecte. [Et quid ſine
cauſa vana loquimini?]i.cum hæc quæ dicam,aliquo modo ſciatis,cur tam irrationabiliter con-
tradicitit mihi? [Hæc eſt pars]i. retributio[hominis impij apud Deum]i.apud diuinam iuſtiti-
am,ei quod meruit retribuentẽ,[& hęreditas]i.quaſi hęreditaria merces[violentorũ,]quia alios
per potentiã opprimunt,[quã ab omnipotente ſuſcipient. Sin multiplicati fuei int filij eius,in gla
dio erunt,& nepotet eius non ſaturabuntur pane.]Hoc quidam nimis literaliter de gladio mate
riali & fame corporali exponunt,cum frequẽtiſsime videamus, & Iob hoc ſupra probauit, quod
filij & nepotes prauorum ſæpe in mundo hoc vſque ad vltimam ætatem proſperentur atq; abun-
dent. Melius ergo per gladium intelligitur vltrix iuſtitia Dei,quam incidunt impij, de quo ait
Iod 19. Fugitę à facie gladij,qunniam vltor iniquitatũ eſt. Per famem vero exprimitur ſpiritalis
refectionis carentia,qua praui tabeſcunt. Filij quoque & nepotes vocantur, qui non propagatio
Ioan. 7. ne naturæ duntaxat,ſed & imitatinne peccati filij nuncupantur. [Qui reliqui fuerint ex eo]i.ami
ci,familiares atq; domeſtici malitiam eius ſectantes,[ſepelientur in interitu,]i.in ſuit morientur
peccatis,& quantum ad animam,in inferno ſepelientur in morte miſeriæ: ſic & Iudæis ait Salua-
tor: In peccato veſtro moriemini Et Pſalm.9. Infixæ ſunt gentes in interitu quem ſecerunt. [& vi
duæ illius]ſcilicet impij, [non plorabunt.]vel quia de peſsimi viri morte gaudebunt, vel quia &
ipſæ tantis premẽtur anguſtijs ob ſuns exceſſus,quod ad deflendum ſeipſas agere ſatis babebũt,
ſicut per Ezech. 24. dominus dixit Iudęis: Non plangetis,videlicet veſtrot occiſos. porro qund
de impio dictum eſt,de vitioſo prælato accipi poteſt,cuiut filij & nepotes,id eſt, ſubditi & diſci-
puli,eorumque pnſteri,gladio diabolicæ tentationis necantur,& fame ſeu carentia verbi cęleſtis
deficiunt,de cuius obitu non dolent viduæ,id eſt,plebes ſubiectæ, inquantũ vita ſua fuit ſibipſi

&

& ſubditis perículoſa. [Si comportauerit ſicut terram argentum] id eſt, in maxima copia illud ſi
bi collegerit, [& ſicut lutum,]id eſt, valde abundanter ſicut lutum abundat, [præparauerit veſti-
menta]pro ſua non tam neceſsitate, quam voluptate & exornatione, [pręparabit quidem]habē-
do laborem, ſolicitudinéq; in parando. [ſed iuſtus veſtietur eis,] i. ab eo tanquā iniuſto poſſeſſo
re tollentur, atq; ad iuſtorum vſum deuenient, [& argentum innocens diuidet,] i. pecuniam, cæ-
teraſq; opes illius in poteſtatem innocentias redactas, ipſe innocens hincinde moderanter expo
net, aut egenis donabit. Hoc, ſicut & præcedentia, interdum literaliter ita contingit, aliquando
aliter, ſicut ſuperius Iob oſtendit. Quoniam ergo ꝓbauit quod frequenter ita non accidit, dum
ſcilicet impij vſq; ad finem vitę ſuę diu abundant ac proſperantur, nuncq; fatetur aliquando tali-
ter euenire, apertiſsime docet quod proſperitas atq; aduerſitas vitæ præſentis, non ſint finale aut
ſufficiens præmium virtutis & vitij. Spiritaliter, argentum eſt ſacra ſcriptura, ſeu eius verba clariſ
ſima. Veſtimenta autem ſunt teſtimonia ſcripturarum, quibus ſe induunt verſipelles, ad perſua-
dendum errores, peccata, perfidias. Itaque ſi impius, id eſt, hæreticus vel ſeductor tale argentum
collegerit, taleſque veſtes ſibi parauerit, ac ſecum detulerit ad diſceptandum contra catholicum
edoctum, vir iſte catholicus verba, teſtimoniaque illius ad proprium aſſumet comprobandum
intentum, ad fidei defenſionem, ad falſitatis ac impietatis deſtructionem, ſicque impium pro-
prijs quæ ſecum detulit, armis conuincet, ſicut Dauid occidit Goliam. Verba demum & ſcienti- 1. Reg. 17.
am ſcripturarum dabit & diuidet, ſeu proponet atque exponet fidelibus. [Aedificauit ſicut tinea
domum ſuam,]id eſt, inſtabilem ſibi manſionem conſtruxit, quia peccando meretur illa priuari,
quemadmodum tinea veſtem rodendo præparat ſibi locum in ea, ſed corroſioni inſiſtens, locum
illum amittit. [Et ſicut cuſtos fecit vmbraculum,]id eſt, quemadmodum cuſtos vineę fecit tugu-
rium in quo paululum conquieſcat, quouſq; vuæ tollantur, ſic ipſe habitaculum ſibi fecit, in quo
modico tempore permanebit. Iſta, quantum ad ſenſum, frequenter præhabita ſunt, ideo immo-
rari ſuperfluum eſt. Spiritaliter, malus negligenſque prælatus, domum ſibi ædificat ſicut & tinea:
quoniam inter illos moratur, quorum corda malis exemplis, verbiſquè impijs ac negligentia de-
molitur, & quaſi diu victurus ſit hic, conſtruit, emit, paratque multa, non attendens quod celeri-
ter morietur, & cuncta relinquet. Hinc ſubditur: [Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet,]id
eſt, nihil de ſuis opibus ipſum ſequetur, iuxta illud Apoſtoli. 1. ad Timoth. 6. Nihil intulimus in
hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Et in Pſalm. 48. Ne timueris cum
diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eis: quoniam cum dormierit,
non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. [aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet,]
quia vel hora mortis mentales aperit oculos, conſiderando quo tendat, quid reſtet, quomodo vi
xit, quid habuit, quam cito tempus vitæ ſuæ defluxit. Tuncque inuenit ſe omni virtute & merito
vacuum, in pœnis quoque inferni ſuam aduertet inſaniam atq; inopiam, in reſurrectione etiam
oculos carnis aperiet, ſeq; pauperrimum cernet. Hinc fertur Pſalm. 75. Dormierunt ſomnum ſu-
um, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. [Appræhendet eum quaſi aqua]
id eſt, abundāter, [inopia]id eſt, omnis boni defectus in inferno. Propter quod Eccl. 9. habetur:
Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opes, nec ratio, nec ſapientia, nec ſci-
entia, erunt apud inferos quo tu properas. Et Eccl. 14. Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quo
niam non eſt apud inferos inuenire cibos. Denique, ſicut aqua eum quem appræhendit, extra cir
cundat & intus replet: ſic pœnæ & inundationes inferi, damnatos operiunt ac totaliter implent.
Tanta demū eſt inferni inopia, vt diues epulo guttam aquæ petierit, & impetrare non potuit. Luc. 16.
[nocte]id eſt, hora aduerſitatis, mortis ſeu damnationis, [opprimet eum tempeſtas]id eſt, impe
tus vltionis diuinæ, ſecundum illud Nahum 1. Dominus, in tempeſtate & turbine viæ eius. Hier.
quoque 23. Tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. [Tollet eum ventus vrens & au-
feret] quia per languorem acutum auſertur de vita hac. Diabolus quoque flatu tentationis cor-
da male incendens, & nocendi deſiderio ardens, tollit eum ad inferos, iuxta illud Sapientis 5.
Tanquam turbo venti diuidet illos. [& velut turbo rapiet eum de loco ſuo]id eſt, de vitæ huius
manſione ac voluptate, ſicut ſuperius dictum eſt: Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infer-
num deſcendunt. [Emittet] Deus [ſuper eum]debitas pœnas, [& non parcet,]id eſt, pœnam in-
ferni non terminabit, nec quicquam vitiorum relinquet inultum. [De manu eius fugiens fugiet]
id eſt, manum ſeu poteſtatem atque vindictam iudicis percutientis euadere cupiet, immo &
non eſſe optabit. [Stringet ſuper eum manus ſuas] id eſt, poteſtate ſua Deus ſic eum arctabit, &
in pœnis concludet, vt ſe mouere niſi ad libitum Dei non poſsit. Sic & Oſeæ 13. ait: Occurram
eis (videlicet impijs) quaſi vrſa raptis catulis. Dirumpam interiora eorum, & conſumam eos ve
leo. [& ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius]hoc eſt, inſpector loci & pœnarum talis damna-
ti, eum contemnet & deridebit. Nam & Deus Prouerbiorum primo reprobis ait: Ego quoque in
interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis quod timebatis euenerit. Vnus etiam damnato
rum alterum inuidioſe ſubſannat, quemadmodum leguntur principes damnati dixiſſe regi Baby

lonis in infernum deſcendenti: Et vulneratus es ſicut & nos, id eſt, noſtri ſimilis effectus es, de-
Eſa. 14. tracta eſt ad Inferos ſuperbia tua. Præſertim autem hoc facit diabolus, intuens in inferno eum quem vicit, iuxta illud Pſalmi duodecimi: Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. Ele-
Iob 22. cti inſuper zelo iuſtitiæ reprobos ſubſannabunt, quemadmodum dictum eſt: Videbunt Iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. Poſtremo ex his calamitatibus quæ de diuite auaro atque hypocritis dicta ſunt, diſcamus mundum & ea quæ mundi ſunt, cordialiter aſpernari, diuitias temporales, delitiaſque carnales & omnem ſeculi laudem, honorem, famam & gloriam prorſus contemnere, abhorrere ac fugere. Veras autem diuitias, id eſt, virtutes & dona Spiritusſancti, chariſmata gratiarum, quæ mentem ditant, ornant, confortant, reficiunt: deſideremus, adipiſcamur, poſſideamus, ac iugiter conſeruemus, immo & omni hora augere conemur, quæ morientibus nobis animas noſtras non deſerant, ſed eas Deo locupletes præſentent. Inferni ſupplicia ſagaciter ponderemus, vereamur, vitemus. Inſuper exemplo beati Iob, ſtabiles ſimus in bono incepto, inchoatam iuſtificationem, profectum, emendationem vſque ad mor-
1. Cor. 15. tem nullatenus deſeramus, prout hortatur Apoſtolus: Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere domini ſemper. Id quoque ſciendum, quia quæ de corporaliter diuite dicta ſunt, de quibuſdam qui ſe ſpiritaliter diuites arbitrantur, intelligi queunt. Hi ſunt, qui ſe cæteris reputant perfectiores, magni & ſapientes in oculis ſuis, atque inaniter de ſeipſis, non in domino gloriantes, inconſulti, audaces, & ſibi ſtulte placentes: qui cum obierint, nihil de diuitijs quas ſe habere putabant, deferent ſecum: ſed coram Deo ſe inanes inuenient, apprehendetque eos inopia ſempiterna, confuſio ſumma, & cætera quæ dicta ſunt mala.

Expoſitio literalis cap. 28. Habet argentum venarum ſuarum principia.
Articulus 54.

CApitulum iſtud non parum difficile eſt, ideo expoſitioni eius eſt diligentius intendendũ. Dicit autem Albertus: In iſto capitulo oſtendit beatus Iob excellentiam ſapientiæ Dei in veſtigio creaturarum, id eſt, in creaturis, in quibus perfectio creatoris apparet per modum veſtigij. Suntque tria alia ſcripturæ capitula concordantia ſuper iſtud, videlicet octauum Prouerbiorum, viceſimum quartum Eccleſiaſtici, & maxime tertium capitulum Baruch. Thomas quoque hic ait: In hoc capitulo oſtendit Iob ſpiritalis boni dignitatem, quod iuſti à Deo recipiunt etiam in hoc mundo, quod bonum ſub ſapientia comprehendit. Idcirco intendit præferre ſapientiam cunctis corporalibus rebus, & quantum ad originem, & quantum ad precioſitatem. Hinc primo oſtendit, quod quæ in corporalibus rebus precioſa videntur, habent in certis locis originem. His conſonat quod aliqui dicunt, quia poſtquam oſtendit Iob non indecens eſſe prouidentiæ diuinæ, ſed decens quod aliquando impij temporaliter in hoc ſeculo proſperantur, ratione accepta ex paruitate boni, puta temporalis, ſenſibilis & caduci, quod à Deo ſortiuntur, nunc idẽ oſtendit ex magnitudine boni, quod iuſti etiam in hac vita à domino conſequuntur, quod eſt bonum ſpiritale, ſic temporalia tranſcendens, quomodo centenarius paruulum numerum, ſecundũ Hieronymum. Ideo licet iuſti temporalibus bonis priuati, iudicentur miſeri ab iniquis temporalia ſola quærentibus, tamen reuera feliciores ſunt illis, vtpote maiora bona habentes. Ideo mirum non eſt, quod Deus interdum permittit reprobos & iniuſtos temporaliter abundare, quibus non intendit ſpiritalia bona quæ præſtantiora ſunt, communicare: ſicut & pater carnalis ac ſapiens bonis filijs bona meliora concedit, malis filijs dimittens bona minora, quia ſunt filij eius. Sic Deus electis & bonis tribuit bona gratiæ & virtutum, tanquam filijs adoptiuis, reprobis vero dat terrena, quia ſunt filij eius, per creationem & ad eius facti imaginem. Incipiens itaque à metallis, quæ hominibus precioſa & neceſſaria ſunt, ait: [Habet argentum venarum ſuarum principia.] Circa quod Thomas affirmat: Metalla ex humidis generantur vaporibus ex terra reſolutis per virtutem ſolis atque ſtellarum, vnde metalla ductilia, liquabiliaque conſiſtunt: quemadmodum è conuerſo lapides & huiuſmodi, quæ non malleantur neque funduntur, ex ſicca exhalatione gignuntur infra terram retenta. Diuerſificantur autem ſpecies metallorum, ſecundum maiorem & minorem puritatem reſoluti vaporis, & ſecundum diuerſitatem digerentis caloris, Inter quæ aurum videtur puriſsimum, deinde argentum, poſtea æs & ferrum. Inſuper ſecundũ maiorem minorẽue puritatem, metalla vt plurimum habent diuerſam originem. Vnde argentũ communiter inuenitur in quibuſdam terrę aut lapidum venis ſeu meatibus, qui per laborem ſtudiũq; reperiuntur humanũ, quamuis difficulter. Itaq; ait: Habet argentum venarum ſuarum principia, id eſt, origines ſeu exordia, ſcilicet in aliquibus locis determinatis, ex quibus reſoluuntur vapores apti ad generationem argenti, qui dum immiſcentur terræ vel lapidi, efficiuntur ibi venę argenti. Quidã aũt per principia venarũ argenti, intelligunt materiale eius principiũ, puta minerias, ex quibus argentum naturaliter generatur, quę in determinatis terrę venis eſſe dicuntur.

cuntur. [Et auro locus eſt in quo conflatur.] Secundum Thomam, quia aurum puriſsimum eſt, inuenitur vt plurimum generatum in ſua puritate inter arenas fluminum, propter multitudinem euaporationis & caliditatis arenæ. Ideo ait, Auro locus eſt in quo conflatur, quia ex multis arenis colligantur granula auri, quæ in vnum liquantur, quod non in omni agitur loco, ſed in aliquibus determinatis, vbi concurrit debita virtutis actiuæ proportio ad materiam tali ſpeciei determinatam. Quidam exponunt ſic: Auro locus eſt in quo conflatur, id eſt, generatur, cuius generatio vocatur conflatio, quia materia auri magis digeſta eſt virtute caloris, quam aliorum metallorum, propter quod prius eſt atque ductilius. Aliqui quoque ita exponunt, conflatur, id eſt, in fornace purgatur ab alieni mixtura metalli. [Ferrum de terra tollitur,] quod ſcilicet in terra quaſi indigeſta inuenitur, hoc eſt, in terra fęculenta, & nondum perfectam habet ferrum digeſtionem, cuius videlicet ferri mineria ſeu materia de terra accipitur, id eſt, ex vapore humido reſoluto ex terra, vt patuit. [Et lapis calore ſolutus, in ęs vertitur.] Lapis enim proportionatus naturæ ęris cui permiſcetur, ſolutus calore ignis vehementis, in æs vertitur, dum id quod eſt de natura æris, per calorem eliquat, vt aſſerit Thomas, ſecundum quem æs inuenitur alijs incorporatum. Et vt aliqui dicunt, mineria æris quæ lapis vocatur, quia ob ſui duritiam, ſimilitudinem cum lapide quandā ſortitur, in æs vertitur. Porro Albertus hic ſcribit: Ferrum iuxta argentum proportionaliter ſumitur, & æs iuxta aurum. Itaque ait: Ferrum de terra tollitur. Ferrum enim naſcitur de argento ſęcu-
l...ro & viuo, ſtraboſoque ſulfure: à quibus ſi fęculenta ſtraboſitasq; tollantur, & maneat mine-
...s vis, frigiditate congelans humidum, valde depuratum efficitur argentum, & lapis calore ſo-
...s, in æs vertitur. Lapis (vt aſſerit Hermes) dicitur omne quod non euaporat in igne, eo quod
coagulatione, quæ generatio lapidis eſt, generatur, eſtque regulariter verum, vt in libro Me-
...orum habetur, quia omne quod coagulatur ex humido frigido, ſoluitur calido ſicco, ſicut ar-
...tum, aurum, ferrum, omniaque metalla quæ in profundo terræ gignuntur. In prima enim ge-
...atione, in lapide mixtum eſt æs, quod igne ſoluente liqueſcit ac depuratur. Intenditque ſan-
...s Iob, quod in occultis terræ hoc principaliter non format niſi ſapientia Dei, ad literam inſinu-
...,quod etiam in infimis terræ, veſtigia ſapientiæ Dei monſtrātur. Vnde ſummum & primum,
...od in naturæ effectibus inueſtigatur, eſt ſapientia Dei, quæ eſt primum principium vitæ & eſſe
...uminis, virtutis quoque & pacis, in qua totus animus conquieſcit. Ideo Baruch tertio ſcri-
...m eſt: Diſce vt ſit prudentia, vbi virtus, vbi intellectus, vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ,
...ſit lumen oculorum & pax. [Tempus poſuit tenebris,] id eſt, Deus præordinauit quando de-
...it eſſe nox, & quàm diu debeat perdurare. Succeſsionem enim diei & noctis inſtituit, iuxta id
...niſis primo: Dixitque Deus, Fiat lux, & facta eſt lux, & diuiſit lucem & tenebras, appellauit-
...e lucem diem, & tenebras noctem. Albertus exponit ſic: Tempus poſuit tenebras, id eſt, tem-
...s generationis prædictorum poſuit in tenebris, hoc eſt, in tenebroſis terræ viſceribus, vbi vn-
...que circumpoſita terra & mons, euaporationem fieri non permittunt, immo vaporem ad ima,
...inſpiſſetur, reflectunt. Porro omnia quæ in ſuperficie terræ naſcuntur & luce, aliquid vitæ participant, vt plantæ, animalia, homines. [& vniuerſorum finem ipſe conſiderat,] id eſt, cauſam eorum finalem, propter quam ea produxit. Nihil enim fruſtra aut caſualiter fecit, ſed vnumquodque ad debitum, conuenientem ſeu naturalem finem præordinauit & condidit, prout ſpectat ad ſapientem authorem. Ide Pſalmiſta loquitur Deo: Nunquid vane conſtituiſti omnes filios hominum? Pſal. 88. Philoſophus quoque: Natura, inquit, & Deus nil faciunt fruſtra. Thomas autem exponit ſic: Vniuerſorum finem conſiderat, id eſt, terminum reſolutionis rerum. [Lapidem quoque caliginis.] id eſt, rupem petroſam excelſam, ſolis ardore nigratam. [& vmbram mortis] id eſt, profundiſsimam vallem ſub monte iacentem, vmbroſam, ad quam vitalis calor & lux ſolis raro & parum vel nunquam pertingit, [diuidit torrens] qui ſcilicet ex monte deſcendit, in quo niues reſoluuntur, quæ defluunt [à populo peregrinante,] id eſt, hinc inde pro neceſſarijs vagante ſeu mendicante, qui circa vnam torrentis ripam viam habet & graditur, ſed ad aliam ripæ partem non patet ei acceſſus, quoniam torrens ob ſuam magnitudinem tranſmeari non valet. Solet etenim in quorundam radicibus montium defluere immeabiles torrentes. [eos quos oblitus eſt pes egentis hominis, & inuios] id eſt, torrens diuidit à populo peregrinante quoſdam habitantes ex alia parte torrentis. Interdum equidem in talibus inacceſsibilibus locis pauci aliqui habitant, ad quos mendicantes, impediente in medio torrente, pertingere nequeunt: ideo illos habitatores dicitur pes egentis hominis eſſe oblitus, quia non vadit ad eos pro pane. Et quoniam habitatores illi manent in loco inacceſsibili, additur, & inuios, quia via ad eos non patet de facili: ita exponit Thomas. Albertus vero aliter, dicens: Lapidem, inquit caliginis, id eſt, in caligine (puta ſub terra) natum, & vmbram mortis, videlicet locum, vel locatum ſub terra, vbi nil vitæ eſt, diuidit torrens de monte cum impetu veniens, ſecumque trahens lapides, ligna & terram multam, per quæ obruit & occultat generata in imis à populo peregrinante, id eſt, varijs hoſpitijs demorante in terra: quales præcipuæ ſunt, qui metallorum minerias quærunt, quos la-

 pides

pides caliginis oblitus eſt pes hominis egentis, quia eos ignorat, inuenireq; neſcit, cum tamen
ob indigentiam quærat theſauros, & inuios, ſcilicet lapides, qui & caliginis lapides dicuntur, &
etiam inuij: quia in profundiſsimis terræ generantur, propter quod à paucíſsimis inueniuntur.
[Terra de qua oriebatur panis] id eſt, ſuſtentaculum vitæ ſeu fructus de quo fit panis, [in loco
ſuo igni ſubuerſa eſt] ſicut in Geneſi de ſubuerſione Pantapolis legitur, quæ igne & ſulſure eſt
Gene. 19. ſubuerſa. Vnde Sapientiæ decimo ſcribitur, Deſcendente igne in Pentapolim, quibus in teſti-
monium nequitiæ fumigabunda conſtat terra deſerta. Inſuper ſæpe contingit, vt ſub terra habi-
tabili atque arabili lateant venæ ſulſureæ, ex quibus aliquando accenditur ignis per modum va-
poris infra terram incluſi, fitque terræ motus, terram illam ſubuertens & inhabitabilem agens.
Sic & de igneis vel ſulfureis locis ſeu montibus Siciliæ fertur, quomodo terram vicinam inferti-
lem faciant. Quid autem vtilitatis, ordinante Dei ſapientia, inde proueniat, ſubdit: [Locus ſap-
phiri lapides eius,]. locus generationis ſapphiri, eſt inter lapillos huiuſmodi terræ. Ibi enim gi-
gnuntur ſapphiri. Siquidē ſuperabundāte calore, reſolutiones tam ſiccæ quàm humidę ad ma-
gnam digeſtionem proueniunt, vt ex eis aqua precioſa, vt lapides & metalla gignantur. Hinc
ait Albertus: Dum igne liqueſaciente mineriam, humidum eliquatur, quaſi in vitri puritatem
conuertitur: in quo dum ſumoſum vaporis penetrat, ſapphiri colorem ſortitur. In talibus au-
tem locis ſapphiri multoties reperiuntur. [& glebæ illius] videlicet terræ ſubuerſæ, [aurum] id
eſt, mineria auri eſt, quod generatur ex vaporatione humida, reſoluta ex huiuſcemodi terra. Di-
citque Albertus: Generatio auri eſt ex humido multum claro argenti viui, & ex terreſtri ſulſu-
reo multū depurato atq; digeſto, quod præcipue in talibus terræ glebis apparet. [Semitā] terræ ta
lis [ignorauit auis,] quoniam aues terram huiuſmodi vitant propter aeris corruptionem & ſul-
furis abundantiam, propter quę in ea non inueniunt locum alimenti aut congruæ nidificationis.
[nec intuitus eſt] eam [oculus vulturis,] quia vitat eandem, qui tamen à remotis intuetur. Alle-
gat namque Albertus Auicennam, dicentem ſexto de naturalibus, quod (ſecundum opinionem
quorundam) oculus vulturis ad quingentas leucas cadauera videt. Aliqui textus habent, ocu-
Gregorius los, & ita legit Gregorius, qui etiam accipit, auis, vt eſt genitiui caſus. Sicque ſenſus eſt: Semi-
tam ignorauit auis, id eſt, terra ita ſubuerſa, experta non eſt ſemitas auium, quia non volant per
eam, nec intuitus eſt, id eſt, nullus in ea vidit oculos vulturis. [Non calcauerunt eam filij in-
ſtitorum] id eſt, negociatores filij negociatorum talem terram deuitant, [nec pertranſiuit per
eam leæna] quamuis per diuerſa decurrat prædam quærendo, [Ad ſilicem] id eſt, ad loca ſaxoſa,
lapidoſoſque montes, [extendit] Deus [manum] id eſt, poteſtatem [ſuam,] operando ibi ma-
gnifica, ſicut ſubiungitur: [ſubuertit à radicibus montes] id eſt, funditus eos euertit atque deſtru
Iob 9. xit, quod plenius ſuperiori recordor loco expoſitum, quo habetur: Qui tranſtulit montes, &
Exod. 17. neſcierunt hi quos ſubuertit.] in petris riuos excidit] Hoc ſupernaturaliter fecit Deus bis per
Num. 20. Moſen in deſerto, vt legitur in Exodo, & in Numeris. Vnde fertur in Pſalmo centeſimo decimo
tertio: Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupes in fontes aquarum. Naturaliter quo-
que interdum per terræmotum erumpit riuus defluens inter lapides, qui prius latebat. Simili-
ter interdum medium montium pertranſeunt aquæ, quaſi diuina virtute eſſent exciſæ de petris.
Sicque in petris riuos, id eſt, meatus riuorum excidit, ſecundum illud Pſalmi 103. Qui emittis
fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ. [& omne precioſum vidit
oculus eius.] quicquid enim in vniuerſo præclarum & charum eſt in corporalibus aut ſpiritua-
libus rebus, mens diuina clariſsime intuetur. [Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt] id eſt,
certe cognoſcit non per inquiſitionem, ſed per infallibilem inſpectionem, quomodo dicitur
ſcrutari corda & renes. [& abſcondita perduxit in lucem,] id eſt, ad hominum cognitionem a-
pertam, quia veritates difficiles, ſupernaturales, occultas manifeſte reuelat: ea quoque ſub terra
ſeu alibi, facit inueniri & ſciri. Hoc plenius dictum eſt atque expoſitum ſupra, vbi inter cætera
Iob 12. dicitur: Qui reuelat profunda de tenebris & producit in lucem vmbram mortis. Conſequen-
ter beatus Iob declarat ſpiritalis boni dignitatem, quod electis & iuſtis etiam partim in vita con-
fertur præſenti. [Sapientia vero vbi inuenitur?] tanquam dicat, cum præfata corporalia bona,
quæ hominibus precioſa videntur, & frequenter iniuſtis diuinitus conceduntur, in determina-
tis ſint locis, & ſituales origines habeant, ſapientia tamen cum incorporeum donum ſit, ſpiritale
& ſimplex, loco circunſcriptiue non continetur. Loquitur autem de ſapientia non vtique natu-
rali & philoſophica, neque de ſapientia originaliter ſupernaturali, ſcilicet per reuelationem pri-
mo accepta, quæ eſt ſacræ ſcripturæ notitia, prout ſapientia illa ponitur donum gratiæ gratis da-
tæ, de qua dicit Apoſtolus primo Corinth. duodecimo. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ,
alio ſermo ſcientiæ. Talis quippe ſapientia bonis & malis hominibus eſt communis, ſicut & cę-
tera dona gratiæ gratis datæ. Loquitur itaque de ſapientia, quæ vere & proprie ſapientia appel-
latur, videlicet de ſapientia ſupernaturali infuſa, quæ eſt vnum & primum inter ſeptem dona Spi
ritusſancti, quæ ſolis & omnibus charitatem habentibus ineſt, per quam mens rectum ſortitur iu
dicium

dicium de diuinis, de Deo & pertinẽtibus ad ipſum bene iudicans per ſaporem ſeu guſtum inter
num & connaturalitatem affectus ad ipſum, quæ ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia, id eſt, cha
ritate formata, & bonis actibus decorata, iuxta illud Eccleſiaſtici: Sapientia, ſecundum ipſam no
men eius. Ideo Dei dilectionem notitiamq́ue includit, & per conſequens gratiam gratum faci-
entem cæteraſq́ue virtutes infuſas, quæ ſine charitate non inſunt, ſaltem quod ad eſſe formatum
atque completum. De hac ſapientia dicitur: In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec Sap. 1.
habitabit in corpore ſubdito peccatis. Quod autẽ ſic nunc accipiatur ſapientia, in proceſſu huius
patebit Capituli. [& quis eſt locus intelligentiæ?] Per intelligentiam quidam hoc loco intelli-
gunt intellectum, & ſic accipit Thomas, ſed non videtur inſinuare quomodo accipiat intellectũ,
qui valde multis modis accipitur, vtpote pro ſubſtantia intellectuali, quemadmodum ſanctus
Dionyſius angelos nominat intellectus ſupermundanos: pro potentia intellectiua, ſicq; diuidi-
tur in intellectum agẽtem & poſsibilem: pro habitu primorum principiorum, & ita philoſophus
ponit eum inter quinque habitus intellectuales: pro habitu ſupernaturali infuſo, quo ea quæ fi-
dei ſunt, intelliguntur & quodammodo penetrantur, rationes credendorum intuendo: & ſic eſt
vnum de ſeptem donis Spirituſſancti: Item pro actione intellectiua, ſcilicet cognitione mentali,
quemadmodum ait Apoſtolus: Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. Videtur tamẽ Tho 2. Tim. 2.
mas innuere, quod capiat intellectum prout eſt habitus ſeu notitia principiorum, quæ in ſacra do
ctrina ponuntur articuli fidei. Dicit etenim quod intellectus ſeu intelligentia ſit principium ſapi
entiæ & ſcientiæ, ſcilicet quod ad actum earum, ſecundum quod ſunt habitus ſupernaturales in-
fuſi & dona. Sic quoq; intelligentiam ſumit Albertus, iuxta quod vltra rationabiliter diceretur,
quod intellectus vel intelligentia ſumitur iam prout eſt ſecundum inter ſeptem dona Spirituſſan
cti. Iam enim eſt ſermo de intelligentia, quæ vitioſis non ineſt, ſed virtuoſis duntaxat. Quemad-
modum autem ſapientia locum circunſcribentem ſeu corporalem non habet, ita nec intelligen-
tia: ſed ſicut Ariſtoteles ait, quod intellectus vel memoria eſt locus intelligibilium ſpecierum, & Sap. 7.
iuxta ſcripturas, anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ: ſic intellectiua vis ſeu mens, locus eſt ſapientiæ &
intelligentiæ. Quod etiam Alphorabius peripateticus, in libro ſuo de intellectu & intelligibili,
ait. Deinde ponit ſapientiæ dignitatem. [Neſcit homo precium eius] quia impreciabilis eſt, nec
æſtimari poteſt aliquo bono corporali aut temporali, nec eſt commutabilis ſeu emptibilis pre-
cio tali. Propter quod in Actis dictum eſt à principe Apoſtolorum Simone mago: Pecunia
tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri. Denique ſapi Act. 8.
entia non amatur vt precium, quoniam precium propter aliud diligitur, vt dicitur ſexto Ethico-
rum, cum ſit quaſi fideiuſſor futurę neceſsitatis. Sapiẽtia vero propter ſeipſam diligitur, ad quam
corporalia bona ſunt ordinanda. Propter quod in Prouerbijs ſcriptum eſt: Quid prodeſt diuiti-
as habere ſtulto, cum ſapientiam emere non poſsit? In actu inſuper ſapientiæ omnes meliores Prou. 17.
Philoſophi, Ariſtoteles, Plato & eorum ſequaces, Auguſtinus quoque cum præclaris theologis Ariſtotel.
felicitatem conſtituunt, præſertim cum vnigenitus Dei patris dicat ad patrem: Hæc eſt vita æter- Plato.
na, vt cognoſcant te verum Deum. Hinc Prouerbiorum tertio fertur: Melior eſt ſapientia cunctis Auguſtin.
opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Deinde ponit loca in quibus ſa- Ioan. 17.
pientia non inuenitur. [nec inuenitur in terra ſuaulter viuentium] id eſt, in carnalibus & volu-
ptuoſis hominibus, qui vitam brutalem præeligunt, delectationes guſtus & tactus Deo & ſpirita
libus bonis viliſsime præferentes: quia diuina illuminatione, inflammatione charitatiua, conſo-
latione interna prorſus indigni ſunt, tanquam inepti & incapaces ad talia, ſicut vas ſtercoribus
plenum, non eſt puriſsimi balſami ſuſceptiuum. Idcirco primo ad Corinthios ſecundo ait Apo-
ſtolus: Sapientiam loquimur inter perfectos. Et: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiri-
tus Dei. Eſaiæ quoque vigeſimo octauo inducitur: Quem docebit dominus ſcientiam? & quem Ibidem.
intelligere faciet auditum? Ad quod reſpondet, ablactatos à lacte, auulſos ab vbere. Hinc Salo-
mon loquitur: Qui amat vinum & pinguia, non erit ſapiens. Et: Cogitaui à vino abſtrahere carnẽ
meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremq́ue ſtultitiam. [Abyſſus dicit, Pro. 21.
Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum.] Per abyſſum intelligi poteſt Oceanus: per ma Eccl. 2.
re, quæcunque alia magna aquarum collectio. Hęc ergo facto ſeu materialiter dicunt, id eſt, con-
ſiderant oſtẽdunt ſeu cognoſcendi occaſionem miniſtrant, quod in eis non ſit ſapientia, quæ eſt
ſpiritale bonum atque digniſsima qualitas, cuius ſubiectum & locus non eſt niſi vitalis ac intel-
lectualis eſſentia. [Non dabitur aurum obrizum pro ea] tanquam condignum precium eius, aut
quod pro tali auro valeat emi. Aurum autem obrizum, inter differentias auri precioſiſsimum eſt
atque puriſsimum, optimiq́ue coloris. Vnde obrizum dicitur quaſi obradians. Vel (ſecundũ Al- Albertus.
bertum) aurum obrizum dicitur quaſi obrude, quia in ſua manens natura, nulli alienę naturę per
mixtum eſt, nec ad vſus aliquos fabricatum, quod in metallis precioſiſsimum perhibetur. Hinc
Sapientiæ 7. legitur: Omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua. Prouerbiorum quoq;
3. Beatus homo qui inuenit ſapientiam. Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri & argenti.

Vnde ſubiungitur: [nec appendetur argentum in commutatione eius] vt pro argento quaſi pro
precio valeat comparari. [non conferetur] id eſt, non conparabitur ſapientia tinctis Indiæ colo-
Albertus. ribus:] quia pulchrior eſt coloribus illis. Circa quod ait Albertus: Colores tincturarum eo pul
chriores ſunt, quo terra in qua fiunt, calidior eſt, & ad æquinoctialem ſub quo ſummum eſt tem-
peramentum, vicinior. Et quoniam India ſub æquinoctiali eſt, æqualiter diſtans à polis in qui-
bus locus frigoris eſt, & æqualiter à tropicis in quibus locus ſummi caloris eſt, bis habens æſta-
tem in anno, videlicet in ariete & in libra, ibi tincturæ pulcherrimæ ſunt, quos colores pulchri-
tudine ſuperat ſapientia, quia omne corporale ſuperat ſpiritalis pulchritudo. Propterea de ſa-
pientia legitur: Hæc eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem luci comparata, inueni-
Sap. 8. tur prior. Thomas per tinctos Indiæ colores, intelligit lapides precioſos, diuerſis coloribus
Thomas. naturaliter tinctos, qui maxime reperiuntur in India. Inſuper Sapientia non conferetur [nec la-
pidi ſardonicho precioſiſsimo vel ſapphiro] Sardonychus ſeu ſardonyx, lapis eſt ſimilis ru-
Thomas. bicundiſsimæ terrę, & ſplendoris videtur purpurei, cuius lapides decorem ac dignitatem ſapien-
tia vincit. Lapis iſte (ſecundum Thomam) accendit mentem ad gaudium, acuitque ingenium,
atque (vt dicitur) luxuriam pellit, hominem pudicum reddens & caſtum. Ideo precioſiſsimus
Thomas. appellatur. Nam & triſtitiam ac timorem à lapide onirbino excitatos refrenat. Sardonichus
quippe (ſecundum Thomam) ex lapidibus duobus componitur, puta ex ſardio, prædictas pro-
prietates efficientiasque habente, quæ & ob id attribuuntur ſardonycho. Denique ſuper Apo-
calypſim de ſardonicho ſcripſi ex dictis doctorum. Lapis iſte candidus perhibetur, in rubeum
colorem parumper declinans, eius tamen multa ſunt genera. Nam alius rubeus fertur, alius bi-
color, vt dictum eſt, alius triformiter coloratur, primum habens nigrum, medium candidum, ſu-
periorem rubeum, & iſte eſt precioſior. Sardonyx etiam humilem facit. Porro ſapphirus, cęle-
ſtis & aerei eſt coloris, qui corpus humanum vegetat, & membra conſolidat, tactusque radijs ſo-
Gregorius lis, ardentem ex ſe mittit fulgorem. ideo precioſus aſſeritur. Veruntamen ſanctus Gregorius ait
hic ſardonychum & ſapphirum precioſos non eſſe, immo aliarum comparatione gemmarum vi-
liſsimos: quod ideo dicit, vt perſuadeat ſeoſum literalem relinquendum, præſertim quoniam la-
pides iſtis precioſiores hic reticentur, potius tamen videtur cum litera ſtandum, & affirman-
dum quod ſardonichus (ſicut hic dicitur) precioſiſsimus, id eſt, valde precioſus fuit, ſaltem in
terra Iob & tempore ſuo. Siquidem precia lapidum non ſunt eadem in omnibus locis, neque
in cunctis temporibus, ſicut & Thomas hic tangit. Verba beati Gregorij arctari queunt ad lo-
Thomas: ca, in quibus hi lapides magis abundant, ita vt minus curentur. Nihilominus abſolute loquen-
Gregorius do, Sardonychus & Saphirus precioſæ ſunt gemmæ, quod ex Canonica probatur ſcriptura.
Scriptum eſt enim Apocalypſi viceſimo primo: Fundamenta muri ciuitatis omni lapide preci-
oſo ornata, & ibi conſequenter inter lapides precioſos ſapphirus ſardonychusque ponuntur.
[Non ęquabitur ei aurum,] in precioſitate vel ſplendore ſeu pulchritudine, [vel vitrum] in per-
ſpicuitate ſeu claritate. Horum enim decorem & luciditatem ſapientia vincit. Vnde conſtat
iſtud ad literam poſſe exponi, non obſtante verbo diceotis oppoſitum. Ad diuerſa enim fit
comparatio, non ad idem ſecundum incrementum, vt ille ſentire ſe innuit. [nec commutabun-
tur pro ea,] iuxta æqualitatem valoris, [vaſa auri excelſa & eminentia] id eſt, aurea vaſa quantum-
cunque præualida, & quantitate ac qualitate præclara. Artificialia namque ſapientiæ nequeunt
comparari, immo nullius pene ſunt reputationis reſpectu ipſius. Ideo additur: [non comme-
morabuntur] id eſt, commemoratione indigna erunt, [comparatione eius] iuxta illud Sapien-
tiæ ſeptimo: Propoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius.
[Traditur autem ſapientia de occultis] id eſt, à ſupernaturali & ſecretiſsima omnium cauſa Deo
ſuſcipitur, impetratur & hauritur ſapientia iſta, videlicet, ab incompræhenſibili bonitate, chari-
tate & pietate eius, & ex abyſſo ineffabili iudiciorum Dei. Vnde contingit, vt vni hanc ſapienti-
am magis quàm alteri præſtet. Per occultam quoque pœnitentiam ac præparationem homo ad
eam pertingit, atque tam occulte conceditur, vt lateat recipientes eo modo, quo de charitatis in-
exiſtentia extant ambigui. Præterea ſapientia acquiſita, ex ſecretis rerum creatarum proprie-
tatibus, naturis, operibus atque ordinibus trahitur, id eſt, conſiderando talia inuenitur. [Non
adæquabitur ei topazius de AEthiopia. Iuxta Gregorium, Pan Græce, Latine dicitur omne. Vn-
de topazion, quoniam omni colore reſplendet, quaſi topandion appellatur. Itaque gemma
hæc precioſiſsima omni fulget colore, quamuis color aureus & aereus in ipſa abundent: quæ
dum ſolis luce perfunditur, iubar ſuum vndique fundit, omniumque gemmarum ſuperat clari-
tatem, in ſuum aſpectum maxime trahens adſtantes. Hæc gemmarum ampliſsima, regibus eſt
tam chara, vt ea nil carius inter diuitias ſuas habere ſe reputent: valentque contra Iram atque lu-
naticam paſsionem, quæ ab AEthiopia venit. [nec tincturæ mundiſsimæ componentur] id eſt,
tincturæ quantumlibet puræ precioſiſsimarum veſtium, poni non poterunt pro condigno ſapi-
entiæ precio. [Vnde ergo ſapientia venit] id eſt, quis eſt dator ipſius? & quæ origo vnde ema-
nat?

nat?[quis eſt locus intelligentiæ?] Hoc iam ſupra interrogauit, ſicut expoſitum eſt. quærit enim
in quo originaliter ſit, & cui inſundatur. [Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.] Hoc
quidam de increata ſapientia interpretatur, quam nullus in hac vita per ſpeciem contemplatur,
vita viuens mortali atque humana. Sed quia de ſapientia quæ donum eſt, ſermo fuit hucuſq;, de
illa continuanda eſt expoſitio. Iſta ergo abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Vel quia
corporalibus oculis non videtur, cum ſit ſpiritale intellectualeq; bonum: vel quoniam latet viuẽ
tes omnes, quia viuunt ſolum vita naturæ, ſecundum ſeipſos, non ſecundum charitatem & grati-
am Dei, quomodo ait Apoſtolus: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Vel quoni
am viatores certitudinaliter ſcire non valent ſe ſapientiam hanc habere, niſi per reuelationem, ſi Galat. 2.
cut nec charitatem, quæ huic dono inſeparabiliter eſt coniuncta. Vnde habentibus ſapientiã iſtã Collo. 3.
ſcripſit Apoſtolus: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. [Volucres
quoq; cæli latet] Hoc dicitur contra ſuperſtitioſos & augures, qui in quibuſdam auibus ponebãt
ſapientiæ participationem tam altam, quod homo ex illis volucribus perduceretur ad futurorũ
notitiam, quamuis per volucres cęli, homines ingenioſi ſeu leues & animoſi poſsint intelligi, qui
ſuperbiæ ſuæ demerito hac ſapientia deſtituuntur. [Perditio & mors] id eſt, dæmones & repro-
bi mortui, [dixerunt: Auribus noſtris] interioribus vel exterioribus [audiuimus famam eius] id
eſt, præconia ſapientiæ huius, ſed ipſam non poſſedimus permanenter, iuxta illud Sap. 5. Iuſtitiæ
lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Denique, præinductis verbis cõ-
ſonant quę in Baruch ſcripta ſunt: Quis inuenit locum ſapientię? aut quis introiuit in theſauros e-
ius? quis aſcendit in cælum, & accepit eam, & adduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, Baruch 3.
& inuenit eam, & attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſsit ſcire viam eius, neq; qui
excogitet ſemitas eius, ſed qui ſcit vniuerſa, nouit & adinuenit eum prudentia ſua. Hoc eſt quod
ſubditur. [Deus intelligit viam eius] id eſt, modum & proprietatem ſapientię huius, & qualiter
acquiratur ac infundatur, omnemque eius proceſſum. [& ipſe nouit locum illius] id eſt, mentes
eorum, quibus infunditur, quas noſcit per approbationem, ſicut ad Moſen ait: Teipſum noui
ex nomine. Et Apo. dicit: Nouit dominus qui ſunt eius. Sapientiæ quoq; ſeptimo. Neminem di- 2. Tim. 2.
ligit Deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat. Deniq; ipſemet Deus eſt primus ſummuſq; ſapientię
locus, in quo ſolo plenitudo ſapientiæ continetur, à quo omnis ſapientia deriuatur, qui ſolus
compræhenſiue & plene noſcit ſeipſum. [ipſe enim fines mundi intuetur] id eſt, finem cuiuſli-
bet creaturæ, ad quem ipſa ſpiritualiter creata & ordinata ab ipſo eſt, fines etiam mundi, id eſt,
extrema vniuerſi vel ſuprema in creaturis & terminos omnium tuetur, iuxta illud Sapientię octa
uo. Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Quoniam ergo ſcit fi-
nem rationalis creaturæ, ſapientiam ei infundit, per quam vltimo fini qui Deus eſt coniunga-
tur. [& omnia quæ ſub cælo ſunt, reſpicit.] Idcirco nouit ſapientiæ locum. Omnia enim (iu- Heb. 4.
xta Apoſtolum) nuda & aperta ſunt oculis eius. Eccleſiaſtici quoque viceſimo nono ſcriptum
eſt: Domino Deo antequàm crearentur, omnia ſunt cognita. Omnia enim in diuina eſſentia
tanquam in ſuperclariſsimo exemplari & ſpeculo fontali atque principio, vniuerſorum rationi-
bus idealiter pleno, æternaliter certiſsimeque reſplendent. Ideo cognoſcendo ſeipſum, om-
nia contemplatur. [Qui fecit ventis pondus] id eſt, inclinationem eis impreſsit, qua huc il-
lucque mouentur. Vnde (ſecundum Auguſtinum) amor & inclinatio rei, eſt quaſi pon-
dus ipſius, quoniam inſtar ponderis trahit eam ad locum aptum, vel adamatum, aut quoddam
conueniens. Albertus allegat Auicennam, dicentem: Ventus eſt vapor terrenus aerem forti-
ter impellens, cui pondus datur, dum exufflationi aſcenſionique eius terminus certus præfigi-
tur. Vnde in Apocryphis Eſdræ angelus Vriel loquitur Eſdræ: Pondera mihi ventum. [& a- 4. Eſd. 4.
quas appendit in menſura] id eſt, vaporabiliter eleuat eas, atque in nubibus ſeruat in certa men-
ſura ſecundum ordinem Sapientiæ ſuæ, prout nouit terrænaſcentibus expedire, vel prout com-
placet ſibi. In menſura enim magnitudinis ac temporis eas ſuſpendit, determinans quantum
concreſcant, & quando deſcendant. Immo omnia in numero, menſura & pondere fecit, vt Sa-
piens ſcribit. [Quando ponebat pluuijs legem,] id eſt, naturalem curſum, modum & ordi- Sap. 11.
nem eis impreſsit, quomodo & vbi, ac quando deſcenderent. [& viam procellis,] id eſt, ventis
ſeu tempeſtatibus ac vndis marinis, [ſonantibus,] quia cum ſono & impetu tendunt, quibus vi-
am, id eſt, certum motus & actionis iter ac modum præſtitit, [tunc] ſcilicet in principio dum
iſta creauit & ordinauit, [vidit illam,] id eſt, ſapientiam in ſeipſo cognouit, non aliunde ac-
cepit. [& enarrauit] id eſt, alijs etiam communicauit & inſpirauit, videlicet angelis, vel in eo-
rum creatione vel confirmatione. [& præparauit] id eſt, hominibus eam dare diſpoſuit, eorum-
que corda ad illam aptauit. [& inueſtigauit,] id eſt, in alijs etiam decuſsit, inquiſiuit & conſide-
rauit an veraciter eam haberent, & quos inuenit ea priuatos, abiecit. Vel inſtigauit, id eſt, ab
hominibus eam inueſtigari fecit, corda eorum mouens ad adeptionem profectumque eius.
[& dixit homini,] ſcilicet primo parenti, & cæteris ad hoc electis, alloquutione interna ſeu
inſpira-

inſpiratione angelica. Voi quoque homini hoc per alium inſinuauit. [Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia.] Timor domini non eſt ſapientia per identitatem, quia realiter differunt, & diſtinguuntur ſubiecto, cum timor ſit in appetitu ſeu voluntate. Porro timor eſt triplex, puta ſeruilis, qui non eſt ſapientia niſi à remoto diſpooendo ad eam. Facit enim vitare peccata timore pœnarum, non Dei amore, oec zelo iuſtitiæ: ideo nudus & informis eſt ſeu abſque charitate. Secundus eſt timor initialis, quo vitatur peccatum partim amore Dei æquitatiſque zelo, & partim pœnarum formidine. Hic itaque timor eſt ſapientia ooo per eſſentiam, ſed per cauſam: ſicut notitia dicitur amor, & dies dicitur latio ſolis ſuper ooſtrum horizootem. Timor autem initialis realiter idem eſt cum timore filiali, ideo ſimul tempore cum ſapientia quę donum eſt, datur, ineſt, atque inſunditur, ſicut & charitas ac cætera dona charitati inſeperabiliter iuncta. Si ergo hic timor ioitialis, eſt cauſa ſapientiæ huius, & de ipſo exponitur illud io Pſalmo 110. Initium ſapientiæ timor domini: hoc ſumi oportet, quantum ad profectum & actum ſapientiæ huius, noo quantum ad habitũ ſeu eſſentiã eius, quia per creationẽ infunditur. Quo enim quis peccata plenius atq; ſyncerius vitat, eo in dooo ſapientiæ amplius creſcit. Porro tertios eſt timor filialis, qui ex charitate procedit: quo vitatur peccatum, ne Deus inhoooretur aut offendatur, ſeu deſeratur vel deſerat. Hic timor poteſt ſapientia nominari, per quandam incluſiooem & propinquitatem ad eam. Siquidem charitatem magnam ſapientiamque includit, de quo ſcriptum eſt Eccleſiaſtici primo. Plenitudo ſapientiæ timere Deum. [& recedere à malo,] id eſt, à peccato ſe elongare, [eſt iotelligentia.] loquendo de prædicatione per cauſam, quemadmodum de ſapientia dictum eſt. In hoc enim intelligentia conſiſtit, perficitur & monſtratur, quod omois culpa abijcitur, diſcernendo inter bonum & malum, verum & falſum: per qnod mens io dono intellectus perficitur, vt ea quæ ſi dei ſunt, lucide contempletur. Ex quibus omnibus Iob intendit, quod præſentis vitæ proſperitas ſumma non in temporalibus, exterioribus & caducibus rebus conſiſtat, ſed in actu ſapieotiæ & intelligentiæ: quod in ſeculo iſto ooo fit, niſi timendo Deum vitandoq; malum.

Expoſitio myſtica eiuſdem capituli, *Art. 55.*

HABET argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt io quo conflatur.] Frequenter iam patuit, argento nitorem eloqueotiæ, ſeu ſplendida verba ſacræ ſcripturæ: auro autem, claritatem ſapientiæ, ſeu charitatis feruorem ſignari. Venæ itaque huius ſpiritalis argenti, ſunt libri ſcripturæ canonicæ, ex quibus velut ex venis riuuli ſanctorum ducuntur profluuntque verborum. Principia autem venarum, exordia ſunt librorum. Inſuper locus in quo conflatur, ſunt corda fidelium, in quibus ſapientiæ donum locatur, & aduerſis probatur, charitas quoque accenditur: immo & per creationem ioſunditur, & creſcendo quaſi conflatur. Ferrum de terra tollitur,] id eſt, homo iuſtus ac ſolidus veri æquique tenax, de terrena cooοerſatiooe frequenter ad perfectionem hanc gratiæ, Deo miſerante ac operante, prouehitur: cuius etiam origo terrena eſt, iuxta illud Eccleſiaſtici decimo ſeptimo. Omnes homioes terra & cinis. Et Geneſis primo: Formauit Deus hominem de limo terræ. [& lapis] id eſt, peccator lapidei cordis ad diuinorum ſuſceptionem eloquiorum durus, [ſolutus calore] id eſt, diuini amoris feruore ab hac duritia reſolutus, & plus beoeque mollis effectus, [in æs vertitur] id eſt, fortis & cooſtans efficitur, amando ſplendens, & docendo inſtar ęris ſonorus. [Tempus poſuit tenebris.] Tenebrę ſunt homines vitioſi, iuxta illud Ioannis primo. Lux io tenebris lucet, & tenebræ eam non comprę-
Ephe. 5. henderunt. Cõuerſis quoq; ad lucẽ iuſtitiæ loquitur Paulus: Fuiſtis aliquando teoebrę. His tenebris poſuit Deus tempus pœnitendi, vt emendati ſaluentur, iuxta illud Eſaiæ 30. Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri. Et Petrus ait: Patiẽter agit dominus propter vos, oolens ali-
2. Pet 3. quos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Inſuper poſuit Deus tempus his tenebris, quia præfixit quamdiu eos impœnitentes in ſuis peruerſitatibus ſuſtinebit: & pondere ac tempore impietatis eorum completis, mox auſert damnatque eos. Propter quod Geneſis 15. ait: Noodum
Matt 23. impletæ ſunt iniquitates Amorrhęorum. Et Chriſtus in Euangelio loquens Iudęis incredulis: Implete, inquit, menſuram patrum veſtrorum. [& voiuerſorum] videlicet tam electorum quam reproborum, [finem conſiderat] i. qualiter quiſq; viam ſuam hic terminet, quomodo moriatur, in qua affectione & diſpoſitione ſuæ mentis à corpore ſeparetur, & ſecundum hoc iudicat eum. Quod enim angelis eſt ruina, hoc hominibus eſt mors, ſecuodum Damaſcenum. Ideo ſicut aogeli mali inconuertibiliter manent in ea affectione & diſpoſitione, in qua ceciderunt: ſic aoimæ in ea per-
Eccl. 11. manent diſpoſitione & affectione, in qua à corpore ſeparantur. Quod in Eccleſiaſte Salomon innuẽs, ait: Si ceciderit lignum ad auſtrum aut ad aquilonẽ, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. [Lapidem quoq; caliginis] i. tenebroſum, induratum, perfidumq; populum Iudæorum, de quo dominus loquitur Ezechiel. 3. Filij indomabili corde ſunt. [& vmbram mortis] id eſt, gentiles incredulos, morte peccati fuſcatos [diuidit torrens] id eſt, inundatio diuinæ vltionis, de qua illud Danielis

nielis ſeptimo accipi poteſt.· Fluuius igneus rapiduſq́ue egrediebatur à facie eius, videlicet
Dei. [à populo peregrinante] id eſt, ab electis, qui in vita hac vere ſunt viatores, peregrini & ho-
ſpites, præſentia contemnendo atque cæleſtia feruenter ac iugiter appetendo, de quibus ad He-
bræos vndecimo ſcribit Apoſtolus: Confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.
Prædicta itaque pœna & vitio Dei, in die iudicij iſtos abinuicem diuidet, quando reprobi ibunt Matt. 25.
in ignem æternum, electi vero in vitam æternam. Vnde Eſaiæ 30. legitur, Spiritus domini velut
torrens inundans ad perdendas gentes in nihilum. De quibus ſubiungitur.· [eos qnos oblitus eſt
pes egẽtis hominis] id eſt, reprobos, crudeles & immiſericordes, ad quos pauperes pro ſubſidio
propter illorum ferocitatem non acceſſerunt.· immo pauperes diſcipuli Chriſti, de quo & eius di
ſcipulis ſcriptum eſt Eſa. 26. Cõculcabit eam (ſcilicet ciuitatem ſublimem pes. pes pauperis, greſ-
ſus egenorum, à præfatis Iudæis propter eorum duritiem receſſerunt, ſicut in Actibus patet. [&
inuios,] hi enim iniqui, quia errorum vijs repleti ſunt, & per diuerſa itinera properant ad infer-
num, inuij nuncupantur. [Terra de qua oriebatur panis,] i. ſynagoga vel Eccleſia, de qua tempo
re quo in ea viguit feruor charitatis & gratia deuotionis, proceſsit panis vitæ intellectus, refe-
ctio bonæ operationis, panis lachrymarum, confortatio internæ conſolationis. Talibus enim ſpi
ritualibus alimentis fideles communiter abundabant, vnuſq́; alium pauit, præſertim prælati ſub-
iectos. [in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt,] id eſt, ſpiritaliter deſtructa, virtutibus deſtituta, mẽte cor
rupta igne libidinis, flamma cupiditatis, feruore iræ, impatientię atque ſimilium vitiorum. Quan
ta enim fuerit corruptio ſynagogę in primo Chriſti aduentu, Euangeliſtæ teſtantur.· cuius tempo
re Dauid & Salomonis, fuit magna deuotio. Ideo ſcriptum eſt: Quomodo facta eſt meretrix vrbs Eſa. 1.
fidelis? Porro quam ineffabilis fuerit ſæpe Eccleſiæ virtus, ſanctitas, feruor, atq; perfectio, Chro-
nicæ narrant.· cuius quam deplangenda, infelix, & maxima ſit modo ruina, deſolatio, carnalitas,
proprius amor, abuſio, experientia docet, ita vt illud Apoſtoli ſecundæ ad Timotheum quarto
videatur impleri.· Scito quod in nouiſsimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt
homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſine affectione, ſine pace, criminatores, voluptatis amato-
res magis quam Dei. [Locus ſapphiri lapides eius] Lapides ſynagogę ſeu eccleſiæ, ſunt viri vir-
tutibus ſtabiles, de quibus in Eſaiæ dominus promittit Eccleſiæ: Ecce ego ſternam per ordinem Eſa. 60.
lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua. Iſti fuerunt locus
ſapphiri, id eſt, ſubiecta ſeu congregatio cæleſtis conuerſationis, quæ per ſapphirum cæleſtis co-
loris, exprimitur, qui dicere potuerunt: Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. [& glebæ illins aurum.]
Gleba eſt fruſtum terræ. Glebæ ergo eccleſiæ ſunt fideles, lutea vaſa ſeu terrena corpora circum- Phil. 3.
ferentes. qui olim aurũ fnerunt, id eſt, præcipuæ perfectionis in feruore dilectionis, & in ſapien-
tiæ claritate. Nunc autem fideles tales non ſunt, ſed carnales, terreni, inſenſibiles ad diuina & du-
ri, iuxta illud Threnorum 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Eſaię
quoq; 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. De pręfatis autem glebis cęliformiter decoratis,
ſcribit Apoſtolus 2. ad Cor. 4 Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas virtu-
tis ſit ex Deo, & non ex nobis. [Semitam ignorauit auis] id eſt, ſynagoga viam Chriſti neſciuit
per approbationem, immo illam contempſit, abiecit & reprobauit. Chriſtus autem auis vocatur
ratione ſuę altiſsimę contemplationis & aſcenſionis, qui plumis & alijs virtutum atq; donorum
ſumme fuit ornatus. Semitam etiam Chriſti, id eſt, eius aſcenſionem ſynagoga credere noluit.
Pręterea omnes impij Chriſtiani ſemitam Chriſti hoc modo ignorant, qui arctam viam ſalutis,
quę eſt conuerſatio virtuoſa, ac pœnitentię iter relinquunt, latiſsimamq́; ęternę perditionis per-
ambulant viam. De Chriſto quoque ad literam illud Eſaię: Vocans ab oriente auem, exponit
Hieronymus, per auem ibi intelligens Chriſtum. [nec intuitus eſt oculos vulturis.] Per vulturem
Gregorins intelligit Chriſtum, ſicut per auem quę vultur vocatur, quia ad noſtrę fragilitatis mor
ticinium deſcendit, cuius oculos, id eſt, ſapientiam & intentionem qua genus humanum venit,
propoſuitq́ue ſaluare, ſynagoga non nonit, immo hunc ſeductorem & impium exclamauit. [non
calcauerunt eam filij inſtitorum] i. Apoſtoli filij Prophetarum, qui ſpiritales inſtitores fuerunt, in
ſtitutioni morum populi ſui iugiter inſiſtentes. Hi inquam Apoſtoli, videntes ſynagogę obſtina
tionem duriſsimam, amplius eam non calcauerunt, ad eam prędicationis gratia gradiendo, ſed
ea relicta, ad gentes conuertendas profecti ſunt, prout Paulus & Barnabas dicunt Iudęis: Vobis Act. 13.
oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis vi
tę ęternę, ecce conuertimur ad gentes. [nec pertranſiuit per eam leęna] i. Eccleſia, quę ratione
virtutis ſeu poteſtatis, & propter bellum eius contra inuiſibiles hoſtes, nominatur leęna, ſicut &
Chriſtus dicitur leo. Hęc ergo Eccleſia cernens Apoſtolos reliquiſſe Iudęam, eam dimiſit & ipſa,
nec Chriſti Euangelium ei prædicare adiecit, de ipſius conuerſione diffidens. [Ad ſilicem] i. ad
duram gentilitatem conuertendam. [extendit Deus manũ ſuam:] qnia per Apoſtolorum prædi-
cationem eam inſtruxit ac potenter conuertit, inxta illud Eſa. 49. Ecce leuabo ad gentes manum
meam. [Subuertit à radicibus montes] i. ſeculi principes & tyrannos, ac ſuperbos Iudęorum pon
tificeſ

tifices ac prælatos prorſus deiecit & condemnauit, iuxta illud Pſal 43. Conturbati ſunt montes in
fortitudine eius. De quibus per Eſa. loquitur Chriſtus: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui
eos in ira mea. [In petris riuos excidit] id eſt, conuertendo gentiles, in cordibus eorum ſapien-
tiæ & gratiæ ſuæ fluenta fundauit, quemadmodum Ioan. 7. legitur: Clamauit Ieſus: Qui credit in
me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. [Omne precioſum vidit oculus eius.] Precioſiora
in creaturis ſunt rationales ſeu intellectuales Dei facturæ, præſertim ſi donis gratiæ perornatæ,
creatori ſuo tota mente inhæreant. Omne itaque precioſum ſub ſole, id eſt, omnem hominem
virtuoſum Deus oculo approbationis conſpectat: tantoque homo precioſior eſt in oculis Dei,
quanto vilior in oculis ſuis: tanto quoq; fit vilior Deo, quanto precioſior ſibi, id eſt, quanto ma-
Luc. 16. gis ſe erigit. Hinc loquitur Chriſtus: Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud Deum.
[Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt] id eſt, occulta & intima cordium humanorum. Per
aquam enim & flumina, homines deſignantur, vt patuit, propter abundantiam vtriuſque, & quo
niam cor humanum inſtar aquæ & fluuij inſtabile fluuidumque conſiſtit, vnde in Pſalm. 92. can-
tatur: Eleuaueruot flumina vocem ſuam. Omnium autem corda Deus ſcrutatur, iuxta illud Iere-
miæ 17. Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes. [& abſcondita produxit in lucem.] id eſt,
myſteria legis ac Prophetarum, atque velamioa ſcripturarum, per Euangelicam doctrinam expo
ſuit Chriſtus, & per Apoſtolorum prædicationem manifeſtauit. Vnde de Chriſto ſcriptum eſt:
Luc. 24. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et Apoſtolus ait: Deus qui dixit de tenebris lu-
2. Cor. 4. men ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcieotiæ veritatis. [Sapientia ve
ro vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ?] Hæc Gregorius de increata ſapientia, id eſt, vn-
1 Cor. 1. nigenito Dei Chriſto exponit, de quo loquitur Paulus: Prædicamus Chriſtum Dei virtutem &
Sap. 5. Dei ſapientiam. Ipſe quoque eſt intelligentia increata, de quo reprobi dicunt: Sol intelligentiæ
non eſt ortus nobis. Siquidē in Deo ſunt idem, intelligens & intelligentia, ſicut ſapiens & ſapien
tia. Hæc ergo ſapientia, ſecundum ſuam diuinitatem infinita & incircumſcriptibilis manens,
à nullo perfecte cognoſcitur, nullibi circumſcriptiue continetur aut clauditur. [Neſcit homo pre
cium eius] quia omnia infinite excedit, oec eam quis de condigno proprijs poteſt viribus prome
reri. [oec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.] quia voluptuoſorum delicate viuentium corda
Chriſtus per gratiam non inhabitat. Propter quod ait: Væ vobis diuitibus qui habetis conſola-
Luc. 6. tionem veſtram: væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: væ vobis qui ridetis, quia lugebitis &
flebitis. In cordibus ergo pœnitentialem vitam ducentium, ſua & proximorum peccata deflenti-
um, Chriſto cordialiter condolentium, propriam calamitatem & exulationem, ac patriæ dilatio-
nem lugentium habitat Chriſtus, qui ait: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Ideo ait
Matt. 5. Pſalmiſta: Rennit conſolari anima mea. Veruntamen eſt quædam ſpiritalis ſuauitas interna, bo-
Pſalm. 76. na, prædulcis, quæ Chriſti inhabitationem non excludit, ſed præſupponit, aut concommittatur.
[Abyſſus dicit, non eſt in me.] Per abyſſum homines ſeculares, duplices corde & callidi deſignā
tur, qui inſtar maris, vanitate & peccatis ſunt fluidi & duplicitate obſcuri, iuxta illud Ieremiæ. Pra
uum eſt cor hominis & inſcrutabile. In talibus autem Chriſtus gratioſe non immoratur, propter
Sap. 1. quod Sapiens quidam monet: Sentire de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite il
lum. Et rurſus: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. [Et mare loquitur, Non eſt mecum.]
Per mare quod orbem ſequitur lunæ, & inquietum atque amarum eſt, mentis vitijs agitatæ & a-
maricatæ ſignantur, quæ facto teſtantur, quod in ipſis non ſit ſapientia iſta æterna gratioſe quieſ-
Eſaię 66. cens, quæ ait: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper quietum & humilem? Vnde Eccle-
ſiaſtici 27. Homo ſanctus in ſapientia manet vt ſol, nam ſtultus mutatur vt luna. Sapientia igitur
facit hominem ordinatum & ſtabilem. [Non dabitur aurum obrizum pro ea] Per aurum obri-
zum, quod puriſsimum precioſiſsimumque conſiſtit, angeli ſancti in ſua puritate manentes, & ſu
pernaturalibus donis ornati, intelliguntur, qui pro ſapientia increta quaſi precium eius coodi-
gnum non dantur: quia incompræhenſibiliter inferiores ſuot ea, ſicut ad Hebræos primo docet
Pſal. 2. Apoſtolus: Cui angelorum dixit aliquando Deus, filius meus es tu, ego hodie genui te? [Nec ap
pendetur argentum in commutatione eius.] Sicut per aurum obzitum angeli, ita argento homi
Marci 1. nes exprimuntur: qui quantumlibet venuſtate eloquentiæ & ſplendore ſcientiæ perornentur, ſa
Ioan. 1. pieotiæ increatę oequeūt comparari, cum & Ioannes Baptiſta teſtatus ſit indignum ſe eſſe ſolue-
re corrigiam calceamenti illius. [Non cnnferetur tinctis Indiæ coloribus,] per indiam Aethio
pes proferentem, mundus hic vitijs tenebroſus notatur: cuius tincti colores ſunt huius ſeculi ſa-
pientes, quorum ſapientiam (iuxta Apoſtolum 1. Corinthios 1.) ſtultum efficit Deus, qui licet in-
tus coram Deo immundi ſint, coram hominibus tamen ſe ornant, & velut ſapientes virtuoſoſq;
Matt. 23. exhibent, ſicut & ſcribis & phariſæis locutus eſt Chriſtus: Vę vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris
dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſsibus mortuorum &
omni ſpurcitia: ſic & vos quidam à foris paretis hominibus iuſti, intus vero pleni eſtis hypocriſi
& iniquitate. Itaque horum nullus compararabilis eſt ſapientię increatæ. [nec lapidi ſardooicho

precio-

precioſiſsimo vel ſaphiro.] Per lapidem ſardonychum rubeæ terræ colorem habentem, quicunque incola mundi: per ſaphirum, cuius color cæleſtis eſt apparentiæ, quicunque ſupernæ patriæ ciuis exprimitur. Cum ergo nec terræ, nec cæli habitator comparetur ſapientiæ huic, rite prolatum eſt verbum inductum. [Non adæquabitur ei aurum vel vitrum.] Aurum cunctis metallis præfulget, & tamen quæ continet in ſe, abſcondit. Vitrum vero extrà eſt clarum & intus perſpicuum, & qualis ſit liquor in ipſo contentus, foris apparet. Per aurum ergo & vitrum, ſuperna patria, ſupernorumque ſocietas ciuium deſignatur: quorum corda ſibijnuicem claritate fulgent, & puritate translucent. De qua Apocalyp. 21. ait Ioannes: Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, ipſa vero ex auro mundo ſimili vitro mundo. Ibi quippe vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcondit, ſed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipſa etiam corporis harmonia. Sicque vnuſquiſque tunc erit conſpicabilis alteri, ſicut nunc eſſe non poteſt conſpicabilis ſibi: & dum vniuſcuiuſque vultus attenditur, ſimul & conſcientia penetratur. Omnia iſta ſunt verba beati Gregorij, quibus concordat quod viceſimoſecundo de Ciuitate Dei, de hac materia loquitur Auguſtinus, inſinuãs ibi quod omnis interiorum compago & habitudo, prædicto modo patebit. Quod etiam Thomas ſuper quartum Sententiarum affirmat, aſſerens hoc dicendum; quia per hoc magis ſaluatur dignitas corporis glorificati, quam ſi dicatur quod perſpicua, tranſparentia, ſeu translucentia non erunt corpora glorificata, ſed ſolum forinſecus clara & lucida ſicut aurum; quod tamen aliqui aſtruunt. Sed præfatis ſanctis doctoribus magis credendum eſt, quos etiam in hoc ſequitur vir magnæ illuminationis Ioannes Ruysbroich in libro de regno electorum. Verum nullus in ſuperna hac patria, nec tota illa ſocietas increatæ valet ſapientiæ adæquari. [Non commutabuntur pro ea vaſa auri excelſa & eminentia,] id eſt, homines præclariſsimi, diuinorum vaſa chariſmatum exiſtentes, ſicut de Paulo perhibuit Chriſtus: Quia vas electionis mihi eſt iſte. [nec commemorabuntur in comparatione eius,] Infinite enim ab eius maieſtate deficiunt: ideo comparatione eius per nihilo reputantur. Circa quod ait Gregorius: Electi ſupernæ patriæ, ſancti & iuſti ſunt, ſed participatione ſapientiæ, non comparatione. Sola enim ſapientia increata cum patre & Spiritu ſancto veraciter eſt, cuius eſſentiæ comparatum eſſe noſtrum, eſt non eſſe. Huic ſi coniungimur, ſumus, viuimus, ſapimus: huic ſi comparamur, nec ſapimus, nec viuimus omninò, nec ſumus. Hinc ſancti omnes, quando in viſione Dei proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe cognoſcunt. [Trahitur autem ſapientia de occultis:] quia inuiſibilis exiſtens, inuiſibiliter inuenitur atque percipitur, ex incomprehenſibili quoque Dei pietate ac cenſura infunditur, & interdum pro occultiſſimis meritis ipſis per gratiæ ſuæ communicationem ſe præſtat, ad eius inſuper aliqualem cognitionem, ex occultis rerum proprietatibus, naturis & actibus ſubtiliter conſideratis promouemur: in ſuis quippe relucet effectibus. [non adæquabitur ei topazius de Aethiopia.] Per topazium lapidem pretioſiſsimum, omni colore ornatum ac ſplendidum, quicunque vir perfectus ex gentilitate (per Aethiopiam deſignata) conuerſus, diuerſis virtutum atque donorum charismatibus micans, ſignificatur: qui quantumlibet commendatur, ſapientiæ quæ Chriſtus eſt, non æquatur: nec tincturæ mundiſsimæ, id eſt, quibuslibet virtutibus eminenter ornati, ſeu virtutes creatæ, quamuis clariſsimæ in ſuo ordine, componentur, id eſt, ſapientiæ huius comparabuntur, quæ eſt virtus & ſanctitas per eſſentiam, omnemque perfectionem habet per eminentiam infinitam. [Vnde ergo ſapientia venit?] Sapientia iſta increata ſicut à patre æterno procedit, ita ab eo venit ac mittitur, prout proteſtatur: Exiui à patre, & veni in mundum. Sapiens quoque quidam petit: Mitte illam à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret. [& quis eſt locus intelligentiæ?] Intelligentia hæc & ſapientia increata eſt in ſinu patris, vt in Ioanne habetur: immò quælibet diuina & increata perſona eſt in alia circumminceſsibiliter vere & inconfuſibiliter. Nihilominus omnis mens creata, diuinæ ſapientiæ contemplatiua amatrix, locus, templum & thronus receptaculumque ipſius vocatur. [Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium] id eſt, à nullo mortalium in hac vita clare per ſpeciem cernitur: quod ſi aliquibus in hac vita datum eſt Deum videre per ſpeciem, ſicut præcipue de Moſe & Paulo aſſerit Auguſtinus, tamen pro tunc non viuebant vita ſenſitiua humana, ſed in maxima erant abſtractione & ecſtaſi. Hinc ait Gregorius: Quandiu hic mortaliter viuitur, videri per quaſdam imagines & figuras Deus poteſt, ſed per ipſam naturæ ſuæ ſpeciem non poteſt. Refert quoque Gregorius quoſdam fuiſſe, qui Deum dixerunt in patria, non in natura ſua, ſed in claritate ſua videri: cuius oppoſitum probat Gregorius per certiſsimas ſcripturæ authoritates, & ratione, quoniam Deo idem eſt ſua natura, ſuaque claritas. Veruntamen iſtis obuiare videtur quod Sap. 6. inducitur: Sapientia facile videtur ab his qui diligunt illam, & inuenitur ab his qui quærunt illam, præoccupat eos qui ſe concupiſcunt. Et reſpondendum, quod hoc atque ſimilia de cognitione clara per ſpeciem non profertur, ſed de imperfecta quadam notitia, qua etiam Deus facilime à cunctis cognoſcitur, quantum

Acto. 9.

Ioan. 16.
Sap. 8.

Ioan. 1.

tur & ipſa acquiritur, ita vt nunc aſsit per gratiam, & cognoſcatur per fidem ac ſapientiæ donum,
poſtea vero aſsit per beatificam fruitionem. Huius namque ſapientiæ increatæ gratioſam prçſen
tiam atq; internã inhabitationem non impedit niſi peccatum. Propter quod loquitur Eſaias 59.
Peccata veſtra diuiſerunt inter Deum & vos. Itemq́ue 27. Iſte eſt omnis fructus, vt auferatur pec-
catum. Timor autem aufert, cauet & vitat peccata, quemadmodum ſcriptum eſt: Timnr domi-
ni expellit peccatum. Et alibi: Per timorem declinat vnuſquiſque à malo. Vnde hortatur Pſal- Eccl. 1. Prou. 15.
mngraphus: Timete dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum. Hinc Pſalm. 33.
(ſecundum Gregorium) ille veraciter vim diuini timoris intelligit, qui ſe à cunctis operibus pra Gregorius
uis cuſtodit.

Explanatio Cap. 29. Addidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Quis mihi tribuat &c. Articulus LVI.

ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam] Sicut præhabitum eſt, ideo dicitur aſſum
pſiſſe parabolam, quia per ſimilitudines & metaphorice loquitur. Denique (iuxta Tho-
mam) verbis eius iam ſupra deſcriptis finitis, præſtolabatur vt aliquis amicorum ſuorum
loqueretur: quibus tacentibus, ipſe præinductis iſta adiecit, in quibus propoſitum ſuum diffu-
ſius declarauit, [& dixit: Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos?] hoc eſt, in tali inco-
lumitate ac proſperitate honeſtateq́ue famæ. Vnde ſeipſum declarans, ſubiungit: [Secundum
dies quibus Deus cuſtodiebat me,] conſeruando in bonis, & præſeruando ab aduerſis. Et hoc
ait, non quaſi Deus eum quando hæc dixit, non cuſtodiret, immo virtute & gratia Dei ſciebat
ſe in tantis aduerſitatibus ab impatientia, deſperatione, & cæteris vitijs præſeruari. Sed hoc ideo
ait, quia nunc ab inuiſibilibus ac viſibilibus aduerſarijs Deus eum grauiſsime affligi permiſit.
Sicq́ue quodammodo à Deo fuit relictus, ſicut & Chriſtus tempore paſsionis clamauit: Deus
meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Pſalm. 21.

Inſuper, corporis ſoſpitatem temporalemq́ue proſperitatem optauit, non abſolute ſecun-
dum ſe, ſed vt ſunt inſtrumenta virtutis, & quoniam naturaliter talia appetuntur, præſertim ab
ægris & depauperatis. [Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum,] id eſt, prouiſi-
ua, protectiua, & directiua illuſtratio DEI menti meæ infulſit, ſeu læta proſperitas à DEO con-
ceſſa mihi arriſit. [& ad lumen eius] id eſt, ſecundum inſtructionem directionemq́ue gra-
tioſæ illuſtrationis DEI [ambulabam in tenebris] id eſt, incertis ac dubijs me habui ac pro-
ceſsi, non propriæ prudentiæ innitendo. Sic & Michæas propheta: Cum ſedero (inquit) in te- Michæ 7.
nebris, dominus lux mea eſt. Et Pſalmiſta: Dominus illuminatio mea & ſolus mea, quem time- Pſalm. 26.
bo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? [Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ,]
ita quod gratia mane præuenit me. Vnde non ait, infantiæ aut pueritiæ: quoniam illa ætas illu-
ſtrationis diuinæ ad regimen vitæ humanæ, communiter non eſt capax, ſed adnleſcentia, iuxta
illud Prouerbiorum 1. Detur adoleſcenti ſcientia & intellectus. [& quando ſecreto DEVS
erat in tabernaculo meo,] id eſt, domui meæ in omnibus benedixit. Vel ſecreto erat in taber-
naculo meo, id eſt, intus in abdito mentis mihi affuit per multiplicem pietatis & gratiæ ſuæ effe-
ctum, dum in domo mea orationi & contemplationi inſtabam, quemadmodum Actorum 10.
Cornelius ait: Orans eram in domo mea. [Quando erat omnipotens mecum?] per varia be-
neficia corporalia ac ſpiritualia, ſicut & ſatan loquitur Deo de Iob: Nonne tu vallaſti eum, & Iob. 1.
domum eius & vniuerſam ſubſtantiam per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti. [&
in circuitu meo pueri mei.] quos ſpiritaliter ac corporaliter educaui, & hoc delectabile eſt, vi-
dere pueros ex ſe natos, quoniam cauſa diligit proprium germen, & ſi cognitiua ſit, delectatur
in eo. Vnde timorato promittitur: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Pſalm. 127
[Quando lauabam pedes meos butyro?] id eſt, intantum abundabam butyro, ac cæteris ani-
malium pinguedinibus, vt vſque ad pedum lotionem ſufficere poſſet. Et forte loquitur iuxta
conſuetudinem patriæ. Antiquorum autem diuitiæ præcipuæ, pecora erant, ſecundum Augu-
ſtinum. Hinc à nomine iſto pecus, pecunia nomen accepit, ſecundum eundem. [Et petra funde-
bat mihi riuos olei] ſecundum Albertum, Oleum de amurca in concauis petræ exprimitur.
Sicq́ue depuratum, à petra funditur, per quod omnis abundantia terrænaſcentium deſignatur. Auguſtinus.
Thomas per petram intelligit terram ſaxoſam: quia (vt aſſerit) oliuæ optimum oleum produ-
centes, in locis lapidoſis ac arenoſis ſolent conſiſtere. Itaque ſenſus eſt, quod ex talibus locis, Idem.
riuos, id eſt, copiam olei ſumpſit. [Quando procedebam ad portam ciuitatis,] ad iudican-
dum ibidem. Antiquitus enim iudicia proferebantur in vrbium portis, vbi iudices ab introeun
tibus ſeu alijs promptius inueniebantur, & ne ciuitas inquietaretur per tumultum cauſarum.
Vnde Deuteronomij 16. ſcribitur: Iudices conſtitues in omnibus portis tuis. [& in platea]
videlicet iuxta portam, [parabant cathedram mihi:] id eſt, ſolium ſolenne, quo reſiderem,

ad docendum ac iudicandum. [Videbant me iuuenes,] ſcilicet vanitatibus dediti, [& abſ-
condebantur:] id eſt, coram me apparere, & vanum quid agere erubuerunt timore maturita-
tis atque iuſtitiæ meæ. [& ſenes aſſurgentes] mihi accedenti, [ſtabant,] mihi in hoc reueren-
tiam impendentes. [Principes ceſſabant loqui] cum ego loqui ordirer, [& digitum ſuperpone-
bant ori ſuo.] boc eſt, diligentiſsime tacuerunt, & mea eloquia attenderunt, & ſorte tali exte-
riori ſilendi iudicio ſe ad taciturnitatem cohortabantur. [Vocem ſuam cohibebant duces, &
lingua eorum gutturi ſuo adhærebat] id eſt, ad loquendum non mouebatur, ſed tam attonite
& attente me auſcultabant, quaſi lingua eorum ad loquendum laxari non potuiſſet. [Auris au-
diens] verba mea vel famam meam, [beatificabat me] id eſt, ſelicem me reputauit, [& ocu-
culus videns, teſtimonium reddidit mihi,] id eſt, conſpiciendo opera iuſta & virtuoſa, quæ ſe-
ci, teſtabatur quod vere iuſtus conſiſterem, quod de interioribus aure & oculo congruentius
verificatur. Vel, ſi de exterioribus ſenſibus accipiatur, auris & oculus hæc egiſſe dicuntur, in-
quantum homines per ſenſus hos ſumpſerunt occaſionem ſeu materiam hæc agendi, [eo, quod
liberaſſem pauperem] de manu potentioris & oppreſſoris [vociſerantem,] id eſt, conqueren-
tem vel ad me pro ope clamantem, [& pupillium] ſimiliter liberaſſem, [cui non eſſet adiutor.]
Quia nec patrem nec amicos habuit ſe iuuantes. [Benedictio perituri ſuper me veniebat,] hoc
eſt, qui periturus ſeu occidendus vel opprimendus fuerat, niſi ego ei ſubueniſſem, benedixit
mihi, optando imprecandoque mihi bona, & gratias referendo. Ad hoc Salomon Prouerbio-
rum 24. hortans: Erue, inquit, eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interi-
tum, liberare ne ceſſes. [& cor viduæ conſolatus ſum,] quæ ob viri carentiam magis eget ſo-
* veſtiuit latio. His verbis confutat Iob verba amicorum ſuorum, qui cum ſuperius de crudelitate atque
tyrannide accuſabant. [Iuſtitia indutus ſum, & * veſtiui me] ea [ſicut veſtimento,] id eſt, ani-
mam meam iuſtitia decoraui, & in omnibus iuſte habere ſtudui, vt ſicut corpus circundatur ve-
ſte, ſic ego vndique iuſtitiæ actibus perornarer, iuxta illud Eſa. 61. Induit me dominus veſtimen-
to ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me. [& diademate iudicio meo] id eſt, iuſto iudicio,
quod in omnibus pronunciaui & ſeci, ornatus ſum in ratione, ſicut caput diademate adornatur.
Diadema namq; eſt ſignum recti iudicij rationis. [Oculus] i. director, illuminator, inſtructor
[ſui cæco] i. ignoranti, vel etiam corporaliter cæcum, opportunitate ſe offerente, ducendo. Igno-
rantem autem inſtruere, ad ſpiritalia miſericordiæ pertinet opera. [& pes claudo] id eſt, adiutor
infirmo, quod & corporaliter facere potuit, talem neceſsitate ingruente portandu. Sic & Apoſto
Rom. 15. lus Romanorum 12. ait: Sumus ſinguli alter alterius membra. Itemque, Debemus nos firmiores,
Matt. 5. imbecillitates infirmorum portare. Et Chriſtus Apoſtolis loquitur: Vos eſtis lux mundi. Quid
enim eſt lux mundi, niſi oculis hominum mundanorum? [Pater eram pauperum] Pater inquam
per curam & charitatem, opem & conſolationem, quas eis impendi, ſecundum illud Eccleſiaſti-
ci 4. Congregationi pauperum te affabilem facito. Tobiæ quoque 4. Noli auertere faciem tu-
am ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. [& cauſam quam neſciebã]
hoc eſt, negocium in iudicio propoſitum, mihi ignotum. [diligentiſsime inueſtigabam,] inqui-
rendo veritatem facti, proceſſum, originem & circunſtantias eius, ne quid doli lateret, aut ali-
quid de ordine iuris omitterem. Bonum enim bene agendum eſt, iuxta illud Deuteronomij 16.
Iuſte quod iuſtum eſt exequeris. Iſtud præcipue ad iudices ſpectat, prout rex Ioſaphat ait iudi-
2. Par. 19. cibus ſuis: Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. [Conterebam molas
* non ha iniqui] id eſt, mandibulas eius deſtruxi, hoc eſt, eius crudelitatem violentiamque repreſsi, [&
bet, de * de dentibus illius auferebam prædam.] id eſt, bona quæ alijs iniuſte abſtulit, excuſsi ab eo,
& quibus pertinebant, reſtitui, in quo ſequutus eſt Deum, de quibus in Pſal. 57. cantamus: Deus
conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet dominus. [Dicebamq;] id eſt,
propter hæc opera mea pia ac virtuoſa fiducialiter cogitaui. [In nidulo meo moriar,] hoc eſt, in
propria domo manebo quietus, & ibi in pace ac proſperitate ſtabili viuam, nec alibi velut exul
& pauper decedam. Quia enim tam clementiſsimus fuit egenus, putauit ſe in proſperitate man-
2. Reg. 19. ſurum, ſicut Betzellai dixit ad Dauid: Obſecro vt reuertar in ciuitatem meam, & moriar ibi,
ſepeliarque iuxta ſepulchrum patris mei & matris meæ. [& ſicut palma multiplicabo dies] id
eſt, diu victurus ſum, ſicut palma valde diu vegetabiliter viuit, quia & ſcriptum eſt Pſalm. 91. Iu-
* ſecus ſtus vt palma florebit. [Radix mea aperta eſt * iuxta aquas] id eſt, ratio vitæ & proſperitatis
meæ plurima habet ſomenta diu manendi in vita & proſperitate, quemadmodum arbor iuxta
aquas plantata, diutius manet, floret, fructificat. Prædicta autem fomenta intelligit ſua opera
virtuoſa, quæ vitam ſuam interiorem & proſperitatem ſouebant ac ſulciebant, ſicut aqua arbo-
rem iuxta ſe ſitam. Vel radix iſta fuit fundamentum vitæ ſpiritualis, plantatum iuxta chariſma-
ta gratiarum, quæ per aquas ſignantur, ſicque radix poteſt intelligi fides ſeu gratia gratum faci-
ens, vel cordis intentio, quibus cæteræ virtutes ac dona iunguntur. Vnde Hieremias 17. dicit:
Benedictus vir qui confidit in domino, & erit tanquam lignum quod tranſplantatum eſt ſuper
aquas,

tum eſt ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas. Inſuper dixi: [& ros morabitur in meſsione mea,] hoc eſt, terræ naſcentia mea tempore meſsis ſolis ardore non comburentur, ſed rore erunt humecta. Ros etiam (ſecundum Albertum) auget, mollificat, & ad digeſtionem cooperatur, vt fructus fiat boni ſaporis. Hinc Geneſis 27. dicitur: In pinguedine terræ & in rore cæli deſuper erit benedictio tua. [Dixi quoque: Gloria mea ſemper innouabitur] hoc eſt, gaudium conſcientiæ meæ, vel claritas famæ ſeu delectatio in proſperitate quotidie creſcet, perſeuerante me in bonis inceptis. Vnde Apoſtolus 2. Corinth. 1. ait: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Et iterum: Licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. [& arcus meus] id eſt, virtus animi mei, qua hoſtibus meæ ſalutis reſiſto, & iacula virtutum contra eos proijcio; [in manu] hoc eſt, operatione, [mea inſtaurabitur:] ita quod de die in diem in virtute proficiã, atque in bonis actibus amplius abundabo. [Qui me audiebant, expectabant ſententiam.] id eſt, ſolicite præſtolabantur quid determinatiue dictarem, ſcientes quod verbis meis ſtandum eſſet, & quod non niſi verba ſenſibus, veritateque plena proferrem. [& intenti tacebant ad conſilium meum,] parati acquieſcere diffinitioni meæ. [verbis meis nihil addere audebant,] quia tantæ me prudentiæ reputabant, quod ſuis verbis verba mea perficere non valerent. [& ſuper illos ſtillabat,] hoc eſt, ordinate & congruenter venit, [eloquium meum,] quemadmodum guttæ cadunt in terram, iuxta illud Deuteronomium 32. Fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtilla ſuper gramina. [Expectabant me ſicut pluuiam] id eſt, cum grandi affectu ſperantes conſolationem & fructum ex verbis meis percipere. [& os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum) qui ex fructibus debitam complet digeſtionem, ne amari permaneant, in quo notatur quod auidiſsime cupiebant eum audire, nam per os, intellectus vel deſiderium cordis exprimitur. [Si quando ridebam ad eos] gratioſum & hilarem me eis præbendo; quod aliquando agendum eſt, ne maturitas ſit auſtera, & homo velut agreſtis, ſit alijs oneroſus, vel etiam immoderato rigore lædat ſeipſum. Vnde à philoſopho atque moralibus ponitur virtus moralis, quæ eutrapelia vocatur, per quam homo in ludis & recreatiuis ſolatijs moderanter ſe habet. Hinc Seneca docet: Ita te habeas, vt nemo te quaſi leuem deſpiciat, aut quaſi ſylueſtrem grauiter ferat. Porro riſus non ſemper peccatum eſt: quando autem ſit, & quomodo, & quando, & quomodo non, articulo * fuit oſtenſum. [non credebant] quod riderem ex animo & ſimplici cauſa, ſed potius myſtica ratione & ex virtute. Vnde & tunc me verebantur. [& lux vultus mei non cadebat in terram] Si de corporali vultu accipitur, lux vultus, eſt viſus vel faciei hilaritas. Per hoc ergo quod ait, Lux &c. inſinuat, quod non fuit mœrore depreſſus, vt hi qui triſtitia victi, viſum in terram defigunt. Sicque per lucem vultus intelligitur oculus, & ita exponit Thomas. Si autem per lucem hanc intelligatur interioris faciei hilaritas, ſenſus eſt, quod non fuit inani lætitia diſſolutus, ita quod lætitia ſua non ruit in terram, id eſt, in vitij conculcationem tanquam confuſibilis & inhoneſta. Sic exponit Albertus. Poteſt & ita exponi, quod lux vultus ſui, id eſt, viſus exterior non cadebat in terram, id eſt, ad terrenorum immoderatum aſpectum non ferebatur, vt viſus illorum qui terrena cæleſtibus præferunt. Ideoque inſtar porcorum ad carnalia intuenda iugiter flectunt viſum, vel vagi ſunt oculis, ſicut & Salomon loquitur: Oculi ſtultorum in finibus terræ. Eccl. 2. Porro, ſi de interiori ſpiritualique vultu effatur, lux vultus huius eſt ratio vel ſapientia eius, quæ in B. Iob non cadebat in terram, quia ad diuina quotidie erigebatur, nec imprimebatur carnalibus. Iugiter ergo interiori viſu & frequenter exteriori ad cæleſtia ſe leuauit. [Si voluiſſem ire ad eos] quod ſine idonea cauſa non fecit, ſed propter inſtructionem, conſolationem, iudicationem, aut ſimile aliquid aliquando præfatos acceſsit. [Sedebam primus] id eſt, in loco ſupremo & tempore ante alios tanquam omnium principalis. [Cumq́; ſederem quaſi rex circunſtante exercitu] quod ait, circunſtante exercitu, referri poteſt vel ad ipſius Iob ſeſsionem, vt ſit ſenſus, quod ſedit circunſtantibus multis; vel ad regem, eritque ſenſus, quod ſedit ſicut rex ſedet circunſtante regem exercitu, ex quo patet, quod maximam impendebant reuerentiã S. Iob. [eram tamen mœrentium] id eſt, afflictorum & deſolatorum ſeu triſtium conſolator in proſperis me humilians, non extollens, nec illos deſpiciens, ſicque B. Iob impleuit illud Eccl. 7. Non deſis plorãtibus in conſolatione, & quod rurſum eodem in lib. præcipitur, In die honoris tui ne extollaris. Eccl. 11. Hæc quoque præcipue ad reges, prælatos, ac principes ſpectant, iuxta illud Prouer. 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

Pertractatio moralis eiuſdem cap. Art. LVII.

ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam] Iuxta Gregorium, quia parabola ſimilitudo dicitur, conſtat quod per exteriorum verborum formam myſteria loquitur, qui ad loquendum parabolam aſſumpſiſſe memoratur. Gregorius Denique ſecundum doctores. S. Iob nunc

Chriſti, nunc eccleſiæ, nunc cuiuſcunque iuſti ſeu pœnitentis ſpeciem tenet, figuramque expri-
Gregorius mit & perſonam præſentat. Vnde principium huius cap. exponit Gregorins de eccleſia, pro ſtatu
ac tempore eius in perſecutionibus Antichriſti, quando (ſecundnm Gregoriom) tanta erit eccle
ſiæ perſecutio atque anguſtia, vt hæc tempora cum magno ſuſpirio optet, quæ nos cum magno
toleramus dolore. Propter quod ait: [Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundũ
dies quibus Deus cuſtodiebat me?] Verum expoſitionem hanc, quoniam, à B. Gregorio ple-
niſsime eſt digeſta, prætereo: aliamq́ne tropologiam inducam. Quemadmodũ ergo Iob à tem-
porali proſperitate deiectus, & corporaliter grauiſsime læſus, verba hæc protulit, ſic quilibet ve-
2. Reg. 11. raciter pœnitens, qui aliquando præclaræ extitit æquitatis, qualis fuit Dauid cum adulterium ho
micidiumq́ue inexcuſabiliter incurriſſet, verba hæc dicere poteſt, tanqoam ad priſtinnm gradum
virtutum cupiens reformari. Quanuis etiam de homine iuſto, corporaliter vulnerato aut tribu-
lato & mẽte afflicto, elucidari hęc poſsint ꝙ quomodo fieri poſsit, ex pręinducta explanatione fa
cilime conſideratur. Præfata ergo ſpiritualis moralitas eſt tractanda. Pœnitens igitur ait: [Quis
mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos] id eſt, in tali opulentia ſpirituali, in tali deuotionis cõ
punctionisq́ue gratia, in tali perfectione virtutum, qoales aliquando habui. Quo enim ſpiritua-
lia dona bonis terrenis ſunt digniora, & munera gratiæ boois fortunæ, eo de illarum amiſsione
amplius eſt dolendum, cordialiuſq́ue optandum & efficacius ſatagendum, vt lapſus ad priſtinam
reuertatur menſuram gratiæ ac virtutum. Si ergo nos in charitate tepuiſſe, in Dei obſequio pigros
factos conſpicimus, aut graue incidiſſe peccatum inuenimns, intime doleamus, fortiter emende-
mus, & verba hæc affectuoſiſsime proferamus, attendentes quod in Apoc. 2. Deus ait cuidam:
Habeo aduerſus te, quia charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris,
& pœnitentiam age. Alioquin venio tibi cito. [ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me] id
eſt, in bonis gratię conſeruabat. Sicut enim diei lux inceſſanter conſeruatur à ſole ſioe quo nec ad
momentum valet durare, ſic nec in ictu oculi in donis gratiæ permanere valemns, niſi indefinen
ter in eis diuinitus conſeruemur. Non ergo ſtultiſsime gloriemur, neque vaniſsime præſuma-
Pſalm. 16. mus, ſed cum Pſalm. quilibet noſtrum humiliter deprecetur: Cuſtodi me vt pupillam oculi, ſub
Pſalm. 126 vmbra alarum tuarum protege me. Atque ex animo fateatur: Niſi dominus cuſtodierit ciuita-
tem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. [Quando ſplendebat lucerna eius] id eſt, lumen gratiæ vel
doctrina ſacræ ſcripturæ [ſuper caput meum] i. in mente mea, quæ eſt principium & principale
in anima, ſicut caput in corpore. [& ad lumen eius] i. ſecundum directionem illuſtrationis diui-
næ [ambulabam in tenebris] id eſt, inter mundaoos ac impios conuerſabar virtuoſe ac ſapienter,
Pſalm. 24. non illorum ſequendo peccata, qoanuis dicat ſcriptura: Cum peruerſo peruerteris, pro hac di-
rectione orat Pſalm. Dirige me domine io veritate tua, & doce me. Itemque Pſal. 58. Deduc me
domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. Porro quod peccatores tenebræ nuncupentur, cõ-
ſtat ex eo quod conuerſis ait Apoſtolus Epheſ. 5. Fuiſtis aliqnando tenebræ: Ioan. quoq; 1. Tene-
bræ eam (videlicet lucem, quæ Chriſtus eſt) non conpræhenderunt. [ſicut fui io diebus adole-
ſcentiæ meæ.] Spiritalis adoleſcentia dici poteſt initium conuerſionis, dum homo ſpiritaliter ſa-
pere inchoat, ſicut in adoleſcentia corporali, ratione incipit vti. Quidam autẽ in conuerſionis ſuę
exordio ſunt feruentes, & poſtea tepentes ac pigri ſunt, carnaleſq; fiunt, quod quã deteſtandum ſit
ex verbo claret Apoſtoli ad Gal. 3. Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritũ ceperitis, nunc carne conſumme
mini? Talibus ergo incumbit dolere, emendare, præinductaque verba proferre, vt ſ. cupiant &
conentur eſſe in tali feruore & gratia, in qualibus in conuerſionis ſuæ fuere primordijs. Vnde in
Apoc 3. Apocal. huiuſcemodi homini dicitur: In mente habe qualiter acceperis & audieris, & pœniten-
tiam age, & eſto vigilans. [quando ſecreto Dens erat in tabernaculo meo] id eſt, in conſcientiæ
thalamo ſeu cordis mei cubiculo, animam meam familiariter viſitando, dulciter conſolando, in-
flammando, regendo, ita quod illud Eſa. 24. Secretum meum mihi, dicere potni. [qnando erat
Philip 4. omnipotens mecum] ita quod dicere potui, Omnia poſſum in eo qui me confortat. Et rurſum:
Pſalm. 72. Deus cordis mei & pars mea Deus in æternnm. [& in circuitu meo pueri mei] id eſt, ſpiritales fi-
lij ſiue diſcipuli, vel cogitatus, affectus, actusq́ue virtuoſi, quibus vndiq; fœcundabar & adorna-
bar. [Quando lauabam pedes meos butyro.] Pedes ſunt mentis affectus operumq́ue proceſſus,
de quibus Cant. 5. legitur: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? qui pedes butyro lauan-
tur, dum feruidæ charitatis exuberanti affectu vel internæ deuotionis pinguedioe ſeu bonæ con
uerſationis abundantia à præteritis malis ac quotidianis defectibus expurgantur. Charitas enim
Prou 10. operit multitudinem peccatorum. Et Saluator ait: Qui lotus eſt, noo iodiget niſi vt pedes lauet.
Iacob 5. Hinc orat Pſalm. 62.. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. [Quando procedebam
1. Pet. 4. ad portam ciuitatis] Ciuitas eſt regnum cæleſte, de quo Apocalip. 21. habetur: Ciuitas non e-
Ioan. 13. get ſole neque luna, nam claritas Dei illuminabit eam. Cui Eſai. 60. dicitur. Non erit tibi ſol am-
plius ad lucendum per diem, ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam. Huius ciuitatis porta
Matth. 7. eſt actio virtuoſa, de qua in Euangelio loquitur Chriſtus: Quàm anguſta porta quæ ducit ad vi-
tam?

tam? Ad hanc ergo portam procedere, eſt ad opera virtutum ſeipſum extendere. [& in platea] id eſt, populi latitudine [parabant cathedram] id eſt, authoritatem & modum docendi [mihi. Videbant me iuuenes, & abſcondebantur: & ſenes aſſurgentes, ſtabant.] Poteſt hoc cum verbis ſequentibus clauſulæ huius, de ipſis diuerſæ conditionis perſonis exponi: & de homine qui aliquando tantæ extitit authoritatis, perfectionis ac ſapientiæ, vt talia ſibi exhiberentur ab illis, qualia S. Iob leguntur exhibita. Spiritaliter vero per iuuenes intelligi poſſunt affectus & motus indiſciplinati ac pueriles, qui ab homine virtuoſo ad bona agenda tendente pelluntur. Senes vero ſunt, affectus & motus maturi ac ſapientiales, qui in virtuoſo oriuntur ac ſtant, ad rationis imperium præparati. [Principes ceſſabant loqui] id eſt, principales conceptus ipſius intellectus, ratione iubente, intus quieuerunt, nec in verba exteriora proruperunt, exigentibus id cauſa & loco & tempore: quia aliquando vicißim etiam à bonis verbis ceſſandum eſt, iuxta illud Pſalm. 38. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. [Vocem ſuam cohibebant duces] id eſt, conceptus interiores, directiui operum externorum, qui interdum pro rationabili cauſa non iubent exteriora opera fieri, dum contemplationi vacandum eſt aut aliud quid occurrit. [Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, teſtimonium reddebat mihi.] Quicunque irreprehenſibiliter conuerſatur, implens illud Apoſtoli: Nemini demus vllam offenſionem, vt non vi- 2. Cor. 6.
tuperetur miniſterium noſtrum, præinducta hæc verba dicere poteſt, quemadmodum in Actis de Act. 2.
Chriſtianis primitiuæ eccleſiæ ſub Apoſtolis in Hieruſalem legitur, quod habebant gratiam ad omnem plebem, & cæterorũ nemo audebat ſe iungere eis, ſed beatificabat eos populus. Ad quod hortatur nos princeps Apoſtolorum: Conuerſationem (inquiens) veſtram inter gentes habentes 1. Pet. 2.
bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum. [eo quod liberaſſem pauperem vociferantem] id eſt, hominem ſpiritaliter indigentem virtute & gratia, inuiſibilium hoſtium impugnationibus victum, & pro adiutorio proclamantem: quem vir charitatiuus ac virtuoſus orando, inſtruendo, conſulendoque liberat, ſicut monet ad Galat. 6. Apoſtolus: Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Vnde vt à Iacob. 5. ſcriptum eſt: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte. [& pupillum] id eſt, eum qui ſpiritali patre, prælato, & inſtructore carebit, [cui non eſſet adiutor] contra hoſtes ſuæ ſalutis. quemadmodum Eccl. 5. inducitur: Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem. [& cor viduæ conſolatus ſum.] Vidua eſt anima, quæ peccando cæleſtem ſponſum amiſit, quæ conſolanda eſt, ne deſperet. Niſi enim hac cauſa anima vidua diceretur, Hierem. nõ di- Hiere. 51.
ceret, quia non fuit Iſrael viduatus à Deo ſuo. [benedictio perituri] id eſt, peccatoris æternaliter condemnandi, niſi Deus ei per meam informationem & ſubuentionem auxiliatus fuiſſet, [ſuper me veniebat] Talis quippe iam conuerſus & deſuper illuſtratus, intelligens in quantis fuit periculis, & quanta ſibi Deus per me beneficia gratiæ præſtitiſſet, benedixit mihi & maximas egit grates. Quo enim vita gratiæ vitaque gloriæ, meliores ſunt vita naturæ, quo inſuper mors æternæ dãnationis fugibilior eſt morte corporali ac temporali, immo breuißima: eo pro ereptione à morte peccati, amplius gloriandum regratiandumque eſt, quam pro ereptione ab interitu corporali. [Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento.] Veſtis ad duo proficit corpori, ſ. ad ornatum, atque ad protectionem contra nociua, vt ſunt frigus & cauma: ſic virtus ad duo animæ prodeſt. Nam eam coram Deo pulchre perornat, & contra hoſtes ſuæ ſalutis defendit, confortat, ſeu armat. Deniq; veſtis veſtitum ex omni parte circundat: ille ergo quaſi veſtimẽto induit ſeipſum iuſtitia, qui in omni quod agit, iuſtus eſt, nullumque præceptum tranſgreditur, ſed regia ſemper graditur via, nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã declinans. Et (vt ait Gregorius) qui in alijs actionibus Gregorius
iuſtus eſt, in alijs iniuſtus, quaſi vnũ latus operuit, aliudq; nudauit. Immo nec iam bona ſunt opa, quæ ſubortis alijs prauis operibus inquinãtur. Verba quoq; inducta, accipi poſſunt tam de iuſtitia quę eſt virtus cõmunis ſeu omnis virtus. Omnis ſiqdẽ virtus, eſt quędã iuſtitia, qa p eã fit quod decẽs ſeu debitũ eſt, quẽadmodũ ea quę eſt virtus ſpecialis, moralis & cardinalis, vnicuiq; quod ſuũ eſt reddẽs. [Et diademate iudicio meo.] Qui in omnibus rationis iudiciũ ſeqtur, nõ paſsionis impulſum, & recte iudicat, diſcutit, increpat & caſtigat ſeipſum, iudicio ſuo quaſi diademate decoratur: & tam ſapiẽter regendo ſe, rite rex appellatur, impletq; quod ait Saluator: Iuſtum iudicium iudicate, cuius iudicij fructum pandit Apoſtolus dicẽs: Si nosipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. [Oculus fui cæco & pes claudo.] Hoc ad prælatos ac præſidẽtes potiſsime ptinet, quorũ eſt inferiores illuminare & ſuſtẽtare, ne vel per ignorantiã errẽt, vel per infirmitatẽ vincãtur & Ioan. 7.
peccẽt. Ideo apoſtolis cæteriſq; prælatis loquitur Chriſtus: Vos eſtis lux mũdi. Vos eſtis ſal terræ. 1. Cor. 11.
Vnde 1. ad Tim. 4. ſcribit Apoſtolus: Attẽde lectioni, exhortationi, doctrinę. Hoc enim faciẽs, teipſum ſaluũ facies & eos q te audiũt. Per Ezech. quoq; reprobis paſtoribus dominus imperatoriè loqtur: Quod infirmũ fuit, nõ cõſolidaſtis. Præterea ſpiritaliter cæcus eſt, ignorãs, & omnis qui in Matt. 5.
mortali iacet, putet ac putreſit culpa: claudus vero, qui nutat in actibus bonis, & faciliter ruit in Ezech. 34.

eis, aut omnino deficit ab eiſdem. Vnde monet Apoſtolus Hebr. 12. Rectos facite greſſus pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. Et Pſal. 17. ſcribitur: Claudicauerũt à ſemitis ſuis. Poſtremò quilibet noſtrum pro modulo ſuo, cæcorum atque claudorum oculus & pes debet conſiſtere, illos pro poſſe inſtruendo & roborando: hoc eſt, ſapientiã & fortitudinem
1. Pet. 4. ſeu virtutem ſibi collatas illis communicãdo, prout Petrus inducit: Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. [Pater eram pauperum.] ita & nos omnem pauperem in charitatis viſceribus amplectamur, eiq; cordialiter compatiamur & efficaciter ſuffragemur. [& cauſam quam neſciebam, diligẽtiſsime inueſtigabã.] Hoc ad prælatos, principes ac iudices potiſsime ſpectat, ne ex ſuſpicione aut paſsione aut facili creditione ad iudicandum procedant, ſed cum maturitate & vtriuſque partis auditione, ac cæteris obſeruandis, omnia agant. Hinc Deut. 1. Moſes filijs Iſrael ait: Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio probata ſit in tribubus veſtris, & ponam illos vobis principes. [Dicebamque propoſito mentis, in nidulo meo moriar] id eſt, in loco manſionis meæ vſque ad
S. Antonius mortem ſtabilis permanebo: quia (vt ait S. Antonius) qui corpus ſuum in loco vno figere nequit animum ſuum in Deum non figet. Hinc ſancti patres loci facilem ſeu non neceſſariam mutationem vehementer vituperant, quoniam Prouerb. 27. legitur: Sicut auis tranſmigrãs de loco ſuo, ſic vir qui relinquit locum ſuum. Hinc ad Hebr. 10. hortatur Apoſtolus: Conſideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, non deſerantes collectionem noſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, ſed conſolantes. Veruntamen vitioſa ac periculoſa ſocietas eſt vitanda. Spiritalis vero nidulus, in quo manendum & moriendum eſt, ponitur ipſa tranquillitas internæ pacis mentis humanæ in Deo, ſeu quies charitatis fideique in eo, iuxta illud Pſalm. 4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam: in quo nido etiam quotidie mori debemus propriæ voluntati ac mundo, & ſepeliri in luce vultus diuini per contemplationem illius. Vnde ſuper illud Pſal.
Maxi. epiſc. 115. Precioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius, Maximus ait: Precioſiſsimus tranſitus in lucem conſpectus domini, quo ab omnibus exterioribus abſconduntur & moriuntur ſibi & mundo, mors ſanctorum eſt, digna beatitudinis precio. Talibus dicitur ad Coloſ. 3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Qui autem propriam voluntatem, & ſenſualitatem in omnibus frangit, & mundi uanitates contemnit, viuitque ſecundum legem Dei in cunctis, moritur ſibi ipſi ac mundo, & viuit Deo, dignus dicere cum Apoſtolo Galat. 2. Chriſto confixus ſum cruci, viuo autem iam non ego. [Et ſicut palma multiplicabo dies] id eſt, in vita gratiæ floribusque virtutum cunctis diebus manebo. Dies quoque illuminationum, hoc eſt, gratias illuſtrationum in aliorum cordibus procreabo, vt illud Pſalm. 51. dicere queam: Ego autem quaſi oliua fructifera in domo Dei. Conueniatque mihi illud Oſe. 14. Iſrael germinabit quaſi lilium. Et quod Eccleſiaſtici 24. habetur: Quaſi palma exaltata ſum in Cades. [Radix mea] id eſt, intima cordis mei affectio, [aperta eſt iuxta aquas] id eſt, ad ſuſceptionem chariſmatum ſpiritusſancti ardenter deſiderando, patula & capax effecta eſt: quia diuinorum chariſmatum tanto efficimur capaciores, quanto feruentiores: quoniam charitatis affectio aperit cor amantis
Eſai. 26. ad dilecti ingreſſum. [& ros] id eſt, gratia & conſolatio ſpiritusſancti, de quo loquitur Eſaias ad Deum: Ros tuus ero dulcis. [morabitur in meſsione mea] id eſt, ſtabiliter conquieſcet in meis operibus bonis ac fructibus tempore ſuo metendis, atque in horreum domini colligendis, vt meritorie ac delectabiliter quæ bona ſunt agam, & intra cæleſte congreger regnum, iuxta illud
Matth. 3. quod dictum eſt de Chriſto: Congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem conburet igne inextinguibili. [Gloria mea ſemper innouabitur] Studeamus & nos quotidie in Deo copioſius atque ſyncerius gloriari, interius renouari, mentaliter reformari. [& arcus meus in manu mea inſtaurabitur.] Hoc iuxta expoſitionem præhabitam completur in eo, qui illud ad Epheſ. 6. adimplet: Confortamini in domino & in potentia virtutis eius: Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo. [Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum &c.] Quilibet prædicator, prælatus & doctor ac iudex, non ad propriam laudem, ſed ad Dei gloriam inferiorumque ædificationem, tam ordinate, virtuoſe ac ſapienter habere ſe debet, ſeu habere ſe ſtudeat in verbis & factis, vt hæc atq; ſequẽtia ſibi cõueniãt, vt ſcilicet, à ſubditis reuerentialiter ac auide audiatur, fructuoſe ſuſcipiatur, ſicq; in ipſo rigor iuſtitiæ & dulcor clementiæ per diſcretionem debent contemperari, vt ſimul timeatur ac diligatur, neque vt leuis & mobilis, ab aliquo, etiam dum pium ſe exhibet ac iucundum, ſpernatur, credatur vel iudicetur, competatque ei quod ſubditur: [Si quando ridebam ad eos, non credebant.] Itaque hilares ſimus abſque diſſolutione, triſtes ſine deiectione, maturi ſine auſteritate, ſociales abſque leuitate, cuſtoditi in viſu: & quicquid proſperitatis aut promotionis nobis acciderit, nullatenus extollamur: nec honores mutent mores in peius, ſed pauperum memores ſimus, verbis & ope eos pro viribus conſolantes, quemadmodum ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 11. In die bonorum ne immemor ſis malorum.

Expo-

Expoſitio cap. 30. Nunc autem derident me iuniores tempore. *Art. LVIII.*

OPpoſita iuxta ſe poſita clarius innoteſcunt. Ideo S. Iob præcedenti capite. ſua præterita
proſperitate deſcripta, nunc ſuam aduerſitatem commemorat, vt eius magnitudo euiden-
tius innoteſcat: pateatque quod non pro ſuis peccatis hæc paſſus ſit, cum tantam fuiſſe ſu-
am perfectionem iam ſupra oſtenderit, & infra oſtendet. [Nunc autem derident me iuniores
tempore] propter aduerſa quibus affligor, reputantes quod ea meruerim, quem olim ſeniores
honorabant. Sic & pueri leguntur deriſiſſe Eliſeum prophetam. [quorum non dignabar patres 4. Reg. 2.
ponere cum canibus gregis mei] id eſt, aſſumere vt ſimul cum canibus animalia mea cuſtodi-
rent. Paſtores enim Iob habuerunt canes gregum cuſtoditores, & protectores à lupis aut ſimi-
libus feris. Aliquæ etiam viles perſonæ paſtoribus illis ſubiectæ fuerunt, & ſimul cum canibus
à feris animalia tuebantur. Quod autem Iob ſic tales paruipendit, non fuit ſuperbiæ, ſed po-
tius æquitatis: quoniam illi vitijs ſuis ſe contemptibiles exhibebant. [Quorum virtus manu-
um] id eſt, ars vel poteſtas eorum [erat mihi pro nihilo] id eſt, nullius reputationis, [&
vita ipſa putabantur indigni] propter eorum exceſſus. [Egeſtate & fame ſteriles] id eſt, præ
inopia atque eſurie fructum non producentes, [qui rodebant in ſolitudine] id eſt, groſſa ibi
alimenta inſtar brutorum carpebant, [ſqualentes calamitate] interiori [& miſeria] exteriori.
Sic in Luca de filio prodigo legitur: Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci man Luc. 15.
ducabant. Porro ſqualentes, deturpati dicuntur. Proprie autem ſqualens vocatur, qui laxata
cute conſumptaque carne, pallore coloratur cinereo, iuxta illud Threnorum 1. Virgines eius
ſqualidæ. [Et manducabant herbas] ſylueſtres & crudas, quæ ſecundum Albertum, ſunt
inconueniens hominis nutrimentum, allegatque Auicennam, dicentem quod natura nullum
nutrimentum ſufficienter parat homini, niſi lac: cætera oportet elixari ſiue aſſari. [& arborum Albertus
cortices] quia ſecundum Albertum, cortices ſunt farinabiles, quod non eſt lignum. [Et radix Auicenna
iuniperorum] id eſt, talium arborum. Vnde & legitur Elias ſe proieciſſe ſubter vnam iunipe-
rum. [erat cibus illorum. Qui de conuallibus iſta rapientes] id eſt, auide capientes, & ſibi mu-
tuo præripere cupientes, [cum ſingula] iam præfata [repeririſſent, ad ea cum clamore currebant] 3. Reg. 19.
ſe inuicem præuenire conantes, & de iſtorum inuentione gaudentes. In conuallibus quoque
humidiora ac edibiliora, in montibus vero duriora naſcuntur. [In deſertis habitabant torren-
tium] id eſt, vbi torrentes fuerunt, vel in locis torrentium deſiccatis, ſe à caumate protegebant.
[& in cauernis terræ] propter vmbram. [vel ſuper glaream] propter refrigerium aquæ vici-
næ mollitiemque arenæ. Glarea nanque eſt terra mollis & arenoſa. Gregorius tamen dicit: Gla- Gregorius
ream dicimus minutiſsimos lapides, quos aqua fluuialis trahit. Secundum Albertum vero glarea Albertus.
dicitur mobilis arena, ſignificatque loca in paludibus ſolida, vbi latrones propter tutelam mo-
rantur, eo quod loca talia inacceſsibilia ſint. Dicuntur autem aliqui habitare ſupra aliquem lo-
cum, quia habitant iuxta eum, quemadmodum quidam dicuntur habitare ſuper Rhenum, ſuper
quem & Colonia dicitur ſita, quia iuxta eum conſtructa eſt. [Qui inter huiuſcemodi lætaban-
tur:] quia tantæ fuerunt penuriæ, quod præfata viliſsima erant eis precioſa atque iucunda,
iuxta illud Prouerbiorum 27. Anima ſaturata, calcabit fauum: anima eſuriens, etiam ama-
rum pro dulci ſumet. [& eſſe ſub ſentibus delicias computabat.] Sentes ſunt ſpinæ. Itaque
ſenſus eſt, quod ſub locis ſpinoſis, hoc eſt, ſub vmbra paruarum arborum ſpinoſarum eſſe fuit
eis amœnum, quoniam commodius refrigerium non habebant. [Filij] carnis propagatione
vitiorumque imitatione, [ſtultorum] in anima, [& ignobilium] corpore, [& in terra penitus
non parentes] id eſt, in nullo ſpectabiles, ſeu nulla dignitate conſpicui. Vel hoc ideo dicit, quia
inter homines communiter non manebant, ſicut iam dixit. Ex his omnibus magnitudo aduerſi-
tatis beati Iob declaratur: quia quo viliores ſunt irriſores, eo illorum deriſio ſolet eſſe mole-
ſtior, ignominioſiorque cenſetur. [Nunc in eorum canticum verſus ſum] id eſt, de mea aduer-
ſitate faciunt decantationes vel cantilenas. [& factus ſum eis prouerbium] id eſt, materia prouer-
bij maledictorij: quia prouerbium maledictionis de Iob compoſuerunt, dicendo: Accidat tibi
& pereas ſicut Iob. Hinc ſupra S. Iob 16. dixit: Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & in ex-
emplum ſum coram eis, & ibi hæc magis expoſitia ſunt. [Abominantur me] tanquam miſerri-
mum, [& longe fiunt à me] tanquam ab homine penitus deteſtando. [& faciem meam conſpue-
re non verentur:] reputantes me tam indignum, vt ſine peccato quilibet poſsit me perſequi,
quod inſtigante diabolo feciſſe creduntur. [Pharetram enim ſuam aperuit] id eſt Deus ex ſua
præordinatione quaſi ex arcu quodam ſagittas aduerſitatis mihi immiſit, ſicut ex pharetra mit-
tuntur ſagittæ [& afflixit me:] quia licentiante vel permittente Deo, hæc omnia acciderũt. Hinc
ſupra dixit: Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meũ. [Et frenũ poſuit Iob. 6.
in os meum] i. tam dire me affligendo, abſtulit mihi quodammodo apparentiã me excuſandi ac
reſpon-

Iob. 16. reſpondendi. Hinc ſuperius dixit: Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus contradicens mihi. Denique Deus interdum iuſto indicio prauorum malignitatem per aduerſa compeſcit, quod per freni impoſitionem aliquando deſignatur, quemadmodum in
Eſai. 17. Eſaia loquitur regi Aſſyriorum: Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in maxillis tuis. Vel ſic: Et frenum poſuit in os meum, id eſt, per gratiam ſuam os meum verbis impatientiæ refrena-
Iob. 2. nit in omnibus his aduerſis, prout ſupra legitur: In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis. [Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico ſurrexerunt.] Hoc dicit, quia à plaga meridiana,
Iob. 1. quæ eſt ad dexteram reſpectu orientis, in quo Iob habitauit, vt ſupra patuit. Nam ſi quis ad oriētem ſe vertat, meridies apparet ad dexteram. Itaque à parte meridiana cœperunt contra Iob ſuæ aduerſitates & calamitates inſurgere: quia (vt dicitur) ex illa parte venerunt contra eum Sabæi, qui primo boues & aſinos S. Iob rapuerunt, eiuſque pueros, id eſt, paſtores interſecerunt. [Pedes meos ſubuerterunt] id eſt, à ſolitis vijs impediuerunt, [& oppreſſerunt quaſi fluctibus] i. greſſus meos impetuoſe impediuerunt [ſemitis ſuis] id eſt, violentis ſuis acceſsibus contra me, ita quod præ aduerſitatibus non habeo quo me vertam. [Diſsipauerunt itinera mea] id eſt, operum meorum proceſſus & commoda. Vel etiam ipſa corporalia terræ itinera, per quæ pertinentia ad me, duci ſeu ire ſolebant. [inſidiati ſunt mihi] doloſe molientes qualiter mihi nocerent. [& præualuerunt] id eſt, deſideriorum ſuorum effectum ſortiti ſunt in me. [& non fuit qui ferret auxilium] mihi aduerſus eos. [Quaſi rupto muro] id eſt, ſine reſiſtentia, [& aperta ianua] id eſt, prom-
Iob. 16. pte & abſque obſtaculo [irruerunt ſuper me] Chaldæi, Sabæi & Satan. [& ad meas miſerias] id eſt, aduerſitates pœnales [deuoluti ſunt] id eſt, conuenerunt, vt me per illas opprimerent. [Redactus ſum in nihilum] id eſt, iam pene conſumptus ſum, mortique proximus, ſic ſuperius dixit: Omnes artus mei in nihilum redacti ſunt. Vehementer autem afflicti, hyperbolicis loquutionibus, vtpote verbis per exceſſum prolatis, vti conſueuerunt, vt affectionis ſuæ magnitudinem clarius promant. [Abſtulit quaſi ventus deſiderium meum] id eſt, quemadmodum ventus repente cum impetu puluerem propellit & agitat, ſic DEVS ſubito omne deſiderabile in exterioribus bonis abſtulit mihi, videlicet ſubſtantiam ac ſobolem omnem atque familiam. [& velut nubes pertranſijt] id eſt, cito finita eſt & receſsit à me [ſalus mea] id eſt, corporis ſanitas & terrena proſperitas. [Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea] id eſt, varijs doloribus premitur, cum naturale ſit, rebus liberiſque amiſsis, & corpore vulnerato, triſtari, ſed triſtitia iſta fuit moderata in Iob, vt dictum eſt ſæpe. [& poſsident me dies afflictionis] id eſt, vniuerſæ huius aduerſitatis meæ pœnoſæ. [Nocte os meum perſoratur doloribus] id eſt, nocturnis temporibus, quibus languores atque dolores aggrauantur, puncturæ dolorum meorum vſque ad oſſa mea pertingunt. [& qui me comedunt] id eſt, vermes ex meis putridis vlceribus naſcentes, meamque carnem mordentes & conſumentes, [non dormiunt:] ſed die & nocte me rodunt ſaltem quidam ex eis. [In multitudine eorum,] id eſt, à vermibus iſtis multis [conſumitur veſtimentum meum:] quia tam multi erant, quod & veſtes Iob corroſerunt. [&
* ſuccinxerunt quaſi capitio tunicæ * ſic cinxerunt me.] Capitium eſt pars veſtis circa collum, per quam caput ingreditur. Itaque ſenſus eſt, quod vermium tanta extitit multitudo, quod vndique corpus ſuum occupauerunt, ſicut capitium ambit collum, nec continebantur ſub veſtibus, ſed eruperunt in publicum, & collum circundabant, quod miſerabile ac pœnaliſsimum fuit. [Comparatus ſum luto] id eſt, vilis reputatus ſum, fragilis & putreſcens apparui. [& aſsimilatus ſum fauillæ & cineri] id eſt, impulſione tentationum & impetu aduerſitatum diuerſimode agitatus, ſicut fauilla & cinis ventis impelluntur. Item pro nihilo habitus, & tanquam leuiſsimus repu-
* Clamo tatus. Deinde dirigit verbum ad DEVM: [* Clamabo ad te] id eſt, affectuoſe * orabo.
* oro
* exaudis Apud DEVM etenim plus ſonat intenſa affectio, quàm clamor vocalis. [& non * exaudies] me ad votum, id eſt, tam cito vt cupio. [Sto] rationi intentus, [& non reſpicis me] oculo pietatis, quantum ad corporalis meæ afflictionis amotionem. [Mutatus es mihi in crudelem] id eſt, tu qui inuariabiliter bonus, pius ac dulcis es in teipſo, quantum ad tuum effectum, circa me habes te per modum crudelis, me tam dire ac diu affligendo, nec exaudiendo. Sic & Abacuc 1. ait: Vſquequo domine clamabo, & non exaudies? vociſerabor ad te vim patiens, & non ſal-
Pſal. 6. 37. uabis? Denique, quid mirum ſi DEO aſcribatur crudelitas, cui furor & ſeueritas attribuuntur? Scriptum eſt enim Nahum 1. Vlciſcens dominus & habens furorem. Domine, ne in furore tuo arguas me. Ad Roman. quoque 11. Paulus: Vide bonitatem & ſeueritatem Dei. Nonne Deus metuendiſsimus iudex velut crudelis videtur, qui de impijs loquitur per Oſe. 13. Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & conſumam eos vt leo? [& in duritia manus tuæ] id eſt, in pœnali effectu tuæ potentiæ, vel in rigore tuo, ſecundum quod foris appa-
Iob. 13. ret. [aduerſaris mihi] id eſt, affligis me contra naturalem meam inclinationem, & contra proſperitatem incolumitatemque priſtinam. Hinc ſuperius loquutus eſt Deo: Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? [Eleuaſti me] temporali proſperitate, honore, fama & gloria,

gloria, prout præcedenti cap. patuit. [& quaſi ſuper ventum ponens] id eſt, alte me promouens,
& in ſtatu ſublimi, inſtabili inſtar venti, me ſtatuens, [eliſiſti me valide] id eſt, fortiter deiecisti:
atque læſiſti. iuxta illud Pſal. 101. Quia eleuans alliſiſti me. Vnde ſupra teſtatus eſt: Ego quon- Iob. 16.
dam ille opulentus, repente contritus ſum. [Scio * quod morti trades me] id eſt, non hac tantum * quia
tribulatione affliges me, ſed tandem per mortem finem huius vitæ mihi impones. Vel dicit hoc,
deſperando de vita diuturniori in ſeculo iſto, eo modo quo ſupra dixit: Deſperaui, nequaquam
vltra iam viuam. & hoc ſcire ſe perhibet ſecundum ordinem inferiorum naturaliumque cauſa-
rum: quia (vt dictum eſt ſæpe) lœtaliter fuit percuſſus, ſupernaturaliter vero ſanatus. [vbi conſti
tuta eſt domus] id eſt, quies à tumultu vitæ præſentis, finalisque manſio à curſu & motu peregri-
nationis iſtius, vel monumentum, quod concomitanter ſe habet ad mortem. [omni viuenti] in
carne mortali, iuxta illud Pſalm. 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternũ. Et rurſus: Quis Pſalm. 88.
eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? [Veruntamen non ad cõſumptionem eorum, emit-
tis manum tuam] id eſt, poteſtatem tuam extendis, tanquam dicat: Quanuis omnem viuentẽ in
ſeculo morti tradas, non tamen poteſtate tua eos omnino cõſumis, nam anima permanet immor-
talis, nec omnes conſumptioni, id eſt, æternæ damnationi immittis. Vel ſenſus eſt, quod licet eos
in vita hac puniat per aduerſa, hoc tamen frequenter facit ad emendationem, non ad deſtructio-
nem eorũ, ſicut Apoc. 3. proteſtatur: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Hinc ſubditur: [& ſi corrue-
rint] peccando, moriendo ſeu aduerſa ferendo, [ipſe ſaluabis] animas eorum per gratiã in præ-
ſenti, vel per gloriam in futuro, quemadmodum de iuſto ait Pſal. 36. Cum ceciderit, non collide-
tur, quia dominus ſupponit manũ ſuam. [Flebam quondã ſuper eo qui afflictus erat.] i. afflictis
vſq; ad lachrymas tẽpore proſperitatis meæ condolebã, iuxta illud Apoſtoli Rom. 12. Flere cum
flentibus. Et Eccl. 7. ait: Non deſis plorantibus in cõſolatione. [& compatiebatur anima mea pau
peri] i. egenis, appræhendendo eorum inopiã quaſi propriã propter communionẽ naturæ, ſicq; eis
pro poſſe ſubueni. Non enim vere compatitur alteri, qui eius miſeriã pro poſſe non releuat. Hãc
pietatẽ ſectemur. Beatus enim qui intelligit ſuper egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eũ do- Pſalm. 41.
minus. [Expectabã bona] i. proſperitatẽ & conſolationẽ à Deo propter merita mea, quod ſ. fa-
ceret mihi ſicut ego feci proximis meis inopibus. Communiter enim in lege naturali & ſcripta
virtuoſi etiam in hac vita ſortiebantur proſpera mundi à Deo, quanuis non ſemper ſic accidit.
Vnde nec Iob talia expectauit, tanquam principale, ſufficiens & finale præmium ſuorũ operũ
meritoriorũ, ſed tanquã minus principale. prout de prędicatore Euãgelicę veritatis loqtur Chri Matt. 10.
ſtus: Dignus eſt operarius mercede ſua, per mercedem intelligens ibi corporis refectionem. [& Luc. 10.
venerunt mihi mala] pœnæ, id eſt, aduerſa, de quibus Amos 3. ait: Si erit malum in ciuitate quod
dominus non fecit? [Præſtolabar lucem] id eſt, iucunditatem, ſecundum illud Prouerbiorum
10. Expectatio iuſtorum lætitia. [& eruperunt tenebræ] id eſt, deſolatio & amaritudo mihi iam
euenerunt, quemadmodum Ieremiæ 14. fertur: Expectauimus pacem, & non venit: & tem-
pus curationis, & ecce turbatio. [Interiora mea] puta viſcera atque vitalia, [efferbuerunt] id
eſt, extra ferbuerunt ex calore febris & vlcerum. Vbi Albertus allegat Hippocratem, dicentem:
Febris eſt in generatione ſaniei magis, quam generata iam ſanie. [abſque vlla requie] id eſt, in- Albertus
ceſſanter ad tempus. [Præuenerunt me dies afflictionis,] id eſt, tempore iuuentutis meæ affli-
ctiones incidi, quæ tempore ſenectutis naturalius euenirent. Tunc enim homo naturaliter pro-
pter inualitudinem ſuam affligitur, iuxta illud Pſal. 89. Si autem in potentatibus, octoginta an-
ni: & amplius eorum labor & dolor. [Mœrens incedebam] id eſt, etiam tempore proſperitatis
cum mediocri ſeu ordinato mœrore proceſſi, propter aliorum peccata ſeu aduerſa dolendo, iux
ta illud Pſal. 118. Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici tui. Itemque:
Zelus domus tuæ comedit me. Vnde ſecundum Bedam, zelus eſt indignatio & triſtitia de malo
culpæ: quæ mala quæ videt, corrigit, ſi poteſt: ſi non poteſt, tolerat & gemit. [* abſque furore] Pſalm. 68.
hoc feci, quoniam mœror & zelus huiuſmodi debet eſſe ſine ira feruente. [conſurgens] id eſt, vi- * ſine
tijs me opponens, [in turba clamabam eius peccata redarguendo, atque ad bona manſuete hor-
tando. [Frater fui draconum] id eſt, homines venenatos, qui alios verbis & exemplis vitioſis
inficiunt, fraternaliter dilexi: qui tamen mihi nunc quaſi dracones fuerunt, me infeſtando. [&
ſocius ſtruthionum] id eſt, crudelium. Struthio enim proprij obliuiſcitur fœtus. Vnde loquitur
Ieremias Thrẽ. 4. Filia populi mei crudelis ſicut ſtruthio in deſerto. Vel nomine ſtruthionis, quæ
pennas habet, nec volat, ſimulatores atque hypocritæ deſignantur, inter quos Iob ſociali cha-
ritate ſe habuit. [Cutis mea denigrata eſt ſuper me] id eſt, propter interiorẽ corruptionẽ humo-
rum, quaſi exuſta eſt, iuxta illud Threnor. 5. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tem-
peſtatum famis. Vnde ſuprà Iob 7. ait: Cutis mea aruit & contracta eſt. [& oſſa mea aruerunt] i. vĩ
ribus & medullis deſtituta ſunt atq; ſiccata. [præ caumate] i. ex grandi incendio caloris febrilis
ſeu apoſtematis. [Verſa eſt in luctum cithara mea] id eſt, loco iucunditatis, quam habui ex citha-
ræ vſu & melodia, ſucceſſit mihi hic planctus. Forte enim aliquãdo muſicis inſtrumentis vſus eſt
ordi-

ordinate, ſicut & Dauid luſit io cithara. [& organum meum] verſum eſt [in vocem flentium.]
ſiue per organum intelligatur muſicum inſtrumentum, quod fiſtulis ſonat: ſiue vox propria, vel
membrum corporis ad cantandum ſiue loqueodum, ita quod pro gaudio quod ex orgaoo habui,
vox lugubris mihi ſucceſsit. Per organum quoque quod fiſtulis ſonat, vera prædicatio ſeu
ioſtructio deſignatur: per citharam quæ chordis ſonat, recta operatio denotatur, quæ in mœrorem
vertuntur, dum alij inde noo emendantur, aut ſcandalizantur. Sic & Threno. 5. inducitur:
Verſus eſt in luctum chorus noſter.

Elucidatio Capituli 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Articulus LIX.

QVoniam tres amici Iob concorditer niſi ſunt demonſtrare, ipſum propter ſua peccata pla-
gatum, & non niſi pro magnis exceſsibus tam dire percuſſum, cuius oppoſitum ipſe de-
fendit hinc virtutes ſuas & merita diligentiſsime ac diſtiocte proſequitur, oſteodens ſe
in virtutibus conſummatum fuiſſe, & primo ſe ab inquinamento peccati carnalis excuſat, quod
Thomas. peccatum plures commaculat, inuoluit & damnat, atque vt Thomas diſſeruit, peccatum hoc in
lubrico poſitum eſt, vt niſi quis occaſiones & præambula ſeu principia eius deuitet, à poſterio-
ribus vix poſsit pedem extrahere. Denique primum in hoc peccato, eſt oculorum adſpectus,
quo mulier pulchra aſpicitur, & præcipue virgo. Secundum, eſt cogitatio. Tertium, dele-
ctatio in cogitatione. Quartum, conſenſus. Quintum, opus. Voluit ergo Iob originem huius
peccati excludere, ſicut fatetur. [Pepigi fœdus cum oculis meis] id eſt, firmiter decreui ocu-
los meos ab incauto mulierum intuitu cuſtodire. Oculi quippe annunciant ſeu oſtendunt dele-
ctabile Venereum, & ex adſpectu cogitatio manat, ex qua concupiſceotia ſurgit. [vt ne cogi-
Albertus. tarem quidem de virgine] id eſt, ne ab incauta adſpectu ad periculoſam cogitationem deuol-
uerer. Cogitare autem de virgine, ſecundum Albertum, eſt decorem & formam eius cum colo
re & compoſitione ac cæteris delectantibus intus tractare, quæ cogitatio frequenter polluit men
tem etiam eius qui impotens eſt corpore. Nec ſolum beatus Iob oculos coſtodiuit, ne ſic cogi-
gitaret de virgine, ſed etiam ne de aliqua muliere non ſua. Veruotamen ideo ait de virgine, quo
niam hæc amplius mouet ad concupiſcentiam, & magis apperitur, quia iotacta eſt, adhuc quo-
que maioris decoris eſt, idcirco facilius decipit. Itaque quilibet noſtrum hanc beati Iob caute-
lam ſectari non negligat, præſertim qui imperfectus & iuuenis atq; ad mala procliuis eſt. Quàm
Matth. 5. enim periculoſa ſit incuſtodia oculorum, conſtat ex eo quod ait Saluator: Qui viderit mulie-
rem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Hinc ſcriptum eſt Eccleſia-
ſtici 9. Virginem oe conſpicias, ne ſcaodalizeris in decore eius, ooli circumſpicere in vicis ci-
Eccl. 25. uitatis, Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. I-
temque? In ſpecie mulieris, ira & irreuerentia & confuſio magna. Quoniam ergo intuitus
oculorum, tot occaſio eſt malorum, iterum, Eccleſiaſtici 31. ſcriptum eſt: Oculo quid nequi-
us creatum eſt? Porro ſecundum Gregorium, exteriores ſenſus ſunt velot foramina & fene-
ſtræ, per quas anima exteriora percipit ſeu reſpicit, & reſpicieos concupiſcit, quemadmodum
Gregorius loquitur Ieremias: Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras. Mors enim
per feneſtras aſcendit & domum ingreditur, dum per ſenſus corporis concupiſcentia veniens
Ierem. 9. intrat meotem. Hioc (ſecuodum Gregorium) intueri oon debet, quod concupiſci non licet. I-
Gregorius taque cum Pſalm. deuote oremus: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Inſuper S. Iob cau
ſam huius cuſtodiæ & caſtitatis aſsignat: [Quam enim partem haberet in me Deus deſuper] id
Pſalm. 118. eſt, ſi vitio carnis deditus eſſem, nihil in me eſſet quod ad Deum pertineret per charitatem eius &
gratiam. Vnde nõ eſſem pars aut poſseſsio Dei, immo totus eſſem diaboli. Illi vero ſunt pars Dei,
in quibus ipſe per gratiam habitat, iuxta illud Deut. 32. Pars autem domini populus eius. Nõ au-
Gregorius tem habitat in inquioatis luxuria. Ideo ait Gregorius: Nulla ſont bona cætera, ſi Dei oculis teſti
Thomas. monio caſtitatis non approbaotur. Thomas quoq; hic ſcribit: Homo per peccatum loxuriæ vide
tur à Deo recedere. Accedit enim ad Deũ per actus ſpirituales, qoi maxime impediũtur per dele
ctationẽ Venereã. [& hereditatẽ] i. quã hereditariã poſſeſsionẽ haberet in me [omnipotens de
excelſis] i. Deus altiſsimus, habitãs io ſupernis ac cæleſtibus ciuibus, iuxta illud Deut. 33. Aſcen-
ſor cæli Deus rectiſsimus, habitaculum eius ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna. Præterea, iux-
ta Thomam, quãdoque contingit, quod luxurioſi ad horam de Deo ſpiritaliter cogitãt, ſed mox
per delectationis concupiſcentiam reuocantur ad ima. Ideo Deus in eis hæreditatem, id eſt, fir-
mam ac ſtabilem poſseſsionem oon habet. Vode oportet vt hæreditas Dei ſit in his, qui ſublimia
& ſpiritalia appetunt, non in his, qui ad carnalia corruuot ac deſcenduot. Itaque electi & virtuoſi
Eſaiæ. 19. ſunt proprie hereditas Dei, pp Eſai. teſtatur: Hereditas mea Iſrael. Deut. quoq; 32. aſſeritur: Iacob
funiculus hæreditas eius, Et Eſther 13. Miſerere domioe ſorti tuæ & funiculo hæreditatis tuę. De

nique

nique non ſolum virtuoſi ſunt pars & hæreditas Dei, ſed etiam ipſe eſt pars hæreditaſque illo-
rum. Illi namque dicuntur pars & hæreditas eius, quia præ cæteris eos elegit, aſſumpſit, ac poſsi-
det per doua gratiarum, quæ contulit eis. Ipſe vero eſt pars & hæreditas ipſorum, quia per dona
gratiæ ab ipſo ſuſcepta, præ cunctis quærunt, amant & poſsident eum. Vnde Threnorum 3. dici-
tur: Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Et Pſal. 15. Dominus pars hæ
reditatis meæ. Poſtremo, hæc eſt dignisſima atque puriſsima ratio cauendi peccata, ex ſyncera
charitate procedens, ne ſcilicet per peccatum Deus amittatur, & ab eo mens ſeparetur. Ideo Iob
taoquam vir perfectus hac de cauſa perhibet ſe vitaſſe corporis inqninamenta, quæ quam vitan-
da ſunt, innoteſcit ex verbis Apoſtoli, proteſtantis: Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. 1. Cor. 6.
Et rurſus: Neque fornicatores neque adulteri regnum Dei poſsidebunt. Itemque: Tollens mem
brum Chriſti, faciam membrum meretricis? Siquidem virtuoſus & caſtus, membrum eſt Chriſti: Ibidem.
vitioſus vero & luxurioſus, membrum eſt meretricis, immo & dæmonis, qui caput eſt vniuerſo-
rum malorum, ſecundum Gregorium. Vnde & conſequenter Iob oſtendit damna, quæ homo Gregorius
per præfatum incurrit peccatum. [Nunquid perditio eſt iniquo?] quaſi dicat, vtique luxurioſo
debetur & ineſt perditio. Multiplicem enim per luxuriem incurrit perditionem: quia nunc per-
dit chariſmata gratiarum, deinde felicitatem æternam: Inſuper in præſenti incurrit periculũ per-
ſonę & rerum, deinceps ęternam acquirit damnationem. Etenim impura huius peccati voluptas,
quo maior ac turpior eſt, eo plus mentem excæcat, inconſideratamque efficit, ita vt præ affectu
delectationis iſtius tot ſe periculis ingerat. Propter quod Prouerbiorum ſeptimo Salomon de
incontinente iuuene ſcribit: Sequitur eam (ſcilicet fornicariam) quaſi bos ductus ad victimam,
& oeſcit quia de periculo aoimæ eius agitur. Hinc Eccleſiaſtici 19. habetur: Vinum & mulieres
apoſtatare faciunt etiam ſapientes. Et ibidem: Qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. Et Oſeæ 4.
ait: Fornicatio & vioum & ebrietas auferunt cor. Talibus ait Amos 6. Væ qui laſciuiſtis in ſtratis
in ſtratis veſtris. [& alieoatio operantibus * iniquitatem] id eſt, iniuſtis & fornicatoribus ineſt *iuſtitiam
auerſio mentis à Deo, & receſſus à bonis operibus: quoniam delectatio vitioſa incenſa, animum
fortiter trahit ad mala, retrahitque à bonis. Ineſt etiam eis alienatio ab vſu rationis, quæ in actu
huius peccati totaliter abſorbetur, immo & peccatum hoc ad quandam inſani amoremque ero-
tos pertrahit cor ſtultorum, ita vt inſtar phreoeticorum alienationem quandam videantur incur
rere, quibus competit illud Oſeæ 4. Spiritus fornicationis decepit eos. Circa huuc locum multa
vtilia ſcribit ſanctus Gregorius, inter cætera dicens: Feſtina conſolatio bonorum, eſt conſidera- Gregorius
tus finis malorum. Dum enim boni ex interitu prauorum mala conſpiciunt quæ euadunt, leue
exiſtimant quicquid aduerſi in vita hac patiantur. In ſuis voluptatibus relaxatur iniuſtus, quoni-
niam tanto plus ei temporalia bona ſuppetunt, quanto amplius ei denegantur ęterna. Inſuper cau
ſam, cur peccatum iſtud & alia vitauerit, aliam introducit, quia videlicet Deus iudex omnia intue
tur & penſat. [Nonne ipſe conſiderat vias meas] i. operũ meorum pceſſus, [& omnes greſſus me
os dioumerat?] etiã minimas meas actiones io cogitando, optando, loquẽdo diſtinctiſſime per-
pendit ad iudicandum ac remunerandũ. Hinc ſupra ait: Obſeruaſti oẽs ſemitas meas, & veſtigia Iob 13.
pedum meorũ conſideraſti. Et rurſus ſuperius dixit: Tu quidẽ greſſus meos dinumeraſti. Vnde Iob 14.
magna nobis indicta eſt ratio bene agendi, quoniam aote oculos iudicis omnipotẽtis cuncta cer
nentis omnia operamur. Ideo fatetur Pſal. 118. Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia om-
nes viæ meæ in conſpectu tuo. Diuinæ igitur maieſtatis præſentiam, æternæ ſapientiæ intuitum
iugiter conſideremus & veneremur, nec humanum intuitum amplius quam diuinũ reuereamur:
alioqui Deum dignitatis immẽſę paruipendimus nimis, & ſtulti atq; viliſsimi comprobamur. [Si
ambulaui in vanitate] i. ſi lenitatibus, falſitatib. iocis, ludis ſeu riſibus fui intentus. Hæc enim ad
vanitatẽ pertinent, tanquam ſoliditate virtutis ac veritatis careotia. [& feſtinauit in dolo pes me-
us] corporalis ſeu ſpiritalis, puta affectus, i. ſi aliquid per fraudem exequi pperaui. & mala hęc in
luxurioſis præcipue vigent, qui per prætactas vanitates quęrunt ad deſideratam pertingere volu-
ptatem, atq; ad hoc fraudulentijs multis vtuntur. [appendat me in ſtatera iuſta] i. in æquitate ſui
iudicij, per quã omnia recte menſurat ac ponderat, iuſteq; iudicat. Vnde dixit Iob 9. Vtinam ap-
penderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera. Vbi de ſignifi-
catione huius ſtateræ dictum eſt plenius. Porro in his atq; ſequentibus huius capituli verbis, vti-
tur Iob iuramento execrationis, quo iurans obligat ſe ad pœnam, ſi quod dicit, verum nõeſt, quo
& Apoſt. vtens: Ego, inquit, Deũ teſtem inuoco in animam meam [& * ſciet Deus] i. ſe ſcire mon- *ſciat.
ſtrabit, & alios ſcire faciet, per approbatiooemque ſciet. [ſimplicitatem meam] quæ duplicitati 2. Cor. 1.
calliditatis ac ſimulationis ſeu fraudis opponitur, & quod ſibi ſoli intentus ſum. De ſimplicitate
autem Iob, in expoſitione primi capituli diffuſe tractatum eſt. His verbis beati Iob de vanitate &
fraude excuſat ſe, præſertim prout inter peccata mortalia computantur, cuius grauitatem, ſynceri
tatem ac ſimplicitatẽ imitari debemus, illud Tobiæ 3. intuentes. Nunquã cum ludentibus miſcui
me, neq; cũ his qui in vanitate ambulant, participem me præbui. Et quod Eſa. 32. aſſerit: Fraudu-

lenti vaſa peſsima ſunt. Itemque in Pſal.5. Virum ſanguinum & doloſum abominabit dominus.
Et ſapientiæ primo: Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Spiri
tus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intelle-
ctu. [Si declinauit greſſus meus] id eſt, operatio mea [de vita] id eſt, de iuſsione legis diuinæ, &
de regia via quæ ducit ad vitam, hoc eſt, opera mea direxi ſecundum legis diuinę præcepta, iuxta
illud Ieremiæ ſexto. Interrogate quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem anima
bus veſtris. [Et ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum] id eſt, ſi oculo exteriori incaute concupiſci
biliterque adſpexi, quod corde concepi ſeu cogitaui. Interdum enim oriuntur in mente cogita-
tiones illicitæ per ſubreptionem, quod etiam homo vitare non valet: ſed tunc cohibendus eſt
oculus corporalis, ne illud inordinate aut appetenter adſpiciat, quod menti ſe ingerit. Hinc ait
Gregorius Gregorius: Quemadmodum ſæpe tentatio per oculos trahitur, ſic nonnunquam concepta inte-
rius, facit ſibi extrinſecus oculos deſeruire. Hoc ergo & nos cum ſancto Iob vitare curemus, nec
Roman.6. exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato. [Et ſi in manibus meis adhæſit macula]
id eſt, ad opus iniquum manum extendi, vel impudice aliquam tetigi, aut aliena diripui. [ſeram,
& alius metat] id eſt, fructus meos alij rapiant, vt ſicut feci alijs, fiat mihi. [& progenies mea era-
dicetur] id eſt, ſoboles mea ſeu propinquitas deſtruatur. Solent enim aliqui aliorum bona au-
ferre, vt filios ſuos ditent, iuxta illud Nahum ſecundo: Leo cepit prædam ſufficienter catulis ſuis.
[ſi deceptum eſt cor meum ſuper muliere] id eſt, ratio mea concupiſcentiæ ſuccubuit & conſen-
ſit, ſicque paſsione decepta, alterius coniugem concupiuit: contra quod Prouerbiorum quinto
inducitur: Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius? [& ſi ad oſtium amici mei
inſidiatus ſum] fraudulenter & callide enitendo, quomodo vxorem eius cognoſcerem. [Scor-
tum ſit alteri vxor mea] id eſt, publice proſtituatur. [& ſuper illam incuruentur alij] eam per adul
terium cognoſcendo, vt pœna correſpondeat culpæ, & illud compleatur in me: Per quæ quis pec
Sap. 11. cat, per hæc & punitur. Vnde Dauid regi, cum vxorem Vriæ cognouiſſet, loquutus eſt De-
us: Ecce ego tollam vxores tuas, & dabo eas proximo tuo, & dormiet cum eis. Sed cum adul-
2.Reg.12. terium & proſtitutio fœminæ maritatæ, ſit tam grande peccatum, quomodo licuit ſancto Iob
id optare ab alijs fieri, ſi ipſe hoc faceret? Et reſpondendum, quod deſiderauit hoc in tali caſu,
non inquantum proſtitutio talis habet rationem culpæ, ſed pœnæ. [Hoc enim] ſcilicet adul-
terium [neſas eſt,] impium & prorſus illicitum, quia contra diuinum præceptum. [& iniquitas
maxima:] quia inter peccata quæ fiunt in proximum, eſt vnum de maximis, immo poſt ho-
micidium ab aliquibus grauiſsimum dicitur. Vnde & Thomas ait: Quanto maius bonum
alicui per peccatum auſertur, ſeu maius nocumentum infertur, tanto peccatum illud eſt gra-
uius: qui autem alterius coniugem violat, maximum quid & chariſsimum bonum eius ſubtra-
hit ei, videlicet coniugem, quæ eſt vna caro cum viro: aufert quoque certitudinem prolis, &
frequenter totam patrimonij viri ſucceſsionem, quæ per adulterium ad extraneum venit. De-
nique coniugati ſibijnuicem fidem ſeu perpetuam fidelitatem promittunt, quod ſcilicet altero
viuente, non erit cum alia quadam perſona commixtio. Idcirco in adulterio eſt fractio voti,
quæ à multis doctoribus ponitur maius peccatum quam periurium. In adulterio quoque eſt
furtum, quia poſſeſſori res ſua, id eſt, marito coniunx ſua occulte auſertur, quantum ad vſum &
tempus. Iterum adulterium maxime eſt contra charitatem fraternam ſeu proximi. Adulter
namque inuiciſsime haberet, quod quis ſuam coniugem violaret, quam vel habet, vel ſi haberet.
Tantum ergo ſcelus prorſus cauendum eſt, & ei grauiſsima debetur damnatio. Quidam quoque
prauiſsimi atque ſtultiſsimi ſunt, qui tam faciliter & frequenter virorum coniuges appetunt. In-
terdum etiam in loco ſacro & in diuino officio, ſoloque cogitatu ac deſiderio in tantam ſe impie
tatem præcipitant, in quibus nihil diuini timoris eſt, nihilque reuerentiæ ad Deum immenſum.
[ignis eſt] adulterium propter æſtum libidinis & per ſimilitudinem operis, ſicut ſubiungitur: [vſ
que ad conſumptionem deuorans] id eſt, adulterantem ſpiritaliter deſtruens, ita quod omnem
virtutem & gratiam perdit, damnationem incurrit, ſæpe etiam facultates ſuas conſumit, & vt di-
ctum eſt, per adulterium patrimonium alterius ad impertinentem hæredem deuoluitur, iuxta il-
Oſeæ 6. lud Eccleſi. viceſimo tertio: Omnis mulier relinquens virum ſuum, peccat, ſtatuens hæredem
vel hæreditatem ex alieno matrimonio. De igne quoque adulterij Oſeas dicit: Omnes adulte-
rantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. [& omnia eradicans genimina] id eſt, germina auſe-
rens vniuerſa, (quia vt dictum eſt) certitudinem prolis tollit, & ſucceſsionem facit incertam, fru-
ctum quoque virtutis & gratiæ prorſus extirpat, iuxta illud Prouerb. 6. Nunquid poteſt homo
abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? Sic qui ingreditur ad vxorem
proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam [Si] pro non [contempſi iudicium ſubire] id eſt,
iuri & iudici me ſubdere [cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent] id eſt, in iudicio con-
tenderent aduerſum me, de ſubtractione mercedis vel oppreſsione laboris, quemadmodum
Geneſis 31. Iacob ait ad Laban: Mutaſti mercedem meam decem vicibus. Ex his patet magna
humilitas

humilitas ſancti Iob, & quod nulli iniuriam fecit, nec auaritiæ deditus fuit, & hoc fecit intuitu di-
uini iudicij, propter quod ſubdit: [Quid enim facerem,] niſi prædicto modo me habuiſſem,
cum ſurrexerit ad iudicandum Deus [id eſt, poteſtatē & æquitatem ſuam exhibuerit circa me, ad
iudicādum me, & ad retribuendum mihi quod merui? quaſi diceret, tunc effugere non valerem,
nec ab eo ſaluarer. [& cum quæſierit] id eſt, rationem à me exegerit, [quid reſpondebo illi?] id
eſt, reſpondere non potero, ſi prædicta bona omiſero, ſed damnabilis inuenirer. Grauiſsimum
etenim ſcelus eſt, mercenarios & famulos atque ancillas opprimere, aut debita mercede priuare.
Propter quod Deuteronomij quarto habetur: Non negabis mercedem pauperi, ne clamet con-
tra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. Et Eccleſiaſtici 34: Qui effundit ſanguinem,
& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Itaque panis egentium, vita pauperum eſt: qui de-
fraudat illum, homo ſanguinis eſt. Et Iaco. 5. Ecce merces operariorum veſtrorum quæ fraudata
eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Denique quod ita habe-
re ſe debuit, oſtendit ex parilitate conditionis: [Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum ope
ratus eſt?] quaſi dicat, Idem Deus meam & ſerui mei animam creauit, & corpori adhuc in vtero
exiſtenti infudit, atque ibidem noſtra corpora organizauit. [& formauit me in vulua vnus] id
eſt, per vuluæ conceptum ab eodem ſumus formati, ſicut ſuperius ait ad Deum: Nonne ſicut lac
mulſiſti me? Ideo ſimiles ſumus & ęquales in natura ſpecifica. Vnde vnus ſuper alium extolli non
debet, quemadmodum Malachiæ ſecundo inducitur: Nunquid non pater vnus omnium no-
ſtrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum, vio-
lans pactum patrum noſtrorum? Hinc ſcriptum eſt ſapientiæ ſexto: Puſillum & magnum Deus fe-
cit, & æqualiter ei cura eſt de omnibus. Ad hanc conſiderationem humilitatis inductiuam, hor- Ephe. 6.
tatur Apoſtolus præſidentes, dicens: Et vos domini eadem facite illis, videlicet ſeruis, remitten
tes minas, ſcientes quia & illorum & veſter dominus eſt in cælis. Cur igitur quidam propriæ
conditionis & fragilitatis obliti, alios aſpernantur ita, vt eos alloqui aut aſpicere vix dignentur,
non attendentes quod ſola propria ſua ſuperbia faciat eos cunctis beſtijs coram Deo contēptibi
liores? Immo quanta maiora & plura à Deo beneficia ſunt ſortiti, tanto plus humiliari Deoque
regratiari ac ſubijci, atque ipſius diſtrictum iudicium formidari deberent. [Si] pro non [nega-
ui quod volebant] voluntati rationabili. [pauperibus,] id eſt, quicquid rationabiliter à me pe-
tierunt, eis donaui. De qua voluntate rationabili, intelligendum, eſt quod in Euangelio lo-
quitur Chriſtus: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, facite eis. Hinc Eccleſiaſticus Matth. 7.
docet: Fili, eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. To- Eccl. 4.
biaſque dixit: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. quomodo potueris, ita eſt miſeri- Tobiæ 4.
cors. [& oculus viduæ expectare feci,] id eſt, viduis à me conſilium, auxilium, eleemoſynamuē
petentibus, mox ſubuenire non diſtuli, ne triſtarentur, aut me differente verecundatæ abirent.
Ideo Prouerbiorum tertio habetur: Non dicas amico tuo, vade & reuertere, cras dabo tibi, cum
ſtatim dare poſsis. Et Eccleſiaſtici 4. Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas dōnum anguſtianti.
Vnde recte ait Apoſtolus 2. Corinthios 9. Hilarem datorem diligit Deus. [ſi comedi buccel-
lam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea] id eſt, pupillos ac indigentes habui commenſa-
les, vel de proprijs meis cibarijs manducantes: quia quæ mihi paraui, eis communicaui. Porro
buccella dicitur, quia intra cellam buccę continetur, per quam hic omne alimentum exprimitur. Eſaiæ 58.
Hinc Eſaias monet: Egenos, inquit, vagoſque induc in domum tuam. [quia ab infantia mea
creuit mecum miſeratio] id eſt, quantum ætate & corporis quantitate, tantum in miſericordiæ
actibus interioribus exterioribuſque profeci, me in illis quotidie exercitando. In bonis nempe
vt ætas corporis, ita & ætas creſcit virtutis. In malis creſcente ætate, innocentia decreſcit, ſecundū
Gregorium. [& de vtero matris meę egreſſa eſt mecum.] per aptitudinem quandam, ita quod ex
ſpeciali dono authoris naturæ naturalique complexione & inclinatione, pronus fui ad opera pie
tatis, ſecundum quod aliqui ſunt naturaliter bonæ indolis, & ſecundum diuerſitatem comple-
xionum diſpoſitioniſque naturalis ſiue ingenitæ, quidam inclinantur ad hanc virtutem, alijque
ad aliam, aliqui quoque ex naturali diſpoſitione proni ſunt ad aliqua vitia, ad quod illud in Pſal-
mo poteſt aptari: Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero. His demum verbis Pſalm. 57.
Deo, non ſibiipſi, Iob miſericordiam ſuam aſcribit. Iuuenes itaque naturalem inclinationem
ſibi ad virtutes inſitam, per vitia non corrumpant: ſed ea bene vtantur, & laudabilibus ſtudijs eā
perficiant, acuent & perornent. Immo quo aliquis melioris eſt indolis, eo cæteris paribus ad vi-
tam virtuoſam plus obligatur, grauiuſque damnatur, niſi donis Dei bene vtatur. Etenim Chriſto
teſtante: Cui plus datum eſt, plus requiritur ab eo. [Si] pro non [deſpexi prætereuntem] id eſt,
quemlibet viatorem ſeu peregrinantem aut mendicantem, [eo quod non habuerit indumen-
tum, & abſque operimento pauperem,] id eſt, pauperem nudum non ſpreui, iuxta illud Eſaiæ
58. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. [Si non benedixerunt mihi
latera eius] i. ipſe mihi gratias egit & dona imprecatus eſt, eo quod latera eius veſtiui. [& de vel-

leribus ouium mearum caleſactus eſt,] id eſt, tunicas pelliceas talibus dedi, quibus caleſacta eſt
caro eorum. His verbis redarguuntur qui pannoſos deſpiciunt, cum tamen Deus ſit honoran-
Iaco. 2. dus in paupere, contra quos terribiliter loquitur Iacobus in ſua Canonica: Si introierit, inqui-
ens, vir in veſte candida, & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte
præclara, ita vt dicatis ei, tu ſede hic bene: Pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabel-
lo pedum meorum, nonne facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? nonne Deus elegit pau-
peres in hoc mundo? vos autem inhonoraſtis pauperes. Hinc Prouerbiorum decimo ſeptimo
Prou. 19. ſcriptum eſt: Qui deſpicit pauperem, exprobat factori eius. quo contra de compatiente Sa-
lomon ait: Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis, & viciſsitudinem reddit ei. Itaque ve-
ſtiendi ſunt nudi. Nam & Chriſtus dicturum ſe perhibet in die iudicij: Nudus fui, & non co-
Lucæ 3. operuiſtis me. In Luca ait quoque Ioannes Baptiſta: Qui habet duas tunicas, det non habenti.
[Si leuaui ſuper pupillum manum meam] id eſt, pupillos ſeu alios inferiores & impotentiores,
quos impune lædere potui, nequaquam per potentiam oppreſsi, nec moleſtaui, [etiam cum vide
rem me in porta] id eſt, in loco iudicij, quod ſolebat dari in vrbiū portis, vt dictum eſt: [ſuperio
rem] id eſt, potentiorem. Vel ſenſus eſt, Cum in cauſa iuſtitiæ prior eſſem, iuſtamque habe-
rem contra inferiores querelam, non dure aut totaliter ab illis exegi, quod iuſte exigere potui;
ſed clementer peperci. [Humerus meus à iactura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſsibus
*confrin. *conteratur] id eſt, membra hæc mea quibus abuſus ſum, diſsipentur. Siquidem iuſtum eſt vt ho
gatur. mo membris priuetur, quibus ad iuſtitiam vtitur. [Semper enim quaſi tumentes ſuper me flu-
ctus Deum timui,] id eſt, indeſinenter Deum vehementiſsime formidaui timore vtique filiali, ve-
luti ſi vidiſſem vndas maris in altum creſcentes, mihique imminentes ſuper me cadere: & vt me-
tuunt nauigantes, dum fluctus marini ſuper nauem eleuati, imminent eis. Tunc enim vehemen-
tiſsime timent, nil carnale eos delectat, nil de temporibus curant, ſed vitam ſolam cupiunt con-
ſeruare. Taliter ſanctus Iob timuit Deum & eius inhonorationem atque iudicium, cuius timo-
rem ſaltem aliqualiter ſequi nitamur, penſantes quantum in ſcripturis timor iſte laudetur. Sa-
lomon itaque Prouerbiorum vigeſimo octauo ait: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Et rur-
ſus vigeſimo tertio: In timore domini eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſsimo. Itemque
Eccl. 1. 23. Prouerbiorum decimo quinto: Per timorem domini declinat vnuſquiſque à malo. De hoc timo
40. 27. re in Eccleſiaſtico multa ſcribuntur, videlicet: Timenti Deum bene erit in extremis, & in die de-
1. 18. functionis benedicetur. Et, Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari. Nihil melius, quàm timere
Deum. Timor domini ſicut paradiſus benedictionis. Et, Si non in timore domini tenueris te in-
*exultati ſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Timor domini, corona * iuſtitiæ eſt. Sapiens in omnibus
onis. metuit. Porro qui ita vt Iob Deum formidat, ſapit quod ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 34. Qui ti-
Matth. 10. met Deum, nihil trepidabit. Ideo loquitur Chriſtus: Eum timete qui poteſtatem habet corpus
& animam perdere in gehennam, [& pondus eius] id eſt, maieſtatem Dei [ferre non potui.] niſi
miſericorditer ageret mecum. Ideo alijs fui miſericors, & niſi Deo me per timorem humiliter
inclinarem. Ideo, quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. Pondus quoque Dei ferre
non poſſumus, quoniam magnitudine ſua & perfectione ſua immenſa infinite excedit & ſupe-
rat nos, nec ad eius contemplationem ſufficimus. In eius etiam dilectione & guſtu deficimus,
iuxta illud Pſalm. 72. Quia inflammatum eſt cor meum & renes mei commutati ſunt, & ego ad
nihilum redactus ſum. Defecit caro mea & cor meum. Itemque Pſalm. 118: Defecit in ſaluta-
re tuum anima mea. Quoniam ergo timor Dei retrahit à peccato, Deum iugiter timeamus,
quam terribilia ſint eius iudicia, quam intolerabilia quæ infligit inferni ſupplicia, perpenden-
tes: quam item malum ſit eum offendere, eum amittere, ab eo æternaliter ſeparari. ſicq; illud Eſa-
iæ octauo implere conemur: Dominum exercituum ſanctificate. Ipſe pauor veſter, & ipſe terror
Pſalm. 2. veſter. Et quod ait Apoſtolus ad Philip. 2 Cum metu & timore ac tremore veſtram operamini
ſalutem. Hinc monet Pſalmiſta: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. [Si]
pro non [putaui aurum robur meum] id eſt, in auro fortitudinem meam non poſui, ſed in Deo. A
precioſiori autem metallo (ſecundum Albertum) omnes deſignat diuitias, quia ſecundum Philo
ſophum 5. Ethicorum: Omnia hoc menſurantur metallo, in quo multi robur ſuum conſtituunt,
inquantum eſt fideiuſſor neceſsitatis futuræ, & precium redimens ab eadem. Iob autem in
creatore robur ſuum conſtituit, iuxta illud Pſalm. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.
Et iterum Pſalm. 17. Diligam te domine fortitudo mea. Itemque 58. Fortitudinem meam ad te
Eclc. 31. cuſtodiam. Hinc Eccleſiaſtici 31. ſcriptum eſt: Qui diligit aurum, non iuſtificatur. Et rurſus: Bea-
tus diues qui poſt aurum non abijt. [& obrizo dixi, fiducia mea es] id eſt, in auro rudi, videlicet
in ſua puritate manenti, quod precioſiſsimum eſt iuxta præhabita: in eo, inquam, ſpē meam non
collocaui, ſed in Deo beatitudinis meæ, quemadmodum ait Apoſtolus 1. Timoth. 6. Diuitibus
huius ſeculi præcipe, non altum ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo. [Si læ
tatus ſum ſuper diuitijs meis multis] i. inordinate de eis glorіatus non ſum, quia nec eas immo-
deranter

deranter amaui,nec in eis confiſus ſum, ſed ordinate vſus ſum eis, tanquam inſtrumentis & me-
dijs ad beatitudinem veram.Scriptum eſt enim Eccleſiaſtici 10. Nihil iniquius quam amare pecu
niam.hęc enim animam ſuam habet venalem. Et Pſalm.51.Super eum(ſcilicet impium & auarum)
ridebunt iuſti,& dicent·Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum,ſed ſperauit in mul-
titudine diuitiarum ſuarum. De huiuſmodi diuite,terrena cæleſtibus, creaturam creatori præfe- Matt. 19
rente,ait in Euangelio Chriſtus: Poſsibilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diui-
tem intrare in regnum cælorum. [& quia plurima reperit manus mea] id eſt, de hoc quod multa
poſſedi, inordinate lætatus non ſum, nec in illis ſuperflue occupor, implens illud Pſalmographi·
Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Itaque in affectu & vſu diuitiarum inordinatus non fu- Pſalm. 61.
it. Cum enim corporalia bona ad ſpiritalia finaliter ordinentur, Intantum poſſunt ordinate quę-
ri ac diligi, inquantum neceſſaria vel vtilia ſunt ad ſpiritalia bona acquirenda, atque ad ſuſten- Prouer. 11.
tatulum vitæ, quatenus Deus vltimata poſsideatur. Hinc fertur· Qui confidit in diuitijs ſuis,
corruet. [Si] pro non [vidi ſolem cum fulgeret] hominibus non interpoſitis nubibus [& lu-
nam incedentem clare, & lætatum eſt in abſcondito cor meum] id eſt, intus lætatus ſum in
his creaturis lætitia fruitionis, quaſi in dijs & cultu latriæ dignis. [& oſculatus ſum manum
meam ori meo] in honorem Solis & Lunæ, quaſi eorum cultui deuote intentus, quæ res, ſci-
licet deoſculatio manus huiuſmodi, & abſcondita perfruitionis creaturæ lætitia, ſeu lumina-
rium cæli cultura, [eſt iniquitas maxima,] cum ſit idololatria & ſuperſtitio vitioſa, qua crea-
turæ impenditur quod ſoli creatori debetur. [& negatio contra Deum altiſsimum.] Adora-
tio namque & fruitiua lætitia ac latriæ cultus, ſoli altiſsimo Deo debentur· quæ cum creatu-
ris exhibentur, ipſo facto Deus altiſsimus denegatur. His verbis fatetur ſe luminaria cæli non
adoraſſe, nec idololatram extitiſſe. Suis enim temporibus gentiles communiter luminaria
cæli & ſtellas tanquam deos colebant, quorum inſaniam frequenter imitabantur Iudæi, vt patet
in libris Regum. Porro quidam idololatrarum ſolem colebant, vt ducem fortunæ in potenta-
tu, fama & gloria: lunam vero, vt ducem in ſanitate & proſperitate terrena, ſicut in Ieremia ha-
betur, quod mulieres Iudæorum placentas fecerunt reginæ cæli, videlicet lunæ, contra quod ſcri Ieremiæ 7.
ptum eſt in Deuteronomio: Ne oculis eleuatis ad cælum videas ſolem & lunam & omnia aſtra Deuter. 4.
cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit dominus Deus in miniſterium cunctis
gentibus quæ ſub cælo ſunt. Vnde Ieremias loquitur· A ſignis cæli, inquiens, nolite metuere,
quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ ſunt. [Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me o- Ierem.10.
derat] id eſt, de aduerſitate ſeu morte hoſtium meorum non exultaui, quia eos non odi. Im-
mo perſonas dilexi, peccata odiui, ideo naturæ condolui. [& exultaui, quod inueniſſet eum ma-
lum,] id eſt, de hoc gloriatus non ſum, quod malum culpæ ſeu pœnæ incurrit. Immo potius do-
lui inde, quemadmodum Dauid Saulem deplanxit· In hoc oſtenditur Iob fuiſſe vir Euangelicę 2.Reg.1.
conuerſationis, implens quod præcipit Chriſtus· Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui
oderunt vos. Hinc Prouerbiorum 17. dicitur· Qui in ruina lętatur alterius, non erit impunitus. Luc. 6.
Rurſuſque Prouerbiorum 24. Salomon docet. Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei.
cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum. Hoc eſt quod ait
Apoſtolus Roman.12. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Vnde fatetur pſalm.7. Si red-
didi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Eccl. quoque 28. opti-
me dicitur· Memento nouiſsimorum tuorum, & deſine inimicari, & ne iraſcaris proximo tuo, &
abſtine te à lite. Sed & Leuit.19. Moſes ait: Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium
tuorum. Porro quod ait lex, odio habebis inimicum tuum, intelligendum eſt quantum ad cul-
pam, non quo ad naturam illius. [Non enim dedi ad peccandum guttur meum.] per guttur im- Iob 29.
pia verba non protuli, optando infortunia inimici. ideo ſubditur: [vt expeterem] id eſt, malum
exigerem ſeu rogarem [maledicens animam eius] id eſt, mala imprecans animæ aduerſarij mei,
immo correctionem & ſalutem eius veraciter concupiui. [Si non dixerunt] immo loquuti ſunt
[viri tabernaculi mei] id eſt, domeſtici mei, [Quis det, de carnibus eius vt ſaturemur?] Hoc Gre
gorius & Albertus exponunt, quod viri illi intantum oderant ipſum Iob propter ſuam iuſtitiam,
& quia redarguit culpas eorum, quod de carnibus eius ſeu mollioribus quæ habuit, ſaturari opta
bant, id eſt, de eius aduerſitatibus refici, vel de eius morte lætari, & tamen hos patienter ſuſtinu-
it. Thomas vero exponit oppoſito ſenſu, quod conuerſatio & præſentia S. Iob fuit ſuis domeſti-
cis tam grata & placita, quod dixerunt, quis det de carnibus eius, id eſt, quis det vt carne præſens
ſit nobis dominus noſter Iob, vt ſaturemur?, ad libitum eum intueamur. & expoſitio iſta rationa
bilior mihi videtur. Non enim apparet ꝙ vir tantæ manſuetudinis, ſimplicitatis ac innocentiæ do
meſticis fuerit oneroſus, præſertim quia ſuperius dixit, quantum eius præſentia ab extraneis ap-
petebatur, & quā auidiſsime verba eius audierant. Verũtamen vtriq; expoſitioni ſatisfaciẽdo, di
ci forſitā poſſet, ꝙ inter domeſticos eius & familiares fuerint quidā peruerſi, quibus propter ſu-
ās iuſtitias fuerat odioſus· ꝙ autem plures eorū boni fuerunt, certum reor. [foris nō manſit pere

grinus]id eſt, quemcunq; peregrinum mihi occurrentem, vel ad me venientem, charitatiue ſuſcepi, & in domum meam deduxi, ac bene tractaui. [oſtium meum viatori patuit,]ita quod quilibet viator facilem & ſecurum ad me introitum habuit. ſicque beatus Iob, ſicut & Abraham, hoſpitalitati liberaliſsime deditus fuit, ſicut & cæteris miſericordiæ actibus. Vnde ad Heb. 13. ait Apoſtolus: Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Et 1. Pet. 4. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. [Si abſcondi quaſi homo peccatum meum]id eſt, falſe me excuſaui, & culpam per hypocriſim palliaui, vel alio modo celaui, quando fuit pandenda & confitenda, ſicut homines facere ſolent ex inordinato & ſtulto timore, in quibus timor Dei nō eſt. [& celaui in ſinu]id eſt, in corde [meo iniquitatem meam]id eſt, nec peccatum commiſſum in proximum, nec iniquitatem in Deum
Iob 20. inordinate abſcondi, ſed humiliter faſſus ſum. Vnde de homine vitioſo non confitenti, dictum
Prou. 28. eſt: Cum dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua: parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo. Hanc virtutem beati Iob imitemur, quia (vt Salomon ait) Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Et Eſaias 43. hortatur: Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris. [ſi expaui ad multitudinem nimiam]id eſt, nullam hominum turbam quamlibet magnam, inordinato timore ſic timui, vt propter eam timore corporalis periculi ab æquitate recederem, aut peccata incurrerem, vtpote malens mori, quam Deum offendere. Peccatum enim eſt fugibilitatis immenſæ, eo quòd Deus ſit honorabilitatis amabilitatiſque infinitæ. Ideo nullo modo debet quis ad peccata induci. Sic & Pſalm. 3. teſtatur: Non timebo milia populi circundantis me. Itemque 26. Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Eſa. quoque 5. dicitur: Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis qui quaſi fœnum areſcit. Propter nullius ergo timorem à Dei timore eſt recedendum,
Prou. 7. quemadmodum ſcriptum eſt: Time Deum, præter eum vero ne timueris alienum. & [deſpectio propinquorum terruit me]id eſt, à propinquis & proximis non ita timui ſperni, vt ex hoc viam veritatis & æquitatis relinquerem. Beati enim qui perſecutionem patiutur propter iuſtitiam. Hoc
Mat. 5.
Lucæ 21. ſancti martyres maxime impleuerunt, quibus & Chriſtus ait: Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis. Sed iam multi ſunt qui potius volunt multa illicita operari, quam ab hominibus deſpici, & præſertim quam velint conſanguineos ſuos offendere, aut deſpici ab eiſdem: in quibus timor carnalis & ſecularis præponderat diuino timori [& non magis tacui,]id eſt, contumelioſa illorum verba patienter ſilenterque paſſus ſum, iuxta illud Pſalm. 38. Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator aduerſum me. Hinc Prouer. 19. habetur: Gloria viri iniqua prætergredi. Et ſequenti ibi capitulo: Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus. Et Eccleſiaſt. 7. Non litiges cum homine potente & cum homine linguato, [nec egreſſus ſum oſtium]id inuadendum iniuriantes mihi, ſicut impetuoſi & præſumptuoſe audaces facere ſolent, periculis incaute ſe exponentes. Conſequenter Iob videns ſibi à multis non credi, ſeq; contemni, ad diuinum ſe refert iudicium, ſicut & ſupra aliquoties iam fecit. [Quis mihi tribuat adiutorem, id eſt, cupio me iuuari, vt veritas pateat. vel auditorem, vt aliqui textus habent. id eſt, qui rationes, quibus veritatem defendo, aduertat. [vt deſiderium meum omnipotens audiat]id eſt, ad effectum perducat declarando per ſuam ſententiam quis verum dicat, ego vel contradictores mei [& librū ſcribat ipſe qui iudicat]id eſt, Deus iuſtus & ineffabilis iudex in ſcriptis redigi faciat, quicquid boni & mali commiſi, ne veritati amplius derogetur [vt in humero portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi]id eſt, vbique eum circunferam, omnibuſque præſentē, quicquid in eo conſcriptum extiterit, quatenus omnes qualis ſim, noſcant. Hoc totum B. Iob, ad oſtendendum ſecuritatem & innocentiam conſcientiæ ſuæ, quodque nil cupiat, niſi vt veritas cauſa ipſum concernentis, vniuerſis pandatur. Vnde Ioan. 3. legitur: Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. [Per ſingulos gradus meos]corporales & ſpiritales, videlicet pedum ac virtutum mearum proceſſus & actus, [pronunciabo illum [loquendo & vera eſſe teſtando, quæ Deus in libro illo conſcripſerit, cuius ſententiæ contradicere nolo [& quaſi principi offeram eum]id eſt, hunc offeram Deo principi ſummo, contentus gratumque habens vt mecum procedat iuxta ea quæ ipſe de me in lib. aſſeruit. Hæc autem literaliter de libro conſcientiæ proprie ſumi non valent, quia ex illo alteri in hac vita veritas non mon-
1. Cor. 2. ſtratur. Quis enim ſcit quid agatur in homine, niſi ſpiritus hominis, iuxta Apoſtolum? [Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent,] Terra & ſulci eius, materialiter contra poſſeſſorem ſuum clamant & plorant, quando poſſeſſor vitioſe ſe habet circa terræ culturam, operarios terræ nimis grauando, aut non debite præmiando, ita quod iuſtam habent rationem clamandi cum fletu aduerſus dominum terræ, qui mercedem dignam eis non tribuit, quod vitium in B. Iob locum non habuit. Iuxta illam metaphoram ait Pſal. 84. Valles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent. Vnde expoſitorie ſubdit: [ſi fructus eius comedi abſq; pecunia]i laboratoribus, qui terræ naſcentia aptauerunt ad vſum meum atq; meorum, metendo, molendo, pinſendo, ſeu aliter cooperando, debitam pro labore pecuniam ſolui. [& animam agricolarum

larum eius afflixi]eis iniuriam aliquam irrogando, aut ſolutionem diu differendo. [pro frumento,] quod ſeminatum præſtulor multiplicatum mihi naſci, [oriatur mihi tribulus] id eſt, herba inutilis ac ſpinoſa, [& pro hordeo ſpina.] Iuſtum eſt enim vt qui aliena retinet, propria perdat. Et verbum iſtud alludit ei, quod in Geneſi dictum eſt homini: Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus ſuos, ſed ſpinas & tribulos germinabit tibi. Præterea ſpiritaliter terra contra dominum ſuum clamat, dum ſubditi contra prælatum aut principem ſuum iuſte conqueruntur, quia debitum prælaturæ & præſidentiæ eis non exhibet. Sulci vero terræ, ſunt homines virtuoſi virtutibus culti, qui iuxta Ioelem corda ſciderunt pœnitentiæ vomere, qui ſuperiorum negligentiam iniuſtitiamque deplorant, immo & boni communis atque animarum deflent pericula & iacturam. Talis autem Iob non fuit. Porro fructus terræ abſque pecunia edere, eſt de bonis eccleſiæ ſuſtentari: nec tamen prædicationis talentum ſubditis impartiri, ſed debitum officij non implere. quod quam impium ſit, quis non aduertat? Animam demum agricularum terræ affligere, eſt vicarios ſubſtitutosque principes ſeu prælatos iniuſte vexare. Poſtremo, quod ait, pro frumento oriatur mihi tribulus, ita ſpiritualizatur: ſi prætacta mala commiſi, pro bonis gloriæ quæ iuſtis donantur, mala mihi damnationis pro mercede præſtentur. Gen. 3. Iohel. 2.

Elucidatio cap. 32. Omiſerunt autem viri iſti reſpondere Iob.
Articulus 60.

TRIBVS amicis beati Iob à ſua diſputatione & replicatione ceſſantibus, & aſſertionibus ipſius IOB cedentibus, quartus diſputator inſurgit, videlicet Elihu, qui (ſecundum Thomam) acutioribus rationibus vtitur contra Iob, quàm priores, magiſque ad veritatem accedit, Vnde nec Iob ei reſpondet, quanuis in aliquo à veritate declinet, & verba Iob ſiniſtre interpretetur. Quomodo autem intelligendum ſit dictum hoc Thomæ, ex dictis Alberti pateſcit, dicentis: Sententiæ tres præmiſſæ, antiquiores dicuntur: quia ex communibus ſunt & generalibus, quæ in inuentione ſcientiarum & artium prima fuerunt, ſecundum philoſophum in fine Elenchorum, quæ communia poſteriores coarctauerunt atq; auxerunt, & ad propoſitum determinauerunt. Talia autem communia fuerunt, quæ dixerunt tres viri: & quoniam Elihu iſte determinat & coaptat talia communia principia ad propoſitum, magiſque arguit ex particularibus, quod fuit ſecundum philoſophum ſtudium poſteriorum, idcirco ſententia iſta dicitur iunior atque poſterior. Non enim alia dicit quam primi tres: ſed quia priorum ſtudia coarctauit, & per adiuncta multiplicauit, & ex his probabilius arguit; hinc ſententia eius iunior perhibetur, quam diuinitus accepiſſe ſe aſſerit. In rhetoricis quippe diſputationibus, quæ (ſecundum Boethium) ſunt inuolutæ adiunctis, prima & generaliora principia frequenter ſunt falſa: particularia autem & coarctata, efficaciora ſunt ad perſuadendum, quæ tamen poſteriora ſunt ſecundum artis inuentionem. Præterea ſecundum Gregorium, verba Elihu tanto grauiori circunſpectione penſanda ſont, quanto per iuuentutis audaciam feruentiore ſpiritu proferuntur. Poſtremo, quam ſublimia ſint quæ dicit, conſtat ex eo quod dominus ait de eo: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? alta etenim dixit, ſed in modo loquendi exceſſit, debitam non obſeruans modeſtiam, ſicut in proceſſu patebit. Itaque dicitur: [Omiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quod iuſtus ſibi videretur, ſicut & fuit. Bonæ enim conſcientiæ fuit, & Dei auxilio, non proprijs viribus, iuſtum ſe cenſuit, atque hoc tot verbis monſtrauit, quod amici eius ei conſenſiſſe creduntur. [Et iratus indignatusque Elihu filius Barachiel] qui forte fuit proximus pater eius, [Buzites] id eſt. de progenie Buz, qui ſicut in Geneſi legitur, fuit ſecundo genitus filius Nachor fratris Abrahæ, vt quidam exponunt. [de cognatione Ram[Secundum Albertum, Abraham primo vocatus eſt Ram, id eſt. excelſus, poſtea dictus eſt Abram, Id eſt, pater excelſus. poſtremo dictus eſt Abraham, id eſt, pater multarum gentium. Cum autem primo habitaret in Chaldæa, non dicebatur niſi Ram, hoc alibi non legi. Itaque ſecundum Albertum, Elihu fuit de cognatione Abrahæ per Eſau, quod prænducto verbo non conſonat. [Iratus eſt autem contra Iob, eo quod Iuſtum ſe diceret coram Deo]id eſt, in veritate & ſecundum infallibile iudicium Dei, non tamen comparatione ipſius. Superius enim Iob 13. dixit: Si iudicatus fuero, ſcio quia Iuſtus inueniar. Et iterum Iob. 23. Viam eius cuſtodiui & non declinaui ex ea. Rurſusque Iob 27. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Hæc etenim dicens, videbatur præſumptuoſus & agere contra illud. Eccl. 7. Non te iuſtifices ante Deum, quoniam cognitor cordis ipſe eſt. Verum hæc Ira Elihu, quanuis ſibi videbatur iuſta ſeu ira per zelum, vtpote ex amore Dei ac veritatis procedens, tamen non fuit ſecundum ſcientiam, id eſt, diſcreta, immo & ex errore proceſſit, quia non recte intellexit verba beati Iob. Denique non ſemper nec vniuerſaliter extat illicitum, vt homo Iuſtum ſe dicat coram Deo, ſecundum expoſitionem prætactam, cum & Ezechias alloquens Deum: Memento, inquit, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. Atque Pſalm. 85: Cuſtodi

Thomas Albertus Philoſo. Gregorius Gen. 22. Albertus 4. Reg. 20.

ſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum. Quod autem Eccleſiaſt. 7 ſcriptum eſt, tantundem
conuincit, quod homo non debet ſe paſsim & ſine grandi neceſsitate ſeu rationabili cauſa iuſti
ficare coram Deo. [Porro aduerſus amicos eius indignatus eſt eo, quod non inueniſſent re-
ſponſionem rationabilem] argumentorum Iob, quibus ſe iuſtum probauit, illoſque reprobauit.
[ſed tantummodo condemnaſſent Iob] id eſt, verbis multis eum reprobaſſent, nõ rationibus ido
neis dicta ſua firmantes. [Igitur Elihu expectauit Iob loquentem] id eſt, verba eius non in-
terrupit, & tam diu conticuit, quouſque ſperauit aliquem trium amicorum Iob loquuturum
aut reſponſurum, [eo quod ſeniores eſſent qui loquebantur,] videlicet Eliphaz, Baldath, & So-
phar. Ideo ceſsit eis propter eorum ætatem, iuxta illud Eccleſiaſt. 32. Adoleſcens, loquere in
cauſa tua vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum: & vbi
ſunt ſenes, non multum loquaris. Leuit. quoque decimo nono ſcribitur: Coram cano capite
conſurge, & honora perſonam ſenis. [Cum autem vidiſſet] oculo interiori, & idipſum e-
tiam exteriori oculo perpendiſſet, [quod reſpondere non poſſent] beatus Iob, [iratus eſt vehe-
menter] quia putauit quod ex ſuperatione & taciturnitate illorum Deo derogaretur, veritas de-
periret, & Iob in ſuis obduraretur errorib. [Reſpondéſq; Elihu filius Barachiel, Buzites, dixit.]
Ex hoc quod omnia iſta tã determinate & circnuſtãtionaliter deſcribũt, certiſsime liquet quod
hiſtoria libri huius ſit de re veraciter geſta, non de quodam conficto vel tantum parabola: [Iuni
or ſum tempore,] non tamen ſcientia aut eloquentia minor, ſaltem de nuda atque informi veri-
tatis notitia. [Vos autem] amici Iob [antiquiores: idcirco demiſſo] i. reuerenter inclinato [capi-
te verius ſum] i. timui: [vobis indicare meam ſententiam] ne loquacitatis & præſumptionis argu
Albertus erer. Allegat Alb. Ciceronem, dicentem q̧ Socrates in iuuentute ſi. a ſeptem annis ſiluit, antequã
Cicero. aliquid loqueretur reſpondendo. [Sperabam enim q̧ ætas ſixor loqueretur] i. ꝓ quod vos ſe-
nes rationabilius reſponſuri eſſetis, [& annorum multitudo doceret ſapientiã] i. vos qui totan-
nis vixiſtis, & multa experti eſtis, oſtenderetis errorem & inſipientiam Iob, & quid vere tenendũ
Iob. 12. eſt in materia diſputationis præſentis. Vnde ſuperius dictum eſt: In antiquis eſt ſapientia, & in
multo tempore prudentia. Pro. quoq; 20. fertur: Dignitas ſenũ canicies. quod intelligitur de ca-
nitie mentis, de qua Sap. 4. aſſeritur: Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immacula-
ta. Ad inſinuandũ quoq; quã deteſtabilis ſit inſipientia in antiquis, ſcriptũ eſt Eccl. 26. Tres ſpe-
cies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorũ. Pauperẽ ſuperbum, diuitem mendacẽ, &
ſenem fatuũ & inſenſatum. [ſed vt video] experimentaliter ex ſuperatione atq; ſilentio amicorũ
Iob, [ſpiritus eſt in homine.] Hoc quidã exponunt de ſpiritu Dei ſeu ſpiritu ſancto, qui eſt in eo
quem per gratiam ſuã inhabitat & illuſtrat. Poteſt tamẽ (vt reor) aptius interpretari de anima ho-
minis, quæ eſt ſpiritus rationalis. tanquam dicat, Omnib. hominibus eſt cõmune, ſpiritum ſeu a-
nimam rationalẽ habere, ſed nõ omnibus cõmune eſt ſapientiã poſsidere. Hinc ſubditur: [& in-
ſpiratio] i. interna illuminatio [omnipotentis dat intelligentiã] i. certam veritatis notitiã, à qua
ratio naturalis deſuper nõ adiuta, multipliciter deficit. Hinc Dan. 2. inducitur: Deus dat ſapienti
am ſapientib. & prudentiã intelligentibus diſciplinam. Et Eccl. 1. Omnis ſapiẽtia à domino Deo
eſt. Saluator quoq; ait: Cũ venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Deus autẽ
Ioan. 16. quandoq; per ſeipſum immediate edocet mentem humanam, quandoq; per angelum. Hinc Sa-
Sap. 9. piens orat: Mitte domine ſapientiam de cęlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum
Gregorius ſit & mecum laboret, vt ſciã quid acceptum ſit corã te omni tempore. Porro iuxta S. Gre. his ver-
bis Elihu ruit ad arrogantiam, reputans ſe alijs ſapientiorem. Quatuor enim (ſecundũ Gregoriũ)
ſunt ſpecies ſuperborum. Prima eorum qui bonum à ſeipſis habere ſe arbitrantur: Secunda, eorũ
qui illud proprijs meritis ſuis attribuunt: tertia, eorum qui ſe iactant habere quod non ha-
bent: quarta, eorum qui deſpectis cæteris, ſingulariter appetunt videri habere quod habent.
[Non ſunt longæui,] id eſt, antiqui, [ſapientes] cognoſcendo diuina, [nec ſenes intelligunt iudi
cium] i. rectam veramq; cenſurã actuum humanorum. hoc ad literam dicit contra & Iob præſer-
tim contra eius amicos, quod conſenſerint verbis Iob derogantibus iuſtitiæ ac prouidentiæ Dei,
ſecundum Elihu æſtimationem, & quod crediderint ipſum Iob eſſe iuſtum. [Ideo dicam] digna
*ſapiẽtia auditu. [audite me] auribus mentis & corporis, [& oſtendam vobis etiam ego meam *ſcienti-
am] in quibus verbis notatur hic Elihu de immoderata ſui reputatione & ſuæ ſcientiæ præſum-
*diſceptra-mini. ptione. [Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prouidentiam veſtram, donec *diſceptaretis]
id eſt. pariter diſputaretis [ſermonibus, & donec putabam vos aliquid dicere,] quod efficax eſſet
ad oſtendendum propoſitum, [conſiderandum] veſtra verba, & quis veſtrum rationabilius lo-
queretur. ideo decet vt nunc me audire dignemini, [Sed vt video, non eſt] aliquis veſtrum [qui
arguere poſsit Iob] i. dicta eius improbare. [& reſpõdere ex vobis] i. ex ſenſu vel numero veſtro,
[ſermonibus eius] quibus ſe excuſat atq; iuſtificat, voſq; accuſat. Itaq; oſtendam vobis ſcientiã
meam, [Ne forte] vos amici Iob [dicatis, inuenimus ſapientiam [i. vere & ſapienter argumentati
ſumus aduerſus Iob, dicendo: [Deus proiecit eum, non homo] id eſt, per hoc ſufficienter pro-
baumus

bauimus ipſum Iob eſſe iniuſtum, quoniam Deus eum in hanc aduerſitatem proiecit, qui errare non poteſt: & non homo, qui frequenter errat in iudicando ac puniendo. Ex hoc enim potiſsime arguerunt quod Iob eſſet pro ſuis peccatis percuſſus, quia à Deo plagatus, qui eſt iuſtus & infallibilis iudex, non inferens pœnam niſi pro culpa. Sed (vt patuit) illud argumentum non extat ſufficiens, quoniam falſum eſt quod Deus nullum puniat in hac vita, niſi pro ſuis peccatis. Hinc Elihu intendit per efficatiora argumenta intentum probare. [Nihil loquutus eſt mihi] id eſt, in hac diſputatione non ad me, ſed ad vos verba ſua direxit: nec mihi iniuriam intulit, vt putetis me ex ira & paſsione irrationabili prouocatum ad impugnandum verba Ipſius. [& ego non ſecundum veſtros ſermones reſpondebo illi] id eſt, non tam inualidis vtar argumentis, vt vos, ſed ſubtilius arguam. Aliqui autem affirmant quod Elihu ideo dicit hoc, quia ponebat animam hominis mortalem, cuius oppoſitum ſenſerunt amici Iob. Verum vt frequenter oſtenſum eſt, amici Iob non ſenſerunt oppoſitum huius. [Extimuerunt, nec reſponderunt vltra] id eſt, amici Iob ita ex verbis eius perterriti ſunt, quod ſibi vltra reſpondere auſi non erant, putantes quod eſſet vera citer iuſtus, & quod ipſi male egiſſent eum ſic obiurgãdo. [abſtuleruntque à ſe eloquium] id eſt, ſibijpſis impoſuerunt ſilentium. [Quoniam igitur expectaui] deſerendo ſenioribus, nec loquendo quouſq; loqui ceſſarent, ſecundum illud Eccl. 23. Audi tacens, & ꝓ reuerentia accedet tibi bona gratia. Itemq;, Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. [& non ſunt loquuti,] i. iſti tres viri poſt vltimam ſermocinationem Iob vltra non reſponderunt. [ſteterunt] aduertendo quæ protulit Iob, [nec reſponderunt vltra, reſpondebo & ego partem meam,] i. tantundem vt ſpectat ad me. [& oſtendam vobis ſcientiam meam.] Hoc ſemel iam dixit, & rurſus illud nunc repetit: quia etſi zelo æquitatis fuit vtcunq; ſuccenſus, tamen quoniam iuuenis imperfectuſq; fuit, vanitas ſe miſcebat, & oſtentare ſe cõcupiuit. imperfecti nẽpe & paſsionati quanuis aliquando bonum concipiant, & ex bono fonte quid inchoent, multiplex tamen ſe miſcet in proceſſu defectus. [Plenus ſum ſermonibus] mentalibus, id eſt, ad loquẽdum multa concepi, & ad loquendum rhetorice pronus ſum, tanquam eminenter facundus & doctus. Sed reuera vitio loquacitatis ſubiacuit, contra quod ait ſcriptura: Eſt odibilis qui procax eſt ad ad loquendum. [& coarctat me ſpiritus vteri mei.] Vteri nomine, mens ſeu intellectus exprimitur, quo verbum internum concipitur, ſicut in vtero corporeo proles. Spiritus autem vteri, eſt vel volũtas ad actũ intellectus impellens, vel ipſa anima, cuius vis eſt ipſe intellectus, qui ſpiritus coarctauit, id eſt, conſtrinxit & incitauit ſeu impulit ipſum Elihu ad loquendum, partim ex vanitate, & partim ex impatientia. interdum vero iuſti ad loquendum impelluntur ex Dei & ꝓximi charitate, ad Dei honorẽ & proximorum ſalutem, prout in Actis de Paulo narratur, quod incitabatur ſpiritus eius in ſemetipſo, videns idololatriæ deditam ciuitatem Athenienſem. [En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo] id eſt, intellectus meus ita conatur in verba oris erumpere, ſicut muſtum carens ſpiraculo ſeu foramine, per quod vapor ex muſto aſſcendens erũpat, conatur vaporem ſuum emittere. [quod lagunculas nouas dirumpit] id eſt, vaſa in quibus eſt, quæ niſi aperturam habeant, per quam vapor aſſcendens emanet, ſolent diſrumpi & frangi. Multiplicatur enim vapor interior muſti, egredi quærens. Vnde in Euangelio loquitur Chriſtus: Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinũ effunditur. Hoc ipſum & iuſti aliquando patiuntur ex puriſsimo zelo veri & æqui, quemadmodum aſſerit Hiere. 23. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus vino à facie domini, & à facie verborum ſanctorum eius. Vnde de Apoſtolis feruentiſsime in die Pentecoſtes loquentibus ſcelerati dixerunt, quia muſto pleni ſunt iſti. [Loquar & reſpirabo paululum] id eſt, loquendo anxietatem & æſtuantem cordis feruorem ad loquendum pro Deo aliqualiter temperabo, conſolabor, & requieſcere faciam. [aperiam labia mea] quaſi ex deliberatione ſublimia prolaturus, [& reſpondebo] Etenim quo diutius tacuit, cum ea quæ ſibi diſplicuerunt, & Deo atque iuſtitię obuiare tanquam blaſphemiæ videbantur, eo ardentius deſiderium reſpõdendi ſuccreuit in eo. Sic & Eliphaz ad Iob 4. dixit: Conceptũ ſermonem tenere quis poterit? [Nõ accipiam perſonã viri] i. Intuitu hominis à veritate & iuſtitia nõ recedã. Ille equide ſecundum Thomam, reſpondendo perſonam hominis accipit, qui veritatẽ relinquit, vt homini deferat ſiue complaceat. In quo verbo Elihu oſtendit ſe Deum imitari, de quo in Paral. Actuumq; lib. ſcriptum eſt, quod non ſit perſonarum acceptor. [& Deum homini non æquabo.] cum Deus ſit infinite, & per conſequens, incomparabiliter melior atque perfectior homine, immo & toto vniuerſo, quod etiam Elihu ideo ait, quia ſecundum ſuam æſtimationem Iob immoderanter comparauit ſe Deo. Nam infra ait ad Iob: Nunquid tibi iuſta videtur cogitatio tua, vt diceres, iuſtior Deo ſum? Cur autem tam iuſte loqui intendat, adiecit: [Neſcio enim quamdiu ſubſiſtam] id eſt, diem & horam mortis ignoro. [& ſi poſt modicũ tollat me factor meus] id eſt, ignoro an creator meus cito auferet me de hac vita. Vel ſenſus eſt: Neſcio an poſt breue tempus vel longum adducet me ad ſuum tribunal. Ideo ſic agere debeo, quaſi quotidie moriturus, quia tempus pœnitendi mihi dudũ eſſe

non

Ecci. 20.

Eccl. 20.

Acto. 17.

Math. 9.

Acto. 2.

Thomas.

2. Par. 19.

Actor. 10.

non noui: vnde pro modico dubiæ atque corruptibilis vitæ, à veritate & æquitate neqnaquam
recedere debeo. Sic & Chriſtus Marc. 13. hortatur: Videte, vigilate & orate, neſcitis enim quan-
do dominus veniat, ſero an media nocte, an galli cantu, an mane. Denique Elihu (vt moris eſt ina
niter ſapientum, & in proprijs oculis virtuoſorum) verbis iactantiæ, ſapientiæ verba commiſcet,
vt ſapiens iudicetur, & rationabiliter loqui monſtretur. ſed in talibus hominibus paſsiones & vi
tia actui rationis ſe intus permiſcent, atque ad repræhenſibilia verba inducunt.

Explanatio cap. 33. Audi ergo Iob eloquia mea. *Art. 61.*

FINITO ſuæ diſputationis procemio, Elihu nunc diſputationem ipſam aduerſus Iob in-
choat, & partim ira ac impatientia, partimque præſumptione & elatione cæcatus, modeſti-
am in loquendo non ſeruat. [Audi ergo Iob eloquia mea] id eſt, euidentia verba, quaſi e-
xtra ſeu aperte ac lucide pronuncianda, [& omnes ſermones meos auſculta.] quaſi dicat, Om-
nia quæ effabor, aduertentia ſunt condigna. [Ecce aperui os meum * Loquetur ſigna mea in
* loquatur faucibus meis] id eſt, intra fauces ad formationem verborum mouebitur. lingua quippe conti-
nuatur ad cor. Idcirco præmeditata, articulata, literataque profert. Nunquid paruus fuit in
oculis ſuis, qui hoc magnum atque notabile reputauit, quod aperuiſſet os ſuum, idque pronun-
ciauit quod lingua ſua in faucibus ſuis mox loqueretur? Non vtique paruæ ſapientiæ aut modi-
ci ponderis ſe putauit, qui proprios actus ſic extulit. [Simplici corde omnes ſermones mei] id
eſt, verba mea ex ſyncera intentione pendent, ita quod nihil intendo niſi veritatis defenſionem,
ad Dei honorem & aliorum ædificationem. Nec loquar ad calumniandum, nihilque calidita-
tis vel duplicitatis in me reperietur neque in verbis meis ſonabit. Veruntamen iuxta præhabi-
ta, iſtud ita non fuit: quia non tantú ex zelo veritatis motus eſt loqui, ſed inſuper ex gloria vana,
vtpote excellentiam ſapientiæ & eloquentiæ ſuæ cupiens demonſtrare, indeque reputari. [& ſen-
tentiam labia mea loquentur puram] id eſt, ſenſus altos ac ſapientiales ſine admixtione falſita-
tis pronunciabo, quod rurſus penitus verum non eſt: quamuis enim multa vera ſententioſaque
proferat, falſa tamen ex eis concluſit aduerſus Iob, & multa crimina ei mendoſe impoſuit. [Spi-
ritus Dei fecit me] ideo dignum & iuſtum, vt me verbis diuinæ maieſtati derogatiuis opponam.
Quemadmodum enim totum quod ſumus & habemus, à Deo ſuſcepimus: ita omne id in eius
Hilarius. honorem expendere reuerenter debemus, vt ait Hilarius. Porro per ſpiritum Dei, intelligi po-
teſt ſpiritusſanctus, vel intellectus ſeu voluntas diuina, ſeu Deus abſolute, qui ſpiritus eſt. [& ſpi-
Gen. 2. raculum omnipotentis viuificauit me.] In Geneſi ait ſcriptura: Formauit Deus hominem de
limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuen-
tem. Vbi per ſpiraculum intelligitur ſpiritus ſeu anima rationalis, corpus viuificans vitæ natu-
ræ, immo dans homini vitam vegetatiuam, ſenſitiuam, ſecundum locum motiuam, & intellecti-
uam. & ita hic accipi poteſt ſpiraculum, quod dicitur ſpiraculum omnipotentis, quia ab ipſo pro-
cedit, creatur, infunditur, immo quodammodo inſufflatur. Hinc in ſcripturis veteris teſtamen-
ti anima flatus vocatur, vt cum per Eſaiam 57. dominus ait: Spiritus à facie mea egredietur, & fla-
Dan. 5. tus ego faciam. Daniel quoque propheta Balthaſar regi loquens: Deum, inquit, qui habet flatum
tuum in manu ſua, non honoraſti. Inſuper per ſpiraculum intelligi poteſt ipſa inſpiratio Dei per
gratiam illuſtrantem, quæ viuificat mentem ad vitam ſapientialem ſeu interiorem ſapientiæ a-
Matt. 11. ctum, qui animæ vita eſt, iuxta illud Sapient. 4. Sapientia vitam filijs ſuis inſpirauit. Chriſtus etiá
in Euangelio: Iuſtificata eſt, ait, ſapientia ab omnibus filijs ſuis. [Si potes, reſponde mihi, & ad-
uerſus faciem meam conſiſte] id eſt, argumentationibus meis ſatisfac & reſiſte, ſi vales. quaſi di-
cat, paratus ſum morem gerere tibi, tuamque reſponſionem ſuſcipere. ſed hoc verbum rurſus ſu-
perbiam videtur prætendere. quid enim eſt dicere, ſi potes &c. niſi ſcio, quia non poteris mihi re-
ſpondere atque reſiſtere? [Ecce me ſicut te fecit Deus.] iuxta illud Malach. 2. Nunquid non De-
us vnus creauit nos? Etenim quantum ad animam, immediate à Deo ſumus creati. Subſtantia ve-
ro corporis, à Deo originaliter condita eſt, ſed per cauſas ſecundas formatur & organizatur, atque
à proprijs parentibus propagatur. Sed opus naturæ eſt principaliter opus primæ cauſæ, etiam iu-
xta philoſophos. [& de eodem luto ego quoque formatus ſum.] quamuis corpus humanum ex
quatuor elementis mixtum dicatur, nihilominus de limo terræ primus parens formatus deſcri-
bitur, quia in hominis corpore dominatur terra præ cæteris elementis. De eodé ergo luto in ſpe-
cie, non in eodé in numero, Iob Elihuque formati fuerunt: quoniá vtriuſque materia, eiuſdé eſt ratio-
nis, & quantú ad primá hominis formationé, oés de luto ſeu terræ limo formati aſſerimur, q. a vide-
licet is formatus eſt, in quo oés quodámodo eramus & côtinebamur, tanquá in originali quodá
Rom. 5. principio. Vnde & oés in ipſo peccauimus, ſecundú Apo. Præterea, per lutú apte deſignatur mate-
ria corporis noſtri ꝓpinqua, videlicet ſemé iá coagulatú in vtero matris, atque per hoc luto aſsimi-
Iob 10. latú. Vnde & ſupra Iob ait ad Deum: Memento quæſo quod ſicut lutú feceris me. Nônne ſicut lac mul
ſiſti me,

ſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Hinc per Hier. 18. dominus loquitur: Sicut lutum in manu
figuli, ita & vos in manu mea. Hæc Elihu introduxit, vt ex conſideratione paris conditionis, Iob
ſumat reſpondendi fiduciam, vel ne Iob deſpiceret diſputare cũ Elihu, eo quod minor eſſet. [Ve
runtamen miraculum meũ] i. ſapientia mea mihi deſuper mirabiliter data, in qua ita præſulgeo,
quaſi miraculũ videatur ꝙ ego qui iuuenis ſum, intantũ ſeniores in ſapientia vinco, cum tamẽ de
luto ſim ſicut & illi. [non te terreat, & eloquentia mea non ſit tibi grauis] i. non erubeſcas ꝙ ego
iunior te, ita te in eloquentia ſupero. Aliquibus enim moleſtũ eſt, quod alius eis inuenitur perfe
ctior. Cõmuniter quoq; minus periti, & minus facundi, terreri ſolent corã ſapientiore & eloquẽ
tiore. Itaq; cõſolatur & admonet S. Iob, ne immoderanter grauetur audiendo ſuæ poſitionis re ꝓ
bationẽ per verba & argumenta rhetorica. Siquidẽ tanto ſolet alicui alterius eloquentia eſſe mo
leſtior, quanto per eam ſua aſſertio apparentius confutatur. Deniq; ſecundũ Greg. arrogantibus Gregorius
ꝓprium eſt, vt antequã aliquid dicunt, mira ſe dicturos exiſtiment, & locutionẽ ſuã mirãdo præ-
ueniant: quia in acutis ſenſib. ipſa elatio quanta ſatuitas ſit, ignorant. Hinc Paul. Heb. ſublimiter Heb. 13.
exhortatus, ſubiũxit: Rogo aũt vos fratres, vt ſufferatis verbũ ſolatij: etenim perpaucis ſcripſi vo
bis. Elihu aũt quædã inania ꝓtulit, & quaſi conſolando ſubiungit: Miraculũ meum nõ te terreat,
& eloquentia mea nõ ſit tibi grauis Ille dicta ſua verbum ſolatij, hic vero eloquentiam & miracu
lum vocat. [Dixiſti ergo in auribus meis, & vocẽ verborum tuorum audiui.] Dupliciter dicitur
aliquid alteri dici in auribus eius. Primo, quia occulte ei quid dicitur, ore loquẽtis applicio auri-
bus audientis. Secundo, quia ſic dicitur, ꝙ verba pertingunt vſq; ad aures perceptionẽq; audien-
tis, & ita intelligit Elihu. [Mundus ſum ego, & abſq; delicto immaculatus, & non eſt iniquitas in
me.] Hoc formaliter Iob nõ dixit, & quamuis quædam ſimilia ꝓtulit, non tamen ad ſenſum quẽ
Elihu inde elicit & intendit. Deniq; moris eſt quorundã animo feruidorũ, dum quid ſibi diſpli-
cens audiunt, illud repetendo exaggerare, alijſq; verbis durius iterare. Paſsiones equidẽ ratione
non refrenatæ, faciunt à medio virtutis ac veritatis recedere. Imponit autem Elihu ipſi Iob, quod
verba hæc dixerit, quia iam frequenter & diffuſe ſuas recitauit iuſtitias, atq; iuſtum ſe eſſe proba-
uit, nec meruiſſe flagella ſibi illata. Nam inter cætera aſſirmauit: Veſtigia eius, ſcilicet Dei, ſecu- Iob 23. 31.
tus eſt pes meus, viamq; eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. Itemq;: Semper quaſi tumentes ſu 16.
per me fluctus timui Deum. Et rurſus: Paſſus ſum abſque iniquitate manus meę, cum mundas ha
berem ad Deum preces. Inſuper, quamuis verba inducta ſoleant accipi pro eodem, tamen hic
poſſunt diſtingui hoc modo: [Mundus ſum] corde à cogitationibus & affectionibus inordinatis,
[& abſque delicto] id eſt, ſine culpa omiſsionis, [immaculatus] corpore à vitijs carnis, & non eſt
iniquitas commiſsionis ac operum ſeu iniuſtitiæ contra Deum aut proximum in me, & hoc Eli-
hu accipit, quaſi Iob dicere voluiſſet, quod nulli vnquam peccato etiam veniali ſubiacuit, cum ta
men Iob huius oppoſitum faſſus ſit, dicens: Peccaui, quid faciã tibi ô cuſtos hominũ? Et denuo: Iob 7.
Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Non Itaque à venialibus pror- Iob 14.
ſus aſſeruit ſe immunem. [Quia querelas In me reperit] id eſt, Ita ſe circa me habuit, ſicut qui de
alio conqueritur, & ei mala imponit, cum ille ſit innocens. Albertus autem exponit ſic: Quia que
relas &c. id eſt, occaſiones inueniẽdi querelas aduerſum me molitus eſt. [ideo arbitratus eſt me
inimicum ſibi] hoc ſumit ex eo quod Iob ſupra dixit, alloquens atque interrogans Deum: Quan Iob 13.
tas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcõdis,
& arbitraris me inimicum tuum? Sed vt ex dictis in expoſitione verborum iſtorum eclaruit, ſan-
ctus Iob ad talem ſenſum non protulit verba hæc, ad qualem Elihu ea retorquet. Non enim De-
us inſidiator homini tanquam maleuolus, vt capiat vel circunueniat eum. Immo potius occaſio-
nes miſerẽdi exquirit. [Poſuit in neruo pedes meos] vt me quaſi captum teneret, [& cuſtodiuit]
id eſt, ad puniendum obſeruauit, [omnes ſemitas meas] vt occaſiones contra me reperiret. Ver- Iob 13.
ba hæc iamdudum ſcripta atque expoſita ſunt, atque ex dictis ibidem pateſcit, quod ſecundum
hunc intellectum beatus Iob verba non protulit iſta. [Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus]
id eſt, quamuis in nullo alio exceſsiſſes, quam in verbis his Deo ſic derogantibus, clarum eſſet ꝙ
grauiter oſtendiſſes: quod verum eſt, ſi Iob tam male ſenſiſſet de Deo, aut ſenſum hunc præten-
diſſet. Præterea iuxta Gregorium, Mens arrogantium, dictorum ſuorum ſenſum non pene- Gregorius
trat, quia interno guſtu priuatur, & in exteriores fauores quos amat, relabitur. Vera autem ſcien
tia afficit, non extollit: & quos impleuerit, non ſuperbientes efficit, ſed calentes. [Reſpondebo
tibi, quia maior ſit Deus homine] id eſt, ſapientior, iuſtior, perfectior. Hoc permittit Elihu, ad
innuendum, ꝙ Iob nõ debuit conqueri de diſpoſitione Dei circa ſe, nec aſſerere ſe iniuſte percuſ
ſum, ſed diuinæ mentis iudicium ſenſui ſuo præferre, tacere & contentari. Item ad inſinuandum,
ꝙ Iob pſumptuoſe locutus ſit, diſputare cum Deo cupio, quaſi Deo eſſet tam par, quod idoneus
eſſet diſputare cum Deo. Itemq; ad cõprobandum ꝙ Deus melius ſcit defectus & vitia hominis,
q̃ ipſemet homo, & ideo homo ſeipſum nimis iuſtificare non debeat. [Aduerſus eũ contendis] i.
Deo litigioſe imponis, [quod nõ ad omnia reſpõderit tibi] i. iuſtitijs tuis nõ reddiderit vicẽ ſeu p̄
mium

mium ſingulatim. Vel non ad omnia reſponderit tibi, id eſt, omnia dubia & quæſita quæ ei pro-
poſuiſti de cauſis flagellationis tuæ atq; ſimilibus, tibi non ſoluerit. Hoc ideo dicit, quia ſupe-
rius dixerat Iob: Reſponde mihi, quantas habeo iniquitates &c. Rurſuſque: Voca me, & ego, re-
Iob 13. ſpondebo tibi. Aut certe: Loquar, & reſponde mihi. Conſequenter innuit, cur Iob iſta dicere nõ
debebat. [Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit.] Hoc tripliciter explanatur. Pri
mo ſic: Semel in ſcripturis & verbis ſanctorum aperuit Deus modum ſui regiminis, & cur homi-
nem puniat ſeu flagellet. Ideo ſecundo id non reſumit, vnicuiq; ſeorſum & ſingulariter reſpon-
dendo ad ſingula, cur eum ita & ita in hoc & in hoc flagellauerit. Propterea tu Iob irrationabili-
ter quæris tibi diuinitus ad ſingula reſponderi. Hinc ait Gregor. In ſcripturis nobis in eo quod
ſpecialiter patimur, omnibus communiter reſpondetur. Ibi vita præcedentium fit forma ſequen
Gregorius tium. Sic exponit Gregor. Thomas exponit ſic: Semel loquitur Deus ſua locutione cauſali ad
extra, qua omnia facit, iuxta illud Pſalm. 148. Ipſe dixit, & facta ſunt. Semel animabus rationali-
bus impreſsit naturale lumen rationis, per quod inter verum & falſum, bonum & malum diſcer-
nere, veritatem quoq; & cauſam ſuorum euentuum inquirere, inuenire, ſeu diſcere queunt. Ideo
opus non eſt, vt Deus ſingulis ſeorſum reſpondeat. Hoc autem lumen naturale Deus non repe-
tit, quoniam ſemel inditum animæ, in ea iugiter manet. Eſtque quaſi quædam impreſsio lucis di
uinæ in anima, per quod videri poteſt, quid agendum, omittendum, quid bonum, quid malum.
Pſalm. 4. Hinc cum in Pſalmo dixiſſet Pſalmiſta: Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? ſtatim addit, Si-
gnatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, &c. Porro Albertus exponit ſic: Semel loquitur
Deus, id eſt, vno modo admonet in communi flagellando, & ſecundo idipſum non repetit, vt ſci
licet per ſingula peccata admoneat eum. [Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor
ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſci-
Iob. 4. plina.] Verbum hoc concordat & correſpondet ei quod ſupra Eliphaz ait: In horrore viſionis no
cturnę, quando ſolet ſopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia oſſa mea per-
territa ſunt. Stetit quidam, cuius non cognoſcebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem
quaſi auræ lenis audiui, &c. Vnde multa quæ circa huius loci explanationem poſſent induci, illo
in loco inducta ſunt & requirenda ibidem, ne ſine neceſsitate multiplicatio fiat verborum. Nem
pe (vt ibi patuit) in ſomno exterioribus ſenſibus ab occupatione, tumultu & ſtrepitu operatio-
num ſuarum ceſſantibus, anima ad ſuſceptionem reuelationum aptatur, eſtque capacior infuſio-
nis ſpecierum occulta ſignantium atque cæleſtium impreſsionum, quo minus circa alia occupa-
tur ſiue diſtrahitur. Ideo Elihu aſſerit quod in ſomno, id eſt, tempore ſomni, in viſione imagina-
ria ſeu intellectuali, ſeu ex vtraque commixta nocturna, id eſt, quæ fit in nocte, ſopore ſeu graui
ſomno in homines irruente, tunc Deus per ſe, vel miniſterium angelorum aperit interiores aures
virorum, videlicet imaginatiuam & intellectiuam, quibus interiora verba percipiuntur, proferũ
Auguſtin. tur, noſcuntur, ſicut in lib. de Trinitate Auguſtinus deducit. Virorum (inquam) virtute virentium
ſcilicet virtuoſorum, quamuis interdum ex ſpeciali diſpenſatione & ratione ſeu conſilio Dei, et-
Num. 22. iam vitioſis id fiat, vt patet in Balaam, quem S. Hieronymus & alij multi putant fuiſſe hunc Eli-
Hieron. hu. [& inſtruens eos] inſtructione interna, [erudit] eos [diſciplina] id eſt, cognitione ſeu erudi-
tione agendorum, videlicet pertinente ad mores. Immo etiam frequenter cognitione ſpeculati-
ua & notitia futurorum penitus contingentium. Hic tamen potiſsime loquitur de inſtructione
morali. Nam ſubditur: [vt auertat hominem ab his quæ fecit] id eſt, peccatis commiſsis, [& libe-
ret eum de ſuperbia] id eſt, ad humilitatem perducat, ad quam homo tanto perfectius perfundi
uſque perducitur, quanto deſuper clarius illuſtratur. Specialiter quoque poſtquam communi-
ter dixit, Auertat hominem ab his quæ fecit, expreſsit ſuperbiam. Primo, quia ſuperbia omnium
origo, caput atque regina eſt vitiorum. Secundo vt inſinuaret ipſum Iob potiſsime excæcatum,
quod ſcilicet nimis iuſtus & ſapiens eſſet in oculis ſuis. Ideoq; putaret ſe abſque ſuis percuſſum
demeritis, nec acquieſceret rationibus oppoſitum huius probantibus. [eruens animam eius de
corruptione] id eſt, læſione & languore peccati, quod vulnus eſt animæ. Vnde & Sap. 6. habetur:
Pſalm. 52. Incorruptio facit eſſe proximum Deo. De peccatoribus quoq; ait Pſalm. Corrupti ſunt, & abo-
minabiles facti ſunt in iniquitatibus. [& vitam illius] corporalem ac temporalem liberans à pœ-
nis præſentibus, [vt tranſeat nõ in gladium] id eſt, in occiſionem. Vel vitã animę eius, ne tranſeat
in gladium, id eſt, ne incidat in diuini iudicij diſtrictionem, pœnam ac damnationem. Vnde ſu-
perius ait Iob 19. Vltor iniquitatum eſt gladius. Porro ſecundum Albertum, ad hanc eruditionẽ
ſupernam reducitur omnis inſtructio, quæ fit per vehementem à ſenſibilibus abſtractionem ho
mini per oraculũ vel per viſionẽ reuelationis, ſiue fiat per ſigna cęli, ſiue per angelos, ſiue perin-
ſpirationem immediatam à Deo, & vix eſt homo qui non aliquo horum modorum admoneatur
de futuris, vt dicit Tullius in libro de diuinatione & natura deorum. Ideo quoque Elihu ait, vt
auertat hominem ab eis quę fecit, quia peccatoribus terribilia ſomnia ſolent occurrere, alluditq;
Iob 7. ei quod ſupra dixit Iob Deo: Terrebis me per ſomnia. Per quod ipſe Elihu pungit Iob, quaſi
dicat:

dicat: Ideo terruit te per ſomnia, vt recederes à tua malitia. Item hæc ait, vt innuat quod Deus per
ſomnium ei ſatis reſpondit, immittendo ei viſiones horribiles. Circa præhabita ſcribit multa pul-
chra Gregorius. Nam ſuper illud, per ſomnium, &c. ait: Quid eſt quod per ſomnium loquutio Gregorius
nobis diuinitatis innoteſcit, niſi quod Dei ſecreta non cognoſcimus, ſi in terrenis deſiderijs vi-
gilemus? Si ergo interna contemplari volumus, ab implicatione externa dormiamus. Vox Dei
quaſi per ſomnium auditur, quando tranquilla mente ab huius ſeculi actione quieſcitur, & ipſo
mentis ſilentio diuina præcepta penſantur. Denique ſuper illud, Erudiens eos inſtruit diſcipli-
na, teſtatur: Conſideranti & ſeſe per pœnitentiam laceranti, quaſi quædam plagæ percuſsionis, Prou. 20.
ſunt lamenta compunctionis. Hinc Salomon loquitur: Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ
in ſecretioribus ventris. Per liuorem quippe vulneris, diſciplinam inſinuat corporeæ percuſsio-
nis. Plagæ vero in ſecretioribus ventris, ſunt interna mentis vulnera, quæ per compunctionem
fiunt, quæ duo inter ſe differunt, quoniam plagæ percuſsionum dolent, lamenta compunctionũ
ſapiunt: illæ affligentes cruciant, iſtæ reficiunt dum affligunt: per illas in afflictione mœror eſt,
per hæc in mœrore lætitia. Quatuor quippe ſunt qualitates, quibus viri iuſti anima in compun-
ctione vehementer afficitur. Prima, dum malorum ſeu vitiorum ſuorum reminiſcitur, conſi-
derans vbi fuit. Secunda, dum iudiciorum Dei ſententiam metuens & ſecum quærens, cogitat
vbi erit. Tertia, dum mala vitæ præſentis ſolerter attendens, metuens, conſiderat vbi eſt. Quar-
ta, dum bona ſupernæ patriæ contemplatur: quæ quia necdum adipiſcitur, lugẽs cõſpicit vbi non
eſt. Inſuper præſentis vitæ mala ſicut ſunt, conſpicere nequit: quia bona æternæ patriæ per contem
plationis guſtum non attigit. Vnde aliquando mens deuota ad quãdam inuſitatam dulcedinem
interni ſaporis admittitur, & raptim aliquo modo ardẽti ſpiritu afflata, renouatur: tantoq; magis
inhiat, quanto magis quod amet, deguſtat, atq; ad hoc intrare appetit, quod ſibi dulciter ſapere
intrinſecus ſentit: quia vcz huius dulcedinis amore, ſibi coram ſe viluit, & poſtquam hãc vtcunq;
percipere potuit, quid ſine illa dudum fuerat, inuenit. Cui inhærere conatur, ſed ab eius fortitu-
dine ſua adhuc infirmitate repellitur: nec poteſt mentis oculum in id, quod intra ſe raptim con-
ſpexerat, figere, quia ipſo vetuſtatis ſuæ vſu deorſum compellitur ire. Inter hæc anhelat, æſtuat, ſu-
per ſe ire conatur, ſed ad familiares tenebras ſuas, victa fatigatione, relabitur. Conſequenter po-
nitur tertius modus loquutionis ſeu reſponſionis diuinæ. [Increpat quoq;] Deus peccatorẽ [per
dolorẽ] i. infirmitatẽ [in lectulo,] quo iacet ægrotus, [& omnia oſſa eius marceſcere facit] i. tam
grauiter eum affligit interdum, vt robur corporis attenuetur, caro conſumatur, oſſa ſiccentur. Aſ-
ſerit autẽ Albertus, quod verba Elibu non ſunt niſi determinationes & expreſsiones clariores ver
borum trium amicorum, & primo exprimit verba Eliphaz: Ideo contra Iob loquens, incipit ſicut
Eliphaz incepit ſupra, dicens: In horrore viſionis nocturnæ. Similiter quod nunc Elihu ait, Incre-
pat quoque, &c. ſuperius ita loquutus eſt Eliphaz: Increpationem domini ne reprobes, quia ipſe Iob. 4.
vulnerat & medetur, &c. [Abominabilis ei fit in vita ſua panis] id eſt, præ magnitudine infirmi- Iob. 5.
tatis, cibaria vertuntur ei in nauſeam. [& animæ illius cibus ante deſiderabilis] id eſt, durante
languore, anima ægri cibos deteſtatur, quos tempore ſanitatis dulces & cõcupiſcibiles reputauit.
Infirmitas namq; per aduſtam choleram inficit guſtum ſeu palatum & linguã. Ideo infirmis omnia
videntur amara, turbaturq; appetitus & cadit. [Tabeſcet caro eius] id eſt, in tabem putredinem-
que vertetur, durante languore, [& oſſa quæ tecta fuerant] pelle & carnibus, [nudabuntur] eiſ-
dem in toto aut parte, ita ꝙ ſola pelle apparebunt operta, carne conſumpta. [Appropinquabit cor
ruptioni] i. morti [anima] i. vita ſenſitiua animalis [illius] peccatoris, diuinitus ita plagati: ſic a-
nima ſumitur in Geneſi, dum Iudas fratribus ſuis ait de Ioſeph: Non interficiamus animam eius.
Et in Hieremia Iohanna loquitur Godoliæ de Iſmaele: Ne veniat & interficiat animam tuam. [&
vita illius] præfata, appropinquabit [mortiferis] i. ſignis & cauſis mortis. [Si fuerit pro eo ange- Gen. 37.
lus loquens vnum de ſimilibus] his quæ dicta ſunt, id eſt, quod æger per ſomnij terrorem vel in- Hier. 40.
ſpirationem aut infirmitatem correptus, inſtructus & emendatus ſit. Aliqui legunt, Si fuerit pro
eo angelus loquens vnus de milibus, id eſt, vnus de numero millium angelorum, ſecundum il-
lud Dan. 7. Millia millium miniſtrabant ei. [vt annunciet hominis æquitatem] id eſt, Deo præ-
ſentet & offerat iuſtitiam ægri & peccatoris, ad quam per pœnitentiam conuerſus & per aliquod
prædictorum adductus eſt, ita quod inſpirationi diuinæ acquieuit, vel vexatione intellectum
accepit. [miſerebitur eius] Deus, qui non continet in ira ſua miſericordias ſuas, & poſt tempe-
ſtatem tranquillitatem largitur, [& dicet] angelo: [Libera eum] ab infirmitate, [vt non deſcen-
dat in corruptionem] id eſt, ne moriatur. [Inueni in quo ei propicier] id eſt, quia mihi obtuliſti
æquitatem pœnitentiæ eius, & ꝙ corporaliter tam dure afflictus eſt, idq; æquanimiter tulit, hinc
habeo rationem propiciãdi ei etiam in corporis curatione. In quo pietas Dei oſtenditur, qui tam
pronus eſt indulgere ac ſubuenire, & quaſi occaſionem quærit ad propiciandum. [Conſumpta
eſt caro eius à ſupplicijs] pro ſuis peccatis ſibi inflictis. [reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ] id
eſt, ad talem diſpoſitionem in ſanitate ac proſperitate, in quali fuit tempore adoleſcentiæ ſuæ,

tiplex lux inuenitur, videlicet gratia gratum faciens, dona ſpiritusſancti, inter quę donū ſapiētiæ
ſplendidius micat: cæteræ quoq; virtutes, fructus ac beatitudines freqnenter lumina appellan-
tur, quibus omnibus anima intus coram Deo pulchriformiter clarificatur. Deinceps admonet
Elihu S. Iob, non parum animoſe atque frontoſe: [Attende Iob & audi me, & tace dum ego lo-
qnor,] ne tanti tamq́ue ſapientis viri verba interrumpere audeas. [Si autem habes quod loqua
ris, reſpōde mihi. Loquere,] quia paratus ſum, & facile mihi erit ſatisſacere tibi. [Volo enim te
apparere iuſtum] id eſt, non ex inuidia increpo te, quia iuſtitiam tibi nunc faueo: & quantum in
me eſt, vellem quod poſſes te vere iuſtum probare. [Quod ſi non habes] quod mihi reſpondeas,
& quo te inſtum oſtendas, [audi me: tace] tanquam diſcipulus & connictus, [& docebo te ſa-
pientiam,] vt ea quæ Dei ſunt, vere intelligas, atque per illa de teipſo diſcretius indices.

Expoſitio cap. 34. Pronuncians quoque Elihu. *Art. 62.*

PRonuncians quoque Elihu, etiam hæc verba loquutus eſt.] In eo quod dicitur, pronunci-
ans, datur intelligi quod cnm grandi authoritate, audacia atque facundia loquebatur, cæte-
ros quaſi minus ſapientes, infra ſe reputans conſtitutos. [Audite ſapientes] in diuinis [ver-
ba mea, & eruditi] in moralibus & rebus humanis ac naturalibus, [auſcultate me,] quaſi dicat:
Talia loqnar, qnæ non niſi à ſapientibus & eruditis queunt intelligi, quemadmodum ait Apo-
ſtolus: 1. Corint. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. In quibus etiam verbis Elihu de ſei-
pſo non mediocriter magnifice ſentit, vtpote in ſapientia & doctrina ſe innuens eminentem, ſa-
pientumq́ue & eruditorum aduertentia dignum. [Auris enim verba probat] id eſt, percipit &
iudicat, cuius ſint ſoni, [& guttur eſcas guſtu dijudicat.] Guttur enim per neruum guſtatiuum
vſque ad ipſum protenſum, eſcarum ſapores percipit atque dijudicat quales ſint, quod facit gu-
ſtu, id eſt, per ſenſum guſtus, cuius obiectum eſt ſapor, vigetq́; guſtus in neruo guſtatiuo, & fun-
datur in eo, Hoc Elihu ait, ad innuendum quod ſicut exteriorum ſenſuum eſt de proprijs obie-
ctis bene iudicare, ſic ſapientum & eruditorum de intelligibilibus, præſertim ſublimibus ac di-
uinis, qualia ipſe Elihu intendit proponere, ita quod ſicut auris non noſcit aut percipit eſcas nec
guttur verba, ita nec ſtultus ſententiam ſapientis. Hoc ipſum & Iob ſuperius ait: Nonne auris Iob. 12.
verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem? Porro ſenſus ſeu potentiæ animæ dicuntur o-
perari ſeu agere tanquam à quo agens: quia per eas ſuppoſitum, quod eſt homo, agit, qui agit tā-
quam quod agens. Quemadmodū enim eſſe, ita agere & pati proprie ſunt ſuppoſitorum, ſecun-
dum philoſophum. [Iudicium eligamus nobis] id eſt, falſitate & præcipitatione animi ſpretis
ac euitatis, verum amplectamur iudicium, diſcrete agendo, rite conſiderando, ſicq́ue quid ve-
rius ſit, dictum Iob an meum, idonee iudicemus. Tale iudicium quilibet noſtrum eligere debet
in his, quæ ipſum concernunt, & ad ipſius iudicium pertinent, Chriſto dicente: Nolite iudicare Ioan. 7.
ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Vnde Apoſtolus ait: Si noſipſos dijudicaremus 1. Cor. 11.
non vtiq; iudicaremur. [& inter nos videamus] oculo intellectuali, i. viuaciter perpendamus,]
quid ſit melius] i. verius & iuſtius de materia diſputationis præſentis. Ideo enim datus eſt homi-
ni intellectus, vt verum à falſo, bonū à malo, appetendum à fugiēdo diſcernat ac ſegreget, quod
agere quam ſit placitum Deo, ipſe teſtatur per Hiere. 15. Si ſeparaneris, inquiens, precioſum à
vili, quaſi os meum eris. Conſequenter aggreditur ipſum Iob. [Quia dixit Iob, iuſtus ſum,] Hoc Iob. 13.
vtique dixit: Si indicatus, inquit, fuero, ſcio quia iuſtus inueniar. [& Deus ſubuertit iudicium
meum] i. peruerſe atque iniuſte me iudicauit, vez contra ordinem iuris, infligendo mihi pœnā
abſque meo demerito. Verbum iſtud S. Iob non dixit formaliter, ſed ſimile aliquid quod Eli-
hu cepit ad ſenſum iſtum, ſuperius enim Iob 19. dixit: Saltem nunc intelligite, quia Deus non æ-
quo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Iudicium autē non æquum, videtur eſſe in-
iqnum. Et iterum dixit Iob 27. Viuit Deus qni abſtulit iudicium meum. Sed ſicut expoſitū eſt,
talia Iob non dixit, intendēs ꝙ abſolute iniquo iudicio eſſet diuinitus iudicatus, ſed ꝙ iudicium
quo iudicatus fuit, non eſſet æquū, loqnendo de æqnitate humani iudicij, qno vnicuiq; datur ſe
cundum quod meruit. [in iudicando enim me, mendacium eſt] i. error & falſitas fuit in iudicio
quo Deus me iudicauit, & pœnis iſtis expoſuit. Hoc Iob nequaquā aſſeruit, ſed Elihu hoc ſibi
mendoſe imponit, quia videbatur ſibi ſequi ex verbis Iob. Conſeqnens quippe in antecedente
quodammodo dicitur, ſcilicet virtualiter atq; implicite. [& violenta ſagitta mea] i. pœna mihi
à Deo inflicta, non per iuſtitiam, ſed per violentiam ſeu tyrānidē Dei mihi inflicta eſt. Hoc rur-
ſus Iob non dixit directe, immo nec æquiualenter. Elihu tamē hoc ſibi imponit, quia ſupra Iob
locutus eſt Deo: Sto, & nō reſpicis me: mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuæ aduer Iob. 30.
ſaris mihi, qnod quomodo intelligendum ſit, in ſuperioribus iam patuit. Iterum ait Iob 19. Ira-
tus eſt cōtra me furor domini, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. [abſq; vllo peccato] i. nullam
habui culpam, vt paterer iſta. Verū eſt ꝙ Iob teſtatus eſt ſe abſq; peccato ſuo eſſe percuſſum. Nam

dixit Iob 17. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, tamen non dixit ſe abſo-
Iob. 14. lute eſſe abſque omni peccato, immo oppoſitū faſſus eſt, deprecās Deū: Parce peccatis meis. Vn-
de dicere voluit, ꝙ licet aliquoties venialiter peccauit, non tamen tam grauiter, vt tanta aduerſa
meruerit, præſertim quia & ꝓ venialibus quotidie ſatisfecit. Elihu autē ſequitur eos, qui alio re-
petūt ſermone, & quædā adijciūt, ꝙ impiū eſt & plurimorū origo malorū. Propter ꝙ Prou. 17.
ſcribitur: Qui alio ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Ex præinductis præmiſsis Elihu infert, lo-
quens ad aſsiſtentes: [Quis eſt vir vt eſt Iob,] id eſt, nullus inuenitur ei ſimilis in malitia, quia
9. Reg. 21. ſacrilegus eſt & blaſphemus, iuxta quem modum 3. Reg. de Achab rege Iſrael ſcribitur: Igitur
nō fuit alter talis vt Achab, qui venūdatus eſt vt faceret malū in cōſpectu domini. [qui bibit] i.
quaſi poculū intra ſe ſumit, [ſubſannationē] i. peccata ſubſannāda ſeu diuini deriſionē iudicij,
[quaſi aquā] i. abundāter & abſq; mēſura ac freno, [qui graditur] i. cōuerſando communicat,
[cum operātibus iniquitatem, & ambulat] ad infernū] cum viris impijs] ita quod affectu, ver-
bo & opere eis conformis eſt. [Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam ſi cucurrerit cum eo] i.
Gene. 5. quanuis feruenter atq; alacriter fuerit voluntatē Dei ſequutus, & obedierit ei. Ire autē cum Deo
eſt bene agēdo ei in omnibus cōſentire, ſeu eius voluntati ſe cōformare, quemadmodū in Gene
ſi legitur Enoch ambulaſſe cum Deo. Qui autē hoc ipſum ſeruēter peregerit, non ſolum vadit,
ſed inſuper currit cū Deo. Porro hæc verba B. Iob non dixit, ſed Elihu ea illi imponit, quia hinc-
inde quædam aſſeruit, ex quibus hæc ſequi ipſi Elihu videbātur. Siquidē ſupra ait Iob 9. Innocē-
tem & impium ipſe (videlicet Deus) conſumit. Et iterum Iob 9. Si flagellat, occidat ſemel, & nō
de pœnis innocentū rideat. Rurſuſq; Iob 9. Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mū
Iob. 13. diſsimę manus meę, tamē ſordibus intinges me. Denique Iob multipliciter probauit ſe iuſtum
ſicq; cucurriſſe cum Deo, & tamē dixit ad eū: Arbitraris me inimicū tuū, ex quibus Elihu intulit,
quod Iob dixerit ſe innnocentē, & Deo nihilominus diſplicentem, Verū (vt patuit) inducta hæc
verba Iob, non ita ſunt intelligenda, vt Elihu interpretatur. [Ideo viri cordati] i. magnanimes,
fortes & intelligentes, [audite me,] quia tales verborum meorū capaces ſunt, nec alij digni ſunt
me audire, vt Iob vitijs paſsionibuſq; repletus, & ideo incorrigibilis manens. Sic Elihu ſenſit. In
ſipiētes autē & vitioſi dicūtur non habere cor, iuxta illud Hier. 5. Audi popule ſtulte qui nō ha-
bes cor. Oſe. quoq; 7. ait: Ephraim quaſi columba ſeducta, nō habēs cor. Prou. quoq; 11. legitur:
Qui deſpicit amicum ſuum, indigēs corde eſt. In quibus verbis cor pro intellectu ſeu ratione ac
cipitur. Similiter formidoloſi dicuntur non habere cor, quia in eis ratio paſsioni timoris ſtatim
ſuccūbit. [Abſit à Deo impietas] mentis, [& ab omnipotente iniquitas] operis, hoc eſt quod ait
Pſal. 91. Quoniā rectus dominus Deus noſter, & nō eſt iniquitas in eo. Etenim Deus ſublimis &
benedictus, naturaliter bonus eſt, eſſentialiter ſanctus, pure & infinite, ſubſtātialiterq; perfectus
vniuerſæ bonitatis, ſanctitatis atq; iuſtitię mēſura, cauſa & ratio. [Opus enim hominis reddet ei]
i. ſecundū exigentiā & meritum actionis ſeu vitæ hominis reddet ei, infligendo aduerſa, tribuē-
do ve proſpera. [& iuxta vias ſingulorum reſtituet eis] i. ſecundum affectiones & ſtudia, quibus
bene vel male egerunt. Sed quoniam virtus & vitium, meritum & demeritum, magis in interio-
ribus quam exterioribus actibus conſtituuntur, ipſumq; præmium eſſentiale in patria interiori
atque elicito actui charitatis correſpondet, certum eſt quod in verbis Elihu atque ſimilibus ſcri-
pturę locis, per opus non ſolum exterior operatio deſignetur, ſed quælibet actio hominis, iuxta
Ioan. 6. quem modum Chriſtus loquitur Iudæis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.
Denique, quanuis verba hæc Elihu vera ſint, & multis locis ſcripturæ conformia, tamen ſecun-
dum ſenſum quem Elihu hic intendit, non ſemper veritatem ſortiuntur. Ideo nanque hæc ver-
ba inducit, vt probet quod Deus non puniat quenquam in vita hac, niſi pro ſuis peccatis, quod
iam ſuprà frequenter patuit falſum.] Vere enim Deus non condemnabit fruſtra] i. ſine ratione
idonea, puta peccato, vt Elihu ſenſit, quod verum eſt, ſi ad finalem atque æternam condemna-
tionem referatur: ſi vero intelligatur vt Elihu intendebat, quod Deus neminē in hac vita obijcit
ſeu exponit aduerſis & plagis, niſi pro ſuis peccatis, ſtare non valet. Nec huic verbo ſecundum
Iob. 2. quod verum eſt, obuiat quod ſupra dominus ait ad Satan: Tu cōmouiſti me aduerſus eū, vt affli
Ibid gerem eum fruſtra. Abſolute enim loquendo, Deus nullum fruſtra affligit. Quomodo tamen
Pſalm. 10. dicat ſe fruſtra S. Iob afflixiſſe, in expoſitione 2. capit. requiratur. [nec omnipotens ſubuertet
Iob. 8. iudicium.] Iuſtus enim dominus & iuſtitias dilexit. Hinc Baldath diſſeruit: Nunquid Deus ſup-
plantat iudicium, & omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt? [Quem conſtituit alium ſuper ter-
ram?] id eſt, nullum alium præfecit terræ in principium, ſed ipſe omnium terrenorum proui-
ſor, iudex & dominus eſt: [aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? id eſt, alium non
ordinauit mundi rectorem, ſed ipſe qui condidit omnia, regit. Sed his obuiare videtur, quod
Matt. 28. ipſemet Chriſtus ex parte naturæ aſſumptæ proteſtatur: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo &
in terra. Hinc ſecundum doctores, anima Chriſti prælata & dominans facta eſt omni creaturæ,
humanitatique Chriſti ſubiecta ſunt omnia. Denique inferiora reguntur per ſuperiora ſicut

corpora

corpora cæleſtia ſuis motoribus, & terrena ſeu mixta & elementa ab orbibus, planetis, & ſtellis.
Vnde ſecundum Philoſophum, oportet hunc mundum contiguum eſſe lationibus ſuperiorum,
vt tota eius virtus inde gubernetur, Immo ſuperius dictum eſt, Terra data eſt in manus impij. Iob. 9.
Sed omnium horum atque ſimilium vna ſolutio eſt, quod ſ. Deus nullum conſtituit regem &
principem, prouiſorem ac iudicem terræ aut orbis alium, quam ſe tanquam principalem & pro-
pria authoritate, voluntate & lege agentem. Sed hoc modo ſolus Deus præſidet vniuerſis. Alij
vero quos ſibi in quibuſdam agendis ſubſtituit, ſunt miniſtri ipſius, & velut inſtrumentales ac
ſecundarij præſidentes, quibus deſuper lex certa præfigitur, quam niſi ſequantur, à ſummo prin
cipe punientur. Sicque intelligenda ſunt, quæ hic ſcribit Gregorius: Per ſe mundum regit, qui Gregorius
per ſe hunc condidit. Vnde Elihu verba iſta induxit, ad demonſtrandum quod mundus bene
regatur, nec actus hominum iniuſte deſuper iudicentur: quia omnipotens Deus ſi per ſeipſum
regere non negligit, quod creauit, quod bene creauit, vtique bene regit: & qui necdum facta
creauit vt eſſent, quæ iam fecit, non deſerit. Hinc non licet ad alium appellare, vt cum Deus ſit
menſura & regula vniuerſæ æquitatis ac veritatis, eo ipſo quo ipſe aliquid agit, ſequitur quod
rectum & bonum, iuſtum & verum. Vnde iudicia Dei aliquando occulta ſunt, nunquam iniu-
ſta [Si direxerit ad eum cor ſuum,] i. ſi homo mentem ſuam ad Deum conuerterit, ſeu ad ſuſce
ptionem gratiæ eius aptauerit, faciendo quod in ſe eſt, iuxta illud Thren. 3. Scrutemur vias no-
ſtras & quæramus, & reuertamur ad dominum. Itemq; Oſe. 14. Conuertere ad dominũ Deum
tuũ, quoniã corruiſti in iniquitate tua. Prou. quoq; 16. ſcriptũ eſt: Hominis eſt animũ præparare.
Et denuo ibidem: Cor hominis diſponit viã ſuam, ſed Dei eſt dirigere greſſus eius. [Spiritum il-
lius] i. mentem ſeu animam, [& flatum] id eſt. deſiderium, quod flatui comparatur, cum ſit quę-
dam aſpiratio ad deſideratum. Vel per flatum deſignatur anima, quantum ad vires ſuas inſerio
res: [ad ſe trahet] id eſt, Deus gratioſe ſibi coniunget, & per charitatem in ſe transformabit ac
vertet, & quod homo per ſeipſum non valet, Deus efficiet & complebit. Ideo monet Apoſto-
lus Hebr. 4. Accedamus cum fiducia ad thronũ gratiæ eius. Et Pſal. 33. Accedite, inquit, ad eum,
& illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Eccleſiaſtici quoq; 2. inducitur: Quis inuo-
cauit illum, & deſpexit eum? Hinc per Hier. 30. dominus loquitur: Quis eſt iſte qui applicet cor
ſuũ, vt appropinquet mihi? Præterea curuatur cor, cum appetit ima: rectificatur vero, cũ ad Deũ
dirigitur: & quo homo ſe ad diuinam illuminationem ac inflammationem magis diſponit, pœ
nitendo, orando, adſpirando, ſeu alijs virtuoſis exercitijs ſe parando, eo Deus eum gratioſius
abundantiusque implebit, illuſtrabit, accẽdet. [Deficiet omnis caro ſimul] i. Deo ſpiritũ homi-
nis ad ſe trahente, caro deficiet, & omnis carnalis affectio extinguetur, corporaleq; robur debili
tabitur, iuxta illud Pſal. 72. Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei. Quo enim anima in
diuina plus transformatur ac rapitur, eo pars ſenſitiua & corpus in ſuis actibus amplius remittũ-
tur ac debilitantur. [& homo in cinerem reuertetur] id eſt, cinerem & puluerem ſe eſſe humi-
liter recognoſcet: quia quo altius contemplando erigitur, eo propriam infirmitatem clarius in-
tuetur. Denique comparatione diuinæ poteſtatis, ſpiritum hominis ad ſe trahẽtis, omnis virtus * deficit
humana occumbit & * debilis, ipſeq; homo per mortem in cinerem redit. Quemadmodũ etiã
Eliphaz dixit: Qui habitant domus luteas, conſumentur velut à tinea. Præterea, quidam expo- Iob. 4.
nunt hæc aliter: Si direxerit ad eum cor ſuum, id eſt, ſi Deus ad aliquem voluntatem ſuam dire
xerit ad eum deſtruendum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet, i. ab eſſe in corpore tollet, atque
deficere faciet, ita quod caro prorſus corrumpetur, homoq; morietur. Expoſitio iſta videtur ine
pta. idcirco pertranſeo. [Si ergo habes intellectum] i. intellectualem capacitatem ad ea quæ di
co ô Iob, [audi quod dicitur, & auſculta vocem eloquij mei] à me. In quibus verbis clareſcit,
quod Elihu rurſus à ſua ſuperbia tactus ſit, & de altitudine eloquentiæ atque ſcientiæ ſuæ inani-
ter eleuatus. Hinc ait Gregorius: Habent hoc proprium arrogantes, vt cũ acutum quid ſentiũt, Gregorius
inde mox ad vitium elationis erumpant, ſenſusque omnium in ſui comparatione deſpiciant, &
ſe in ſuo iudicio aliorum meritis anteponant: quia dum minora incaute negligunt, ad maiora
pernicioſe prorumpunt. Nunquid [qui non amat iudicium, ſanari poteſt?] Hoc dupliciter
poteſt exponi: Primo, quod qui iudicium diſcretionis, quo inter bonum & malum, inter ve-
rum & falſum diſcernitur, non diligit, à vitijs nõ curatur. Talis enim eſt indiſcretus, rationis iu-
dicio nõ acquieſcẽs, Secũdo, ꝙ qui iudiciũ Dei nõ amat, ſed reprobat, in anima nõ ſanatur. Per
quod Elihu notat Iob, ꝙ nec anima nec corpore poſſit ſanari, quia diuino iudicio ſe opponat, &
informationi humanæ acquieſcere ſpernat. Itaque debet homo rectæ rationis amare iudicium,
examinare & increpare ſeipſum, aliorum recto iudicio ſtare, in proprio ſenſu pertinax non ma-
nere. [Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt] ſcilicet Deum, [intantum condemnas,] vt dicas eum
ſubuertiſſe iudicium tuum, teque mendaciter iudicaſſe? Quod rurſum Elihu erronee imponit
beato Iob. [Qui dicit regi, apoſtata] id eſt, impios reges Deus vocat apoſtatas, i. à Deo atque iu
ſtitia apoſtatantes, ita quod Deus poteſtati aut perſonæ non defert contra iuſtitiã, ſed reges de-

ponit, occidit, condemnat, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit De-
Gregorius us. [qui vocat duces impios] dum impij ſunt, ita quod Deus neminem timet, nulliq́ue cedit in
derogationem veritatis. Dicit autem Gregorius: Vnuſquiſque rector ſuperbus, toties ad cul-
pam apoſtaſiæ labitur, quoties præeſſe hominibus delectatur. Sub quo enim ſit, non conſide-
rat. Vnde neceſſe eſt, vt qui alijs præeſt, quæ exempla ſubditis præbeat, ſolerter attendat, & tan
tis ſe ſciat viuere, quantis præeſſe. [Qui non accipit perſonas principum,] id eſt, contra iu-
ſtitiam eis non defert propter dignitatem principatus eorum. Vnde Numerorum 25. iuſſit om-
nes principes Iſrael ſuſpendi in patibulis. Et ſapientiæ 6. habetur: Potentes potenter tormen-
ta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatus. [nec cognouit tyrannum,] id eſt, eum
non approbauit, nec cauſam eius iuſtificauit, [dum diſceptaret contra pauperem] id eſt, iudi-
cio contra eum iuſte contenderet. Immo Iacob. 3. Iudicium ſine miſericordia facit his, qui non
faciunt miſericordiam, præſertim pauperibus. His autem ſimilia & maiora loquutus eſt Iob,
Iob. 12. dicens: Balteum regum DEVS diſſoluit, & præcingit fune renes eorum: ducit ſacerdotes in-
glorios & optimates ſupplantat. Multaq́ue alia loquitur ibi, ex quorum prolixa elucidatione
illic inducta, iſta clarius patent. [Opus enim manuum eius ſunt vniuerſi] id eſt, creaturæ Dei
ſunt parui & magni, iuxta illud Sapientiæ 6. Puſillum & magnum fecit dominus, & æqualiter
ei cura eſt de omnibus. [Subito morientur] id eſt, iuſto Dei iudicio repente & improuiſe de vi-
ta tollentur præſidentes iniqui, ſecundum illud Pſalm. 72. Quomodo facti ſunt in deſolationē?
Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam. [Et in media nocte curuabuntur popu
li] i. diuina virtute humiliabuntur & deijcientur, [& pertranſibunt] i. de vita iſta ad aliam atque
ignotam regionē tranſibunt. Poteſtq́ue per mediam noctem, tempus illud nocturnum intelligi,
vel quæcunque grandis aduerſitas & tempeſtas, vel ignorantia, ac vitioſitas mentis. Hinc Eſa. 2.
aſſeritur: Incuruabitur ſublimitas hominū, & humiliabitur altitudo virorū. Eſt autē & curuatio
ſeu curuitas bona, qua quis propriā paruitatē perpendēs, deprimit ſemetipſum, humiliter de ſe
ſentiēs, ſeq́; in cūctis ſpernēs & vilipendēs. Vnde Baruch 2. inducitur: Anima quæ triſtis eſt ſuper
magnitudine mali, & incedit curua, dat gloriā tibi domino. Per Eſaiā quoq́; 60. Deus promittit
eccleſiæ: Venient ad te curui filij eorū qui detrahebāt tibi. [& auferent violentum abſq́; manu]
id eſt, tyranni & violenti ab aduerſarijs ſuis tollentur ac perimentur, quoniam contra tales fre-
quenter excitatur ſeditio ſubditorum, vel occulte interficiuntur. Ideo ſubditur: Abſq́; manu, id
Gregorius eſt, inſidioſe, nō poteſtatiue. Grego. vero exponit, ꝙ diuina iudicia auferūt violentū, abſq́; ma
nu, id eſt, inuiſibiliter, ſicut Danielis 8. de Antichriſto ſeu Antiocho ſcribitur, qa ſine manu cō-
teretur. [Oculi enim eius] ſcilicet Dei, ſunt [ſuper vias hominum] id eſt, actus hominum intuē-
tur. [Et omnes greſſus eorum conſiderat. Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis] id eſt, in
Deo non ſunt tenebræ ignorantiæ aut obliuio, quæ eſt velut vmbra mortis. Similiter nec extra
Deum ſunt huiuſmodi tenebræ, aliſve vmbra mortis, [vt abſcondantur ibi] id eſt, in eis ſeu per
eas, [qui operantur iniquitatem] id eſt, peccatores lateant Deū. Nil enim occultare poteſt crea-
tura in à creatore. Iſtis, quia ſæpiſsime dicta ſunt, immorandum, non reor, Deum omnia intueri,
penſare & iudicare. Ideo tam frequenter profert ſcriptura, vt hominibus timorem Dei, cuſtodi-
am cordis, emendationem vitæ incutiat. Vnde eccleſiaſtici 23. legitur: Oculi domini multo luci-
diores ſole, in omni loco contemplantur bonos & malos. Hieremiæ quoque 16. dominus pro-
teſtatur: Oculi mei ſuper omnes vias eorum, non ſunt abſconditæ ab oculis meis. [Neque enim
vltra in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad eum in iudicium.] Iam de violento aſſeruit quod au-
feretur abſq́; manu, & cauſam dicit, quoniā oculi Dei ſunt ſuper omnes vias hominū. Ideo pro
peccatis debitas pœnas infligit, quibus verbū iſtud ſubiunxit: Neq́; enim &c. Vnde ad literam de
violento loqui videtur, vel de iniquo ac reprobo, vt ſit ſenſus: Quod vltra, ſcilicet poſtquam de
vita ſublatus eſt, & à Deo in ſuis iniquitatibus deprehēſus, ſeu diffinitiua ſententia condēnatus
non eſt in eius poteſtate, vt veniat rurſus ad Deum in iudiciū diſceptationis ſeu examinationis,
quia non amplius ad iudiciū iſtud habet reduci, præſertim loquendo de particulari iudicio. Gre
Gregorius gorius vero exponit de iudicio diſcretionis ſeu ꝓpriæ diſcuſsiōis, quo homo in vita hac exami-
nat iudicatq́; ſeipſum ſalubriter, atq́; per hoc venit ad Deū, eiuſq́; gratiā, reꝓbādo & caſtigando
ſeipſum. Poſt mortē aūt nō eſt in hominis poteſtate venire ad Deum in ſeu per tale iudiciū, quia
poſt mortē nō eſt ſtatus merēdi. Poteſt etiā ita exponi, ꝙ ex quo Deus omniū habet notitiā, hinc
2. Cor. 5. poſt mortē eſt in hominis alicuius poteſtate venire ad Deū in iudiciū, quia velit nolit, ad diuinū
iudiciū trahitur, dicēte Apoſtolo: Oēs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. [Conteret
multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis] id eſt, Deus innumerabiles homines in ſe-
Iob. 12. culo iſto ſæpe occidet ꝓpter eorum peccata, quibus alios ſuccedere faciet: quod etiam ſpiritali-
ter facit, dum plurimos iuſto iudicio gratia priuat & perire permittit. Alijs vero in illorum ſucce
dentibus locum, vitam naturæ & gratiæ confert. Hoc eſt quod ſupra dixit Iob: Qui multiplicat
gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit. [Nouit enim opera eorū] vitioſa, notitia

ſimpli-

ſimplicis cognitionis, non approbationis, quemadmodum Amos 5. fatetur: Cognoui multa
ſcelera veſtra. [& idcirco inducet noctem] id eſt, æternæ lucis priuationem, iuxta illud Eſai. 26.
Tollatur Impius ne videat gloriã Dei. In præſenti quoq; nox, hoc eſt, caligo peccati & ignoran-
tiæ ſeu priuatio gratiæ eis inducitur. Vnde ait Apoſtolus 1. Theſſ. 5. Non ſimus noctis neq; tene- Gregorius
brarum. [& conterentur] i. corporaliter morientur, ſpiritualiterque peribunt. Hoc loco ſcribit
ſanctus Gregorius: Omne peccatum, quod tamen citius pœnitendo non tergitur, aut peccatum
eſt & cauſa peccati, aut peccatum & pœna peccati. Peccatum nanque quod pœnitentia non di-
luit, ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit, vt non ſolum peccatum ſit, ſed peccatum &
cauſa peccati. Sed peccatũ quod ex peccato oritur, non iã peccatũ tantummodo, ſed peccatũ &
pœna eſt peccati: quia iuſto iudicio Deus omnipotens cor peccantis obnubilat, vt præcedentis
peccati merito, etiam in alia cadat. Hinc de quibuſdam ſcribit ad Romanos primo Apoſtolus:
Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt Propter quod
tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſeipſis. In Pſal-
mo quoque 68. dicitur Deo: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum. [Quaſi impios per
cuſsit eos in loco videntium.] i. præfatos innumerabiles homines malos Deus contriuit atque
plagauit in ſeculo iſto, quod eſt viuentium atque videntium manſio, ita ꝙ coram alijs eos per-
cuſsit, ſicut decuit percuti impios, vel ſicut alios infideles ſacrilegosq; percuſsit. Sicque quaſi, no
tare poteſt tam ſimilitudinem, quam veritatem. Ideo demũ percutit Deus iniquos in loco vidẽ-
tium ſeu in conſpectibus aliorũ, vt illorũ exemplo alij terreãtur & emendentur. Hinc Albertus
allegat Ptolemæum in Almageſt. dicentẽ: Qui ad alios nõ corrigitur, alij corrigentur ad ipſum.
[Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo.] id eſt, à Deo, & à luce iuſtitiæ auerſi ſunt mente ex
ſtudio atque propoſito vitioſo, & peccauerunt non ex infirmitate, vel ignorantia pura, ſed ex ha
bitu prauo, ex certa malitia, ex deliberatione iniqua, excogitantes quaſi induſtrioſe vias & me-
dia perpetrãdi iniqua: quales ſunt, qui cõcupiſcẽtias ſuas cõceptasq; malitias ſtudioſe ad effectũ
perducere moliũtur, & ꝑcepta creatoris ſui ſciẽter tranſgrediũtur, atq; in rebus creatis, caducis
& vanis, carnalibus ſeu terrenis finẽ ſibi conſtituunt, amorẽ defigunt, delectationem exquirunt,
talia ſummo, immenſo, ac incommutabili bono impijſsime & inſipiẽtiſsime præferẽtes. De qui-
bus loquitur Hieremias: Sapientes ſunt vt faciãt mala, bene autem facere neſcierunt. Iſti ſunt qui Ierem. 4.
lætantur cum malefecerint, quibus competit illud Pſalm. 35. Dixit Iniuſtus vt delinquat in ſe- Prou. 2.
metipſo, non eſt timor ante oculos eius, [& omnes vias eius intelligere noluerunt,] id eſt, diui-
na præcepta, conſilia, teſtimonia, documenta cognoſcere contempſerunt. Vel ſi eas nude atque
informiter ſciuerunt, aut ſcire optarunt ex vanitate ad commodũ ſui, non tamen eas ſcire volue- 1. Ioan. 2.
runt notitia formata & efficaci, de qua in prima ſua epiſtola ait Ioannes. Qui dicit ſe noſſe Deũ, Ioan. 15.
& mãdata eius non cuſtodit, mendax eſt. Horũ ignorantia inexcuſabilis eſt, grauãs & affectata,
quemadmodum Iudęorum, de quibus ait Saluator: Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, pecca
tum non haberent: nunc aũt excuſationẽ non habent, cuius cauſam ſubiungens: Viderũt, inquit,
& oderunt me & patrẽ meum gratis. Illorũ ergo ſequuntur malitiam, qui veritatis oditnt inſtru Ibidem.
ctorem. De hac materia dicta ſunt plura in ſuperioribus. Vbi etiam verbum iſtud ſententialiter
continetur, cum dicitur: Qui dixerũt Deo Recede à nobis, ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. Sed oc Iob. 21.
currit hic dubitatio vna, quæ ſolet quoſdam mouere, quomodo ſcilicet aliquis peccet ex certa
ſcientia atq; malitia, ſeu ex deliberatiõe, & velut induſtria, cum tamẽ ſecundũ beatiſsimũ prin-
cipẽ theologorũ diuinum Dionyſium, Nullus reſpiciens ad malum, operetur: & iuxta Philoſo-
phum, Omnis malus ſit ignorans. Secundum quem, etiam obiectum appetitus, eſt bonum, ita Dionyſi.
vt malum (ſecundum quod tale) appeti nequeat. Et reſpondendum, quod nullus appetit aut
efficit malum culpæ, inquantum eſt malum, ſed inquantum eſt apparens bonum, niſi enim vi-
deretur aliquo modo bonum, videlicet ad aliquid vtile & delectabile, nullatenus appetere- Prou. 21.
tur, nec fieret. Propter quod Salomon loquitur: Omnis viri via; recta ſibi videtur. Inquan-
tum ergo peccator iudicat aliquo modo bonum, quod vere eſt malum, errat atque ignorans vo-
catur. Hinc ſecundum Philoſophum, notitiam veri quam homo in generali ſynceriter habet,
paſsio ſeu malitia in particulari obtenebrat, ita ꝙ caret ſcientia actuali formata, quæ dicitur pra-
ctica & boni efficaciter approbatiua. Itaq; peccat quis ex deliberatiõe & certa ſciẽtia. quia quod
agit. nouit eſſe illicitum, & tamẽ id facere decreuit, loquendo de informi & nuda notitia: nihil-
ominus caret formata & actuali notitia ſiue ſcientia. Illa quoque informis notitia in particula-
ri facto, ignorãtiæ & errori alicui permiſcetur, vt dictum eſt. Sic ergo peruerſi quaſi de induſtria
receſſerunt à Deo, eiusque vias intelligere noluerunt, [vt peruenire facerent ad eum clamorẽ]
i. querelam, fletum, orationem, [egeni] quem impie oppreſſerunt, [& audiret] Deus, i. per effe
ctum & exauditionẽ cognoſcere ſe monſtraret [vocem pauperum,] ab impijs afflictorum. Itaq;
vt, concomitanter, non cauſaliter, hic tenetur. Ex hoc enim ꝙ peruerſi ſe tam impie habuerunt,
conſeqtur ꝙ Deus magis attẽdit ſeu audit vel vindicat eos q̃ opprimũtur ab illis. Vnde Gen. 4.

ait ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Et Exod. 3. Clamor filiorum Iſrael venit
ad me, qua videlicet ab Aegyptijs opprimebantur crudeliter. [Ipſo enim concedēte pacē, quis
eſt qui condemnet?] id eſt, ſi Deus dederit alicui pacem pectoris in præſenti, vel pacem æterni-
tatis in futuro, quam potiſsime dat pauperibus & oppreſsis, nullus poterit electū hūc Dei dāna-
re, quod ſi Deus cōceſſerit pacē temporis, nullus poterit tēporaliter perturbare, Deo reſiſtere, eius
propoſitū opusq; impedire. Sic & Apoſtolus ad Rom. 8. ait: Si Deus pro nobis, quis contra nos? [Ex
quo abſconderit vultum] ſuū, i. gratiam contēplationis atq; præſentiæ ſuæ gratioſam ſerenitatē
abſtraxerit, quod etiā bonis aliquando diſpēſatiue quodāmodo facit. [quis eſt qui contēpletur eū?]
nullus plane, quia ad contēplationē ſummæ & incōprehēſibilis veritatis, ad intuendam pulchri-
tudinem Dei, ad delectandum in eo ſynceriter, requiruntur gratia gratū faciēs, charitas, donūq;
ſapiētiæ. [Et ſuper gentē & ſuper omnes homines] i. tā in qualibet gēte, quā in tota hominū mul
titudine ſeu in hominibus ſingulis, iſtud dictū locū & veritatē ſortitur, quod ſcilicet Deo pacem do
nāte, nō eſt qui dānet: & ſi vultum ſuū abſconderit, non eſt qui hominem conſuletur. Hoc patet
(ſecundum Gregorium) in gentilitate conuerſa, & in ſynagoga relicta. Nullus ergo ſuis viribus
gratiā contēplationis aſſcribat. [Qui regnare fecit hominē hypocritā propter peccata populi.]
Deus indignos, inſufficientes, inidoneoſque prælatos ſeu principes alijs præficere dicitur per-
miſsiue magis quā effectiue, niſi forte inquantū per impios præſidentes corrigit & emēdat vitia
Eſai. 3. ſubditorū, electos purgans ſubiectos per rectores iniquos. Hinc per Eſaiam ait: Dabo pueros
principes eorū, & effœminati dominabuntur eis. Atque Oſeæ 13. Dabo tibi regē in furore meo,
& principes in indignatione mea. Hoc ergo propter populi fit peccata. Denique, quod interim
particulariter agitur in fine ſeculi, generaliſsime duriſsimeque complebitur, quando propter Iu
dæorum totiuſque mundi exceſſus, homo peccati, filius perditionis Antichriſtus, mundi monar
chiam ſuſcipiet, de quo Iudæis loquutus eſt Chriſtus: Ego veni in nomine patris mei, & non
Ioan. 5. accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis, de quo 2. ad Theſſalonicenſ. 2.
ſcribit Apoſtolus: Mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, eo quod charita
tem veritatis non receperunt. Hinc ait Gregorius: Nullus qui iniuſtū rectorē patitur, illū immo-
deranter accuſet: quoniā ſui fuit meriti, peruerſi rectoris ſubiacere ditioni: culpā ergo proprij ma-
gis accuſet operis, quā iniuſtitiā gubernātis. Sic quoq; ſecundū merita ſubditorum, tribuuntur
perſonæ regentium, vt ſæpe qui videntur boni, accepto mox regimine permutentur, ſicut de
Saule 1. Reg. 13. 14. 15. habetur. Iterum, ſic pro qualitatibus ſubditorum aliquando diſponun-
tur acta regētiū, vt ſæpe pro malo gregis, delinquat etiam vita boni paſtoris, vt patet de Dauid in
2. Reg. 24. numeratiōe populi, cuius culpā ideo populus luit. Sed quia ipſe Dauid culpa in hoc ipſo non ca-
ruit, nam voluntarie ſuperbiens fuit, hinc & ipſe punitus eſt: quia intimo dolore atque ingenti
timore angelum intuendo, & populi ſui plagam cernendo, fuit proſtratus. Sed quia rectores ha-
bent iudicem ſuum, magna cautela eſt ſubditorum, non temere iudicare vitā regentium, ſed pro
priam infirmitatem inceſſanter penſare. Sæpe etenim quia de nobiſipſis fortia credimus, præla-
tos noſtros diſtricte iudicamus. Quo enim noſipſos minus cognoſcimus, eo illos quos repræ-
hendere nitimur, plus videmus. Hæc atque ſimilia multa, pulchra ac valde vtilia circa hunc lo-
cum ſcribit Gregorius de his, quæ præſidentes ſubditoſque concernunt, & quomodo quili-
bet eorum de ſeipſo humiliter æſtimare & ad alium habere ſe debeat, quæ in Gregorio requi-
rantur. Poſtremo Elihu ideo verbum iſtud induxit, vt inſinuaret ipſum Iob fuiſſe hypocritā,
& propter populi ſui peccata, diuina permiſsione regnaſſe. Conſequēter alloquitur ſanctū Iob.
[Quia ergo loquutus ſum] probando intentum, [ad Deum,] i. ad ipſius honorē, atque finaliter
propter eum, ad quem etiam aliquādo direxi ſermonem, [te quoq; non prohibeo] loqui. Diſpu-
tantium enim eſt, ſe inuicem audire. Si erraui, tu doce me.] condiſputantes etenim dociles eſ-
ſe debent, non pertinaces. Ideo ſi vnus alio quid nouit, alter acquieſcere debet. [Nec propter
victoriam aut laudem inanem, ſed propter veritatis notitiam & virtutis profectum diſputatio
fieri debet ex charitate. [Si iniquitatem locutus ſum,] id eſt, verba iniqua, [vltra non ad-
dam:] quia peccatis præteritis non ſunt noua addenda, ſed de illis dolendum, & de futuris ca-
uendum, ſecundum illud Eccleſiaſtici viceſimoprimo: Fili, peccaſti? ne adijcias iterum, ſed
& de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur, & quaſi à facie colubri fuge peccata. Præterea
(iuxta Gregorium) conſuetudo arrogantium eſt, tunc auditores de verborum ſuorum errore
inquirere, cum ſe nouerint non erraſſe, ſed fortia quædam dixiſſe, vt de ipſa inquiſitione lau-
dentur, qui tamen de errore argui adſpernantur, dum erraſſe noſcuntur. [Nunquid à te De-
us expetit eam,] id eſt, ſi loquendo iniquitatem incurri, hanc Deus exquiret à me, non à te: quo
niam ego pro ea rationem dare & pœnam perpeti exigar, non tu, [quia diſplicuit tibi] iniquitas
mea vel ſermo meus? Ideo pro meo peccato non punieris, ſicut frequenter vnus fit particeps
culpæ alterius per conſenſum ad illam, quaſi dicat. Non debes de verborum meorum pro-
Roma. 14. ſecutione turbari, quia ſi in eis excedo, egomet puniar. Vnuſquiſque enim, teſte Apoſtolo,
pro

pro ſeipſo rationem reddet. Ad quod inſuper aliam rationě adducit.[Tu enim cœpiſti loqui]i.
occaſionem huic diſputationi dediſti, dicendo, Pereat dies in qua natus ſum &c. [& non ego] Iob. 3.
Hoc etiam Elihu ait, quoniam culpabiliores eſſe ſolent qui in contentionibus inchoāt, quā qui
reſpondent. [Quod ſi quid melius noſti, loquere.] quod dicit, non putando ꝙ Iob aliquid me-
lius ipſo ſciret, ſed vt eum magis confunderet, immo ad oſtendendum inſipiētiam S. Iob, ſuper-
be mox ſubdit: [Viri intelligentes loquantur mihi:] quia tales duntaxat digni & apti ſunt me-
cum conferre & diſputare. [& vir ſapiens audiat me] quia talis ſolum capax eſt ſententię verbo-
rum meorum, quaſi dicat: Iſte Iob ꝓpter paſsiones & vitia ſua indignus eſt me alloqui & audire.
Hinc ſubditur: [Iob autě ſtulte locutus eſt.] Cū tamě iam dictū ſit, In omnibus his non peccauit Iob. 2.
Iob labijs ſuis, nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt. [& verba illius non ſonant diſcipli-
nam]. i. non indicant eum moralem, reformatū & diſciplinatum, nec continent veram doctri-
nam, immo oſtendūt, quod ſit penitus vitioſus. Siquidem minus dicit, & magis ſignificat, In qui
bus verbis rurſus Elihu præſumptioně ſuā arrogātiamq́; demōſtrat. Veruntamě conſequěter ze-
lum Dei habere ſe ſimulat. [Pater mi] i. O Deus creator, ratione conditionis & gubernationis
pater, [probetur Iob vſq; in finem] i. vſque ad mortem aduerſitatibus exerceatur, quouſque ab
errore ceſſauerit, & veritas tua ei per flagella iſta probetur, quia per rationě inſtrui dedignatur.
[Ne deſinas ab homine iniquitatis] hoc eſt, nō ceſſes impiū iſtū percutere, quia non emendatur
verberibus, qui tantæ eſt impietatis, quaſi homagium fecerit ipſi peccato. Vnde Antichriſtum
Apoſtolus hominem peccati appellat. [qui addidit ſuper peccata ſua] alia multa & magna, blaſ- 2. Theſ. 2.
phemiam.] quæ eſt impoſitio falſi criminis in Deum, à quo ſe perhibet iniuſte iudicatum & cæ-
ſum. [Inter nos interim conſtringatur] i. pœnis coarctetur, & flagellis cingatur, vt ſe libere mo-
uere non queat. [& tunc] id eſt, ita conſtrictus [ad iudiciū] vltionis, videlicet pœnas cōdebitas
diuino iudicio infligēdas. [prouocet ſermonibus ſuis] blaſphematorijs [Deum] i. cauſam pœ-
narū harū Deo miniſtret. non quod quietiſsimus & inuariabilis Deus noſtris vitijs aut modo a-
liquo ꝓuocetur, ſed quoniā ob noſtra peccata tales nobis pœnis infligit, quaſi per hæc ꝓuocatus
exiſteret. Intantum enim hoc eſt, vt etiam ira & furor ei ob ſimilitudinem operis aſcribantur.
Porro quod ait, prouocet ſermonibus ſuis Deum, non imprecatiue ſeu optatiue, ſed ironice di-
xit, quaſi dicat, obſtinatus & incorrigibilis eſt: ideo peccet & agat quod vult, quemadmodum
Apocalyp. 22. dicitur: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Elucidatio literalis Capituli 35. Igitur Elihu hæc &c.
Articulus ſexageſimuſtertius.

IGitur Elihu hæc rurſum locutus eſt.] Elihu multis argumentationibus vſus eſt, & viciſsim
intento concluſo, pauliſper conticuit, dans locum reſpondendi beato Iob, quo ſilente, Elihu
arbitrans eum, vel ex ignorantia, vel ex indignatione tacere, diſputationem ſuam reſumpſit,
ipſumque Iob acriter impugnauit: quia ſe victum non fatebatur, nec culpabilem affirmabat.
[Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres] illa verbis prodendo, [Iuſtior Deo ſum?
Dixiſti enim] Non tibi ô Deus [placet quod bonum eſt.] i. vita ſeu actio virtuoſa. Verba iſta
beatus Iob non deprompſit formaliter, immo nec virtualiter, ſed Elihu aſſerit eum iſta dixiſſe,
quia ſequebantur ex præhabitis verbis Iob, ſecundum quod ea Elihu intellexit. Siquidem ſu-
perius ait Iob: Quis mihi tribuat, vt veniam vſque ad ſolium eius, ſcilicet Dei, proponam co- Iob, 23.
ram eo iudicium? Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me
premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum. Ex quo
ſequi videtur, quod ſecundum ſyncerum proceſſum iuſtitiæ, Iob in cauſa iudiciali contra De-
um præualuiſſet, ſicque ſenſerit DEO eſſe ſe iuſtiorem. Sed ad quem ſenſum verba illa pro-
tulerit, ibidem expoſitum eſt. Quod autem Iob dixerit DEO, Non tibi placet quod iuſtum
eſt, Elihu ſumpſit ex eo, quod Iob ſuperius dixit: Si fuero iuſtus, non leuabo caput, videli-
cet quaſi non habeam ſpem placendi DEO per hoc. [Vel] dixiſti Deo: [quid] id eſt, ali-
quid [tibi] ô Deus [proderit, ſi ego peccauero.] Vel legendum eſt hoc interrogatiue, eritque
ſenſus: O Deus, quid proderit tibi, ſi ego peccauero? tanquam dicat: Placet tibi vt peccem,
quaſi hoc tibi proſit, & tamen quid tibi hoc poteſt prodeſſe? Sic itaque Elihu imponit beato
Iob errorem illorum, qui dixerunt Deo noſtram iniquitatem placere, quaſi ſibi ad aliqua vti-
lem, vt ſcilicet ipſe ex ea iuſtior appareret, eamque vlciſcendo, ſuam declararet iuſtitiā, ad quod Pſalm. 50.
aliqui allegauerunt illud Pſalmiſtæ: Tibi ſoli peccaui, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vin-
cas cum iudicaris. Contra quorū errorě Apoſtolus ad Roman. 3. diſputat, inter reliqua dicens:
Si Dei veritas in meo mendacio abundabit in gloriam ipſius, quid adhuc ego tanquam pecca- Iob. 10.
tor iudicor? Præterea, verbum iſtud Elihu imponit beato Iob, quia ſuperius dixit: Deo: Qua-
re me mundū eſſe nō pateris? [Itaque ego reſpondebo ſermonibus tuis] quibus te iuſtum pro-
baſti,

baſti,oſtendendo qnod falſi ſint,[&amicis tuis tecum,] id eſt,tribus viris iſtis, qui à te conuicti
& tibi nunc conſentientes,pariter tecum ſnnt reprnbandi. [Suſpice cælum] i. orbes cæleſtes &
ſtellas ſeu ciues ſupernos, [& intuere] naturam, curſnm, dignitatem, actionem & perfectio-
nem omnium horum, [& contemplare æthera quod altior te ſit] id eſt, ex conſideratione crea-
turarum iſtarum Dei altiſsimi, perpendere pntes ꝙ Deus ſit iuſtior, altior, perfectior, ſanctior,
ſapientior quã tu: ſitq́; extra ſphæram & ordinẽ actiuorũ & paſsiuorũ, ita ꝙ malum in eum cade-
Rom. 11. re nullatenus poſsit. Inuiſibilia etenim Dei (ſecundum Apoſtolum) ex creatura mundi cogno-
ſcuntur. Et Sapientiæ 13. ſcriptum eſt: A magnitudine ſpeciei creaturæ, poterit creator horum
Eſai. 40. cognoſcibiliter videri. Vnde & ab Eſaia admonemur: Leuate in excelſum oculos veſtros, & vi-
dete quis creauit hæc. Omnia equidem condidit Dens omnipotens perfectionaliter infinitus,
vt ſua in eis reluceret perfectio, atque ex creaturarum ordinisque earum conſideratione, ipſe à
rationali creatura honoraretur. Propter quod Pronerb. 16. dicitur: Vniuerſa propter ſeipſum o-
peratus eſt dominus. Eccleſiaſtes qnoque 3. ait: Fecit Deus opera ſua vt timeatur. Deniq; quam-
uis omne creatũ finitum ſit, Omnia etenim in numero, menſura, & põdere Deus creauit, nihilo-
minus ex creaturarum ſpeculatione cognoſcitur creator eſſe immẽſus, hoc eſt, infinitę perfectio
nis in poteſtate, bonitate & ſapientia. Ideo Elihu admonet ipſum Iob ad cæli & ætheris ſeu aë-
ris intuitionem, quaſi dicat: Si illa o Iob rite conſideras, cognoſcis quod Deus ſit te iuſtior & ab-
ſolnte perfectior infinite. Ideo ei nec obeſſe vales, neq; prodeſſe. Hinc ſubditur: [Si peccaueris,
quid ei nocebis,] qui inuariabilis impaſsibiliſq́; conſiſtit? [Et ſi multiplicatæ fnerint iniquita-
tes tuæ, qnid facies contra eum?] i. in nocumentum ipſius ſeu minoratinnẽ perfectionis & bea-
titudinis eius. Quãuis enim Deus in ſcripturis frequẽter perhibeat ſe ex hominũ peccatis ad ira
Eſai 1. cundiã prouocari; immo in Eſaia teſtatur: Laboraui ſuſtinẽs. Et rurſus: Præbuiſti mihi laborem
Eſai. 43. in iniquitatibus tuis. Itemq́ue Geneſ. 6. de Deo aſſeritur, ꝙ vidẽs iniquitatẽ hominũ, tactns do-
Malach. 3. lore cordis intrinſecus, dixit: Pœnitet me feciſſe hominẽ. Et per Malachiã loquitur: Si configet
homo Deũ, quia vos configitis me? quãuis (inquam) iſta atque ſimilia in ſcriptura veritatis con-
tenta ſint, non tamen ita dicuntur, quaſi diuina mens infinitæ trãquillitatis & gloriæ ſuæ internæ
vſquam ſuſtineat detrimentũ, ſed ꝓpter ſimilitudinẽ operis eiùs ad extra, talia aſſeruntur. Ideo
Hieremiæ 7. legitur: Nunquid me ad iracundiã prouocãt, dicit dominus? Nonne ſemetipſos in
cõfuſione vultus ſui? [Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei, aut qd de manu tua accipiet] i. per-
Pſalm. 15. fectioni eius nihil adijcies, nec aliquid quo perficiatur, à te ſumet. De quo ait Pſalmographus:
Dixi domino, Deus meus es tu, quoniã bonorũ meorũ nõ eges. Nec obſtat quod Hiere. 13. ſcri-
ptũ eſt: Date gloriã domino Deo veſtro, antequã cõtenebreſcat. Et Apoc. 19. Regnauit dominus
Deus noſter omnipotẽs, gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei. Talia qppe dicũtur, nõ ꝙ
demus Deo ꝙ ipſe non habet, aut qno caret vel indiget, ſed quia quod tenemur, vel ab ipſo acce
pimus, ei exoluimus, quemadmodum 1. Paralipo. 29. Dauid loquitur Deo: Quis ego & quis po-
pulus tuus, vt poſsimus tibi iſta permittere? Tua enim ſunt omnia, & quæ de manu tua accepi-
mus, dedimus tibi. [homini qni ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua?] Culpa vnius, alteri non
nocet nocumento culpæ, ita ꝙ propter peccatum vnius, alter reddatur culpabilis culpa perſonali
& ꝓpria, cui pœna ſenſus debeatur, niſi alter ex peccato alterius inducatur ad cnlpã perſonaliter
peccans per impatientiã, iram, cõſenſum, aut ſimili modo. Sed peccatũ vniuſcuiuſque in propri-
um redundat authorem. Propter quod Eccleſiaſticus 27. ait: Qui fodit foueam, incidit in eam,
& faciẽti nequiſsimũ cõſilium ſuper ipſum deuoluetur. Eccleſiaſtes quoq; 10. Qui diſsipat ſepẽ,
mordebit eum coluber. Quõ ergo impietas vnius nociua eſt alteri? Et reſpondẽdum, quod im-
pietas, id eſt, impia & crudelis ſeu vitioſa actio vnius, nociua eſt alteri directe nocumento pœnæ
ſeu damo pœnali, inferendo damnũ in perſona, ſubſtãtia, fama, aut ſobole, vt patet de homici-
dio, oblocutione & furto. Interdũ etiã & quaſi indirecte culpa vnius nocet alteri nocumẽto cul-
Auguſti. pabili, inquantũ eſt ſibi occaſio delinquẽdi. Immedate tamẽ alter nõ incidit cnlpam perſonalẽ,
niſi per propriã voluntatẽ, ſecnndũ Auguſtinũ, dicentẽ ꝙ peccatũ adeo eſt voluntariũ, ꝙ ſi non
eſſet volũtariũ, nõ eſſet peccatũ. [& filiũ hominis adiuuabit iuſtitia tua.] Virtus eñ & perfectio
vnius, alteri, immo & multis ꝓdeſt, bonũ exemplũ præſtãdo, veniã & gratiã impetrando, ad cau-
telam prouidam inducẽdo, ab erroribus corrigendo, ad veritatis notitiã perducẽdo. Ideo Iaco-
Iacob 5. bus monet: Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Multũ enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Et Eccle
ſiaſtici 33. ſcriptũ eſt: Videte quia non ſolũ mihi laboraui, ſed omnibus exquirẽtibus ſapiẽtiam.
Deniq; quõ impietas vnius noceat alteri, atq; iuſtitia vnius aliũ iuuet, p̄cipue cõſtat ex eo, qnod
ad Roman. 5. ait Apoſtolus de Adam & Chriſto: Sicut per vnius inobedientiam peccatores con-
ſtituti ſunt multi, ita per vnius hominis obedientiã iuſti cõſtituẽtur multi. Poſtremo, hoc loco in-
ter hominẽ & filiũ hominis, non oportet differentiã realem inducere. Siquidẽ in toto hoc libro
rhetorice ſcripto, eadẽ res atq; ſentẽtia ſub alijs verbis frequẽter exprimitur. Inſuper q̃ induxit,
cõſequẽter & explanat. [Propter multitudinem calumniatorũ clamabũt] i. calumniã patientes
dolornſe

doloroſè vociferabuntur,& à Deo vel ab homine auxilium poſtulabũt propter iniuriam & vio-
lentiam eis à calumniatoribus factam,ſicut filij Iſrael clamauerũt ad dominum in Aegypto, pro- Exod.1.2 3.
pter multitudinem Aegyptiorum calumniantium eos. Talis autem clamor venit interdum ex
zelo iuſtitiæ,prout in Euangelio ait Saluator: Deus non faciet vindictam electorum ſuorũ, cla- Luc. 18.
mantium ad ſe die ac noctes tanquam dicat, Immo vtique faciet. Nam ſubiecit, dico vobis quia
cito faciet vindictam illorum. Iuxta hanc expoſitionem quod dicitur,calumniatorũ, paſsiue ac-
cipitur. Poteſt quoq; ſumi actiue, eritq; ſenſus,propter multitudinẽ calumniatorũ,i. iniuriã vio-
lentiamq; paſſorũ,clamabunt calumniatores,quãdo pro ſuis peccatis debita ſuſtinebant tormen
ta. Prima tamen expoſitio ſequentibus amplius conſonat. Nam ſequitur: [& eiulabunt propter
vim brachij tyrannorum]i.impotentiores & inopes flebunt propter oppreſsionem & contume-
liam eis à tyrannis & duris illatam,quod ſpiritualiter ſumi poteſt. Quemadmodum enim qui-
dam corporalia damna inſerunt, perſuadendo aut opprimendo, ſic quidam ſpiritualiter nocent Auguſtinus.
ad vitia inducendo, blandiendo aut perterrendo. Vnde ſecundum Auguſtinum, duplicem a-
ciem mundus producit aduerſus Dei electos ſeu martyres. Nam blanditur vt fallat,terret vt vin-
cat. [Et non dixit: Vbi eſt Deus qui fecit me?]Hoc quidam ſingulariter trahunt ad Iob,ita quod
Elihu dicere voluit, quod Iob contradicendo diuinæ iuſtitiæ,& in aduerſis credendo impatien-
tiæ,non attendit diuinæ maieſtatis præſentiam,nec penſauit Deum eſſe ſuum factorem & om-
nium iuſtiſsimum cõditorem. Inſuper indeterminate accipi poteſt,quod quicũq; in aduerſis de
ficiẽs,nõ dicit verbo ſeu facto, Vbi eſt Deus qui fecit me,id eſt,in ipſo non ſperat,& eius aſsiſtẽ-
tiam non perpendit,neq; præſentiã intuetur. Hinc dicit Gregorius: Quiſquis aduerſitatum tri- Gregorius
bulatione frangitur, quo à factus ſit,minime contemplatur. Nam Deus,qui quod non erat,fecit,
factum ſine gubernatione non deſerit: & qui benigne hominem condidit, nequaquam cruciari
iniuſte eum permittit. Nunquam ergo iniuſte nos tribulari putemus. [Qui dedit carmina in no-
cte] i. cantica iucunda ſeu conſolationem in aduerſitate,quia per gratiam ſuam dat Deus electis
aduerſa cum gaudio ferre, prout Iacobus monet: Omne gaudium exiſtimare fratres,cum in di- Iacob. 1.
uerſas tentationes incideritis. Et Paulus Roman.12. ait: Spes gaudentes, in tribulatione patien- Matth. 5
tes. Chriſtus quoque hortatur: Gaudete in illa hora & exultate. Hinc dicit Gregorius: Carmen Lucæ 6.
in nocte, eſt lætitia in tribulatione: quia etſi preſſuris temporalitatis affligimur, ſpe æternorum Gregorius
gaudemus. In quibus verbis Elihu notat Iob, quod in tribulationibus ſuis non debuit ſic tri-
ſtari. Vel ſic: Qui dedit carmina. id eſt,pſalmos & ſpiritualia cantica ac reuelationes per modum
carminum ſcriptas,in nocte,i.in ſeculo & caligine ignorantiæ vitæ huius. Vel ad literam, in no-
cte, quando reuelationes diuinæ communius fiunt,exterioribus (vt dictum eſt) ſenſibus quieta-
tis. Talia carmina in libro iuſtorum poterant contineri,de quo ſcriptura canonica facit aliquan-
do mentionem. Vnde Albertus: In nocte, inquit, ignorantiæ huius prima carmina de Deo fue- Ioſue 10.
runt illud Catonis allegans: Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt. [Qui docet nos ſu-
per iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos.] Illa enim ſunt irrationalis naturæ, in qui-
bus nec intellectus, nec ratio eſt,ſed ſola ſenſitiua cognitio. Hominibus autem contulit intelle-
ctum, quo inter verum & falſum, bonum, & malum diſcernunt à particularibus abſtrahunt im-
materiala, inſenſibilia & diuina cognoſcunt, ſtudendo proficiunt, vnum ex alio conſiderant &
concludunt. Inſuper Deus homines erudiuit per legem ſcriptam & Euangelicam, per illumina-
tionem angelicam, per inſtructionem diuinam, vnum quoque hominem per alium multiplici-
ter erudit, quod per Apoſtolos præcipuæ fecit, quemadmodum Paulus teſtatur: Corripientes, Coloſ. 1.
Inquiens, omnem hominem & docentes omnem hominem in omni ſapientia. Spiritaliter per
iumenta terræ, deſignantur homines carnalibus vitijs dediti: per volucres cæli,notantur ſuperbi
& curioſi, qui diuinarum illuſtrationum capaces non ſunt. Vnde ſuper illos ſeu plus quam illos
Deus inſtruit virtuoſos ac ſpiritales,quorum vnũ,Elihu eſſe ſe ſenſit. Poſtremò, diſputatiõe ani-
mæ rationalis, qua inferioribus formis per rationẽ præfulget, etiam corporis diſpoſitio correſpũ
det,non enim vt cætera animalia,habet homo corpus & vultũ prona in terrã,ſed eleuata ad cælũ,
vt ex hoc perpẽdat ſe propter cæleſtiũ ac diuinorũ contemplationẽ plaſmatũ,ſicq; terrenis & car
nalibus ſpretis,ad ſuperna feratur. Hinc Ouidius ait: Os homini ſublime dedit, cælumq; videre
Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus. [Ibi] videlicet in tribulatione, ſecundum Gregorium: Gregorius
Vel ibi, id eſt, quia eruditioni qua Deus homines erudiuit,non acquieuerunt, [clamabunt] vi-
tioſi atq; feroces dignis plagis percuſsi. [& non exaudiet] eos Deus [propter ſuperbiã maloru]
i. propter eorũ arrogantiã in quã manſerũt,ac diuinis præceptis fuerũt rebelles,ita quod nõ pœ-
nituerũt veraciter,nec ex amore Dei, ſed ex priuato amore ac ſeruili timore ꝓcedit clamor ora-
tioq; ipſorũ. Vnde Prou.1. dominus de talibus ꝓteſtatur: Tunc (ſ. in aduerſitatis, neceſsitatis que
tẽpore) clamabũt, & nõ exaudiã: mane cõſurgent, & nõ inueniẽt me, eo ꝙ exoſam habuerint di-
ſciplinam, & timorẽ domini nõ ſuſceperint. Et Pſalmiſta fatetur: Clamauerũt,nec erat qui ſaluos Pſalm. 17.
faceret,ad dominum,nec exaudiet eos. Itaque qui deſuper cupit audiri, nequaquam remaneat
in aſ-

in affectu peccati, nec in voluntate peccandi, ſed ex corde pœniteat & emendet, atque ad Deum
mentaliter amoroſe conuerſus, ac iuſtitiam zelans, preces fiducialiter fundat indeſinenter. Hinc
in Eſa. 21. dominus loquitur: Si quæritis, quærite: cõuertimini & venite, hoc eſt, Si me quæritis, ve-
re & ex corde me quærite. [Non enim fruſtra audiet Deus.] ſuperius dixit, quod calumniam
patientes ſeu iniuriati, clamabunt & eiulabunt, quorum DEVS audit clamorem. Deinde ſub-
iecit, quod Deus vitioſos & oppreſſores aliorum non audiet, cuius rationem aſsignans, nunc
ait: Non enim fruſtra audiet Deus. Itaque ſenſus eſt, quod Deus non fruſtra audiet clamorem,
precem & gemitum afflictorum: ſed pie atque ſalubriter eos exaudiet, quorum clamorem fru-
ſtra audiret, ſi & oppreſſores eorum in ſuis precibus exaudiret, præſertim quia (vt dictum eſt) op
preſsi, ex zelo iuſtitiæ orant DEVM, vt aduerſariorum ſuorum impietatem ac ferociam debi-
te vlciſcatur. [& omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur] id eſt, actus, negocia, neceſsitates,
vota, preces & ſtudia omniũ cõſiderabit, immo indeſinenter conſiderat, vt omnia iuſte iudicet &
Gregorius diſponat. Circa quod ſcribit Gregorius: Nemo qui tardius exauditur, credat quod à ſuperna cu-
ra negligitur. Sæpe enim quod impleri velociter petimus, ex ipſa tarditate melius proſperatur. [E-
tiam cum] ô Iob [dixeris, non conſiderat] i. Deus hominum acta non penſat, nec iudicat, [iudica
re coram illo] id eſt, coram Deo iudica per rectam rationem teipſum, omnia tua diſcutiendo, &
inuenies quod Deus prouidentiam actuum habeat humanorum, & quod per tuos exceſſus iuſto
eius iudicio ſis percuſſus, Vel iudicare coram illo, id eſt, ab eo vtique iudicaberis, & per damnatio-
nis tuæ experientiam ſcies quod Deus cuncta conſideret. Iden ſubditur, [& expecta eum.] quaſi
dicat, tempore ſuo videbis quantum erraueris, iuxta illud 2. Mach. 7. ſuſtine, & videbis qualiter
te Deus torquebit. [Nunc enim non infert furorem ſuum] id eſt, in hac vita Deus peccatores lon
ganimiter tolerat, & pœnitentiam eorum patienter expectat. Flagella quoque quæ hic infert, ex
miſericordia prodeunt, & ad correctionem hominum communiter ordinantur: quoniã pœnæ vi
tæ præſentis medicinales dicuntur, tanquam ad correctionẽ patientium ordinatæ. quamuis inter-
Exod. 14. dum contingat oppoſitum in quibuſdam, quos Deus in vita hac horribiliter plagat, & æternali-
Num. 16. ter inſuper damnat, vt in Pharaone & ſuis, in Dathan & Abiron innoteſcit. [nec vlciſcitur ſcelus
valde] id eſt, peccata hominum in ſeculo iſto non vindicat ſecundũ rigorem ſuæ iuſtitiæ, nec mul
tum diſtricte, ſed citra condignum & pie nunc punit & admonet per aduerſa, iuxta illud Sap. 11.
Misereris omniũ domine, quoniã omnia potes, & diſsimulas peccata hominum ꝓpter pœniten-
tiam. Hæc aũt Elihu introducit contra ea quæ ſuperius Iob induxit, in quibus aſſeruit ſe vltra quã
Gregorius meruit flagellatum, & quod contra eum furor Dei eſſet iratus. Præterea iuxta Gregorium, Deus
diu nunc impios tolerat, quoniã æternaliter damnat: & furorem ſuũ nunc inferre diſsimulat, quia
effundendum ſine fine in poſterum ſeruat. Eant ergo nunc reprobi, & voluptatum ſuarum deſi-
deria multa iniquitate conſument. atque eo temporalia flagella non ſentiant, quo ſupplicia eos
æterna expectant. Ex præinductis concludit: [Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum,] quia quod lo-
quendo intendit oſtendere, non poteſt firmis rationibus comprobare, ſed oppoſitum iam pro-
baui. [& abſque ſcientia verba multiplicat] id eſt, indiſcrete & inſipienter eſt garrulus, quemad-
modum Eccl. 7. legitur: Stultus verba multiplicat. Porro ſecundum Gregorium, proprium ar-
rogantium eſſe ſolet, vt pauca credant quæ ipſi multa dixerint: & multa credant, quæ ipſis pauca
dicuntur, quia enim ſua ſemper dicere volunt, aliena audire non poſſunt. Vim ſe pati exiſtimant,
ſi ea quæ immoderatè ſentiunt immoderatius non effundant.

Elucidatio cap. 36, Addens quoque Elihu. *Art. 64.*

ADdens quoque Elihu, hæc [etiam [loquutus eſt.] Tacente B. Iob, Elihu poſitionem ſu-
am multipliciter confirmare curauit, & nunc in iſto cap. alijs rationibus probat idem, quod
ſuperius iam probauit. [Suſtine me paululum] id eſt, patienter me audi paulisper, quia ſuc-
cincte loquar. [& indicabo tibi quod verum eſt, & quod ſcire te conuenit. [Adhuc enim habeo
quod pro Deo loquar] i. alias intueor rationes ad defendendum iuſtitiam Dei, cui tu derogas,
dum teipſum præſumptuoſe iuſtificas. [Repetam ſcientiam meam à principio] i. ea quæ ab exor-
dio huius diſputationis meæ loquutus ſum de iſta materia, nunc de nouo plenius proſequar, ea-
demque cum clariori probatione reſumam. [& operatorem] id eſt, Deum creatorem [meum
probabo iuſtum. Vere enim abſque mendacio ſermones mei.] Veruntamen Elihu iſte nonnun-
quam falſe concluſit, & ex veris præmiſsis contra Iob inania intulit. [& perfecta ſcientia probabi-
tur tibi] id eſt, probabo tibi quod ſcientia mea quam de Deo & eius prouidentia, æquitate, iudi-
cio habeo & propono, ſit integraliter vera, & in genere ſuo perfecta videlicet quantum ſpectat ad
viatorem meumque ſtatum. Perfectum quippe pluribus dicitur modis. Conſequenter probat re-
ctitudinem diuini iudicij. [Deus potentes non abijcit] id eſt, ea ratione qua potentes ſunt, eos
non deteſtatur, nec odit, repellit aut damnat, [cum & ipſe ſit potens,] immo omnipotẽs. Nõ enim
odit

edit aut abijcit eos ob id vel per id, in quo ei aſsimilantur: quoniam ſimilitudo per ſe eſt cauſa
dilectionis, ſecundum illud Eccleſiaſt, decimo tertio: Omne animal diligit ſimile ſibi. Cum
ergo potentes per potentiam Deo aſsimilentur, à quo illam etiam ſortiuntur, prout ad Roman.
decimo tertio legitur: Non eſt poteſtas niſi à Deo: conſtát quod ratione potentiæ eos non abij-
cit, ſed quia abutuntur potentia, qua ſi bene vtantur, eos acceptat, vt Samſonem, Dauid, Iudam Iudic. 16.
Machabæum. Simili modo diuites non abijcit, cum & ipſe ſit diues. Porro quod Sapiens habet, 2. Reg. 7.
Potentes potenter tormenta patientur. & fortioribus fortior inſtat cruciatus, de potentibus & 1. Mac. 3. 6.
fortibus ſua potentia abutentibus dictum eſt, quemadmodum & quod loquitur Chriſtus: Poſsi Sap. 6. Mat. 19.
bilius eſt camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cælorum. [ſed nõ
ſaluat impios] impœnitentes, i. ſi potentes abijcit & condemnat, hoc eſt ꝓpter impietaté eorũ, in
quo notat quod Iob tépore ſanctitatis potentiſsimus fuit, ꝓpter ſua ſit abiectus & cæſus peccata.
ſed argumentũ iſtud nihil concludit. Quãuis enim Deus potentes iuſtos nõ abijciat, ſpiritalia do
na eis tollédo aut damnationé infligendo, tamẽ quantũ ad téporalé tribulationé & exteriorũ bo
norum priuationé, eos aliquando abijcit, ſeu quaſi relinquit propter maiorem eorum ꝓfectum,
& ob alias cauſas frequenter expreſſas. [& iudicium pauperibus tribuit.] Deus enim eſt pauperũ
ſpecialis adiutor & iudex in bonum eorum, iuxta illud Pſal. 9. Tibi derelictus eſt pauper. Et item
Pſal. 71. Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum. Iniuriam etiam pauperum ſin
gulariter vindicabit. [Non aufert à iuſto oculos ſuos] id eſt, pietatis ſuæ reſpectum non ſubtrahit
iuſtis, immo per complacẽtiam reſpicit eos, & gratioſe conſeruat ac diligit, etiam dum eos aduer
ſitatibus, tribulationibusq́; exponit, iuxta illud Pſal. 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. [& reges
in ſolio] id eſt, throno regali, [collocat in perpetuum] id eſt, per omne tempus vitæ eorum ſi po-
teſtate ſua bene vtantur, quemadmodum Prouer. 29. inducitur: Rex qui iudicat in veritate pau-
peres, thronus eius in æternum firmabitur. Poteſtq́; perpetuatio iſta ad ſucceſſores regum referri,
dummodo & ſucceſſores huiuſmodi iuſtitiam patrum ſuorum ſectentur. [& illic eriguntur] po-
teſtate regali vel elatione ſuperbiæ. [Et ſi fuerint in catenis] id eſt, propter ſuam iniquitatem &
pompam humilientur & captiuentur, catenisq́; conſtringantur, [& vinciantur funibus pauperta-
tis] i. quibuſdam penurijs velut funibus aggrauentur, videlicet fame, ſiti, nuditate & frigore, [in-
dicabit eis opera eorum & ſcelera eorum,] i. per illa aduerſa Deus reducet eos ad vitiorum ſuo-
rum conſiderationem, ita ꝙ ex pœnis conſiderabunt ꝓprias culpas, pront Eſa. 28. habetur. Tan-
tummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. [quia violenti fuerunt] Potentes enim, præci-
pue reges, multoties poteſtate vtuntur pro lege iuſtitiæ, nec voluntatem dirigunt ratione, dicen-
tes verbo vel facto. Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Animoſi ſunt enim, & animoſitas
rationem ineffabiliter cæcat. Hoc modo reduxit Manaſſen regem ad pœnitentiam, vt 2. Paral. 33.
fertur [Reuelabit quoq; auré eorum] i. interiorem illorum aurem docebit, [vt corripiat] de pec
catis eos increpet & emendet. [& loquetur] per verba interna ſeu verbera exhortando, [vt reuer
tantur ab iniquitate] i. vere pœniteant. [Si audierint] i. diuinæ exhortationi & increpationi cõ-
ſenſerint, [& obſeruauerint] i. opere cõplenerint quæ Deus eis iniungit, [complebunt dies ſuos
in bono] i. liberabuntur à captiuitate, & ad ꝓſperitatem priſtinam reducentur, [& annos ſuos in
gloria] i. regia dignitate atq; lætitia. [Si aũt non audierint,] i. obſtinati permanſerint, [tranſibunt
per gladiũ] i. gladio percutientur, [& conſummentur in ſtultitia] i. in ſuo errore & malitia moriẽ
tur. Apteq; ait, in ſtultitia, quia nec verberibus & aduerſis corrigi velle, ſtultiſsimũ eſt. De talibus
Hier. 5. aſſeritur: Domine, percuſsiſti eos, & nõ doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere di
ſciplinam. Eſa. quoq; 9. Populus nõ eſt reuerſus ad percutientem ſe, & dominum exercituũ non
exquiſierunt. [Simulatores & callidi ꝓuocant irã Dei] Simulatores dicũtur, qui aliud intus ſunt,
& aliud foris cõfingunt, ſicut hypocritæ & ſophiſtę, qui virtuoſos ſe ſimulant deſiderio laudis hu
manæ ſeu cõmodi téporalis, quemadmodũ de phariſęis loquitur Chriſtus, ꝙ deuorabant domos Luc. 20.
viduarũ ſub prætextu ꝓlixæ orationis. Callidi vero vocantur homines aſtuti, vel potius verſuti &
nequam, qui ingenio ſuo male vtuntur, ſubtiliter excogitando media vitioſa, obtinédi ſeu adim-
plendi intentũ, vt quidam ambitioſi, qui per fictam humilitatẽ conantur ſortiri prælationem, qui
bus illud Eccl. 19. cõpetit: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Hi ergo
iram Dei contra ſe ꝓuocant, quia grauiſsime peccant: tantoq́; grauius, quãto induſtrioſius & ma
gis ſcienter, quanto etiam eorum peccata magis directe contrariantur ſimplicitati, veritati & æ-
quitati diuinæ. Hinc ſimulata æquitas nõ eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia & iniquitas eſt &
ſimulatio. Simulatores autem & callidi à ſynceritate & ſimplicitate mentis diuinæ, præſertim re-
cedunt, ſuntq́ue duplices animo, ſequentes ſcribas & phariſęos, quibus in Euangelio Matth. 23.
loquitur Chriſtus: Væ vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus
ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sic & vos quidem à foris pa
retis hominibus iuſti, intus vero pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Hinc Prou. 14. dicitur: Vir ver-
ſutus odioſus eſt. Tantam ergo impietatem vitemus, atq; in omnibus coram Deo ſynceriter am-

 bule-

bulemus,ſcientes quod ipſe indeſinenter cordium noſtrorum inſpector & index eſt., Porro verbum hoc Elihu protulit,ad innuendum quod Iob non vere extiterat iuſtus, ſed ſimulator & callidus,ideoq́ue à Deo percuſſus ſit [neque clamabunt]id eſt, Deum non inuocabunt vere ex corde,[cum vincti fuerint]id eſt,aduerſitatibus ſeu vinculis aggrauati,quoniam tales raro aut nunquam conuertuntur vere ad Deum, ſecundum Thomam. Et vt ait Gregorius, quo plus ab hominibus ſe iuſtos reputari gaudent & appetunt, eo difficilius etiam in aduerſis ſuam malitiam confitentur. Si autem aliquando grauiter coarctantur,iniquos ſe vix ſuperficietenus, quia interna ſuæ detegere veraci confeſsione confunduntur. [Morietur in tempeſtate anima eorum.] Duplici morte moritur anima, ſcilicet morte peccati in præſenti,& morte pœnæ ſeu æternæ miſeriæ in futuro. De prima morte dicitur Sapientiæ primo: Os quod mentitur, occidit animam: De ſecunda Apocalip.21. Pars impiorum erit in ſtagno ardenti igni & ſulfure,quod eſt mors ſecunda. Simulatorum ergo callidorumq́ue anima in vita hac moritur morte culpæ,in tempeſtate, id eſt,multiplici ſtrepitu tentationum,impetu paſsionum,inquietudine vitiorum, quibus ſuccumbunt,deinde moritur in inferno in vario impetu gehennalium tormentorum. Tales equidem in vita hac innumerabilibus vitijs implicantur. [& vita eorum inter effœminatos]reputabitur, id eſt, effœminatis comparabuntur. Quemadmodum enim effœminati ferientur, qui ad fœmineam mollitiem ſunt deducti,omni peccato & concupiſcentiæ ſuccumbentes,vt molles & habituati in vitijs carnis & ſpiritus: ſic illi cunctis flagitijs eneruiter cedut, & rationis fortitudinem viliter deſerunt, ſicq́ue puſillanimibus ac timidis conformantur, quia quærunt latere. Magnanimis vero quærit ſynceriter apparere, vt dicitur ſeptimo Ethicorum. Deteſtabile igitur atque ignobile prorſus eſt genus ſimulatorum ac callidorum, qui & dæmonibus & effœminatis ſunt comparandi. [Eripiet pauperem de anguſtia ſua.] Pauperibus miſereri Deus ſingulariter eſt paratus, ſi clamant ad eum & ſpiritu pauperes ſint ſeu humiles: quos etſi aliquando in præſenti permittat vel diu vel vſque ad mortem à viſibilibus ſeu inuiſibilibus hoſtibus infeſtari, tamen in morte eripiet eos de omni huius vitæ anguſtia: & ſi purgandum nil habeant,deducet eos mox ad gaudia ſempiterna. Hinc Eſai. 25. inducitur: Domine Deus, confitebor tibi quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione ſua. Hierem. 20. Cantate domino, quia liberauit animam pauperis de manu malorum. [& reuelabit in tribulatione animam eius]id eſt, tempore tribulationis ſeu per ipſam tribulatione illuminabit atq; erudiet mentem ipſius. Quo enim quis grauius tribulatur,magisq́; ſpernitur,tanto Deus gratioſius ſolet adeſſe & adeſt, ſi eius auxilium imploretur: immo ex ſua miſeratione immenſa nonnunquam præuenit tales, corda eorum gratioſe tangendo & conuertendo, tunc quoque conſolationes occultas infundit,ad contemplationem cæleſtis præmij animam eleuat, ita vt in aduerſis velut in omnibus diuitijs glorietur, vtpote tribulationis profectum experiens, & Chriſto libenter cruciformiter ſe conformans. [Igitur ſaluabit te] Deus, ſi pœnitueris conuerſusq́ue fueris [de ore anguſto]id eſt,ab arcta & dira tribulatione, quæ te quodammodo deuorauit,iuxta illud Hieremiæ quinquageſimo primo. Abſorbuit me quaſi draco. Vel os anguſtum,nominat ſatanæ,qui Iob percuſsit, ferocitatem. Saluabit te inquam[latiſsime]id eſt,abundantiſsime, reducẽdo te ad maximam proſperitatem. vel quod ait,latiſsime,refertur ad os anguſtum,vt os dicatur anguſtum latiſsime, quoniam tribulatio vna eſt velut paruus introitus ad multiplicem calamitatem,quia ex vno malo homo incidit plura.[& non habente fundamentum ſubter ſe]id eſt,prędicto ore anguſto,quod dicitur abſq; fundamento,quoniam tribulatio impiorum hic inchoatur,& in futuro continuatur,nunquam vero finitur. Quemadmodum autem pelagus dicitur infinitum & ſine fundo, non quia ſimpliciter careat fundo & fine,ſed quia à nobis inueſtigari fundus eius non valet,ſic mala quę incidit homo paulatim ex aliqua prima ſua tribulatione,nequeunt numerari,dum quis in mala pœnæ ſeu culpæ, continue atque quotidie profundius mergitur. Ideo os iſtud dicitur ſine ſundamento & fundo, præſertim cum ſtabili baſi non innitatur. Iuxta hunc modum etiam voracitas cupiditasq́ue prauorum dicitur abſque fundo & termino. Propterea Abacuc 2. habetur: Vir ſuperbus quaſi infernus dilatat animam ſuam, & ipſe quaſi mors,& non implebitur. Prouerbiorum quoque 27. legitur: Infernus & perditio non replebuntur. Similiter oculi hominum inſatiabiles. Rurſusq́ue Sa-

Prou.13. lomon loquitur: Venter impiorum inſatiabilis. De inferni vero immenſa quadam voragine ſcriptum eſt Eſa.5. Dilatauit infernus animam ſuam,& aperuit os ſuum abſque vllo termino. [Requies autem menſæ tuæ]i. quieta tua in menſa refectio,[erit plena pinguedine]i. abundantia alimentorum,ita ꝙ victualibus abundabis,reddita tibi priſtina proſperitate. Spiritualiter vero requies menſæ viri iuſti,i. tranquilla cordis ſui refectio in contemplatione & guſtu delectationeq́; diuinorum,repletur pinguedine,i. vberrimis chariſmatibus gratiarum, exuberantia conſolationum,profectu virtutum. propter quod orat propheta: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima

Pſalm. 62 mea. Ad hanc menſam per pœnitentiam & quotidianam compunctionem pertingitur, dum omnis carnalis delectatio ſpernitur,& mundi vanitates vilipendũtur. [Cauſa tua,]quæ fuit inter Deum iudi-

um iudicũ & te, i. actio ſeu conuerſatio tua qua iudicari meruiſti,[quaſi impij iudicata eſt] i. ꝓ-
pter cauſę tuę demerita à Deo plagatus es, vt impij ſolẽt, & ſicut cauſa iniqui ſolita eſt iudicari. q.
d. non quia poteus, ſed quia iniquus fuiſti, ſic es iudicatus à Deo. Vnde ſecundum intentionem
Elihu, quaſi, dicit hic veritatem, non ſimilitudinem tantum. [Cauſam iudiciumq́; recipies]i. ſi ve
re pœnitueris, reſtituet tibi Deus cauſam bonam de cætero, & pium tibi iudicium faciet, vt pœni
tentibus fieri ſolet, qui diuino iudicio ad bona peccando perdita reducuntur, quemadmodum
per Ezech. 18. dominus proteſtatur: Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius nõ
recordabor amplius. Et Pſal. 9. loquitur Deo: Quonium fecit iudicium meum & cauſam meam.
ita exponit Albertus, Thomas vero exponit: Cauſam iudiciumq́; recipies, i. cauſa & iudicium ti-
bi reddentur, ſeu authoritatem & poteſtatem iudicandi quas dudum habebas, recipies, vt aliorũ
poſsis cauſas diſcernere, & iudicare de eis. Spiritaliter ita expouitur, vt cuilibet iuſto conueniãt:
Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, quia videlicet eorum iuſta vita & actio à malis hominibus re-
probatur, perſequutionibusq́; impetitur: à Deo quoq; in vita hac affliguntur quaſi impij eſſent.
Sed cauſam iudiciumq́; recipient, quia in futuro cum Chriſto iudicabunt, & iudiciariæ poteſtatis
erigentur houore. Sicq́; verſiculus iſte maxime competit Chriſto, qui cum eſſet ſanctus ſancto-
rum, inter ſceleratos eſt reputatus, & ſua humiliatione, dijndicatione ac paſsione iudiciariam po
teſtatem promeruit, & viuorum ac mortuorum conſtitutus eſt iudex. Conſequenter inſtruit ip-
ſum Iob, quomodo habeat ſe, dum iudicandi poteſtas ſibi fuerit in vita hac reſtituta. [Non te er-
go ſuperet ira]i. commotio, feruor ſeu impetus iræ in te rationẽ non vincat, ſecundũ illud Eccle.
7. Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. [vt aliquem opprimas] in iudicio
ſeu aliquo facto, vt aliqui iudices facere ſolent. Iudex quippe debet eſſe velut animata iuſtitia,
ita quod peccatis & paſsionibus careat, atq; in omnibus rationem ſequatur, neq; alicui iniuriam
irroget. Ideo Eccl. 7. dicitur. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.
[Nec multitudo donorum incliuet te]i. auaritiam fuge, ne munera accipiendo, à iuſtitia vſquã
recedas. Hinc Deut. 16. Moſes ſcribit: Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcãt
oculos etiam ſapientium, & peruertunt verba iuſtorum. [Depone magnitudinem tuam]i. cor-
dis tui pompam [abſq; tribulatione]i. abſq; hoc, quod ſeu antequam Deus per aduerſa te rurſus
deijciat. [& omnes robuſtos fortitudine] depone per tuam iuſtitiam atq; ſententiam à ſua præ-
ſumptione & violentia, quę opprimunt alios: hoc eſt, quantũ tibi poſsibile eſt, non cedas eis con-
tra iuſtitiam, ſicut nouelli iudices potẽtibus deferunt ex timore. Hinc Deut. 1. Iudicibus dicitur:
Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſpiam perſonam . [Ne protrahas noctem] i.
quieti corporali non immoderanter indulgeas, ſed tempeſtiue & mane ad iuſtitiam faciendam
conſurge. [vt aſcendant populi pro eis]i. ſi noctem ꝓtraheres & tardares, contingeret ꝙ populus
multus adunaretur atq; accederet pro robuſtis, i. ad laborandum ſeu pugnandum ꝓ eis contra iu
ſtitiam. Vel pro eis, i. ad faciendam querelam tibi contra robuſtos propter eorum vrolentiam &
offenſam. Poteſt & ita exponi, ne ꝓtrahas noctem, i. ſtatim ſine dilatione fac contra robuſtos iu-
dicium, ne per tuam dilationem robuſti aggregent ſibi populos, qui ad eos defendendos aſcen-
dant. [Caue ne declines ad iniquitatem]i. peracta pœnitentia, non recidiues, ſicut & Chriſtus in
Euan. ait cnidam: Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contin- Ioan. 5.
gat. [Hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam]i. etiam poſt afflictionẽ iſtam pœnoſam tibi à Deo
immenſam, non pœnituiſti, ſed iuſtificaſti teipſum in derogationem diuinæ iuſtitiæ. Ideo admo
nendus es, ne tempore proſperitatis ad vitia corruas, iuxta illud Prou. 1. Proſperitas ſtultorũ per-
det eos. Facilius etenim atq; frequentius peccant homines tempore ꝓſperitatis, quam aduerſita
tis. Præterea quoniam Elihu ſupra modum impoſuit S. Iob ꝙ derogauit diuinæ iuſtitiæ, ideo Eli-
hu nunc oſtendit incomparabilẽ excellentiã Dei in omni æquitate & ſanctitate. [Ecce Deus ex-
celſus in fortitudine ſua]i. ꝓpria poteſtate, nõ aliũde participata, ſublimis eſt abſolute, videlicet
celſior cunctis, de quo fertur Pſal. 85. Qui dominatur in virtute ſua in æternũ. Et Eſa. 57. Hæc di-
cit dominus excelſus & ſublimis habitans ęternitatẽ. Circa hoc allegat Albertus Ariſtotelẽ, dicen
tem in lib. de Cauſis: Primũ regit res, ꝑterquam commiſceatur cum eis, per quod Alber. inſinna-
re videtur, ꝙ Ariſto. librũ de Cauſis ediderit: quod dici nõ poteſt, nec Albertus (vt arbitror) hoc
intendit. ſed ideo forſitan ſic allegat. quia (vt in cõmento ſuo ſuper lib. de Cauſis teſtatur) quidã
Iudæus philoſophus nomine Dauid, librũ illum compoſuit ex quadã epiſtola Ariſtotelis de prin
cipio vniuerſi eſſe, quædam adiungens ex dictis Alphorabij & Auicennæ ac Algazelis. Veruntã-
men magis conſentiendũ eſt Thomæ, qui in cõmento ſuo ſuper de Cauſis, affirmat ꝑfatum librũ
ex elemẽtatione theologica Procli Platonici cõpilatum, cuius ſignũ eſt, ꝙ omnia in lib. de cauſis
contẽta, in lib. Procli habẽtur, etiã quaſi ſub eadẽ forma verborũ freqnẽter. [& nullus ei ſimilis in
legiſlatorib.] Omnis enim legiſlator creatus, à pfectione ſapientiæ atq; iuſtitiæ Dei deficit infi-
nite: & quicquid ſapientię aut iuſtitiæ, perfectionisq́; habet, ab illo ſortitus eſt. Ideo Deus Prou.
8. diſſeruit: Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernũt: per me principes imperãt,

& potentes decernũt iuſtitiã. De quo legiſlatore ſcriptum eſt Eſa. 33. Dominus iudex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter. Atq; Pſal. 83. Etenim bendictionẽ dabit legiſlator. Deniq;, Deus eſt lator legis naturę, legis ſcriptæ, & legis euang. Vnde & verba hæc de vnigenito Dei incarneto Ieſu Chriſto legislatore noſtro, præcipue exponuntur, cui nec Moſes, nec aliquis legis cuiuſcunq; dator poterit cõparari. nunc enim de ſimilitudine æquiparentiæ, nõ imitationis, eſt mentio, ſicut & Eſe. 40. quo hebetur: Cui ſimilẽ feciſtis Deũ, aut quam imaginem ponetis ei? Præ

Heb. 10. terea lex Chriſti longe perſectior eſt omni alia lege, quod in epiſt. ed Heb. quentum ad legẽ Moſis, ꝓbat Apoſt. [Quis poterit ſcrutari vias eius?] i. proceſſus eius in operando ed extra, ſeu eius effectus, quæ ſunt viæ ſeu media aſſcendendi ed creatoris notitiam. Opera enim Dei plenarie cognoſcere non valemus, videlicet quo ed ſingulas eorum proprietates, ectiones, vires & habitudines. Vnde Sapientiæ nono habetur: Difficile inuenimus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore: quæ autem in cælo ſunt, quis inueſtigabit? Et Eccleſiaſt. 7. ait: Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicere ſermone. Apoſtolus quoque ad Roman. 11. loquitur: Quàm incompræhenſibilia ſunt iudicie eius, & inueſtigabiles viæ eius? [aut quis ei dicere poteſt, operatus es iniquitatem?] id eſt, Deum nullus reprehendere poteſt. cum ipſe ſit bonus, ſanctus & ſapiens per eſſentiam, menſura & regula prima ac ſumma vniuerſæ bonitatis, ſanctitatis ac ſapientiæ, ita vt eo ipſo quo Deus ſic egit aut iudicet, bonum & irrepræhenſibile ſit. [Memento quod ignores opus eius.] Opus Dei, eſt totum vniuerſum ſeu mundus, qui vt in libro de ciuitate Dei eſſerit Auguſtinus, maius miraculum eſt omni, quod in eo perpetratur, miraculo. Ideo opus hoc homo in vita hac perfecte cognoſcere nequit, ſcilicet ordinem vniuerſi, & naturam differentiamque ſpecificam cuiuſlibet rei. Poteſt autem hoc loco per opus Dei, quodcunq; excellens opus eius intelligi. Vel opera eius pluraliter, quoniam in ſcripturis frequenter pro plurali ponitur ſingulare. [de quo] ſcilicet Deo vel opere eius, [cecinerunt viri] id eſt, ſapientes, qui de Deo & eius operibus multa metrice conſcripſerunt. [Omnes homines vident eum] id eſt, aliqualem ſaltem habent de Deo cognitionem, per naturalem rationem vel ſamam, ſeu aliorum prouidam inſtructionem, ſeu per ſcripturas aut per creeturas. Vnde ſecundum Damaſcenum omnibus naturaliter inſite eſt cognitio exiſtendi Deum: quod ſi aliqui fuerunt, vel nunc ſunt, qui vnum verum & ſummũ Deum eſſe ignorauerint, aut ignorẽt, tales omnino ſunt beſtiales, & hominis appellatione indigni. Vnde diſtributio iſta intelligende eſt pro generibus ſingulorum, præſertim quoniam infantes & naturaliter ſtolidi Deum non noſcunt, qui nec ratione vtuntur. [Vnuſquiſque intuetur procul] id eſt, obſcure & imperfecte, quie in hac vita Deum non noſcimus, niſi ex ſuis effectibus, qui à plena Dei repræſentatione deficiunt infinite, quoniam in infinitum imperfectiores ſunt creatore, ſed nec ipſos Dei effectus perfecte cognoſcere hic valemus. Vnde Deum intuemur, quantum ed quia eſt, & quid non eſt, nunc quoque intuemur per fidem, & in exilio degimus, ideo dicit Apoſtolus ſecundo Corint. quinto. Dum ſumus in corpore peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Et rurſus 1. Corint. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc eutem, ſcilicet in patria, facie ad faciem: &, nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum [Ecce Deus magnus] non quantitate ſeu mole, ſed omnipotentia, beatitudine, perſectione & gloria ſubſtantieliter infinitus, iuxta illud Pſal. 144. Magnus dominus & laudebilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. [vincens ſcientiam noſtrã.] quia maioris ſcientiæ eſt quam nos incomperabiliter, & ſue ſcibilitate, cognoſcibilitate & actualitate noſtram capacitatem atq; ſcientiam trenſcendit & ſuperat infinite. Propter quod ait philoſophus, ꝙ ſicut ſe habet oculus noctuæ ed lumen ſolis, ita intellectus noſter ad maniſeſtiſsima naturæ, i. ad cognitionem ſubſtantiarum ſeperatarũ, potiſsime Dei, quæ ex ſua natura ſunt maxime cognoſcibiles, quia plurimum habent de ſormalitate & actualitate, quæ eſt ratio cognoſcibilitatis; propter quod res dicitur tantum hebere de cognoſcibilitate. quentũ habet de actualitate. Vnde quod talia non cognoſcimus, ex noſtre eſt imperfectione, Ideo Deo Pſal. 138. fatetur: Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, cõfortata eſt, & nõ potero ad eã. Et Apo. ait: O altitu-

Rom. 11. do diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Itemq; Pſal. 146. Magnus dñs & magna virtus eius, & ſapiẽtię eius nõ eſt numerus. [Numerus annorũ eius ineſtimabilis] i. innumerabilib. infinitisq; annis, ſi fuiſſent aut ſint, Deus conſiſtit: nõ ꝙ tẽpus cedat in ſeipſum, tanquã ſui eſſe mẽſura, ſed qa æternitas cõpetit ei, tanquã menſura ſui inuariabilis eſſe, quę oẽme tẽpus embit & comprehẽdit, ꝓpter quod ait Pſal. 101. Tu aũt idem ipſe es, & enni tui nõ deficient, de quo Dan. 7. ait: Antiquus dierũ ſedet. Et Exod. 15. dicitur: Dominus regnabis inæternũ & vltra. Conſequẽter excellentiã Dei per opera eius declarat. [Qui auſert ſtillas pluuię] i. ſtillicidie pluuię in aere aliquãdo nõ ꝓducit, nec

Hiere. 14. terræ inſundit, ſicut ad preces Heliæ tribus annis & menſibus ſex non pluit. Vnde in Hiere. ſcriptum eſt, ꝙ factum eſt verbum domini ed Hieremiã de ſermonib. ſiccitatis. [& effundit imbres

Gregorius ed inſtar gurgitũ] i. cum ſibi placuerit, det pluuiã copioſem. Porro Greg. legit, qui auſert ſtellas pluuiæ, quod exponitur de ſtellis, quorum eſt pluuiã ſuo influxu cauſare, ſicut ſunt ſtellæ hyedes

& pleia-

& pleiades, quas Deus aufert, quantum ad hoc quod eo volente pluuiam non producant vel nõ appareant. [Qui] imbres [de nubibus fluunt,] quia exinde deſcendunt dum nubes reſoluuntur in aquas: non tamen ſemper tanta pluuia ſimul actualiter in nubibus continetur, ſed vapores nubium ſucceſsiue in pluuias condenſantur, quæ prætexunt cuncta deſuper. Nubes enim ſic extenduntur, quod cœlum viſui noſtro operiunt, & terram totam cui ſuperextenduntur, humectant, propter quod ait Pſal. 146. Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. [Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum] id eſt, ſic eas augere in aere, vt totum hæmiſpherium cæli noſtro viſui tegant, ſicque inſtar cæli atq; tentorij videantur extenſæ. [& fulgurare lumine ſuo deſuper,] i. de nubibus emittere micantia fulgura, quę ſunt lumina quædam à Deo principaliter procedentia, ſicutà prima cauſa, cuius opus eſt omne opus naturæ & intelligentiæ. [Cardines quoque maris operiet] i. littora maris, quæ infra nubes contineri videntur aut etiam continentur, ſed & aqua nubium ad littora quædam maris pertingere poteſt. [Per hæc enim iudicat populos multos,] i. per impreſsiones iſtas pluuiales, inter gentes iudicialiter ac iuſte diſcernit, quibuſdam pluuias miſericorditer concedendo, alijs ſubtrahendo, iuxta illud Amos 4. Plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper aliam non plui, [& dat eſcas multis mortalibus.] quia per pluuias terram fœcundat, vt fructus, quibus homines ſuſtententur, producat, ſecundum quod Eſa. 55. ait: Deſcendit imber de cœlo, & infundit terram, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti.

Declaratio capituli 37. In manibus abſcondit lucem. Articulus. 65.

QVidam incipiũt cap. 37. in his verbis, aliqui vero in verbis paulo poſt ſubditis, ſ. Super hoc expauit. Conuenientius tamen hoc loco inchoari videtur, quia hic ſpecialis ſenſus exordium habet, & quod ſubditur, Super hoc, &c. eſt determinatio, explanatio & proſecutio ſenſus verbi iſtius. [In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat. Annunciant de ea amico ſuo, quod poſſeſsio eius ſit, & ad eam poſsit aſcendere.] Hucuſq; intelligentia condependet. Eſt autem verbum iſtud ſublime atq; ſubtile, in cuius expoſitione aſsit illuminatio ſpiritus ſancti. Itaq; planiſsime procedendo, manus incorporei ac ſuperſimpliciſsimi Dei, ſunt ſapientia & potentia, iuſtitia & clementia, itemq; voluntas ipſius. Hæc enim præcipue ſunt principia operationis diuinę ad extra. In his manibus Deus ſublimis & benedictus lucem abſcondit, quia tam lucem gratiæ & dona ad ipſam ſpectantia, quam lumen glorię in ſua habet & continet poteſtate, ad omnipotentiæ ſuæ arbitrium, lumen gratiæ occultans & pandens, retinens & effundens, auferens atque reſtituens. Ideo dicitur, pręcipit ei, ſcilicet lumini gratię vt rurſum adueniat, quia ad eius imperium, lumen gratiæ indignis reprobiſque abſconſum, ſeu peccanti ablatum, vel etiam virtuoſo diſpenſatiue ſuſpenſum, quo ad aliqnem luminis huius actum, rurſum aduenit, oritur atque infunditur pœnitenti, ſiue oſtenditur feruide diligenti, in qua re, infuſione aut iterata oſtenſione, annunciat Deus per allocutionem internam, per ſpei bonæ immiſsionem, per angeli cam inſpirationem, per teſtimonia ſcripturarum, per os hominum vicariorum & miniſtrorum ſuorum. annunciat inquam amico, id eſt, ſuo electo atque dilecto, vtpote homini virtuoſo, quod lux iſta poſſeſsio eius ſit, id eſt, lumen gratiæ ſtabiliter valeat velut bonum quoddam hęreditarium in vita hac poſsidere, & ipſum hoc lumen etiam cum deeſt, aut actualiter non monſtratur neque infulget, queat aſcendere, atque per ipſum ad lumen glorię poſsit pertingere, ita vt non ſolum lux create ſit eius poſſeſsio, ſed per eam luci diuinę ęternę, fontanęac infinitę poſsit vniri, infigi, immergi, vt Deus ſit eius poſſeſsio, ſuæ fruitionis obiectum ſuæ felicitatis dator ac terminus. Hæc eſt vna & facilis verborum interpretatio horum, quæ dante ac illuſtrante ſpiritu ſancto, longe ſubtilius ac multo profundius poſſunt exponi, prout perfectis duntaxat conueniunt. Etenim Deus glorioſus & felix, naturaliter, pure ac penitus infinite pius, dulcis ac ſuper munificentiſsimus, tanquam ſupereſſentialis, immenſaque bonitas ac ſuperardentiſsima charitas, quia omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, id eſt, ſapienter ac libere, iuxta Apoſtolum ad Eph. 1. quos vult, illuminat ſicut vult, quando vult, quantum vult, & quoties vult. Deniq; infuſæ lucis radium, ſplendorem, augmentum ſiue eſſentiam. ad libitum ſuſpendit, retrahit, tollit, ſapiēter & iuſte omnia agens. Inſuper quos vult obtenebratos & gratia deſtitutos, relinqnit, quemadmodũ Exod. 33. Moſes ait: Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Hic itaque Deus ſuperſanctus & ſuperliberrimus, cuius viuere eſt amare, amantes ſe amat, ſibi conformatis ſe applicat, transformatis in ipſum ſe monſtrat. Cumque ſui amatoris mentem viderit per priuati amoris meram atque puriſsimam euulſionem, à ſe prorſus auerſam, Deoq; plene, pure & integre conuerſiue vnitam, intentam & inhiantem, toto zelo Dei honorem & gloriam in omnibus feruide cupientem, omniumq; conuerſationē ac ſalutē cordialiter ac efficaciter appetentē, ac p hoc in ipſum ſynceriſsimũ omnis boni honeſti affectum mutatã, cum inquam talem viderit eã,

complacentiam magnam habet in ea, eamque velut amicam & ſponſam appręhendit, ſtringit, am
plectitur, & de bonis ſuis liberaliſsime ei communicat, Et ecce in momento, in ictu oculi, in inſtā
ti, magnitudinis ſuæ mole ſic vincit, ſic occupat, ſicq; non violenter aut pœnaliter, ſed charitati
ue atq; ſuauiter opprimit eam, vt ipſa defluat, deficiatq; à ſeipſa: & victa amore, ſtupens præ admi
ratione eius quam intuetur, ſuperclaræ caliginis, præ lucis quam cernit, delicioſiſsima ac amœ
niſsima ſerenitate, neſciat de ſeipſa. Siquidem inſtantanee inflammantur tam vehementer oſten
dente ſe ei dilecto, vt prorſus ſuccumbant, vires & ſenſus corporales amittat. Tunc Deus omni
potens & excelſus lucem theoricæ contemplationis, claritatem doni ſapientiæ decoratiuam ac
perfectiuam, excitatiuam & eleuatiuam, quam lucem abſconſam habet in manibus, menti propa
lat, per lucem hanc erigens apicem mentis ad increatæ lucis fulgidiſsimam contemplationem,
Dionyſius. quæ à principe theologorum magno Dionyſio appellatur myſtica theologia: eſtq; caliginis intu
itio, & ſecretiſsima mentis cum Deo locutio, diuinæ ſuperſplendiſsimę ac inuiſibilis lucis amoro
ſa inſpectio, dum mens in increatæ lucis abyſſo demergitur, in immenſi amoris igne comburitur;
in ſuperuaſtiſsimæ ac ſuperplaniſsimę ſolitudinis impermeabili, immenſaq; amplitudine tutiſsi
me errat ac feliciter deuiat, perdens ſeipſam, neſciens vbi vel quomodo. Verum in hac irruitio
ne mens vt in pluribus non diu defigitur, ſed Deus adorandus, ſanctus ac ſapiens, lucem quam
menti oſtendit, ſuperfudit & propalauit, rurſus retrahit & abſcondit in manibus, atque poſt pau
cum horulæ ſpacium denuo præcipit ei, vt menti oriatur ſiue adueniat maiori viciſsim cum clari
tate quam ante: qua luce menti micante, iterum intus ſplendeſcit, igneſcit, alteratur, miratur op
primitur, deficit, tuncq; Deus immenſæ amœnitatis annunciat de ea, hoc eſt, de luce iſta, quā pau
lo ante abſcondit in manibus, nuncq; menti propalat. annunciat inquam dilecto, id eſt, puro ac
feruido diuinitatis amatori, quod poſſeſsio eius ſit, eo quod ipſe cuncta mundana, caduca, præ
ſentia, carnalia, exteriora contemſerit, & ad eam Deo ſuffragante poſsit aſcendere, ita vt quoti
die creſcens in ea, tandem inceſſabiliter luci fontali Deo ſuaui creatori æterno, beatifice ſtet in
tentus, fruitiue immerſus, amatiue abſorptus. Porro lux iſta, quam Deus ſuperamabilis, infiniteq;
bonus, ita abſcondit in manibus, proprie ac ſubtiliſsime de ea loquendo, non eſt (vt dicitur) rea
liter idem quod lumen gratiæ, id eſt, ipſa gratia gratificans, quæ lumen quoddam eſt, nec chari
tas, nec donum ſapientiæ, nec proprius atque elicitus actus ipſius, nec aliquid habituale & fixum
inanima, ſicut nec propheta: ſed actualis quidam fulgur lucis diuinæ, vultui mentis creatæ inſtan
tanee deſuper incidens, ſuperque fulgens, ineffabiliter eam clarificans & perluſtrans, ita quod ſi
cut in patria lumen gloriæ diſponit ad beatificam viſionem, ita lux iſta eleuat, actuat atq; clarifi
cat ad præfatam contemplationem, myſticam intuitionem, huicq; vitæ poſsibilem altiſsimā per
fectionem, in qua tamen multi varii ac diuerſi ſunt gradus, ſecundum quod vnus ſanctorum alio
ſanctior fuiſſe non dubitatur, quamuis omnes in gradu perfectionis extitiſſe ferantur. Nec iſtud
mirum putetur, cum iuxta concordem doctorum doctrinam, in omni actu meritorio præter ha
bitualem charitatem & gratiam, requiratur actualis motio Spiritusſancti animam excitantis, quę
à quibuſdam vibratio nuncupatur, eſtq; infuſio quædam ſummæ lucis in mente. Poſtremo de
præinducta materia ſanctus pater noſter, dulcis deuotiſsimusq; Bernardus Dei amicus, iuxta ex
perientiam ſuam ſublimem, conuenientiſsime loquitur ad fratres de Monte Dei, inter cætera di
Bernardus cens. Quicquid hic de viſione & cognitione Dei fidelibus impartitur, ſpeculum eſt & ænigma,
tantum diſtans à futura viſione & cognitione, quantum fides diſtat à veritate & tempus ab æterni
tate, niſi cum aliquando fit, quod de Deo legitur in libro Iob, Qui abſcondit lucem in manibus,
&c. Electi enim & dilecto Dei, aliquando lumen quoddam vultus Dei oſtenditur, ſicut lumen
clauſum in manib. quodq; patet & latet ad tenentis arbitriū, vt per hoc quod quaſi in tranſcurſu
vel in puncto videre permittitur, inardeſcat animus ad poſſeſsionē plenā luminis æterni & hære
ditatem plenæ viſionis Dei: cui vt innoteſcat aliquatenus id quod ei deeſt, nonnunquā quaſi per
tranſiens gratia perſtringit ſenſum amantis, & eripit eum ſibi, & rapit in diem qui eſt à tumultu re
rum ad gaudia ſilentij, & pro modulo ſuo ad momentum & punctum idipſum oſtendens ei vidē
dum ſicuti eſt. Interim etiam efficit ipſum inidipſum, vt ſit & ipſe pro modulo ſuo, ſicut illud eſt.
Vnde cum didicerit quid interſit inter mundū & immundū, ſibi redditur, & remittitur ad mū
danum cor, vt ſi aliquando rurſus admittatur, ſit purior ad videndum, & ſtabilior ad fruendum.
Nuſquā enim melius ſe deprehendit modus humanæ imperfectionis, quā in lumine vultus Dei,
vbi viciſsim in oſculo & amplexu patris & filij, mediam quodāmodo ſe innuit mens ſyncera. Ad
hanc perfectionem nemo pertingit, niſi per ſuijpſius plenariā mortificationē, per omniū munda
norū integerrimā aſpernationē, per verā profundiſsimam humilitatē. Et ô quàm multi huius ſere
niſsimæ humilitatis naturā & actus aut neſciūt, aut nō aduertunt, qui tamē ſe vere humiles putāt:
ſed nullus vere & pure ſe humilē arbitretur, qui timet neſciri, qui appetit apparere, qui amat perſ
ſe, qui alium ſibi ſimilem aut ſe maiorē eſſe vel fieri aut apparere veretur. Itaque vitam noſtram
in veræ, ſereniſsimæ ac ſecuriſsimæ humilitatis virtute fundemus, omnem mundanū carnalē, va

num

num & ſtultum affectum ſuoditus extirpemus. Hæc, Deo præſtante, de huius plęclari ſubtiliſque
verbi interprætatione prolata ſint, quatenus ſic conuerſari conemur, quod ad guſtum verborum
iſtorum, experientiamq; dictorum nunc viriliter conſurgamus. Deniq; Albertus, quod dictum
eſt, in manibus, exponit vt ſit vna dictio datiui caſus, per immanes intelligendo crudeles, qui me
tas rationis & ęquitatis tranſcendunt, quibus propter eorum peccata lux gratię & veritatis abſcō
dit, quam expoſitionem etiam Gregorius tangit. Thomas vero exponit hunc paſſum de luce cor Gregorius
porali ſolis, atq; ſtellarum, quæ diuina virtute aliquando nubibus occultatur. ſed hoc ordini lite-
ræ conſonum non videtur. Siquidem de ea ipſa hac luce ſub eodem contextu mox ſubditur, an-
nunciat de ea dilecto, quod poſſeſsio eius ſit: ex quo clariſsime patet, de ea luce fieri mentionem,
quæ virtuoſis debetur: lux autem ſolis, bonis & malis communis eſt, quemadmodum Chriſtus
teſtatur, quod pater ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Inſuper de luce ſolis non annū- Matt. 5.
ciat Deus dilecto, quod ad eam poſsit aſcendere, neq; ob hanc annunciationem Elihu ſubde-
ret: Super hoc expauit cor meum &c. [Super hoc] id eſt, de his iam dictis mirabilibus Dei effecti
bus, & de benignitate Dei ad homines electos, & quod homo tam fragilis, ad tam ſublimem poſ-
ſeſsionem lucis deificæ queat aſcendere, [expauit cor meum,] pauore admirationis ac reueren-
tiæ, aut certe pauore timoris, formidando ne lucis huius poſſeſsione priuetur. Proprie tamen pa
uor hic hoc ecſtaſi ſumitur, ſicut in Pſalmo 30. quo dicitur, ſecundum antiquam tranſlationem:
Ego dixi in pauore meo, proiectus ſum à facie oculorum tuorum. Vbi Hieron. tranſtulit: Ego au Hierony.
tem dixi in exceſſu mentis meæ. Sicut enim in exceſſu ſeu ecſtaſi, ſic & in pauore animus à ſe alie-
natur. Qui autem prædicta ꝓfunde conſiderat, in exceſſum mentis mox eleuatur, Deiq; gratioſiſ
ſimam omnipotentiam ac ſuperpijſsimam charitatem intenſiſsime admiratur, ꝙ ita ſe habet ad
hominem, eum videlicet qui ex ſeipſo tam vilis ac fragilis eſt, atq; ad omne malum procliuis, tam
ſupernaturaliter ac intime ſibi applicat & coniungit. [& emotum eſt de loco ſuo] i. relictis terre-
nis & infimis, in quibus ante quieuit per complacentiam & amorem, ſola cæleſtia expetiuit poſt
hanc ſupernam illuſtrationem. Etenim diuina ſuauitate guſtata, & ſuperna luce taliter contempla
ta, viloſcunt menti carnalia & caduca, iamque in cæleſtibus demoratur: quia vt Chriſtus fatetur,
Vbi theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Auguſtinus quoque diſſeruit: Vbi amor, ibi oculus. Porro Matth. 6.
ſecundum Albertum: Expaueſcit cor & mouetur ſecundum ſyſtolen in conſideratione altorum, Auguſtin.
naturaleque eſt, quod quando cor à magnitudine conſiderata reſilit in ſeipſum, vt paulatim rede
at conſiderare illud magnum, & hoc vocat motum de loco ſuo, quando paulatim cor reſumit vi-
res, & inquirit de alto quod conſiderauit. Ex quibus verbis elicitur, quod iſtud etiam de corde
prout eſt quid corporale, quodāmodo poſsit intelligi, vt ſcilicet ex magnitudine pauoris & ad-
mirationis in mente, facta ſit redundātia pauoris in partem ſenſitiuam & cor corporale, ita quod
corporaliter ſit concuſſum & motum ſecundum ſyſtolen vt tangit Albertus, cuius tamen verba
ſatis obſcura ſunt. Cordi namque cui competit ſecundum ſyſtolen moueri, non competit contē
plari diuina, conſiderareque alta. Prǽinducto autem Elihu verbo conſonat illud Abacuc tertio,
ſecundum translationem Septuaginta: Domine, cōſideraui opera tua, & expaui. [Audiet] homo
vel cor meū, de quo ſtatim prædixit, expauit cor meum. [auditionem] id eſt, diuinam inſtructio-
nem ſeu allocutionem, qua dilecto lucem præfatam propalat [in terrore vocis eius] id eſt, cum
timore reuerentiali, quo vocem inſtructionis diuinæ ſuſcipiet, timens ne ad Deum indecenter ſe
habeat. Vel in terrore vocis eius, i. cum exteriori voce terribili ſeu tutabili, quia frequenter per
exteriores ſonos horribiles, fiunt reuelationes diuinę, quemadmodum Exod. 19. ſcribitur, quod
in datione legis primo cœperūt audiri tonitrua. Ezechiel quoq; primo ſui libri capitulo, & in A-
pocalypſi Ioannes teſtantur ſonum ſe audiſſe, quaſi ſonum caſtrorum & aquarum multarum ſeu Apoc. 1.
tonitrui magni in reuelationib. ſibi factis. Per talia enim exteriora realiter vel imaginarie facta,
manu ducitur homo in reuerentiā Dei. Hinc Thomas affirmat: Sicut per viſionē lucis corporalis,
homo reducitur in cognitionē & expectationē cuiuſdam altioris ſpiritualiſq; lucis, ita per audi-
tum corporaliū ſonorū diuina virtute formatorū, homo manuducitur ad audiendā ſpiritalē Dei
doctrinam. Idcirco Ioan. ait, ꝙ Chriſto patrē orante: Pater, clarifica filium tuum, venit vox de cæ Ioann. 12.
lo, quam audiens turba, dixit tonitruum factum eſſe. Alij dicebant: Angelus ei loquutus eſt. [Et
ſonum de ore illius procedentem.] Hoc, ſecundum Thomam, expoſitorie additur, vt ſit explana
tio verbi præcedētis, videlicet ꝙ homo audiet in terrore, vt dictū eſt, ſonū de ore Dei manantē,
id eſt, doctrinam ſapientiæ Dei ex diuino intellectu exortam, quam inſundendo Deus loquitur
menti. Vel ſonus iſte ſpiritalis, eſt interna concuſsio, qua Deus animam ſuo mouet concutitq; ti- Gregorius
more. Hinc ait Gregorius: Sonus de Dei ore, eſt vis timoris de ſuperna irruens aſpiratione. De Cant. 1.
huiuſmodi ſono Sponſa in Cāticis: Sonet, inquit, vox tua in auribus meis. [Super oēs cęlos ipſe
conſiderat] i. Deus omnibus præſidens cęlis & altior eis, omnium ſuperiorū prouidentiā habet,
motus & actus cælorū diſponit, per quos & inferioribus influit: Sic Albertus & Thomas literam
legunt. Porro Gregorius legit: Subter omnes cælos &c. vt ſit ſenſus: Quod Deus etiam infe- Gregorius
riora

riora ſub cælo contenta ordinat,cognoſcit,gubernat, quamuis per cauſas ſecundas prouidentiá in talibus exequatur. [& lumen illius ſuper omnes terminos terræ. [Lumen Dei poteſt intelligi, claritas ſapientiæ eius, quę eſt ſuper oẽs terminos terræ,quoniam omnia quę in terra ſunt,intuetur. Eſt quoq; lux diuina ſuper omnes terminos terræ,quia ſublimior eſt atq; præſtãtior omni luce terrena. Inſuper lumen iſtud Dei,intelligi poteſt lumen,quod per luminaria cæli,ſolẽ,lunam & ſtellas,ſuper omnia climata terræ expandit & ſpargit. Rurſus lumen hoc Dei, eſt doctrina legis diuinæ,quam cunctis terræ habitatoribus communicauit. [Poſt eum rugiet ſonitus]i. imperium,influentiam ſeu effectum Dei conſequetur ſonitus magnus à Deo imperatus, ſicut tonitruum,alijq́; fragores & venti & motus obedientium diuino imperio creaturarum.. In hominibus vero poſt Dei illuminationem,conſurgit rugitus lamentationis pro proprijs culpis,& ſonitus laudis diuinæ pro eius bonitate ac donis. [Tonabit voce magnitudinis ſuæ]i. voce à ſua maieſtate cauſata, ſuamq́; excellentiam condecente, per quam vocem quidam intelligunt tonitruum. Alij ſpiritualem vocem,quæ eſt infuſa doctrina ſapientiæ Dei illam donantis. Deniq; iuxta Greg.

Gregorius tonat Deus voce magnitudinis ſuæ,cum nobis maieſtatem ſuam inſinuat.& quam magnus ſit ipſe in cæleſtibus pandit,ſicq́, tonare Dei,eſt menti adintra magnifice loqui,magnaliaq́; monſtrare. [& non inueſtigabitur,cum audita fuerit vox eius]i. Ipſi quibus Deus adintra loquitur,quos item illuminat,verba ſapientiæ ſibi infuſa perfecte penetrare non poterunt, nec ſenſum verborũ plenarie capient. Vel ſenſus eſt,ꝙ mens humana Deum tonantem inueſtigare perfecte non queat, etiã cum vocem eius perceperit, quia ex ſuis creaturis creator plene cognoſci nõ valet,cum ſit omnibus infinite ſublimior,nec poteſtatem eius effectus adæquat. Tonitruum quoq; & aliæ impreſsiones,quæ fiunt in aere,quamuis quantum ad cauſas naturales & proximas,valeant inueſtigari,tamen quo ad cauſas primas & altiſsimas rationes,ob quas Deus talia facit,perfecte ac particulariter inueſtigari à nobis non poſſunt,ſecundum Alb. [Tonabit Deus voce ſua] ſicut expoſitum eſt[mirabiliter]i. ex alta & incompræhenſibili ratione ſapientiæ ſuæ, & taliter vt homines admirentur,propter eminentiam diuini effectus,cuius rationes & cauſas perſcrutari non queũt,

Iob 4. [Qui facit magna & inſcrutabilia] Hoc ſupra habitum eſt atq; expoſitum. Opera quippe Dei,in ſeipſis ſunt magna & nobis imperſcrutabilia,& ſicut Deus eſt incomparabilis ſapientiæ ac potentiæ operator,ſic incõparabilia & præclariſsima ſunt opera eius,prout etiam Plato in 1. Timæi inſinuat. [Qui præcipit niui vt deſcendat in terram,] quia ad Dei ordinationem ac iuſsionem nix generatur in aere,labiturq́ue deorſum, ſecundum illud Eccleſiaſtici 43. Imperio ſuo accelerauit niuem. Et in Pſalmo 147. Qui dat niuem ſicut lanam. Opera autem naturæ tam particularis quam vniuerſalis, Deo principaliter aſſcribuntur,ad oſtendendum perfectiſsimam cognitionem ac ꝓuidentiam eius,quod etiam in libro iſto potiſsime agitur. [& hyemis pluuijs] Pluuiæ hyemis appellantur,quia tunc magis abundant ſolis ceſſante calore,qui in æſtate vapores frequenter conſumit & nubes diſpergit. His pluuijs præcipit Deus,vt producantur & ruant in terram. [& imbribus fortitudinis ſuæ]id eſt, pluuijs cum impetu & copia deſcendentibus, qui dicuntur imbres fortitudinis Dei,quia ab ea proueniunt,eamq́; oſtendunt,quibus præcipit Deus generari in aere & venire. [Qui in manu]id eſt,operatiua potentia[omnium hominum ſignat]id eſt,diſponit, ingenerat,imprimit,aptat quid quo tempore facere debeant. Talem enim operatiuam virtutem dedit hominibus,vt ſecundum varietates temporum diſpoſitionumq́ue eius ac aeris,ad diuerſas operationes ſit magis diſpoſita:quia ad alios actus aptus eſt homo in die,& ad alios nocte: ad alios in æſtate,ad alios hyeme: ad alios tempore ſiccitatis & ſerenitatis,atq; ad alios tẽpore pluuioſitatis & tempeſtatis. Hinc ſubditur,[vt nouerint ſinguli opera ſua]id eſt,quibus operibus intẽdere debeant diuerſis temporibus. Iterum manus ſeu vis iſta operatiua, ſpecialiter accipi poteſt ratio practica,in qua Deus ſignat,id eſt,vim diſcretiuam inter bonum & malum conſtituit, vt nouerint ſinguli opera ſua,an ſint virtuoſa vel vitioſa, quod homo per naturalem rationem in pluribus cognoſcere poteſt & noſcit. Nam & conſcientia atque ſecundum multos ſyndereſis à Deo rationi ſunt inditæ. Talis autem ingeniatio ſiue ſignatio, etiam brutis à diuina prouidentia quodammodo eſt impreſſa. Deus enim tanquam author naturæ & inſtitutor ordinis vniuerſi,ſingulis de neceſſarijs prouidit, & vnicuique naturalem contulit inclinationem ad ea quæ ſuæ naturæ conueniunt. Vnde irrationalia naturali mouentur inſtinctu ad opera connaturalia ſibi. Itaque ſecundum Damaſcenum,potius aguntur quam agant. Hinc ſubditur: [Ingredietur beſtia latibulum ſuum,& in antro ſuo morabitur.]Certis enim temporibus beſtiæ intrant ſuas ſpeluncas,& manent in eis breuius ſiue diutius ſecundum diuerſas naturarum ſuarum diſpoſitiones. Hinc Pſalm. 103. dicitur Deo: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Ortus eſt ſol,& congregati ſunt,& in cubilibus ſuis collocabuntur. Et Hierem. 8. dominus loquitur: Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum,turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Denique ſecundum Albertum,tempore frigido quando generatur phlegma, ingreditur ſuum latibulum quælibet beſtia frigidæ complexionis, frigidi &

viſcoſi

viſcoſi nutrimenti, ſpiſſæ pellis, parui caloris digeſtiui, vt ſerpens, rana, ciconia, hirundo, glis, coturnix, & quædam alia. Hæc enim viſcoſos contrahunt humores circa locum digeſtionis, & niſi ad tempus iaceant & dormiant, ſcilicet tempore generationis phlegmatis, vt in hyeme, calor digeſtiuus in eis ſuffocaretur & moreretur. In ſomno enim calor confortatur, & humor viſcoſus ſubtiliatur, vt membra poſſit nutrire. [Ab interioribus] id eſt, à polo antarctico nobis ſemper occulto, interiori atque depreſſo, & à locis quæ ſunt verſus polum húc, [egreditur tempeſtas:] quia ab illis veniunt nubes tempeſtuoſæ & motus inuolutionis flantes. Meridionales quoque venti inde flantes, videlicet à parte quæ eſt verſus polum antarcticum, tempeſtates pluuiaſque producunt. [& ab arcturo] id eſt, à parte plagaque terræ quæ eſt verſus polum arcticum ſeu ſeptentrionalem & aquilonarem, egreditur [frigus:] Venti quippe ſeptentrionales producunt frigus in aere. Propter quod Eccleſiaſtici 43. dicitur: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Arcturus autem proprie dicitur conſtellatio, quæ mouetur circa polum arcticum, & dicitur vrſa maior, vt ſuperius plenius dictum eſt ſuper illud Iob nono. Qui facit arcturum & oriones & interiora auſtri. Et ex illa parte procedit aquilo, qui cauſat frigus propter remotionem ſolis ab illa plaga cæli. [flante Deo concreſcit gelu] id eſt, ad Dei imperium flante vento boreali ſeu ſeptentrionali, congelatio oritur & augetur, iuxta illud Eccleſiaſtici 43. Gelu ſicut ſalem dominus fundet ſuper terram. [& rurſum latiſſime funduntur aquę] id eſt, flante vento auſtrali, fit degelatio, & aquæ gelu conſtrictæ laxãtur, & vndiq; diffunduntur, ac pluuię ꝓducuntur latiſſimę diſtillantes. Auſter equidẽ conducit aquas, aperit terram, & euocat eam, germinareq́ue facit. Hinc ait Pſalmiſta: Flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ [Frumentum deſiderat nubes.] Nubes enim fru- [Pſalm. 147]
mento ſunt neceſſariæ, tam vt melius creſcat, quam vt vmbra nubium protegatur contra ſolis ardorem ne deſiccetur. Myſtice frumentum, id eſt, electi & boni deſiderant nubes, id eſt, doctorũ irrogationes doctrinales, conſolationesq; ſpiritales, vt magis fructificent, nec æſtu tentationum vrantur. [Et nubes ſpargunt lumen ſuum] i. lumen quod à ſole cæteriſq; planetis ac ſtellis ſuſcipiunt, ſuper latitudinem terræ diffundunt, non ſolum ad aliqualem terræ clarificationẽ, ſed ad eius fœcundationẽ. Virtute enim lucis illius, nubium aqua deſcendens in terram, eam fœcundat. Vnde ſecundum Alb. cum nubes eleuantur à terra, virtutes ſtellarũ per lumen influuntur eis, & beneficio illarũ virtutum fiunt fœcundatiuæ. Ideoq; circa terrã mouentur. Aqua enim, cum ſit frigida & humida, de ſe virtutem germinatiuam non habet, ſed à ſtellis eam ſortitur. [Quæ luſtrant cuncta per circuitum] i. ſuper omnia terræ climata ſucceſſiue impulſu ventorum feruntur, vt lumen ſuum & vim germinatiuam vndiq; influant [quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit] i. imperium Dei ferri voluerit, ſecundũ eius diſpoſitionẽ ꝓuidentialem, nunc hic, nunc ibi nubes diſcurrunt & pluunt. Nã & Deo ordinante ventorũ impulſum ſequuntur. Venti aũt cõmuniter gyrũ facere ſolent ſequendo motum ſolis. In mane nãq; cõmuniter flant venti orientales, poſtea meridionales, de veſpere aũt occidẽtales. [Ad omne quod præcipit illis ſuper faciem orbis terrarum] i. quicq̃d Deus per nubes fieri voluerit in ſuperficie terræ, in hoc ſtatim creatori obediunt, cuius in ditione cuncta ſunt poſita. Vnde per nubes diuerſi deſcendunt effectus in terram, videlicet grando, nix, pluuia, fulgura atq; tonitrua. [ſiue in vna tribu.] Quãdoq; enim nubes deueni- [Heſter 13.]
unt ſolũ ad familiam ſiue ꝓuinciam aut etiã vrbẽ. [ſiue in terra ſua] i. in terra ex qua ſeu ex cuius aquas vapores nubium ſunt accepti. Interdum enim manent in tali terra, dum non impelluntur à fortibus ventis. [ſiue in quocunq; loco miſericordiæ ſuæ] i. omni loco, cui miſericordiæ ſuæ effectum voluerit impartiri, [iuſſerit eas inueniri] i. apparere & conſpici à deſiderantibus eas. Ex grãdi etenim Dei ꝓcedit clementia, ꝙ de pluuijs prouideat regionibus temporibus congruis; & præſertim in calidis terris, in quibus ſunt pluuiæ rariores. Prætereà ſpiritaliter nubes, id eſt, doctores, prædicatores & boni prælati, atq; idonei admonitores, inſtar nubium per contemplationem amoremq; diuinorum eleuati, ſapientia ſplendidi, virtute boniflui, ſpargunt lumen ſuum, dũ per ſapientiã & ſcientiã ſibi conceſſas, aliorum corda illuminant, quæ luſtrant cuncta per circuitum, quia vbiq; inueniuntur huiuſmodi illuminatores, vbicunq; Spirituſſanctus eos adduxerit. Interdum enim diuinitus prohibentur alicubi ſeu aliquibus prędicare, quemadmodum in Actis 16. legitur: Vetati ſunt Paulus & ſui à Spirituſancto loqui verbum Dei, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Ezech. quoq; dominus ait: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia domus exaſperans eſt. Itaque in quocunque loco & populo miſericordiæ [Ezech.]
ſuæ præceperit Deus prædicatores tales eſſe & loqui, ibi & illic fluenta pluunt doctrinæ. [Auſculta hæc Iob,] quia ſublimia ſunt, & aduertentia digna, vtpote in quibus ſapientia atque potentia Dei euidenter pateſcunt. [Sta] i. rurſum mente te erige, tecteq; viuendo ad contemplationẽ te præpara. [& conſidera mirabilia Dei] quæ dixi & dicam, quæ quamuis ſint naturalia, nihilominus mirabilia appellantur, inquantũ ab hominibus plene cõprehendi non valent. [Nunquid ſcis quando præcipit Deus pluuijs, vt oſtenderent lucem nubium eius?] i. quo tempore iuſsit à principio & inde frequenter pluuias in terrã deſcendere, quatenus per earum caſum nubibus rarefa-

ctis, lux

ctis, lux nubium appareret, quã à luminaribus cæli ſuſcipiunt, nec apparet quam diu nubes ſunt denſæ & groſſæ. [Nunquid noſti ſemitas nubium] id eſt, motus & proceſſus earum, quomodo & ex qua cauſa ad diuerſas partes propellantur ex impulſu ventorum, [magnas & perfectas ſcientias] id eſt, in quarum rerum cognitione conſiſtunt ſcientiæ magnæ atque perfectæ, ſecundũ quod iſta referuntur non ſolum ad cauſas ſuas naturales & proximas, ſed inſuper ad cauſas primas & ſummas, videlicet ad rationes ſapientiæ Dei, quas in vita hac compræhendere non valemus, Cur ſcilicet Deus cuncta hæc taliter inſtituerit. Porro ſecundum Thomam, nubium cognitio, eſt principium cognoſcendi omnes aeris permutationes, vtpote ventos, pluuias, niues, grandines, tonitrua, atque ſimilia. Ideo pluraliter dicit, magnas & perfectas ſcientias: magnas, propter hoc quod huiuſmodi impreſſiones in ſublimi corpore fiunt: perfectas autem, quoniam nubiũ ſcientia cõpræhendit omnem notitiam & ſcientiam prædictarum impreſſionum atq; effectuum, qui ex eis conſequuntur in inferioribus iſtis. [Nonne veſtimenta tua calida ſunt, cũ perflata fuerit terra auſtro?] Ventus enim auſtralis ex calidis regionibus venit, & calidus eſt, aeremq́; & veſtes ac corpora calefacit, qui ventus quaſi ab imo veniens, vapores congregando condenſat, quos ventus aquilo magis diſpergit. Spiritualiter auſter eſt ſpiritusſanctus, ſeu feruida inſpiratio eius. Veſtimenta autem, animæ ſunt virtutes & dona Spiritusſancti, quæ cum Spiritusſancto afflantur, excitantur & actuantur, feruescunt & potiſſime agunt. [Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos.] Hoc ironice ait, tanquam dicat: Intantum te erigis, quaſi cooperator Dei fuiſſes in creatione cælorum, cum tamen aerearũ impreſſionũ ſcientiã nõ attingas. [qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.] i. corpora cęleſtia nec diuiſibilia nec ptranſibilia ſunt, vt aer & aqua, ac cętera mollia: ſed tã firma & indiuiſibilia ſunt, quaſi fuſa eſſent ex ære quod nõ cedit tangenti. Quo verbo redarguuntur, dicentes corpora cæleſtia eſſe diuiſibilia, ita quod ſtellæ tranſirent per cælos diuidendo eoſdem ſicut auis per aerem, & piſces per aquam. Cuius etiam opinionis fuerunt Plato in primo Timæi, & Ptolemæus, qui ſecundum Hieronymum in dogma Platonis cadere videbatur. Qui inſuper aſſerebant orbes cæleſtes non moueri aut circumferri, ſed planetas & ſtellas per illos meare choreamq́ue ducere. Spiritaliter cæli ſunt angelici ſpiritus, quorum natura firma ac ſtabilis eſt, atque per gratiam ſic confirmata in bono, vt æri merito comparetur. Similiter homines virtuoſi, propter roborationem mentis in gratia & virtute, æri aſſimilantur. Solus autem Deus eſt inſtitutor & actor naturæ ac gratiæ. Inſuper irriſorie ſubdit: [Oſtende nobis quid dicamus] id eſt, cum tantæ te ſapientiæ reputes, vt diſputare cum Deo velis, doce nos, qualiter nos quoque Deo reſpondere poſſumus, vel quomodo dignum aliquid ei ſeu in laude eius dicamus, qui maior omni eſt laude. [Nos quippe inuoluimur tenebris] id eſt, ignorantijs varijs implicamur, ideo inſtructione hac tua egemus, cum putes te tenebris non inuolui. Quamuis autem Elihu hoc ironice dicat, nihilominus verum eſt, quod omnes nos in ſeculo iſto varijs errorum, vitiorum & ignorantiarum tenebris obfuſcamur, & ea quę ſcimus, minima ſunt reſpectu eorum quæ ignoramus. Demum quæ ſcimus, non tam plene ac lympide ſcimus, vt res ipſa cognoſcibilis extat, idcirco ſcriptum eſt: Cogitationes mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Hinc dicit Albertus: Ex reuerberatione incircumſcriptæ lucis, oculi noſtri intellectus inuoluitur tenebris, ſicut corporeus oculus inſpiciens lucem in rota ſolis. quod ſignificatur Exo. 19. vbi Moſi dicitur ingreſſo ad dominum in caliginem, quæ caligo fuit reuerberatio intellectus Moſis ab incircumſcripta luce præſentis Dei. [Quis narrabit ei quæ loquor?] q. d. cũ ipſe omnia ſciat, nil ei quaſi ignoranti poteſt narrari. Vel ſenſus eſt, quod ſicut iſta quæ dixit, nullus hic perfecte intelligit, ita nec Deo poteſt narrare. [Etiam ſi locutus fuerit homo] id eſt, ſi de Deo & eius operibus mirabilibus loqui immoderãter præſumpſerit, [deuorabitur] id eſt, magnitudine materiæ prorſus vincetur, ita quod velut quadam voragine tenebrarum ac profunditatis abſorbebitur, iuxta illud Prouerb. 25. Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimitur à gloria: Inperſcrutabilem enim, incompræhenſibilem & immenſum præſumptuoſe ſcrutari, maxima eſt ſtultitia. Poteſt quoque ſic legi: Etiam ſi locutus fuerit ipſe Deus homini, homo deuorabitur, id eſt, paruitatem ſuam cognoſcet, & reſpectu Dei quaſi nihil ſe eſſe conſpiciet, neque tam ſublimem rem capere poterit, iuxta illud Deut. 5. Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis? Exod. quoque 24. filij Iſrael loquuntur ad Moſen: Loquere tu nobis, & audiamus: non loquatur nobis dominus, ne moriamur. Similiter Ioannis 16. ait Saluator diſcipulis: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. [At nunc non vident lucem] id eſt, homines in hac vita lucem veritatis clare non intuentur, nec Deum qui prima lux eſt, per ſpeciem contemplantur. Nunc vero vidẽt eum per ſuos effectus, poſtea eum clare viſuri. [Subito aer cogetur in nubes] id eſt, vapor eleuatus in aere conſtringetur in formam ac ſpiſſitudinem nubis, in quo aer ingroſſatur, ac tenebroſus efficitur. [Et ventus tranſiens] id eſt, volitans, [fugabit eas] id eſt, ad diuerſa loca impellet, quo Deus eas pluere iuſſerit, quod

Hierony.

Sap. 9.

ventus

ventus aquilo potiſsime facit, iuxta illud Prouerb. 25. Ventus aquilo diſsipat pluuias [Ab aquilo
ne aurum venit] In ſeptentrionalibus namque regionibus multum de auro inuenitur, quoniam
ibi calore propter circunſtans aeris frigus recurrentem ad interiora viſcera terræ, efficacius ibi
operatur ad auri generationem. Hinc ait Albertus: Aurum inter metalla melioris eſt digeſtionis
ac commixtionis. Ad hoc autem exigitur, vt frigus extrinſecum circunſtans, ad interiora viſce-
rum terræ reprimat calorem mineralẽ, vt fortis ſit ad digerendum metalli materiam. Ideo in aqui
lone vbi frigus circunſtat, melius aurũ generatur. Hæc eſt etiam cauſa, quare in arenulis fluuio-
rum frigidorum ſæpe generatur aurum. Frigus enim aquæ, calorem repellit in profundum, vt me
lius digerat materiam, & facit puriorem. Vnde Gene. 2. habetur, quod Phiſon qui eſt fluuius tur
bidus, circuit omnem regionem terræ Euilath, quæ eſt ad aquilonem, vbi naſcitur aurum, & au-
rum terræ illius optimum eſt. Hæc Albertus. Veruntamen per Euilath intelligitur India, quæ vi-
detur eſſe in oriẽte poſita magis, quam ad aquilonem. Deniq; in libro de proprietatibus rerum,
fertur quod in montibus Saxoniæ qui ſunt verſus aquilonem, omnia fere metalla fodiuntur præ-
ter ſtannum. Spiritaliter aquilo terram gentilitatis deſignat, in qua aurum venit, id eſt, eccleſia ex
gentibus electa atq; collecta. [& à Deo formiduloſa laudatio] venit, id eſt, ex gratia Dei confer-
tur, quod Deum reuerenter ac timorate laudemus, cui cum timore cultum & laudem debemus
impendere, iuxta illud Pſalm. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Non enim
digni & idonei ſumus ad laudem ipſius, niſi quantum ipſe miſericorditer tribuit & acceptat, nec
ſcimus an digni ſimus amore, ideo formidare debemus, ne laus noſtra ſibi diſpliceat, dicatq; de
nobis: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. & quod rurſus ait ſcriptu-
ra: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas? [Digne eum inuenire non poſſu
mus] id eſt, ex creaturis eum cognoſcere non valemus ſecundum dignitatem, perfectionem & Pſal 49.
excellentiam, qua in ſeipſo ſubſiſtit. immo à perfecta repræſentatione diuinæ eſſentiæ, omnes
creaturæ deficiunt infinite, quemadmodum in infinitum imperfectiores ſunt Deo. Ideo in ele-
mentatione theologica Procli Platonici, & in libro de cauſis habetur quod primũ ſeu prima cau-
ſa, ſuperior eſt omni narratione. Eccleſiaſtici quoque 43. Quis, inquit, vidit eum, & enarrabit? &
quis magnificabit eũ ſicut eſt ab initio? [Magnus fortitudine] quia omnipotens, & ei idẽ eſt eſſe
fortẽq; eſſe, ita quod ſua infinita eſſẽtia eſt ſua infinita potentia. Ideo omnia ſunt ei nõ ſolum nõ
impoſsibilia aut difficilia, immo cuncta ſunt ei æque facilia, nec poteſt in tot, quin poſsit in infi-
nities plura. [& iudicio.] Iuſta namque & incomprahenſibilia ſunt eius iudicia.] & iuſtitia eius e-
narrari non poteſt: quæ etiam eſt ipſemet Deus iuſtus, cuius non minor eſt iuſtitia, quam clemẽ-
tia atque eſſentia. Vnde & pro vno peccato mortali pœnam infligit æternam. [Ideo timebunt eũ
viri,] qui vere digni ſint nomine viri, tanquam virtute virentes, animiq; vigore viriles, quorum
eſt non ſeruili, ſed filiali vel ſaltem initiali timore Deum timere. Qui effœminatis & fatuis, vt po-
te intimoratis, loquitur Hieremiæ quinto. Audi popule ſtulte, qui non habes cor, me non time-
bis, qui poſuit arenam terminum mari? Cum enim laus ſit virtutis, ſecundum Philoſophum, is cu
ius virtus propter ſuam excellentiam perfecte non noſcitur, cum timore laudatur. [& non aude-
bunt contemplari] id eſt, Deum per contemplationem adſpicere non præſument, quaſi valentes
compræhendere eum aut per ſpeciem in vita hac cernere, ſeu perfecte cognoſcere. [omnes qui
ſibi videntur ſapientes] id eſt, qui vere ſunt ſapientes in ſeculo iſto. Quo enim fuerint ſapientio-
res, eo Dei incomparabilem excellentiam ac propriæ mentis imbecillitatem clarius noſcunt, di-
ſcretiuſque perpendunt. Idcirco non ingerunt ſe ad impoſsibilia peragenda, ſed honorem dant
Deo. Vnde & Plato ait in Primo Timæi: Genitorem opificemque vniuerſi tam difficile inueni-
re, quam inuentum impoſsibile digne profari. Perfectiſsima quoque contemplatio, qua Deum
in vita hac contemplari valemus, eſt per abnegationem: per quam etiam in myſtica theologia
mens Deo intendit, prout diuinus Dionyſius docet. Itaque Elihu ad confutandum præſumptio- Dionyſi.
nem, quam ſancto Iob impoſuit, ſermonem ſuum in concluſione incomparabilis excellentiæ
Dei finiuit, & in diſputatione præfata] quæ inter Iob eiuſque fuit amicos, Elihu perſonam deter
minantis aſſumpſit, nunc ipſum Iob, nunc eius amicos redarguens, in quo etiam per præſumptio
nem exceſsit. Porro ſecundum Thomam, Iob non reſpondet ipſi Elihu: quia in principalibus ma
gis ſecum concordat, quam alij tres amici vel quam cum alijs tribus amicis. Secundo, quia ex iu-
uenili quadam præſumptione more contentioſorum aliqua verba impoſuit Iob, quæ dixit, vel
quæ aliter dixit, & multa opprobria effudit in eum: ideo vt à contentionibus abſtineret, maluit
non reſpondere, ſecundum illud Apoſtoli: Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad 2.Tim.2.
ſubuerſionem audientium.

Elucidario Cap. 38. Reſpondens autem dominus Iob. *Art. 66.*

QVoniam in diſputatione præhabita de prouidentia Dei & modo regiminis actuum huma
norũ, varia fuit diſſenſio tam inter Iob & eius amicos, quam inter Elihu & Iob & eius ami
cos præfatos, ipſeq; Elihu quæſtionẽ determinare vſurpauit, nec potuit, ideo dominus eã de

terminat,

Gregorius terminat.[Reſpondens aūt dominus Iob de turbine,dixit. [Circa hæc ſcribit Gregorius: Verum
per ſeipſum,an per angelum ei ſit locutus,ambigitur. Potuerunt quippe per angelum commotio
nes aeris fieri,& per eum verba ſequentia pronunciari. Rurſuſque potuit exterius angelus in tur-
bine aerem excutere,& tamen per ſemetipſum dominus vim ſuæ ſententiæ cordi Iob ſine verbis
inſonare. Thomas quoque ait,quia ad literam intelligi poteſt,vocem formatam ſuiſſe miraculo-
ſe in aere cum quadam aeris turbatione, ſicut in monte Sinai legitur factum, vel ſicut ad Chriſtū
Exod. 20. vox facta eſt,quando nonnulli dixerunt tonitruum factum eſſe,vt Ioannis 12. ſcribitur. Aliqui ve
ro dicunt,quod vox iſta proceſsit diuina virtute ſeu angelico miniſterio, quaſi de nubis denſita-
te. Albertus vero ſe faciliter expediens, per turbinem intelligit diſputationis huius conflictum.
Sicq́ue de turbine quaſi de cauſa materiali,nō quaſi de quo,dominus dicitur reſpondiſſe. [Quis
eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?]quibus verbis dominus increpat ipſum Eli-
hu,quod quamuis ſententias,id eſt,ſenſus ſublimes & veraces locutus ſit, tamen per verba indi-
ſcreta,præſumptuoſa & friuola fecit hoc,aliqua quoque falſa inuectiue contra Iob dixit. Vnde
Hier. 48. dominus quaſi deſpectiue ac reprobatiue ſic ſciſcitatur,quis eſt iſte? quaſi dicat, Non decet eum
ſic loqui, quemadmodum per Hieremiam dominus ſciſcitatur: Quis eſt iſte paſtor qui reſiſtat
vultui meo?

Porro ſecundum Thomā,ideo dicitur Elihu loquutus ſermonibus imperitis,quoniam omnis
inordinatio ex defectu rationis procedere dicitur. Secundum Albertum vero,hoc dicitur, quia
coniugatio inutilis eſt, dum probationes non tenent, nec ad formam ſyllogiſticam reducuntur.
[Accinge ſicut vir lumbos tuos]id eſt,viriliter præpara te ad audiendum,quæ dicam,& ad reſpō
dendum, ſi vales. Vnde per hunc modum loquendi dominus quaſi metaphorice admonet eum
Luc. 12. ad audiendum:quia qui corporaliter aliquid ſunt acturi,lumbos ſolent præcingere,ſicut & Chri
ſtus in cœna linteo ſe præcinxit. Specialiter vero exprimit lumbos,quia ſunt loca delectationum
carnalium, ad innuendum quod ſenſualitas neceſſario ſit refrenanda volenti illuminationem
Ephe. 6. ſortiri diuinam & reuelationem cæleſtem. ideo Epheſios hortatur Apoſtolus: State ſuccincti lū-
Luc. 12. bos veſtros in veritate. Et Chriſtus in Euangelio ait: Sint lumbi veſtri præcincti. Eſai. quoq; 28.
inducitur: Quem docebit dominus ſcientiam? ablactatos à lacte,auulſos ab vbere. [interrogabo
te,& reſponde mihi.]S. Thomas & Albertus ac alij eos ſequentes,affirmant B. Iob de prouiden-
tia Dei vere ſenſiſſe,tamē in modo loquēdi exceſsiſſe,ita quod ex inordinato ſuo modo loquen
di aſsiſtentes fuerant ſcandalizati, quia ſecundum ſuperficiem quorundam verborum ſnotum
videbatur eis de ſeipſo nimis alte ſentire,atque diuinæ excellentiæ ac iuſtitiæ derogare. Vnde in
fra Iob confitetur: Inſipienter locutus ſum, quæ vltra modum excederent ſcientiam meam. Hinc
Iob 42. ſecundum doctores hos,dominus in hac parte redarguit Iob de inordinatione hac ipſa,& primo
quia Iob ſupra dixit: Diſputare cum Deo cupio. Et rurſus: Voca,& ego reſpondebo tibi, aut cer-
Iob 13. te loquar,& tu reſponde mihi: quibus verbis dedit Deo quaſi optionem duorum,vt ſcilicet tene
ret partem vel opponentis vel reſpondentis,quæ verba prima facie videbantur male ſonare,quā-
uis Iob non male intenderet. quia tamen alios ſcandalizauit & perturbauit, dominus eum pie
nunc increpat, partemq́; elegit opponentis, multa per modū interrogationis ac argumentatio-
nis proponens Iob,ad oſtendendam incomparabilem eminentiam ſapientiæ ſuæ,propter quam
Iob debuit moderatius loqui,nec eatenus cōqueri,quamuis in verbis ſuis mortaliter non exceſ-
ſit. Porro Gregorius omnino nititur approbare,B. Iob non exceſsiſſe in verbis,præſertim cum ſu
pra ſcriptum ſit: In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis,nec ſtultum quid contra Deum locu
Iob 1. tus eſt,& infra dominus ait ad Eliphaz: Non eſtis rectum locuti coram me,ſicut ſeruus meus Iob.
Dominus quoque inſultando ſatanæ dixit,poſtquam Iob in rebus & ſobole fuit plagatus, quod
Iob 49. adhuc innocentiam retineret. Vult ergo Gregorius quod Deus non increpat S. Iob propter ex-
ceſſum in verbis,ſed ne de perfectionis atq; victoriæ ſuæ magnitudine inaniter gloriaretur & ſu-
perbiret. Verum quid inter hæc magis tenendum ſit,& quomodo prætactę poſitiones valeant
concordare,quantum dominus dederit,infra dicetur. Itaq; dominus excellentiam ſuam manife
ſtare orditur ex productione, diſpoſitione & proprietatibus terræ, quæ eſt infimum elemento-
rum,& magis hominibus cognitum. [Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?]id eſt ele-
mentum terræ & ſingulas eius partes produxi & ſituaui in debito loco in medio vniuerſi. quaſi
dicat,tunc nondum eras,quo conſtat,quod duratione & cauſalitate præcedo te, nec tuo conſilio
egui in creatione, diſpoſitioneq́; mūdi. Hinc Eſa. 44. habetur: Ego ſum dominus faciēs omnia,
extendens cælos,& ſolus ſtabiliens terram,& nullus mecum. de quo Prouerbio. 8. aſſeritur: Ap-
pendebat fundamenta terræ. Porro quod ait,fundamenta terræ, intranſitiue legendum eſt, vt ſit
ſenſus,Ponebam terram pro aliorum fundamento elementorum. Elementa namque quæ pro-
prio non terminantur termino,vt aer & aqua,fundantur & terminantur ad eam. [Indica mihi]nō
quaſi ignoranti,ſed indica mihi,id eſt,oſtende te ſcire ſi vales,[ſi habes intelligentiā] eius quod
quæro. [Quis poſuit menſuras eius,ſi noſti?]id eſt,quis dedit & determinauit ei certas has ſuas
demenſio-

dimenſiones quas habet, quæ non ſunt ei determinatæ ex neceſsitate, vel ex ſua natura, quoniam maior quantitas non repugnaret, ſed ex ordinatione ſapientiæ ac prouidentiæ Dei, quæ omnia in numero, menſura & pondere fecit. Poteſt & ita exponi, quis poſuit menſuras, id eſt, proportiones, eius ad alia elementa in groſsitudine ſeu denſitate & ſubtilitate, ſecundum quod ex vno pugillo terræ fiunt decem pugilli aquæ. Ex vno quoque pugillo aquæ, decem aeris, ita quod locus aquæ, decuplus eſt ad locum terræ. [vel quis tetendit ſuper eam lineam?] id eſt, certum ei ſitum in vniuerſis partibus aſsignauit, eiuſque partes diſtinxit, iuxta illud Actuum 17. Definiens terminos habitationis eorum. Dicit autem Albertus, quod terra eſt minimum corporum ſimplicium, præter lunam atque mercurium. [ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt?] Baſis dicitur fundamentum. Baſes ergo terræ, ſunt fundamenta ipſius, quæ aliquando nominantur interiores partes terræ, quibus aliæ videntur inniti. Vel baſis terræ, eſt centrum mundi, ſicque baſes terræ poſſent dici partes centro viciniores: quibus verbis dominus inſinuare videtur, quod nihil ſit ſub terra eam ſuſtentans, cum tamen ſit corpus grauiſsimum, ſed diuina virtute manet in medio fixa, ſapientia increata id ordinante, vt omnes partes terræ naturaliter inclinẽtur ad centrum. Hinc ait Pſalm. 77. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi. [Aut quis demiſit lapidem angularem eius?] i. quis de alta poteſtate deorſum miſit id terræ, quod in ea ſe habet per modũ lapidis angularis, quod eſt centrum terræ, ſecũdum Thomam, vel pars centro propinquior, cui aliæ partes annectuntur & aggregantur, atque ibidem ſtabiliuntur, quemadmodum ad lapidem angularem alij lapides congregantur, & per eum ſibi cohærent atque firmantur, ipſeque lapis angularis ad ſe & ad parietes ædificium firmat ac tenet. Præterea circa hæc quæri poteſt, quod quæſtiones iſtæ nõ videtur fuiſſe difficiles. Quis enim ignorat quod Deus poſuit terræ menſuras, eique ſitum & diſtinctionem contribuit, & cẽtrum in ipſa conſtituit? Et reſpondendum ꝙ dominus non intendebat hoc ſolum inquirere quis hæc fecit, ſed originalem harum rationem, & cur per diuinam prouidentiam iſta ſic inſtituta cõſiſtant, qualiterq; peracta, quorũ vtiq; ſcientia, intellectum excedit humanũ. [cum me laudarẽt aſtra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei?] i. quando terram ita cõſtitui, tunc me aſtra matutina laudabant, mihique iubilabant, omnes filij Dei. Ex quo loco quidam arguere ſunt conati, quod ſpiritales creaturæ, vcz angeli, ante mundum ſenſibilem ſint creatæ, ſed hoc ex his verbis non ſequitur. Quamuis enim ſimul tẽpore creata ſint, cælum & angeli ac terra, nihilominus diſtinctio elementorum ſecuta eſt, ſecundum vnam literæ Geneſis expoſitionem. Porro ſi quis dicat, ſicut & Thomas dicit, per aſtra matutina intelligi ſtellas cæli corporeas, que quarto die factæ leguntur, vnde aſtra matutina vocantur, quaſi de nouo tunc facta, prout apud nos aſtra matutina dicũtur, quæ in principio diei apparent: nihilominus aſtra iſta dicuntur tunc Deum laudaſſe, quia circa hoc tempus Deum laudare cœperunt. Vel quia ſimul cũ cælo ſtellato ſubſtãtialiter facta ſunt, quamuis dicantur quarta die producta, videlicet quo ad diſtinctionem ſiue ornatum, vt quidam exponunt. Deniq; ſi per aſtra intelligantur hæc ſidera, tunc verbum hoc dupliciter accipi poteſt. Primo quod aſtra iſta laudant Deum occaſionaliter & materialiter, quoniã ſuo decore, motu, influxu ac cæteris ad ea ſpectantibus præbent omni menti creatæ occaſionem, materiamque laudandi proprium creatorem, iuxta quem modum etiam inanimata mixta & irrationalia Deum laudare, ſuperexaltare & benedicere aſſeruntur. Secundo, quod laudant Deum formaliter, cognitiue & proprie, ſecundum opinionem dicentium corpora cæleſtia animata. Vnde R. Moſen in lib. ducis neutrorũ affirmat, quod non ſunt inanimata, vt inſipientes putant, ſed viuunt atq; intelligunt, & creatori ſuo ſublimẽ laudem decantant, de qua re plura dici hic poſſent, quę potius trãſilienda cenſentur, præſertim cum opinio illa diſpliceat multis, quæ tamen ſecundum Thomam in ſumma contra gentiles, fidei non repugnat. Aliqui vero per aſtra matutina intelligunt angelos ſanctos ac ſplendidos, eos præſertim qui de inferioribus choris ſunt, & quorum eſt corpora mouere cæleſtia. Per filios autem Dei, intelligunt angelos ordinum ſuperiorum, quorum eſt aſsiſtere Deo, qui & excellentius laudant Deum, idcirco ei iubilaſſe dicuntur. Quod autem angeli appellentur filij Dei, in exordio lib. huius ſcriptum eſt: Cum veniſſent filij Dei vt aſsiſterent corã domino &c. Conſequenter Deus eminentiam ſapientiæ atque potentiæ ſuæ oſtendit in diſpoſi- Pſalm. 45. tione maris, præſertim oceani. [Quis concluſit oſtijs] id eſt, certis terminis ſeu littoribus [mare, quando erumpebat] id eſt, abundanter & fortiter exurgebat, [quaſi de vulua procedens?] id eſt, ſicut fœtus qui de vtero matris tempore ſuo quaſi impetuoſe erumpit, ita quod retineri non valet. Vel quaſi de vulua procedens, id eſt, ex ſecreto prouidentiæ ſeu diſpoſitionis diuinæ, aut certe de loco in quo primum fuit creatum, & ſitum, quando ſecundum quoſdam ſanctorum, totam terram operuit, & alte in aere erigebatur, deinde Deo iubente ad vnum locum redactũ eſt, prout Gen. 1. habetur: Dixit Deus, congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum, & appareat arida. Et in Pſal. 32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, ponẽs in theſauris abyſſos. Prouerb. quoque 8. Certa lege & gyro vallabat abyſſos. [cum ponerem nubem veſtimentum eius]

i. nubibus illud circundarẽ, ſicut hō circūdatur veſtimēto. Nubes enim ex vaporibus de mari ele-
uatis maxime generantur. Ideo circa mare magis abundant, circa quod etiam nubiloſus aer re-
māſit, dum aquæ congregabantur ad vnum locum. [& caligine illud quaſi pannis infantiæ obnol
uerem] id eſt, operirem ſeu tegerem. Cum enim nubes ibi abundent, nebuloſusq́ue aer & qui-
dam vapores nondum eleuati in alium, conſtat quod frequenter ſit ibi caligo, & videtur ei allu-
dere, quod ſcriptum eſt Gene. 1. Tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. [Circundedi illud terminis
meis] i. littoribus, ripis ſeu finibus à ſapientia mea præordinatis, videlicet quouſque elfluat &
refluat. [& poſui vectem] id eſt, obſtacula procedendi [& oſtia] id eſt. clauſuras vel etiam aper-
turas, per quas de oceano egrediuntur particularia maria & flumina, [& dixi] id eſt, præcepto
men inſtitui, [vſque huc venies.] id eſt, vſque ad terminos iſtos à me præſtitutos extrema tua
pertingent, & ex his locis te per maria & flumina præfata diffundes, [& non procedes amplius,]
ne terram operias. [& hic] ſcilicet, ad ripas has [confringes tumentes fluctus tuos.] id eſt, vndas
cum impetu abundanti fluentes, & ex fundo fortiter exurgentes, qui ad littora reijcinntur. Circa
prædicta de diſpoſitione maris, aſſerit Thomas: Videtur naturalis ordo elementorum require-
re, vt aqna ex omni parte circundaret terram, ſicut aer ex omni parte circundat aquam: ſed diui-
na diſpoſitione factum eſt, ad generationem hominū & animalium at plantarum vt aliqua pars
terræ diſcooperta remaneret ab aquis, Deo ſua virtute aquis maris ſub certis limitibus retinen-
te. Sed contra id quis poteſt obijcere. quia ſecundum hoc diſpoſitio iſta mundi & elementorum
non eſt naturalis, ſed miraculoſa & ſupernaturalis, cum tamen Auguſtinus ſuper Gene. dicat, ꝙ
in prima rerum inſtitutione ac ordinatinne non quæritur, quid Deus potuit, ſed quid rerum cō-
ueniebat naturis. Et reſpondendum, quod terra & aqua dupliciter attenduntur. Primo, ſecun-
dum proprias naturas quibus comparantur ad inuicem, & ſic naturaliter competeret terræ, tan-
quam grauiori, eſſe omnino ſub aquam, Secundo, per comparationem ad ordinem vniuerſi, &
quoad finem ſuæ creationis, ſicq́ue conuenit eis naturaliter diſpoſitio iſta quam habent, quia ad
hoc facta ſunt, vt homini & cæteris animatis deſeruiant: quod eſſe non valet, niſi pars terræ ſit ſic-
ca. Vnde ſecundum philoſophos, in generatione mixtorum, ignis naturaliter deſcendit, non per
reſpectum ad propriam naturam ſecundum ſe, ſed per comparationem eius ad ordinem vniuer-
ſi, qui exigit quamlibet naturam peragere id propter quod facta eſt. Hinc fertur in
Pſalm. 103. Terminum poſuiſti quem non tranſgreditur, ſcilicet, aquæ, neque conuertentur ope-
rire terram. Et Hierem. 5. dominus conteſtatur: Poſui arenam terminum mari, præceptū ſem-
piternum quod non præteribit. Intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud. [Nunquid poſt
ortum tuum] id eſt, poſtquam natus es, qui ante natiuitatem tuam nil facere potuiſti, [præcepi-
ſti diluculo,] vt tempnre ſuo exurgeret, & noctem diei continuaret, vel vt aliquid ageret ad tu-
am iuſsionem: [& oſtendiſti auroræ locum ſuum,] vbi primo lux ſolis incipit apparere? hoc eſt,
iſta in tua poteſtate non ſunt, nec ordinare potuiſti temporum varietates, curſum & ordinem, &
vbi aurora incboaretur. Præterea ſecundum Thomam, claritas diluculi ſiue auroræ, diuerſifica-
tur ſecundum diuerſas partes eleuationis ſignorum quæ ſol perambulat. Dum enim fuerit in ſi-
gno velocis aſſcenſionis, in quo cito oritur, parum durat aurora, Quando autem ſol eſt in ſigno
tardæ aſſcenſionis, diutius durat, eſtq́ue determinata menſura loci, ex quo ibi exiſtente ſole, in-
cipit claritas diluculi. Hæc omnia Deus commemorat ad declarandā excellentiam ſuam in om-
ni perfectione, ſapientia & virtute, ita vt ſi Iob reſpondiſſet ad quæſtiones prætactas, Tu ô domi
ne mare oſtijs concluſiſti: Dominus mox intuliſſet, Ergo tanta eſt eminentia mea, quod mecum
diſputare ant contendere nequis. Nunquid [tenuiſti concutiens extrema terræ?] Hoc quidam
exponunt de terræ motu, tanquam dicat: Nunquid extrema terræ potes tua virtute ſeu manibus
appræhendere & tenere atque concutere, vt terræmotus cauſetur, In quo non tota terra moue-
tur, ſed aliquæ eius extremitates, exterioresve partes? Alij ita exponunt: Nunquid tenuiſti concu-
Pſalm. 94. tiens extrema terræ, id eſt, homines ab extremo ſeu fine terræ vſque ad extremum concutiendo
eos per mutuam impugnationem? Hinc de Deo In Pſal. 103. cantatur: Qui reſpicit terram & facit
eam tremere. Et rurſus: In manu eius ſunt omnes fines terræ. Itemq́ue Eccl. 16. Ecce cælum & cæ-
li cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & omnia quæ in eis ſunt, in conſpectu Dei commouebūtur
montes ſimul & colles & fundamenta terræ, & cum conſpexerit ea Deus, tremore concutientur.
[& excuſsiſti impios ex ea] id eſt, peccatores impœnitentes per terræmotum. Vel alias plagas au-
ferre à terra & vita præſenti, non tuæ ſed meæ eſt poteſtatis. [Reſtituetur vt iuſtum ſignaculum]
id eſt, impijs de terra ablatis, ſignaculum, id eſt, homo ad Dei imaginem factus reparabitur, ita
Iob. 34. quod loco interfectorum impiorum alij Deo diſponente ſuccedent, ſicut lutum, id eſt, copioſe,
quemadmodum lutum abūdat, vel ſicut lutum diuiſum, faciliter reintegratur. Hinc ſuperius E-
Iob. 13. lihu dixit de Deo: Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. [& ſtabit ſicut
veſtimentum] id eſt, ad tempus ſubſiſtet, & continuo atqne paulatim conſumetur, vt veſtes pau-
latim à tinea. Vnde ſupra Iob dixit: Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum
qnod

quod comeditur à tinea.[Auferetur ab impijs lux ſua] id eſt,vita,proſperitas ,gloria temporalis Eccl 24.
per mortem in terræ motu,aut in alia Dei plaga. [& brachiũ excelſum confringetur] i. tyrannica Eccl 10.
virtus ſeu robur violentorum & ſuperborum,vel iniqua damnatio diuinitus deſtruetur atque Zach. 11.
damnabitur , quemadmodum in Eccleſiaſtici. Sapientia ait: Superborum & ſublimium col-
la propria virtute calcaui.Et in eodem volumine legitur: Sedes ducum ſupborum deſtruxit De-
us.Zacharias quoq; de impio paſtore aſſerit:Brachiũ eius ariditate ſiccabitur. Sed & Eſai.14.fer-
tur:Contriuit dominus baculũ impiorũ,virgã damnãtiũ.Hinc 1.Mach.2.habetur: A verbis pec-
catoris ne timueritis,quia gloria eius ſtercus & vermis:hodie extollitur,& cras non inuenietur,
quia cõuerſus eſt in terrã ſuã,& cogitatio eius perijt.[Nunquid ingreſſus es ꝓfundũ maris] ocea
ni,ad videndũ varias piſciũ ſpecies & cætera quæ latẽt ibidẽ [& in nouiſsimis] i.extremis ſeu re-
motiſsimis & vltimis ac ꝓfundiſsimis locis [abyſsi] i.maris ita dicti, [deãbulaſti:] videlicet ſu-
per fundũ ipſius,vbi nullus hominum vnquã deuenit,nec quõ terra illa diſpoſita ſit, conſpexit.
[Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis,] i.portæ inferni,vel portæ mortis dicũtur cauſæ corru-
ptiõis mixtorũ,potiſsime hominis,per quas eſt ad mortẽ ingreſſus,quas ſigillatim,diſtincte, per-
fecte & plene hõ nõ noſcit:quia nõnunquã cauſa corruptiõis ex ſupernorũ influxu procedit, in-
terdũ eſt ex cauſa interiori valde occulta,aliquãdo ex cauſa ſupernaturali, dum homines pro ſuis
peccatis diuinitus occidũtur.[& oſtia tenebroſa vidiſti?] Oſtia tenebroſa idem dicũtur,ꝙ portæ
mortis.Vel oſtia iſta ſunt varij modi,quibus homines vadunt & corruũt in infernũ. Pluribus aũt
modis homines decipiuntur ac pereunt,quã aliquis valeat determinare. [Nunquid conſideraſti
latitudinem terræ?] i. latitudinem terræ certitudinaliter non agnoſcis. Accipitur aũt latitudo ter-
ræ,à parte auſtrali ſeu meridiana in aquilonẽ ſeu ſeptentrionẽ, quæ latitudo (vt dicitur) tota per
tranſiri non poteſt,quoniam torrida zona intermedia,impertranſibilis eſt, propter exceſſum ca-
loris,vt dicunt. Circa hoc aſſerit Thomas: Lõgitudo terræ,ſecundum aſtrologos,ſumitur ſecun-
dum proceſſum ab oriente in occidentem:latitudo autem,à meridie in aquilonẽ: quia in quali-
bet re maior dimenſio,dicitur longitudo:& minor dimenſio,latitudo. Eſt aũt experimentũ pro-
batum,ꝙ dimenſio terræ,à nobis habitatæ,maior eſt ab oriente in occidentẽ, quam à meridie in
aquilonem. Ideo latitudo terræ,à meridie ad aquilonem attẽditur. [Indica mihi,ſi noſti omnia,]
ita vt cum Deo valeas diſputare,[in qua via habitet lux.] Lux corporum cæleſtium in eis dicitur
habitare,ſecundum quod manet in eis,hoc eſt.in luminaribus cæli. Itaq; quærere in qua via habi
tet lux,eſt inueſtigare, per quæ itinera ſeu quibus modis atque proceſsibus luminaria moueãtur,
quod hominibus eſt incertum,vt patet ex diuerſitate opinionum eorum,circa hoc ipſum quibuſ
dam affirmantibus,ea moueri per * epiciculos atque * ecẽtricos,alijs per diuerſarum motum
ſphærarum. Porro ſecundum Albertum,habitatio lucis,eſt relatio,i.iterata motio ſeu reditio ſo-
lis ad terram,vcz noſtræ horizontis. Vias autem aſſcenſionum deſcenſionumque ſolis,explicare
determinate quis poterit?[& tenebrarum quis locus ſit.] Quemadmodum lux * noſtræ habita- for æternꝫ
bilis ex luminarium motu cauſatur,prout in hemiſphærio ſuperiori mouentur: ſic tenebræ ſunt
ex receſſu eorum,prout in inferiori mouentur hemiſphærio, quod eandem habet difficultatem,
quantum ad vias & modos motuum luminarium cæli. Non autem perfecte menſurari poteſt lo-
cus alicuius corporis,niſi via per quam ambulat,cognoſcatur. Quoniam ergo via motus lumina-
rium,certitudinaliter à nobis cognoſci non poteſt,nec viam tenebrarum cognoſcere poſſumus,
puta exordium loci,in quo ex ſolis luminariumq; receſſu,caligo noctis incipitur. [vt ducas vnũ-
quodque] i.tam lucem quam tenebras,[ad terminos ſuos] i.vſque ad ea ad quæ valent pertinge
re,deducendo lucem & caliginem vſque ad extrema.ad quæ attingere queũt,quaſi dicat,hoc ne-
quaquam tuæ eſt poteſtatis,ſed Dei,qui (vt Gen.1.habetur) diuiſit lucem à tenebris. [& intelli-
gas ſemitas domus eius] vcz lucis,cuius domus eſt luminare cæleſte,quod eſt velut vas luminis,
vtpote ſol,qui per varia incedit itinera,ſecundum quod motus habet diuerſos , quas ſemitas di-
ſtincte & certe hõ in hoc ſeculo non agnoſcit,vt dictum eſt.[ſciebas tunc] i.in exordio quando
ego iſta ita diſpoſui,[ꝙ naſciturus eſſes,& numerum dierum tuorum noueras?] i. quandiu in vi-
ta ſubſiſteres,non vtique,quoniam necdum eras,ſcire autem præſupponit eſſe,ſed ego iſta præ-
ſciui,Ideo meæ ſcientiæ comparari non vales.[Nunquid ingreſſus es] per conſiderationem acu-
tam & clarã [theſauros niuis] i.virtutem per quam,& materiam ex qua generatur. Diuina enim
poteſtate omnes huiuſmodi impreſsiones principaliter fiunt,& ex vaporibus ſeu exhalationibus
materialiter producuntur.[aut theſauros grandinis adſpexiſti.] puta virtutem effectiuam & ma-
teriam grandinis. Hæc autem perfecte ac particulariter ſcire, eſt ſuper hominem, maxime dũ ſu-
pernaturaliter producuntur in vltionem iniquitatis prauorum,ſecundum quod ſubditur: [quæ
præparaui in tempus hoſtis,] i.pro tempore quo hoſtes & aduerſarios decreui affligere, ſicut E-
xod.9.legitur,quod grando horribilis cecidit in terra Aegypti.[in diem pugnæ & belli?] i. præ-
liorum ſiue inteſtinorum,ſiue extrinſecus inductorum,inſuper dic,[per quam viam ſpargitur] i.
diffunditur [lux] luminarium cæli,præcipue ſolis per terram?per quam etiam viam [diuiditur

æſtus ſuper terram?] id eſt,calor qui in terra conſequitur diffuſionem lucis ſoleris, tanquã dicat,
modum cauſalitatis & diffuſionis iſtorum perfecte nõ capis,quomodo ſcilicet,lux vel in inſtanti,
vel in tempore imperceptibili, per totum hemiſphærium diffundatur,& in diuerſis terris diuer-
ſus calor diuerſimode generetur. Denique,notanter aſſerit lucem ſpergi,caloremq́; diuidi, quo-
niam ſerenitate aeris exiſtente,lux ſolis ed omnes æqualiter indifferenterq́; venit,ita quod ſen-
ſibiliter claritatis intenſio non diuerſificatur,ſicut diuerſificatur caloris intenſio ſeu augmẽtum.
Præterea hæc duo coniungit, ſecundum Albertum, quoniam æſtus ſequitur lucem,& modum æ-
ſtus modum lucis. Vbi enim lux ſpargitur ed engulum rectum, ibi reflectitur angulus in ſeipſum,
& fit intenſior calor. Vbi vero ad angulum acutum,fit minor æſtus: vbi eutem ad angulum hebe-
tem ſeu expanſum,æſtus fit minimus: ſicq́ue ſemper ſecundum modum enguli ad quem refle-
ctitur lux,fit etiam modus caloris. Vnde Eccl. 43. dicitur: In meridieno ſol exurit terram,& in cõ-
ſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? [Quis dedit vehemẽtiſsimo Imbri] id eſt, pluuiæ, quæ
cum maxima vehementia cedit, [curſum] id eſt,tam impetuoſum ac celerem motum, [& via ſo-
nantis tonitrui] id eſt,quis dedit tonitruo ſonoro ſuum proceſſum,ita ꝙ ſonat, non quaſi res in
vno permaoẽs loco,ſed quaſi ꝓcedẽs de loco ed locũ. Quis,inquam,hæc dedit,niſi ego qui cun-
cta diſpoſui,ſicq́; inſtitui, vt pluuia validis veotis impulſe & egitata,vel ex nube aquoſiſsime de-
cidens,cum tanta vehementia cadat,atq; tonitruum taliter ſonet? [vt plueret ſuper terram] ebſq;
hominis cooperatione ſiue induſtria. Vel ſuper terrem abſq; homine, i. quæ ab hominibus nõ ha
bitatur, vcz [in deſerto vbi nullus mortaliũ cõmoratur] hominum,quãuis habitẽt ibi bruta, [vt]
imber præfatus [impleret inuiem & deſolatam] i. terrã incultã,nõ deambuletam nec habitatã. [&
produceret] terra huiuſmodi ſic irrigata [herbas virentes.] Itaq; ſapienter Deus inſtituit, vt nu-
bes per ventos impellentur ad talia loca,quæ aliter irrigari & fœcundari non poſſunt,cũ enim ſint
ſicca,vapores pluuiales ex eis non eleuantur,ſed eliunde adducuntur. Spiritaliter, vehementiſsi-
Marci 3. mus imber, eſt efficaciſsima & ardentiſſ. euangelicæ legis doctrina,cui per Apoſtolos Deus con-
tulit curſum, quorum prædicetio fuit ſonans tonitruum. Nã & in Euãg. Chriſtus Petrũ, Iaco. & Io
annẽ filios appellat tonitrui. Itaq; per Apoſtolos Deus hunc imbrẽ diffudit in deſerto & inuia de-
ſolatáq́; via, i. per gentilitatẽ olim à Deo relictam, nullaq́; ſanctiſpũs conſolatione refectã: in qua
nullus mortalium, i. hominum vere rationaliter viuentiũ morabatur, vt gentiles cõuerſi produce
rent herbas virentes, i. opera virtuoſa. [Quis eſt pluuiæ pater? vel qs genuit ſtilles roris? de cuius
vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit?] Hæc omnia loquitur Deus ad inſinuãdum
ꝙ ipſe horũ prima & principalis eſt cauſa,& ꝙ hi eius effectus perfecte inueſtigari nõ valent,quo
ad omnes cauſas eorum,ſicut lucidiũs dictũ eſt. Porro varijs modis datur Deus elicuius pater &
genitor. Pluuiæ vero & roris pater ſeu genitor vocatur, ſecundum latem patris acceptionem, ꝓut
omne principium productiuum datur pater eius quod cauſat. Per vterum vero de quo egreditur
glacies, intelligi poteſt vel cauſa glaciei materialis, vel locus quo generatur, vel virtus diuina quę
eſt prima vis productiua. Gelu quoque de cælo, i. cæleſti virtute producitur. Dicit enim Albertus
ꝙ lumẽ Saturni, cauſa ſit gelicidij. Sunt tamen & aliæ ceuſæ ipſius. Præteree ſecundum Thomam,
cauſa glaciei eſt frigus, quæ eſt qualitas fœminina, fœminæ enim comuniter ſunt frigidiores vi-
ris. Pluuiarum autem & roris cauſa, celor eſt, reſoluẽs nec permittens congelari veporem. Calor
autem eſt qualitas maſculina. Ideoq́; ſignaoter circa generationẽ glaciei, vtitur nomine vteri ſpe-
ctantis ed matrẽ. Circa generetionẽ vero roris & pluuiæ, vtitur nomine patris. Ex frigore demũ
duplex glacies generatur: voa in aere, quod pertinet ad pruinã de cælo cedentẽ, ad quod referri
poteſt, ꝙ dictum eſt, gelu de cælo quis genuit? quod idcirco attribuit petri, quoniã nõ apparet tã-
ta vis frigoris in pruina, ſicut in glacie vlteriori ec groſsiori. Mirum quoq; apperet, ꝙ in elemen-
to raro, calido & humido, puta in aere, glacies ſic formetur. Alie vero eſt glecies, quæ in inferiori-
bus generatur equis, in qua frigoris vis maior apparet, vnde ſubinngitur: [In ſimilitudinẽ lapidis
aquę durãtur.] i. per intenſum frigus ſic cõſtringuntur, vt inſtar ſaxi duræ reddãtur, quod quidam
de cryſtallo exponunt. Nam & philoſophus eit: Ex aque generatur cryſtallus, remoto totaliter ca-
lido. Cui illud Eccl. 43 conſonat: Frigidus ventus equilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Cir-
ca hæc ſcribit Lyra: Omnia iſta hic poſita ſunt ad oſtendẽdum, ꝙ non ſunt ad plenũ naturali ra-
tione inueſtigabilia hæc opera Dei. Licet enim philoſophi de cauſis iſtorum aliqua dixerunt in
generali, hoc tamen fuit obſcure & imperfecte. Nec vnquã fuit dictum ab aliquo perfecte in ſpe-
ciali & declaratũ, quomodo res tam mollis & fluida poſsit intãtum ſolidari: & ſi aliquis eſſet qui
non vidiſſet, nullo modo crederet dicenti, ſicut de motu ferri à megnete. Et quoniem ceuſa taliũ
determinata ignoratur, dicitur ꝙ habent hoc à tota ſpecie, i. à proprietate ſpẽm conſequẽte: ſed
quæ ſit illa proprietas determinata, nullus dicit. [& ſuperficies ebyſsi conſtringitur.] In frigidiſſ.
enim terris, ſicut, in partibus aquilonaribus, interdum ſuperficies oceani congelatur, potiſsime
circa ripas, non tamen irrumpere poteſt frigus aeris vſque ad maris profundum. [Nunquid con-
iungere valebis micantes ſtellas pleiades,] Stellæ pleiades alio nomine dicũtur ſeptiſtelliũ, ſunt-

que

que ſtellæ pluuiales, habentes dominium quoddam ſuper aquas, ſicut & luna. Vnde ſecundum Albertum habent virtutem mouendi, eleuandiq; humidum, & ea quæ ex humido generantur vapore. Hæ ſtellæ dicuntur micantes, quia etſi paruæ videantur, tamen claræ ac ſplendentes apparẽt vna tamen nõ euidenter & clare apparet, quæ coniungi nõ valent, propinqua ſibi iunicẽ ſint: ſemper enim in eodem permanent ſitu atq; in eadem ad inuicem vicinitate, ab inuicemq; diſtantia, ſicut & cæteræ ſtellæ fixæ. Ex quo ſumpſerunt quidam philoſophi occaſionem dicendi, ꝙ aſtra octauæ ſphæræ, ſint fixa in ea, velut clauis in naui, & quod ſphæra illa mouetur, ſtellæque eius motu ipſius. Plato tamen & Ptolemæus, his non obſtantibus, poſuerunt, ſtellas non eſſe ſic fixas, ſed proprio motu moueri ſphæra non mota. [aut gyrum arcturi poteris diſsipare?] i. circuitum vrſæ maioris, in qua ſeptem ſunt ſtellæ, quæ nobis ſemper apparent, & mouentur circa polum ſeptentrionalem ſeu arcticum, quarum gyrum vel circumuolutionem homo diſsipare aut impedire non valet, ſed Deus qui omnium eſt creator. Deniq; ſeptem ſunt ſtellæ in arcturo ſeu vrſa maiori, quemadmodũ in vrſa minori, ſed in maiori ſunt ſtellæ maiores & clariores. Quatuor quoq; ſtellæ ſunt in capite & tres in cauda, quas dominus nominat, quoniam ſunt principium frigoris congelantis, ea quæ ex humido fiunt vapore, ſecundum Albertum, de quibus plenius dictum eſt in expoſitione illius. Qui facit arcturum &c. Nunquid produces luciferum in tempore ſuo,] i. tuæ poteſtatis non eſt, planetam illum tempore ſuo ortui deputato ſuper horizontem tuum adducere, eiuſque motum diſponere. [& veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis] i. planetam ſic dictum non potes facere oriri terrigenis. Secundum Thomam, planeta Venus quandoque oritur ante ſolem, & tunc dicitur lucifer: quandoque occidit poſt ſolem, & tunc veſperus appellatur. Porro planetæ qui ſemper tardioris ſunt motus quam ſol, incipiunt mane apparere ante ſolis ortum eo quod ſol proprio motu quo mouetur ab occidente in orientem, deſerit eas, atque pertranſit ad ortũ, quẽadmodum patet in Saturno, Ioue & Marte. Luna autem quæ habet velociorem motum quam ſol, incipit apparere in ſero, quaſi deſerens ſolem, & præcedens ipſum verſus oriẽtem. Venus vero & Mercurius quandoque incipiunt apparere de mane, quandoque de ſero, ſed de Mercurio, quia raro videtur & paruæ eſt quantitatis, non eſt tam manifeſtum, ſicut de Venere, de quo manifeſtũ eſt quod aliquando habet velociorem motum quam ſol, & aliquando tardiorẽ. Itaq; ſecundum Thomam lucifer & veſperus ſunt idem planeta, diuerſa ſortitus vocabula, prout diuerſis temporibus oritur & apparet. Porro ſecundum Alber. lucifer ſemper eſt Venus vel Mercurius, qui habẽt tempus ſuum indicandi lucem de mane, quando ſecũdum ordinem ſingulorum ſunt poſt ſolem duodecim gradibus vel amplius. Tunc enim de mane ante ſolem emergunt. Veſperus quoque ſecundum Albertum eſt ſtella veſpertina, quæ eſt etiam ſemper Venus vel Mercurius, quoniam illę duæ ſtellæ perfectam diſtantiam à ſole non habent, & ſole occidente poſt eum emergunt de ſub radijs eius, quandoque ſecundum ordinem ſingulorum.] Nunquid noſti ordinem cæli,] i. ordinem ſitus & motus cæleſtium corporum, vel proportionem, habitudinem, influentiam eorum ad inferiora, vel cæleſtium orbium mutuam coordinationem, & pones rationem eius in terra?] i. rationem ſeu cauſam præfati ordinis cæleſtium corporum expones hominibus, ſ. ꝓpter quas cauſas ſic inſtituta & coordinata ſint iſta, quod humanum tranſcendit ingenium. Spiritaliter, per ordinẽ cæli, angelicorũ ſpirituũ hierarchica deſigñatur diſtinctio, quæ ab hominibus determinate nõ ſcitur, * quã diuinus Dionyſius angelicorũ ſpirituũ diſtinctiones aſsignet in generali, vcz quãtũ ad diſtinctiões nouẽ chororũ. [Núqd eleuabis in nebula vocẽ tuã,] i. núqd nebulę iubebis, vt ad tuũ præceptũ aſſcendat, vel tonitruũ generetur in ea, & tibi ad nutũ obediat? [& impetus aquarũ operiet te?] i. in tua virtute nõ eſt, vt a qua pluuialis copioſe deſcẽdat, ita vt te valeat operire. [Núquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertẽtia dicẽt tibi, aſſumus?] i. tuæ potẽtiæ non eſt emittere fulgura, ita quod ad tuam diſpoſitionem diſcurrant, teque præcipiente reuertantur, & dicãt tibi verbo vel facto, ecce aſſumus, i. reuerſa ſumus ſecundum quod imperaſti. [Quis poſuit in viſceribus hominis] i. intimis ac ſecretiſſ. animę viribus, ſ. intellectu ſpeculatiuo & practico [ſapientiam?] Multipliciter enim Deus intellectibus hominum ſapiẽtiam indidit, vtpote habitus cognoſcitiuus principiorum, tam in agibilibus quam in practicis, naturaleque lumen rationis, per quod naturalem ſapientiam inuenit homo. Inſuper per ſeipſum, per angelicas mẽtes, per homines ſanctos ac eminentes cæteros illuſtrauit. Ipſosq; homines cæteris illuminatiores, vcz Apoſtolos & prophetas ac ſancto doctores Deus multipliciter atq; multiplici ſapientia & ſcientia decorauit. Hic Eccl. ſcripſit: Deus de terra creauit hominem, creauit ei ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit corda illorum, dedit illis cor. [Vel quis dedit gallo intelligẽtiam?] i. naturalem æſtimationem, qua per modum intelligentis in aliquibus agit determinatis horis die ac nocte cantando, quaſi proportiones cæleſtium cognoſceret motuum, diſtinctionemque horarum noctis atq; diei. Vnde ſecundum Albertum intelligentiam vocat æſtimationem, quam habet gallus de horis diſtinguẽdis ad immutationem, ſolis ab angulis cæli in mane, meridie, veſpere, media nocte, & etiam ad immutationem auræ per diſpoſitionem factam in aere cantat, & quædam alia animalia, quæ circa regimen ſuæ vitæ

Iob. 9.

* quum

Eccl. 17.

non ſolicitantur. Ideo facile depræhendunt impreſsiones ſactas in corporibus ſuis, vel à motu cę-
li, vel à diſpoſitione aeris, & ſecundū illas mouētur. Hinc ſecundū Damaſcenū, agūtur magis quā
agūt: q̄a nō libere, ſʒ ſecūdū naturalē agūt inſtinctū. [Quis ēarrabit cęlorū rationē] i. cauſā ꝓpor
tionē & ordinē cęleſtiū corporū, & cur ita diſpoſita ſint in magnitudine, multitudine, ꝓpinquita
te, diſtantia, motu & influētia, cur tot ſtellæ in firmamēto, quæ ratio diuerſitatis earū in mole, ſitu,
luce ac ꝓprietatibus alijs. Hęc atq; ſimilia ab homine inueſtigari nō accidit. [& cōcentū cæli quis
dormire faciet?] ꝑ cōcentum cæli, intelligit cælorū atq; cæleſtiū motuū ꝓportionatā cohabitudi
nem, & velut harmoniacā quandā conuenientiā, quā creatura eis auferre nō poteſt. Præterea ad-
uertendū, ꝙ Pythagoras & eius ſequaces, ꝑut 2. de cælis, refert philoſophus, poſuerūt ex contactu
ſeu motu cęleſtium corporū harmoniacū ſonū cauſari, quę ſonorū conſonātia, ſecundum eos, cō-
centus poteſt vocari, qui cæleſtia corpora poſuerunt, animata, quā dicebāt à nobis ſenſibiliter nō
percipi, quoniam ab exordio natiuitatis noſtræ cœpimus eam percipere, & indeſinenter quaſi cō
nata eſt eius perceptio ac continuata auribus noſtris, ſicq; ex nimia aſſueſactione nō diſcernimus
eam, ſicut qui diu ſedet in fœtido loco, tandem fœtorem non percipit, ſed hanc opinionem Ari-
ſtoteles reprobat. Idcirco concentus hic metaphorice dicitur cōuenientia præinducta. Præfata au
tem poſitio ſapientiæ in viſceribus hominis, concentusq; cæli, ab initio fundationis terræ fuit vel
circiter. Hinc ſubditur: [Quando fundabatur puluis in terra] i. pulueres terræ firmiter locabātur
infimo loco vbi eſt terra. [& glebæ compingebantur?] id eſt partes terræ pariter iungeban-
tur per humorem eas ſimul tenentem & continuantem, ne in terra ob ſuam ſiccitatem in puluerē
reſoluatur. Deniq; iuxta Albertū, loquitur ſecundū diſpoſitionē primi mixti atq; confuſi in quo
elementa commixta fuerūt, & in quo per modum pulueris terra vaporabiliter ferebatur in humi-
do. Hinc dicitur, & glebę compingebantur, reſidente ſ. puluere in fundo, iuxta illud Gen. 1. Con-
gregentur aquę quę ſub cælo ſunt, in locū vnū, & appareat arida. Iſtud procedit ſecundū vnam ex-
poſitionem lrę Gen. Glebæ autem compingūtur dupliciter. Vno modo ad locū, ſicq; diſtinguitur
terra ab alijs elementis. Alio modo ad complexionē, ſicq; complexio quæ magis appropinquat ad
cælum ſeu ad cæleſtē æqualitatē, meliorē in appræhendēdo & appetendo ſortitur diſpoſitionē &
Hic alibi inchoatur Cap. 39. animam, vt 6. de animalibus aſſerit Auicenna. Itaq; bona complexio non paruum eſt Dei donum.
[Nunquid capies leænæ prædam] i. ſufficiēter ei de alimēto poteris ꝓuidere, [& animā] i. anima-
litatē ſeu animalē appetitū ac vitā, [catulorū eius implebis] neceſſarijs nutrimētis? quaſi dicat, nō
poteris, diuina tamen ꝓuidētia ſufficientiā ſibi ac catulis ſuis ꝓcurāt leænæ, quāuis ſint multū vo-
races. Potius quoq; leænam exprimit quā leonē, quoniā ꝓpter curā & educationē catulorum, ipſa
auidior eſt ad prædā. [quando cubant in antris] i. in ſpelūcis manēt nutritioni catulorum vacātes,
[& in ſpecubus] i. cauernis [inſidiātur] l. animalia trāſeuntia obſeruāt ad rapiendū ac deuoran-
dum, ſecundum illud Pſal. 9. Inſidiatur quaſi leo in ſpelunca ſua. [Quis præparat coruo eſcā ſuā]
i. de alimētis ꝓuidet coruis, niſi principaliter Deus, [quando pulli eius clamant ad Deū,] i. natura
li deſiderio appetunt neceſſaria vitæ, quæ principaliter ſortiuntur à Deo. Clamant quoq; ad Deū,
non quaſi eius habentes notitiā, ſed quaſi triſtē ſonitū emittētes, qui à Deo attenditur, ita ꝙ ꝓui-
det eis. Quęlibet etenim res naturalis per hocipſum ꝙ naturali deſiderio appetit aliquod bonū,
quodammodo interpretatiue ſeu æquiualēter clamat ad Deum, velut ab ipſo illud intendēs acci
Pſalm. 103 pere, qui omniū eſt actor bonorum, ſicq; fertur in Pſal. 144. Oculi omniū in te ſperāt domine, &
tu das eſcam illorum in tēpore opportuno. Et rurſus: Omnia à te expectāt, vt des illis eſcā in tem-
pore. [vagantes, eo ꝙ nō habeāt cibos?] pullis coruorū, ꝓ tempore quo à matribus ſuis non alun
tur, vt dicitur, ſ. infra ſeptem primos dies, nō cōpetit vagari ſeu hincinde volare. Ideo quidā legūt,
vagientes, ſ. ſuo modo, quaſi plorantes ex famis anguſtia. Vel, vagātes, i. viſu hincinde diſtracti ac
ꝓſpicientes, quia nutrimentū nō habēt. Dicitur enim (vt recitat & Tho.) ꝙ coruus pullos ſuos na
tos videns plumis albos, non paſcit eos donec cernat eos nigreſcere, ita ꝙ ſeptem diebus eos non
alit, ſed à Deo ſuſtentantur per inditam eis naturalē virtutē. Alij autē aſſirmāt, ꝙ Deo ordinante,
quidā vermiculi volitāt circa ora eorum quos attrahunt, ſicq; aluntur. Inſuper ſecundum Albertū
nominat coruū magis quam cætera bruta, quia voracior & cibi auidior eſt, cuius ſignū eſt, quia vt
in Gen. 8. habetur, emiſſus ex arca, requieuit in cadauere. Poſtremo, ex his clare oſtenditur falſi-
Luc 12. tas opinantium, quod Deus irrationalium animalium prouidentiam & diſtinctā cognitionē non
Matth. 6. habeat. Nam & Pſalm. 146. teſtatur: Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuo-
cantibus eum. Chriſtus quoque in Euang. errorem hunc deſtruens, ait: Nonne quinque paſſe-
res veneunt dipondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Et iterum aſſerit: Pater
veſter cæleſtis paſcit ea, ſcilicet, volatilia cæli, nec obſtat illud Apoſtoli 1. Cor. 9. Nunquid de bo-
bus cura eſt Deo? hoc ſiquidē dicit ad innuendū, quod rationaliū creaturarū cura & prouidētia,
ſpeciali altioriq; modo cōuenit Deo. *Expoſitio Cap. 39. Nunquid noſti tempus. Art. 67.*

CONſequenter dominus ad incōparabilis ſapiētiæ ſuæ cōmēdationem, tāgit leges quibuſdam
animalibus inditas in generatione, in cōſuetudine & habitatione. [Nūquid noſti tempus par-
tus ibi-

tus ibicum] Ibices ſecundum Thomam, ſunt animalia corpore parua, in locis petroſis habitantia, & parientia ibi, ad quæ loca non patet hominibus de facili acceſſus Idcirco tempus partus earum hominibus eſt incertum. His concordat Albertus, dicendo: Ibex eſt animal in petris & montibus commoratiuum, tam ingentia habens cornua, vt à capite exeuntia , vſque ad clunes pertingant, intra quæ aliquando cadens totum corpus recipit, ne allidatur in caſu. Alij dicũt quod ibex ſit auis aquatica ſerpentibus inimica. [in petris] id eſt, locis petroſis ſeu rupibus vbi pariunt. [vel parturientes ceruas obſeruaſti?] Ceruæ cum parere debent, loca eligunt ſecreta, vbi lupi nõ ſolent accedere. Hinc partum earum dominus dicit eſſe occultum, inſinuans quod ipſe omnium horum inſtituor & diſpenſator exiſtat ac cognitor. [Dinumeraſti menſes conceptus earum] id eſt, quod menſes fluxerint ab impręgnatione ſeu conceptu ceruarum, quod licet quantum ad aliquas ceruas quodammodo fieri poſsit, homo tamen hoc de omnibus nec certitudinaliter, nec diſtincte cognoſcere poteſt. [& ſciſti tempus partus earum] i. determinatum tempus quo pariẽt, neſcis. Secundum quoſdam, loquitur de ſcientia actiua, quæ facit, ꝙ ſcit vt eſt ꝓuidentia Dei. Vel, vt alij dicunt, quærit an dinumerauit menſes præſatos, vt indicaret eos ceruis. Et ſimili modo inquirit, an ſciat tempus partus earum. [Incuruatur ad fœtum] i. naturali induſtria ſibi diuinitus indita incuruant ſe vt fœtum emittant. [& pariunt] facilius quam mulieres in ſpecie humana, non tamẽ penitus abſq; dolore. Nam ſubditur: [& rugitũ emittũt.] ideo tamẽ incuruãt ſe vt facilius pariant quoniã incuruatio mẽbra generatiua ampliat ad fœtus emiſsionẽ, nõ autẽ eatenus, quin ꝓpter arctitudinem membrorum illorũ affligantur in fœtus egreſſu. [Separantur filij earũ] i. pulli ceruarũ atq; ſimiliũ beſtiarum nati, mox à parentibus ſeparantur ſiue recedũt, ita ꝙ mouẽt ſe, nec diu manent ſub cura parentũ, vt hominum fœtus: [pergunt ad paſtum] i. primo incipiunt quærere eſcam eis à natura paratam. [Egrediuntur] à matribus ad loca paſcuarum, [& nõ reuertẽtur ad eas.] primo dum nati ſunt, & lacte matrum indigent, paſci, quãuis egrediantur ad paſtum, redeũt tamẽ ad matres ſuas. Poſtea vero cum roborati fuerint in membris, nec lacte amplius indigent, ſic recedũt à matribus, quod non reuertuntur ad eas. [Quis dimiſit onagrum liberum?] id eſt, aſinos ſylueſtres, quis fecit ab hominum obſequio liberos? [& vincula eius] i. quibus ligari poterat, [quis ſoluit?] id eſt, quis eum à talibus vinculis fecit immunem , iat quod tales aſini non ligantur, nec domeſticantur, ſed libertatis amore hinc inde vagantur. Hæc atque ſimilia Deus quærit, ad innuendum, quod ipſe ſolus hæc fecit & facere potuit, qui ſingulis proprietates certas impreſſit: & iſtud in onagris mirum videtur, cum alij aſini domeſticentur, qui cum illis eiuſdem ſpeciei feruntur.] Cui dedi in ſolitudine domum,] id eſt, antrum ſiue cauernam. In ſolitudine enim moratur, ne hominibus ſeruire cogatur, cum tamen alij aſini periclitentur, niſi in habitaculis per homines factis morentur. [& tabernacula eius] id eſt, loca in quibus paſcitur & generat, dedi [in terra ſalſuginis?] hoc eſt, in terra inhabitabili propter eius ſiccitatem & ſolis exuſtionem, ex qua humor eius quaſi in ſalis amaritudinem vertitur. [Contemnit multitudinem ciuitatis,] id eſt, manſionem deſerti præfert habitatinni in vrbe. [clamorem exactoris] id eſt, hominis qui ab onagro laborem pro victu ſibi impenſo exigeret, [non audit:] quia vocantem ſe hominem fugit, renuens domeſticari, ſubdi & obſequi. [Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ,] id eſt, loca montana in ſolitudinibus, in quibus inuenit nutrimenta, quærit & aſpicitur. [& virentia quæque perquirit.] id eſt, loca in quibus ſint recentia gramina, quibus veſcatur, in his amplius delectatur, quam in frequentia hominum & pabulis vrbium. Conſequenter loquitur de rhinocerote ſeu vnicorni, qui eſt animal ferum, valdeque forte & indomeſticabile. Vnde ex confidentia propriæ fortitudinis & indignatione ſeruitutis, domeſticari non poteſt. [Nunquid volet rhinocerns ſeruire tibi?] id eſt, non acquieſcet tibi ſubdi & obſequi, nec manſuetatur. [aut morabitur ad præſepe tuum?] i. ita eum compeſcere nequibis, vt ad præſepe acquieſcat ligari , & à te cibũ accipere, ſed libere vult vagari & nutrimẽtũ inquirere. [Nũqd alligabis rhinocerota ſeu rhinocerotem [ad arandum loro tuo?] id eſt, nequaquam poteris eum ſic catenis ſeu vinculis ligare, vt inſtar bouis terram tuam aret. [aut confringet glebas vallium] tuarum, id eſt, ad hoc eum inducere nõ poteris, vt trahat inſtrumentum, quo terra arata complanatur, glebis ſeu maſsis eius vel partibus groſsioribus fractis per ſuperinductionem inſtrumẽti illius per terram huiuſmodi. [poſt te?] vt ſ. te præcedentem rhinocerns ſequatur. [Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius,] ꝙ ſ. illa tibi deſeruiat & ſubdatur, [& derelinques ei labores tuos?] i. an cõmittes ei fructuũ tuorum cuſtodiam, vt terræ naſcentia tuis laboribus procurata in agro cuſtodiat, ſicut ſæpe canes feroces & ſnrtes dimittuntur cum ſeruo in agris ad cuſtodiam poſſeſsionum, contra animalia deuoratiua ſeu homines ſpoliãtes, tanquã dicat, ad iſta vnicornẽ domeſticare non poteris. [Nũquid credes ei quoniam ſementem reddat tibi,] i. grana bladorum aliquo modo faciat egredi, ſecundũ quod bos dicitur triturare, iuxta illud Oſe. 10. Ephraim vitula docta diligere triturã. [& areã tuam congreget?] id eſt, fructus areæ tuæ comportet. Per hæc omnia Deus intendit, quod ipſe qui animal talium proprietatum produxit, quod ab homine compeſci non valet, incomparabilem ha-

beat excellentiam ſuper hominem, ita quod homo ei in nullo reſiſtere poteſt. Porro de natura
Gregorius rhinocerotis multa leguntur, de quo refert Greg. Rhinoceros indomitæ omninn naturæ eſt, ita
vt ſi quando captus fuerit, teneri nullatenus poterit. Impatiēs quippe, vt fertur, illico moritur. Ma-
giſter ſententiarum affirmat, quod ſit ſuperbiſsimum animal, hinc quando contra inclinationem
ſuam tenetur, ex indignatione cadit & moritur, de quo refert Albertus: Cornu rhinocerotis in-
gens, longitudinis 12. pedum, & amplius: ante acutum valde & plenum, non concauum ſicut cor
nu cerui, & in baſe vbi coniungitur capiti, diameter eius eſt plus quam palmi, egreditur quoque
ad ſimilitudinem gladij. Porro in mammotrectu bibliæ continetur: In fronte media gerit cornu,
ita acutum & validum, vt quicquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam & cum elephanti-
bus ſæpe certamen habet, atque in ventre eos vulnerat & proſternit, buxei eſſe coloris aſſeritur.
Taniæ quoque eſt fortitudinis, vt nulla venantium capiatur virtute. Sed virgo puella proponitur,
quæ venienti ſinum aperit, in quo ille, omni ferocitate depoſita, caput ponit: ſicq́ue ſoporatus, ve-
lut inermis mox capitur, vt refert Greg. Hinc vt aliqui dicunt, Deus comparatur rhinoceroti, iux-
Gregorius Num. 23. ta quod Balaam loquitur: Dominus Deus eduxit eum, ſ. Iſraelem de Aegypto, cuius fortitudo
ſimilis eſt rhinoceroti. Etenim puriſsima virgo Maria vnigenitum Dei, quem nullus vnquam va-
luit ſuperare, innitum ve capere, in ſe traxit ita, quod in eius vtero, deinde in eius gremio requie-
uit. [Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris.] Secundum Albertum, dominus
loquitur hic de animali compoſito ex volatili atque greſsibili, quod ſtruthio dicitur, in deſertis
Libyæ potiſsime habitans, carnoſas cum quadrupedibus tibias habens, & tres digitos in pede an-
gulatos vt quadrupes. Roſtrum antem & caput & collum vt cygnus, coxas magnas ad modum qua-
drupedis, pennas in primo anno cinereas, ſicut anſer, quæ in ſenectute deficiunt in nigram lanugi-
nem in modum velleris nigræ auis. In alis non volat, ſz ſaltat, ſaltum iuuans motu alarum ſicut lo-
cuſta. Ita penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris, ſimilis quidē ei non in colore,
ſed in hoc quod eſt pēna. Porro herodius, ſecundum Albert. eſt aquila, quæ eſt heros ſeu domina
auium. Alij dicunt quod ſit auis rapaciſsima, aquilam vincens. Thomas vero affirmat, quod ſit no-
biliſſ. falco, qui gryfalcus vocatur, vnde videtur nomen æquiuocū. Per accipitrem quoq; quidam
intelligunt niſum, alij quamcūque auem rapacem, Itaque Deus inſinuat, quod licet ſtruthio cum
præfatis auibus quæ celeriter volant, ſimiles habeat pennas, non tamen ſimilem vſum pennarum,
Gregorius quia nec alte neque celeriter volat, cuius cauſam aſsignat Gregorius: Accipitris, inquiens, & hero-
dij parua ſunt corpora, ſeu pennis denſioribus fulta, idcirco cum celeritate tranſuolāt, quia in eis
parum ineſt quod aggrauat, multum quod leuat. At contra ſtruthio raris pennis induitur, atq; im-
mani corpore grauatur, vt & ſi volare appetat, ipſa pennarum paucitas molem tanti corporis in ae-
re non ſuſpendat. [Quando derelinquit in terra oua ſua] Non enim fouet ona ſua incubando ſu-
per ea, ſed fodit hæc in arena, operiens ſabulo. Nam vt ait Albertus, ſi incubaret ouis, comprime-
ret ea: idcirco non incubat, ſicut nec ſerpens, nec lacerta. [Tu forſitan in puluere calefacies ea?]
Hoc ironice dicitur, tanquam dicat, nequaquam. Præterea, inxta Thomam, ſtruthio hanc natura-
lem habet induſtriam, quod obſeruat tempus calidum, quando incipiunt apparere ſtellæ quæ di-
cuntur vergiliæ, in menſe Iulio, & tunc operit oua, ſicq́ue ex calore loci & temporis, quia videli-
licet non moratur niſi in locis calidis, oua viuificantur, & pulli ex eis naſcuntur. Albertus autem
circa hoc ſcribit: Calore ſolis excitatur intraneus calor oui, qui intra teſtam oui pullum format,
& extra teſtam educit. Porro quod dicitur, qnod viſu foueat ea, falſum eſt: ſed imperitis apparet,
quia frequenter eſt circa ona, & reſpicit ea propter cuſtodiam. [Obliuiſcitur qnod pes conculcet
ea, aut beſtia agri conterat.] i. non attendit, qnod oua ſua taliter ſituata, poſsint faciliter à trāſeun-
tibus conculcari, vel à beſtijs frangi per conculcationem aut comeſtionem. Struthio namque na-
turaliter obliuioſum eſt animal, & vt Thomas affirmat, nullam adhibet curam de conſeruatione
ouorum. Cui videtur obniare, quod ſecundum Albertum frequenter adeſt ouis, & aſpicit ea pro-
pter cuſtodiam. [Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſni:] quoniam pullis ſuis non prouidet, nec
eos nutrit vt aliæ aues, ſicq́ne quodammodo in ſe fructum generationis pullorum ſuorū amittit,
ideo ſequitur: [fruſtra laborauit] ad pullorum generationem cooperando, nā eos demittit, [nul-
lo timore cogente] i. ex propria ſtoliditate atq; duritia, non aliquo eam compellēte ad ſuorū de-
relictionem pullorum, quemadmodum aliæ aues interdnm oua vel pullos ad horā relinquunt ex
timore volentium capere eas, vel nidum confringere. [Priuauit eam Deus ſapientia, nec dedit il-
li intelligentiā.] Sapientiā & intelligentiā ſumit extēſe pro naturalibus indnſtrijs, quas Deus alijs
animalibns cōmuniter indidit ad nidificādū, incubādū, nutriendū, & cuſtodiendū ꝓprios pullos
quas fœminę ſtruthiōis nō indidit. [Cū tēpus fuerit] i. occaſio ſe mouēdi occurrerit, [in altū alas
erigit:] nō ꝙ corpns eius eleuet in aere, ſed alas ꝓpoſſe extēdit & leuat, vt citius currat. [Deridet
equū & aſſcēſorē eius.] Hoc dicitur, qa velocius currit, q̃ equns aut eques, ita ꝙ ab eis cōpræhēdi
non valet, nec curat inſecutionem eorum. Denique ſpiritualiter ſtruthio (ſecundum quod pen-
nas habet, nec volat) deſignat hypocritas, qui foris apparent, quaſi ſint contemplatiui ac virtuo-
ſi, in-

ſi, intus vero terrenis affectibus prægrauantur, ita quod ſe ad celeſtia non attollunt. Inquantum vero ſtruthio duratur ad filios ſuos modo præſato, deſignat parentes carnales vel patres ſpirituales qui filiorum ſuorum curam nõ habent, ſed eos errare deſinunt & perire, propter quod Thre. 4. inducitur: Filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. Inquantum autem tam velociter currit, vt equum equitemque derideat, deſignat ſuperbos qui ſeip ſos ſic erigunt, vt viros virtutũ, qui ſuis corporibus velut equis frenatis vtuntur, deſpiciant & illis ſe præferant. Conſequenter Deus ſapientiam & eminentiam ſuam oſtendit, deſcribendo equi proprietates, qui eſt animal multis proprietatibus ad nobilitatem ſpectantibus ſingulare ac decoratum. [Nunquid præbebis equo fortitudinem?] q.d. hoc facere tuum non eſt, ſed meæ virtutis. Eſt autem equus animal valde forte, tam ad onera deſerenda, quam robore animi ad pericula aggredienda] aut circundabis collo eius hinnitum] id eſt, proprietatem ex qua hinnit per collum, ei ſerre non poteris. Dicitur autem hinnitus collo equi circundatus, ſecundum Albert. quoniam ad rotunditatem colli vel cannæ, egreditur non diſtinctus motus linguæ, ſicut vox literata, nec in diuerſa formatur, vt vox dearticulata. Eſt autem equus animal hinnitiuum, propter libidinem atq; audaciã. Libidinoſum vero eſt, ſecundum philoſophum, propter cibi, quem ſumit, abundantiam. Audax quoq;, ex confidentia fortitudinis & armorum in calcibus pedis. Hinc libidinoſi equis comparantur. Hiere. 5. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Inſuper iuxtã Thomam, equus exteriori ſuo ornatu ad libidinem prouocatur, quia (vt dicitur) iubæ ſuæ decore ad coitum agitatur, iubaq; tonſa, libido eius extinguitur ſiue minuitur, vt alij dicunt. Ad quod deſignandum dominus ait: Aut circundabis collo eius hinnitum, qui ei in collo à Deo circundatur, per hoc quod Deo ordinante iuba ei ſic naſcitur. [Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?] Sibilo enim excitatur equus ad audaciam ad curſum, & præſertim ad ſaltum. Tuncq; poſterioribus pedibus accipit ſaltum ſicut locuſtæ. Hanc autem proprietatem non habent niſi à Deo. Eſt etiam ſignum magni roboris, quod quanuis habent corpus grande ac ponderoſum, nihilominus tam velociter currit, remoteq; ſalit. Deinde magna equi audacia aperitur: [Gloria narium eius terror] i. bellum quo alij perterrentur, eſt gloria ſeu delectatio narium equi. Odoratu enim bellum percipit à remotis, atque in hoc delectatur: vel gloria narium eius eſt terror, quoniam delectatinnem atque audaciam, quas habet, prælio imminente oſtendit quodam terribili narium ſono dilatatis naribus ſpiritũ exufflando, quod eſt ſignũ magnæ audaciæ. Vnde philoſophus in Ethicis ex Homero inducit: Fortes ſpiritum efflabant per nares, & ebulliuit ſanguis, & quo ad hoc, equus comparatur viris audacibus & iracundis. [terram vngula fodit:] quaſi ad inſtans bellum ſe aptans, quod rurſum grandis audaciæ ſignum eſt. Nam vngulam quaſi acuit ad percutiendum & conculcandum, quemadmodũ aper dentes quando vult pugnare. Maius quippe nocumentum quod equus infert in bello, ſecundum Albertum, eſt quod calcat, prioreſque calces conculcando impingit, poſterioribus vero percutit & repellit. [Exultat audacter] Gloriatur enim prælio imminente. [in occurſum pergit armatis,] audacter & imperterrite properans contra hoſtes, quaſi prouocans eos ad pugnam. [Contemnit pauorem] id eſt, in pugna exiſtens, formidinem non admittit. [nec cedit gladio] immo euaginatis obuiat gladijs, vulnerari non metuens. [Super ipſum ſonabit pharetra] dum miles equo ſedens, ſagittam de arcu emittit. [Vibrabit haſta & clypeus.] milites enim equis ſedentes, ſolent habere haſtas clypeoſque ſplendentes, qui ſuper equum ſuo micant fulgore. [feruẽs] intus calore animoſitatis & ira, [& fremens] ore [ſorbet terram,] illam vngulis fodiendo, & naribus ad terram poſitis fortiter reſonando. [Nec reputat tubæ ſonare clangorem.] id eſt, clangorem tubarum ad bellum hortantium non ponderat quaſi terribilem, immo audit eam libenter. Nam [vbi audierit buccinam.] quæ ſuo ſonitu ad bellum hortatur, [dicit vah:] id eſt, ſignum exultationis emittit, nec curat. Vah quippe eſt interiectio exultationem deſignans, iuxta illud Eſai. 44. Vah calefactus ſum, vidi focum. [procul odoratur bellum.] id eſt, à remotis percipit bellum inſtare odoratu, quo ſentit equos venientes. [Exhortationem ducum] qui ſuos animant ad pugnandum, [& vlulatum] id eſt, confuſam vociferationem ac ſtrepitum [exercitus] venientis ad pugnam odoratur, vt dictum eſt, & percipit quadam naturali induſtria ſibi diuinitus indita, quia à Deo ſactus eſt in adiutorium hominum, non tantum ad deportationem, ſed etiam ad iuſtitiæ atque Reip. tuitionem. Vnde & in bellis vnus equus dilaniat alium, cum tamen, ſi ſimul per campum ſine ſeorſiibus currant, vnus currat ac ſaltet poſt alium in præceps & aquas. Dicit autem Albertus: Expertum eſt, quod equus non caſtratus leonem aſpiciens, etiam inuito ſeſſore accedit leonem. Si vero caſtratus eſt, quantumlibet vrgeatur, retrocedit & fugit intantum, quod præ timore viſus eſt ſanguinẽ mingere. Iſidorus quoq; dicit, ꝙ equus ideo equus vocatur, qñ dũ vadũt duo & duo ſimul, exæquo incedere ſolẽt. [Nũquid ꝑ ſapientiã tuã plumeſcit accipiter, expandẽs alas ſuas ad auſtrũ?] Secundũ Gregoriũ, ſingulis annis accipiter veteres pẽnas proijcit, nouaſque accipit, & ſine intermiſſione plumeſcit. Domeſtici aũt accipitres, vt melius plumeſcant, loca requirunt tepentia & munita. Agreſtibus vero moris eſt, vt flante auſtro alas expandant, quatenus

Gregorius

eorum

eorum membra ad emittendum veteres pennas venti concaleſcāt tepore, poris ſ. corporis ſui a-
pertis,ſicque nonæ pennæ naſcantur. Porro cum vĕtus deeſt , alis contra ſolis radium expanſis
atqne percuſsis,tepetē ſibi faciunt auram,& ita poris apertis vel veteres pœnæ exiliunt , vel nonæ
ſuccreſcunt. Itaque non eſt nunc ſermo de illa accipitris plumatione,qua primo plumis veſtitur
in nido,quia tunc nondum expandere valet alas ad auſtrum. Accipiter antem fortes alas requirit
quibus aues alias inſequatur. Vnde ſecundum Albertum etiam,ideo alas ſuas ad auſtri expandit
calorem, vt indureſcant,ne fortiter concitatis alis ad aeris flectantur impulſum. [Núquid ad præ
ceptum tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidum ſuum?] i.in locis altis difficiliſque ac-
ceſſus,quaſi dicat,nō ex tua ordinatione vel iuſsione,ſed mea volat tam alte, & nidificat tam ex-
celſe. Omnis autem naturalis curſus rerum,eſt quædam motio creaturæ ad Dei præceptum , ſe-
cundum Thomam, iuxta illud Pſalm.148. Ignis,grando,nix, glacies, ſpiritus , procellarum quæ
faciunt verbum eius. [In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur.] Purum etenim ae-
rem amat, ideo in locis petroſis ſublimibus conqnieſcit, vbi vaporum minor fit reſolutio. In præ
ruptis autem ſilicibus nidum conſtituit, vt pulli eius ibi ſecurius conſeruentur , nec ab animali-
bus ſibi nociuis lædantur. Ideo quoque, ſecundum Albertum, manet in petris, vt ad petram vn-
gues roſtrumque acuat, & ſic ſemper ad prædam renonetur atqne armetur. [atque inacceſsis ru-
pibus.] Non enim vult, quod quis ad nidum eius aſcendat. [Inde contemplatur eſcam,] id eſt,
animalia & cadauera quibus veſcatur, [& oculi eius de longe proſpiciunt.] Ad quod confert q
in altis moratur, vbi aer ſyncerior eſt. Vt autem refert Albertus , Pullos ſuos aquila probare aſ-
ſeritur, ſi ſolem in ſua rota queant aſpicere irreuerberato oculi radio: & eos qui poſſunt, ſuos co-
gnoſcit ac nutrit: qui non poſſunt, hos abijcit. Dicitur etiam à quibuſdam, quod viſu per quin-
gentas leucas cadauera percipit & accedit. Alij dicunt quod odoratu id facit. Cum ergo ſit acu-
tiſsimi viſus, in altiſque habitans, recte per eam contemplatiui ſignantur, & altiſsimus ille cæle-
ſtium contemplator Ioannes Euangeliſt, rite per aquilam demonſtratur. Contemplatiuorum e-
tenim conuerſatio in cælis eſt, quorum interior viſus præacutus & clarus eſt, manétque in petris,
id eſt, firmitate virtutum, & in præruptis ſilicibus, id eſt, monaſticis perfectionibus, quæ à mun-
dana conuerſatione præſciſæ ſunt, atque inacceſsis rupibus, id eſt, ſecretiſsimis diuinorum con-
ſiderationibus, ad quas nullus carnalium valet pertingere. Inde contemplantur eſcam , id eſt,
cæleſtis paradiſi beatificam refectionem, ea quoqne quæ in præſenti vita mentem conſolentur
ac roborent, quorum oculi de longe proſpiciunt, quia ab iſto exilio vſque ad ſupernæ altitudi-
Hebr. 11. nem patriæ viſum protendunt mentalem, quemadmodum de ſanctis veteris teſt. ait ad Hebræ-
os Apoſtolus, quod de longe promiſsiones aſpexerunt cæleſtes. [Pulli eius lambent ſangui-
nem] animalium, quæ aquila deprædata defert viua ad nidum. Eſt enim aquila potens in de-
prædatione, quemadmodum inter quadrupedia leo. Spiritualiter pulli aquilæ ſunt imitatores
& diſcipuli contemplatiuorum, qui adhùc diuinorum contemplationi intendere ſtabiliter non
valentes, interim dominicæ paſsionis memoria & Chriſti ſanguine reficiuntur. [& vbicunque
cadauer fuerit, ſtatim adeſt] id eſt, velociter aduolat, dum illud viſu vel odoratu perceperit , &
aliunde impedimentum non fuerit. Sic in Euangelio ait Saluator: Vbi fuerit corpus , illic con-
Matt. 24. gregabuntur & aquilæ. Conſequenter inducitur increpatio S. Iob, & eiuſdem humilis conſen-
ſus cum Deo. Auditis enim his magnificis Dei effectibus, ſiluit, quaſi cum Deo diſputare ineffi-
cax. Idcirco dominus eum, modico ſilentio interiecto, rurſum alloquitur. [Et adiecit dominus.]
Iob. 19. id eſt, præinductis verbis addidit alia, [& locutus eſt ad Iob: Nunquid qui contendit cum Deo]
Iob. 27. id eſt, de effectibus Dei argumentatur, volens oſtendere quod non ſint penitus iuſti, aut iuſte ex-
hibiti, vt tu qui ſupra dixiſti, Saltem nunc intelligo, quia Deus non iuſto iudicio afflixerit me? Et
item: Viuit dominus qui ſubuertit iudicium meum. [tam facile conquieſcit] id eſt, faciliter di-
mittetur in pace, nec exigetur verborum ſuorum reddere rationem, quaſi dicat, decet talem for-
titer examinari & exerceri. [Vtique qui arguit Deum,] id eſt, contra eum diſputare præſumit,
eiuſque opera immoderanter, an iuſta ſint, perſcrutari conatur. [debet & reſpondere illi] id eſt,
requiretur merito ab eo reſponſio, vt verba ſua, ſi valet, defendat: alioquin puniatur, niſi pœni-
Gregorius tendo veniam mereatur. Circa hæc ſcribit Gregorius: Sanctus Iob ſua percuſsione non putauit
merita augeri, ſed vitia reſecari, quæ quia in ſe nulla cognouit, percuſſum iniuſte ſe credidit: &
percutientem Deum arguere, eſt de percuſsione murmurare, & an iuſta fuerat dubitare. [Reſ-
pondens autem Iob domino, dixit:] ſe humiliter culpabilem confitens, non pertinax manens.
[Qui leuiter locutus ſum] id eſt, aliqua verba ſine debita grauitate, conſideratione, cautelaque
protuli, admiratione & plagarum acerbitate inductus, [reſpondere quid poſſum?] i. me excuſare
non volo, nec tecum amplius contendere queo. [Manum meam ponam ſuper os meum] id eſt,
de cætero talia verba cauebo, & quæ ſint illa, ſubiungit: [Vnum locutus ſum , quod vtinam non
Iob. 13. dixiſſem.] id eſt de cuius prolatione pœniteo, [& alterum] id eſt, etiam aliud verbum dixi, [qui-
Iob. 31. bus] duobus [vltra nō addā,] aliquid inordinatæ locutionis aut ſimile qd in culpa. Primū horum
duorum

duorum, ſecundum Thomam fuit, quod dixit: Cum Deo diſputare cupio. Secundum fuit, quod
recitando ſuas iuſtitias, videbatur æquitati derogare diuinæ. Porro, ſecundum Albertum, pri-
mum fuit quod ait: Deus non æquo iudicio afflixit me, hoc enim incaute prolatum eſt, quo- Iob. 19.
niam licet ſecundum vnum modum ſiue reſpectum, puta ſecundum ordinem humanæ iuſtitiæ, Pſalm 27.
quæ reddit cuilibet ſecundum quod fecit, non iuſte percuſſus ſit, non tamen abſolute dicendum
eſt, quod iniuſte vel non iuſte fuerit cæſus. Iuſte enim percutitur homo à Deo, ſiue ad Dei glo-
riam, ſiue ad exercitium virtutum, ſiue ad culpæ purgationem hoc fiat. Secundum fuit, quod de Iob. 6.
flagello murmurans ſeu conquerens, dixit: Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram
merui & calamitas quam patior, in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret. Hoc ete-
nim dixit, non conſiderans quod ſecundum diſtrictam iuſtitiam, nemo iuſtus eſt in conſpectu
Dei. Vnde ſecundum hanc iuſtitiæ diſtrictionem, nec condigna recepit in flagellis, qui vel ſe-
mel peccauit. Iſta eſt Alberti ſententia. Gregorius vero circa hæc ſcribit: Si præinducta Iob Gregorius
verba diſcutimus, nil eum nequiter dixiſſe inuenimus. Si vero dicta eius quæ vere & libere pro-
tulit, in aliquo de ſuperbia notamus: non iam duo tantum erunt, ſed plura. Hinc Gregorius Gregorius
per primum iſtorum duorum intelligit, quod Iob ante ſuam flagellationem aliqua egit digna
flagellis, ſaltem venialiter peccans. Secundum fuit, quod de flagellis ſibi illatis murmurauit.
Hinc aduertendum, quod Iob in modo loquendi peccauit, quo amicos ſuos & ipſum Elihu
ſcandalizauit, non tamen ex ſuperbia fecit hoc, & quod ait ſe in duobus exceſſiſſe, potius ad
ſenſum quam ad formam verborum referendum videtur. Eandem quippe ſententiam alijs ver-
bis frequenter pronunciauit, ſecundum quoque, quod Thomas aſsignat, in quo Iob exceſſerit,
vtpote ſuas iuſtitias commemorando, multa verba, imo multa capitula continet. Denique
Thomas ait, quod Iob coram Deo & ſua conſcientia loquens, non de falſa locutione, aut ſuper-
ba intentione ſe accuſat, quia ex puritate animi fuit locutus. Verba tamen eius arrogantiam ſa-
pere videbantur. Vnde amici eius occaſionem ſcandali ſumpſerunt. Oportet autem non ſolum
mala vitare, ſed etiam ea quæ habent ſpeciem mali, ſecundum illud Apoſtoli: Ab omni ſpecie 1. Theſ. 4.
mala abſtinete vos. Itaque verba Gregorij, quibus ſæpe excuſat B. Iob ab omni exceſſu in ver- Gregorius
bis & factis, intelligenda ſunt de exceſſu culpæ mortalis. Venialiter autem in verbis & factis pec-
caſſe oſtēſus eſt. Nec hoc mirum de ipſo, cum & de principe Apoſtolorum Paulus affirmet, quia
repræhenſibilis fuit, & loquitur de eo ſecundum ea quæ poſt ſuſceptionem ſpiritusſancti com-
miſit.

Elucidatio literalis cap. 40. Reſpondens autem dominus Iob de turbine, dixit:
Articulus 68.

PRæſenti cap. dominus increpat Iob, quod ſuam intantum commēdauit iuſtitiam, quod di-
uinæ videbatur derogare iuſtitiæ. [Reſpondens autem dominus Iob de turbine, dixit: Ac-
cinge ſicut vir lumbos tuos. Interrogabo te, & indica mihi] id eſt, reſponde. Verba hæc in
principio ſcripta ſunt atque expoſita, quæ dominus hic reſumit, quia iam rurſus quaſi de nouo
aggreditur eum. Vnde primo animat eum, & exhortatur ad aduertentiam dicendorum. [Nun-
quid irritum facies] id eſt, iniuſtum & falſum eſſe oſtendes [iudicium meum,] quo te tradidi Iob. 28.
ſatanæ affligendum, [& condēnabis me] i. iniuſtum probabis. Si enim iniuſtū eſt meum iudici-
um, ſequitur quod ſim iniuſtus. [vt] tu [iuſtificeris.] id eſt, iuſtus appareas, tanquam dicat: In-
tantum proſecutus es tuas virtutes, & conqueſtus quod ſine culpa tua percuſſus ſis, quaſi proba-
re intenderes, me meumque iudicium eſſe iniuſtum. Immo ita locutus es, quod præſentes iudi-
cauerunt te hoc prætendiſſe, & viſus es te ſic velle iuſtificare, vt ex conſequenti ego putер iniu-
ſtus, ita quod laus tua qua teipſum laudaſti, videbatur in meum vituperium redundare: & hoc,
quantū ad modū loquēdi, repræhēſibile fuit, quamuis B. Iob nequaquā intēderit hoc. Conſequen-
ter dominus ex eminentia ſuæ perfectionis oſtendit, quod homo cum omni humilitate loqui
debet ad Deum & de Deo. [Et ſi habes brachium] id eſt, vim operatiuam ſeu poteſtatem, [ſi-
cut Deus,] hoc eſt, ſi inſtar Dei omnipotens es, [& ſi ſimili voce tonas,] id eſt, tantæ efficaciæ
es in loquendo vt Deus, vtpote quod mentiri non poſsis, & ſolo verbo quicquid volueris, face-
re queas, ſicut de Deo habetur: Ipſe dixit, & facta ſunt. Itemque tantæ excellentiæ es in docen- Pſa. 32. 148
do, vt DEVS, ita vt vox doctrinæ tuæ, tonitruo comparetur, ſicut vox Dei. [circunda tibi de-
corem.] id eſt, ex omni parte teipſum iuſtifica, & ab omni macula culpæ te prorſus excuſa, pul-
chritudinemque & ſanctitatem deiformem tibi aſſcribe. Si vero mortalis & fragilis es naturæ,
non ita te laudes, vt DEVM vituperare videaris, nec ab omni culpa te putes immunem. [&
in ſublimi erigere] id eſt, teipſum ſecure exalta, & DEO parifica. [& eſto glorioſus] id eſt, fa- Ambroſius
moſus, clarus & inclytus, ſeu excellens. Porro ſecundum Ambroſium, gloria eſt clara cum laude
notitia, ita quod importat notitiam de bonitate alicuius. Bonitas autem Dei eſt infinita, cuius
perfecta notitia non eſt niſi in ipſo. Idcirco gloria plenarie in ſolo Deo eſt, inquantum plene cog
noſcit ſeipſum, ad quam homo non pertingit, niſi participando cognitionē diuinā. Propterquid

Hierem.

Hierem.9. dominus loquitur: In hoc glorietur, qui gloriat, ſcire & noſſe me. [& ſpecioſis induere veſtibus.] id eſt, omnium virtutum ſplendoribus appareas decoratus. [Diſperge ſuperbos in furore tuo] id eſt, zelo ardentis iuſtitiæ, vel diſtricta vltione, vt ego, [& confunde eos:] ſi ſimilis mihi es in poteſtate, æquitate & ſapientia. [Et reſpiciens] oculo Iuſtitiæ ſuper eos, [omnem arrogantem humilia:] eum debite deijciendo & condemnando. [Reſpice cunctos ſuperbos] id eſt, elationem eorum conſidera ad puniendum vel emendandum. [& confunde eos,] vel confuſione ſalubri ad pœnitentiam, vel confuſione pœnali ad condemnationem, id eſt, impietatem eorum omnibus manifeſta, eoſque vitupera, increpa & conuince. [& contere impios in loco ſuo.] id eſt, deſtrue & condemna, iuxta illud Pſalm.9. Contere brachium peccatoris & maligni. Eſt tamen & bona impiorum contritio, qua eorum peruerſitas frangitur, ſicque ſalubriter conuertuntur. [Abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam.] id eſt, ad libitum tuum, & vſque ad extremum deijce eos, & ſubijce tibi, ita vt ſub pulueribus deprimas eos, & vultus eorum in lacum demergas. Vel abſconde eos in puluere, id eſt, occide, ita quod ſepeliaotur etiam in terra, operiantur & facies eorum, id eſt, aciem vultumque mentis ſeu vires cognitiuas in foueam infernalem demerge. [& ego confitebor.] id eſt, clare teſtabor, [quod ſaluare te poſsit dextera tua.] i. propria poteſtate poſsis ſaluari, non indigēs meo auxilio, eo quod præſata opera Deo propria, qoeas peragere. In deiectione etenim ſuperborum, omnipotentia Dei potiſsime commendatur atque clariſsime demonſtratur, quibus deiectio competit, quia inordinate ſe erigunt. Vnde de ſuperbis facit dominus ſpecialiter mentionem, quia ſuperbia initium eſt omnis peccati, & Deus ſuperbiam potiſsime deteſtatur, quia ſu-
Eſai. 14. perbi Deo rebelles ſunt, & quod eius eſt, ſibi vſurpant, vcz gloriam & honorem. Nam & terreni principes ac prælati ſubditos rebelles maxime abominantur. Deniq; rationali creaturæ, eo ipſo quo creatura eſt, ſuperbia omnino diſconuenit. Siquidem eo ipſo quo creatura eſt, indiget & dependet, nihilque boni à ſeipſa habet: & quicquid boni eſt & habet, creatori ſuo tenetur, vt ei illud aſcribat, ſubijciat, atque in eius honorem & cultum conuertant. Hinc competit Deo omnes ſuperbos ſimul deijcere, comprimere, & in infimo loco damnatos concludere tanto amplius, quo ſe extulerunt ſublimius. Deinceps dominus excellentiam ſuam demonſtrat in quibuſdam ſuis operibus, quantitate & alijs quibuſdam proprietatibus valde præcipuis, non quidem loquēdo de illis ſecundum ſe, ſed vt per eas, alia quædam natura exprimitur. Immo ad literam non eſt proprie ſermo de illis, ſed de re metaphorice figurata per eas, puta de dæmone, qui hic per maxime quædam bruta inſinuatur, eo quod ab aogelica corruens dignitate, in beluinam verſus eſt immanitatem, monſtruoſitatem ac rabiem. Propter quod in formis brutorum frequenter apparet, & eis aſsimilatur, atque eorum uominibus nuncupatur, videlicet ſerpens, draco, & generaliter beſtia.
Eſai. 14. Ezech. 28. Itaque ſicut in Eſaia ſub perſona regis Babylonis, propter eius ſuperbiam, & in Ezechiele ſub perſona regis Tyri, ob eius inanem de ſua ſapientia in ſeipſo complacentiam, ſacra ſcriptura de diabolo loquitur: ſic tamen, quod multa in præfatis prophetis contenta, de prædictis regibus poſsint exponi: aliqua vero ibi intermiſcentur, quæ non niſi de diabolo proprie intelliguntur: propter quod ibi principaliter etiam ad literam de caſu diaboli mentio fieri fertur: Ita in iſto ac ſequeoti cap. ſub nomine quorundam brutorum, de diabolo determinatur, ſic quod multa de brutis ipſis valeant accipi: aliqua vero adduntur, quæ ipſis nequaquam conueniunt. Propter quod concludatur, quod de ipſis non ſit principaliter mentio, ſed de diabolo, cui illa proprie competunt, ſicut in proceſſu patebit. Primo ergo loquitur Deos de Behemoth, quo nomine doctores catholici communiter intelligunt elephantem, qui recte Behemoth appellatur. Nam Behemoth animal interpretatur. Porro inter animalia terreſtria, quæ communiter animalia nominantur, elephas magnitudine & virtute valde excedit, vt quaſi per antonomiam animal nuncupetur.

Præterea, ſicut refert Albertus. Iudæi affirmant, quod Behemoth ſit bos, cuius corpus ſeptem milliaria contineat, colium vnum, & caput vnum, ſicque nouem milliaria in vniuerſo contineat, cuius cauda ſit quaſi ſylua cedrina. Sed vt ait Albertus, iſtud omnino fabuloſum, Iudaicisque mēdacijs eſt confictum. Cōcordat huic recitationi & Lyra: Iudæi, inquiens, dicūt hic, quod Behemoth ſit animal incredibilis magnitudinis, intantum, quod vna die mille montiū herbas depaſcit, atque in craſtino herba renaſcitur in tanta magnitudine, vt præcedenti fuerat die, & quod Deus in reſurrectione futura animal iſtud occidet, eiuſque carnibus iuſti veſcentur, ſed hæc ſtulta aſſertio, tam theologicæ quam philoſophicæ veritati repugnat. Catholice ergo exponeoda eſt litera. [Ecce Behemoth quem feci tecum,] Hoc multipliciter explanatur. Si enim quod dominus ait, tecum. referatur ad ipſum Iob, ſenſus eſt: Ecce elephas quē feci tecū, i. ſicut & te, quia te & illū formaui. Si vero ꝙ ait, tecū, referatur ad hominē indeterminate, vel præſertim ad hominē protoplaſtum, qui hic per Iob deſignetur, ſenſus vnus qui nunc tactus, eſt quia illū ſicut & elephantē, cōdidit Deus. Alius quoq; eſt ſenſus, quē feci tecū, i. eodē die quo hominē primo, ꝓduxi:

quia

q̃a vt legitur in Gē. ſexto die factę ſunt beſtię terrę & homo. Inſuper ſi per Behemoth intelligatur Gen. 1.
non ipſa figura, videlicet elephas, ſed res figurata, puta diabolus: difficultas occurrit, quomodo
cum illo factus ſit homo, cū ille factus ſit in principio, quando creauit Deus cęlū & terrā, ſ. prima
die: homo aūt, vt dictum eſt, ſexta die. ſed difficultas hęc facile ſoluitur, ſi iuxta Auguſt. doctrinā,
illa dierum in Gen. enumeratio, non temporis ſucceſsionem deſignat, ſed diuerſa ꝓductarū ge- Gen. 1. Auguſtin.
nera rerum, ſecundum repræſentationem factam in cognitione mentis angelicæ. Si vero enume
ratio illa (vt alij dicunt) temporis ſucceſsionem importat, ita quod prius tempore factus eſt ange
lus, quam ſit homo, tunc verbū iſtud dupliciter poteſt intelligi: Primo, vt tactum eſt, tecū, i. ſicut
te. Secundo, tecū, i. cum te, quantum ad hoc q̧ ſimilitudinē tecū habet in intellectuali natura, cu-
ius ſimilitudinis etiā aliquod veſtigiū in elephante (ſecundū Thomā) apparet. Dicit enim Philo-
ſophus 8. de animal. q̧ ſylueſtriū animalium maxime domeſticabile eſt elephas. Siquidē ad mul
ta inſtruitur atq; intelligit, & regē adorare docetur: quod intelligendū nō eſt, quaſi veraciter ha-
beat rationē ſeu intellectū, ſed ꝓpter bonitatē & eminentiā ſuę naturalis ęſtimatiuę, ita q̧ multū
participat de ratiōe [fœnū quaſi bos comedet.] Elephas enim herbis, granis ac terrę naſcentib.
veſcitur ſicut bos, nō carnib. ſicut leo. Porro diabolus per hoc animal figuratus, comedit fœnū, i.
terrenorū dominio delectatur. Homines quoq; terrenis vitijs implicatos, ſpiritualiter deuorat
ac ſibi incorporat, de quibus loquitur Eſa. Vere fœnū eſt populus: Vt aūt Greg. ait, Equi fœnum
quātumlibet ſordidū comedūt, aquā vero non niſi mundā bibunt. Boues vero aquā quantūlibet Gregorius
ſordidā bibūt, ſed fœno nō niſi mundo veſcuntur. Hinc diabolus boni, non equo, hic cōparatur,
quia de eo dicitur per ꝓphetā: Eſca eius electa, q̃a videlicet virtuoſos potiſsime cupit cōterere. Abac. 1.
[Fortitudo eius in lumbis eius.] hoc ideo dicitur, quia ex lūbis ſeu renibus ſemē ad mēbra gene-
rationi deſeruientia deriuatur. Hinc ait Alb. Fortitudo eius, quantū ad maſculū, eſt in lūbis eius:
quia in lumbis nerui ſunt ſenſitiui, per quos ſemē à cerebro & corpore deſcendens, intimaq; ner
uorum tangens, titilando libidinē concitat, atq; in delectationes mentē inclinat, ſubuertit & vin-
cit, quemadmodum 7. Ethic. philoſophus ex Homero allegat, Doli complicatrix Venus, furata
eſt valde ſapientium mentem. Auicenna quoq; diſſeruit, quod cauſa peruerſitatis in homine, eſt,
quia cum intellectus ſit de ſe rectus, coniungitur tamen imaginario ac ſenſitiuo, quæ multiplici-
tate ac ſtrepitu ſenſibiliū delectabilium, eligentiam intellectus ſubuertunt. [& virtus illius in vm
bilico ventris eius] i. magnam habet firmitatem corporalem in vmbilico, quem tempore coitus
ſuperponit dorſo fœmellæ, qui vmbilicus ſi fortis non eſſet, ex concuſsione ſeu colliſione corpo
rum tam ingentium frangeretur. Albertus autem exponit ſic: Virtus, id eſt, vltimum ſeu maximū
potentiæ illius, in vmbilico ventris illius, quantum ad fœminam. Matrix enim, cuius neruos tan-
git ſemen viri ſuſceptum in coitu, conum habet ad vmbilicum: & dum ibi nerui tanguntur, fœ-
mina intenſæ delectatur. Hinc ait Grego. Seminaria coitus & luxuriam viris eſſe in lumbis, fœ-
minis autem in vmbilico. Iſtud autem ad literam de diabolo exponi non valet, corporaliter ſal-
tem, ſed ei rationem corporis ſui, quod eſt collectio carnalium hominum, iſta conueniunt, & ob
id dicta ſunt, quia in immunditia luxuriæ plurimum delectantur, & per eam generi humano ma-
xime præualent dæmones, præſertim quia hoc vitio inquinatos, cæteris quoq; inuoluunt pecca-
tis. Quāuis aūt quidam dęmones incubi aut ſuccubi nominentur, ita q̧ quidam eorum ſæpe mu-
lieribus ſint moleſti, ſecundū Aug. 15 de ciuit. Dei, non tamen coitus ſecundū ſe eos delectat. quia
cum incorporeę ſint naturę, carnali voluptate nō afficiuntur, ſed ipſa turpitudo eorū cōplacet ani
mo. Deniq; quoniam per luxuriā homines magis poſſunt deijcere, fortitudo diaboli in lūbis e-
ius, quantū ad viros, cōſiſtere dicitur: & virtus illius in vmbilico ventris ſui, quantū ad fœminas. Auguſtin.
[Stringit caudam ſuam quaſi cedrū] i. tempore coitus caudam ſuam in poſteriores tibias ſtringit:
quod myſtice dicitur, quoniā quos diabolus hoc peccato deuicit, ipſa voluptate ligatos tenet, &
in conſuetudinem ducit. Alb. per caudam intelligit mēbrum genitale, eo q̧ cauda omniū ſit ner-
uorum & ab extremitatib. omniū neruorū compoſitū, quod vi delectationis ſtrictū, oēs ſtringit
neruos, quorū cōſtrictione per totū corpus per concauitatē ſpongoſitatēq; neruorū ſemen expri
mitur, & ad locum generationis deducitur, vt aſſerit Auicenna, ſicut ſerum exprimitur de caſeo.
Comparat aūt hoc conſtrictioni cedri, quoniā cedrus forte eſt lignū: & cum premitur, ſuccum e-
mittit ſanguineum: Vnde ex fortitudine, fortitudini libidinis: & ex ſucco ſanguineo, cōparatur
ſemini generationis: q̃a ſecundū Auicennā, ſemen ſuperfluū eſt quartæ digeſtionis. Humor aūt
quartę digeſtionis, ex ſanguine exprimitur. [Nerui teſticulorū eius perplexi ſunt] i. quaſdā reuo-
lutiones habent neruorū, vt 4. de animal. philoſophus ſcribit de greſsibiliū & generantium ani-
malium neruis, vbi Alb. ait: Teſticuli, vt Ariſto. dicit, ſemen attrahunt, vt ventoſa calore cholera,
de qua facti ſunt, ſicut vētoſa calore ignis immiſsi. Suſpēſi ſunt aūt in caudis neruorū, & nerui col
limitati caudis ſuis per totum corpus plexi ſunt reticulatim, vt vndiq; ſemen trahant & exprimāt.
Per hoc deſignatur, quod diabolus vitio iſto fœdatos, etſi ceſſare conentur, diuerſimode eos
vitio huic denuo implicat. [Oſſa eius velut fiſtulæ æris,] id eſt, duræ inflexibileſque conſiſtunt.

Elephas enim habet pedes & tibias inflexibiles, ſimiliter crura inflexibilia: vnde cum cadit, ne-
quit reſurgere, oſſaq; ſolida habet, ſine iuncturis ſiue flexuris, vt grauiſsimum corpus magis ſuſtē
tet. [Cartilago illius quaſi laminæ ferreæ] i. dura, nec de facili flexibilis, quemadmodum lami-
na ſeu magnum fruſtum ferri non faciliter incuruatur neq; extenditur. Cartilago autem eſt, na-
ris vel aurium vel alterius rei oſſea teneritudo, vel os molle ſine medulla, vt ſunt extremitates co-
ſtarum atque opercula oſsium quæ mouentur. Albertus ait: Cartilago medium eſt inter duriti-
am oſsis & mollitiem carnis, & à natura interponitur in iuncturis laxis, vbi duo oſſa conueniunt,
ne ſe inuicem tangendo, ſe frangant aut lædant. Per hoc obſtinatio diaboli & crudelitas deſignā-
tur, cuius etiam oſſa intelligi poſſunt peccatores feroces, iracundi & rigidi, qui ęreis fiſtulis
comparantur, quia immanſiui & pertinaces exiſtunt, ſed in profundum peccatores venientes cō-
temnunt, nec pœnitent. Cartilago autem illius ſunt homines molliores, qui vitijs indelectabili-
bus prorſus inhærent, vt ſunt peccata, guſtus & tactus, ludi, ioci & ſimiles vanitates, qui etiam ſu-
is voluptatibus ſic ligantur ac detinentur in malis, vt ferreis laminis comparentur, [Ipſe eſt prin-
cipium viarum Dei.] ex hoc verbo & quibuſdam ſequentibus conſtat, quod iſta non de elephan
te ſecundum ſe, ſed vt eſt figura diaboli, & de diabolo tanquam re figurata principaliter proferā-
tur. Non enim beſtia illa, ſed diabolus principium viarum eſt Dei, id eſt, quoddam principium at
que præcipuum inter cætera creatoris. Nam inter angelos & cum illis eſt conditus. Princepsq;
dæmonum ſummus fuiſſe creditur angelicorum ſpirituum, qui etiam principium viarum Dei aſ-
ſeritur, quia primo extitit cauſa, quod Deus circa intellectuales creaturas non ſolum via miſeri-
cordię quę ſibi proprie competit, vſus eſt, ſed & via vlciſcentis iuſtitiæ, quod ex creaturarum per-
uerſitate contingit. Ille enim diabolus primo peccauit, alijſq; peccādi fuit occaſio. [Qui fecit eū]
i. Deus creator diaboli, quantum ad bonam eius naturam, quo verbo viliſsima Manichæi deſtruā
tur hęreſis, duo principia effectiua ponentis. [applicabit gladium eius] i. ſecundum ſapientię ſuæ
2.Cor.1. cenſuram, iuſtitiæq; dictamen determinabit & ordinabit, quantum diabolus ſua poteſtate, cru-
delitate ſeu tentatione homines impugnet, ne ſ. vltra vires tentētur. Nam & per angelos ſanctos
dæmonum poteſtatem coercet, ne pro ſuo libito nos impugnent. Propter quod ait Apoſt. Fidelis
Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum,
vt poſsitis ſuſtinere. Deus enim tanquam ſapientiſsimus ac fideliſsimus omnium moderator, hu
manam fragilitatem cognoſcit, & vnuſquiſque diſpoſitiones ac vires attendit. quantum inui-
ſibilis ille hoſtis homine fortior, induſtrioſior, infatigabilior ſit perpendit. Ideo applicat gladi-
um eius modo prætacto. [huic mōtes herbas ferunt.] ſi ad elephantem referatur, ſenſus eſt, quod
in montibus naſcuntur gramina quibus nutritur: quantum vero ad diabolum, ſenſus eſt, quod
montes, id eſt, ſuperbi & magni in ſeculo iſto pariunt ei delectationis ſeu refectionis materiam,
complendo ipſius voluntatem. Præſertim quoq; id agunt prælati & principes negligentes ſeu im
pij, qui ſubditos ſuos diabolo eſcam ac prædam efficiunt, dum eos in peccatis enutriunt, aut cer-
te non corrigunt, Iuxta illud Hierē. Quia ſtulte egerunt paſtores, & dominum non exquiſierūt,
ideo diſsipatus eſt omnis grex eorum. Vnde Ioan. 10. loquitur Chriſtus: Mercenarius fugit, quia
*ludent mercenarius eſt, & lupus rapit & diſpergit oues. [Omnes beſtiæ agri *ludunt ibi:] ſ. in montibus
coram elephante. Nā beſtia illa, animalia alia nō manducat. Ideo cum ipſo morantur, quia nō no
cet eis, vt dicitur. Porro quantum ad dęmonem, ſenſus eſt, quod beſtię agri i. homines beſtialiter
conuerſantes ibi, videlicet ſub poteſtate & protectione montium iam dictorum ſeu dominorū
Dan.4. prauorum, ludunt & inaniter gloriantur, quemadmodum Daniel habet, q; ſub arbore, per quam
Pſalm. 71. rex Babylonis exprimitur, oēs beſtiæ habitabant. Iterum beſtiæ ſunt dæmones, de quibus canta-
Epheſ. 6. mus: Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Ager vero mundum ſignificat, vt Matth. 13. aſſe-
ritur: Beſtiæ ergo agri, ſunt dæmones hominum tentatores, quos etiam Apoſtolus mundi recto-
res appellet, hoc eſt, hominum mundanorum. Hæ beſtiæ in montibus, id eſt, præfatis impijs ho-
minibus ludunt: quia de eorum peſsima vita lætantur, & ad omnem eos inſaniam trahunt, vaniſ-
Pſalm. 24. ſimiſq; occupationib. mancipant. Ideo Pſal. orauit: Neq; irrideant me inimici mei. Et Eccl. 23. ſcri
ptum eſt: Domine pater, ne derelinquas me, ne gaudeat inimicus meus. [ſub vmbra dormit in ſe
creto calami in locis humentibus] Hoc de elephante Thomas pulchre exponit, dicendo ſecun-
dum Ariſtotelē lib. de animalibus: Elephantes in ſolitudine manent, potiſsime circa fluuios, quo
niam ibi ſunt arundineta & ſalices, ac loca vmbroſa, ſicq; dormit ibidem ſub talium vmbris inter
ſecreta loca calamorum ſiue cannorum, in locis humidis circa fluenta, cum ſit animal naturaliter
ſiccum & callidum, propter quod talia refrigeria quærit. [Protegunt vmbræ vmbram eius:] i. cō-
denſam vmbrā exquirit, vt ſ. diuerſarū rerum vmbris contra ęſtum ꝓtegatur, quarum vmbrarum
vna ſit ſuperior, tanquam ab altioribus cauſata arboribus. Ideo ſubditur: [Circundabunt eū ſali-
ces torrentis:] i. arbores ſic vocatæ, quæ circa torrentes naſcuntur, quarum vmbras, quia denſio-
res ac frigidiores ſunt vmbris calamorum ſiue arundinum, elephas quærit, & iuxta arbores tales
queſcit. Ad literā quoq; loca quærit vmbroſa, quoniā melācholicū animal eſt & ſiccę cōplexionis.

Per quæ inſinuatur, quod diabolus in hominibus ocioſis & voluptuoſis manſionē ſibi conſtituit
in ſecretis concupiſcentiarum latibulis, qui homines contra labores pœnitētiales & æſtus pugna
rum, quib. aduerſus humanę ſalutis hoſtes pugnatur, vmbras carnaliū deliciarū & refrigeria pau
ſationis acedioſę optant & amplectūtur, ita ꝙ vmbra ſuper vmbrā oritur eis, de quibus cantatur
Pſal. 72. In labore hominum non ſunt, & cū homnib. nō flagellabūtur. Prodijt quaſi ex adipe ini-
quitas eorum, tranſierunt in affectū cordis. Deniq;, ſalices ſunt arbores infructuoſæ, per quas hō
mines vitioſi, à bonis operib. ſteriles, deſignātur, qui oēs diabolo ſe adiungunt, & illū quaſi circū
dant, quemadmodū iuſti Deū, ſecundū illud Pſal. 7 Synagoga populorū circundabit te. [Abſor-
bebit fluuiū, & nō mirabitur.] Hoc dicitur ad innuendū ꝙ animal iſtud ſingulariter multū bibit,
cum ſit ſiccū & calidū, & maximę quantitatis. Ait nāq; Philoſop. lib. de animal., ꝙ elephas quidā
potauit 14. Macedonicas metretas ꝑ ſemel, & iterū ſero alias octo. Ideo per hypbolē dicitur, ab-
ſorbebit fluuiū, i. inſolite multū bibet, ſicut de homine multū vorace aſſerimus, ꝙ ſolus comedit
totū, quēadmodum etiā Ioā. 12. de Chriſto aiunt phariſæi: Ecce totus mūdus abijt poſt eū. Simili
ſenſu ſubiungit. [& habet fidutiā ꝙ influat Iordanis in os eius.] i. multū poculū ꝑtolatur & appe
tit, quaſi cōfidat & cupiat ſe flucta exhaurire. Fiducia itaq; hic ꝑ naturali ſeu animali expectatio-
ne accipitur. Myſtice diabolus abſorbet fluuium, i. multitudinē hominū inſtar fluminis abūdan-
tium ac inſtabilium: nec miratur, i. ꝑ magnū nō habet, ꝙ tales ſpiritualiter deuoret ad vitia indu
cēdo, ſed habet fidutiā ꝙ influat Iordanis, i. collectio hominū quibus ineſt Dei cognitio, qui per
Iordanem fluuiū terrę promiſsionis ſignantur, in qua Dei vigebat notitia, in os eius, quia & tales
præſumit ac ſtudet deijcere. Vel, per fluuiū deſignantur increduli, in quib. nulla virtutum ſtabili-
tas: per Iordanē, in quo baptizatus eſt Chriſtus, fideles: & vtroſq; inuadit diabolus, illoſq; vniuer Matt. 8.
ſos abſorbet, & horum plurimos vincit. Ruſſus per fluuiū ſeculares, per Iordanē religioſi intelli-
guntur. Diabolus itaq; ſeculares fallit ac ſuperat, nec miratur, quia hoc magnū non arbitratur, ſed
habet fiduciā, ꝙ religioſos quoq; valet deuorare: immo quo aliquē viderit virtutibus magis ſtu-
dere, eo inuidioſius atq; callidius nititur eum ꝓſternere. Ad quantā vero ruinam plurimos religi
oſorū deiecerit, tā lamētabile quam clarū eſt intueri. [In oculis eius] videlicet elephantis, [quaſi
hamo capiet eum] venator. Vnus quippe modus capiendi hanc beſtiā eſt, ꝙ in via eius fit fouea,
cui aliquid ſuperponitur, cui & cibus ſuperponi ſolet. Itaq; elephas ſuper locum illū deueniēs ru
it in foueam, & capitur tali dolo, quemadmodū piſcis hamo. Inſuper elephante ſic lapſo, vnus ve
nator accedens, pungit & percutit ipſum. Alter aūt venator adueniens, volens beſtiam ſibi facere
manſuetam ac ſubditā, percutit primū venatorem, & amouet ne percutiat elephantē, datq; ei co-
medere hordeum: quod cū ter vel quater peregerit, elephas diligit ſe iuuantē, atq; deinceps ei o-
bediens manſueſcit: ſicq; capitur per cibū ſibi oblatū, ſicut piſcis per hamum, in quo eſca oſtendi
tur, & aculeus occultatur. Per quod myſtice figuratur modus, quo per Chriſtū ſuperatus eſt dæ-
mon. Chriſtus enim corpus ſuū paſsibile obiecit diabolo: quod ille occidi ꝓcurans, captus & vi-
ctus eſt eo quod velut eſcā inuaſit, videlicet corpore ſeu morte corporis Chriſti, quod Chriſtus
velut eſcā diabolo demōſtrauit, qui aculeo corporis huius, hoc eſt, virtute diuinitatis Chriſti, ſeu
merito obediētię eius, transfixus eſt inſtar piſcis hamo detēti. [& in ſudibus perforabit nares e-
ius] Hoc dupliciter explanatur: Primo, ꝙ elephāte ꝑfato modo in foueā lapſo, primus venator ſu
dibus ſeu palis perforat nares eius, quia ſunt molliores, ideoque magis lęſiuæ. Secundo, vt his
verbis tangatur alius modus capiendi elephantē. Nēpe vt lib. de animalib. Ariſto. refert, Venato-
res equitant elephantes domeſticos, ſicq; inſequūtur elephantes ſylueſtres, & inſtrumētis quibuſ
dam acutis pungūt eoſdē, nareſq; perforant. ſic Chriſtus ſuis virtutib. proſtrauit diabolū. Quę au
tem hic de diabolo ſub figura elephantis expoſita ſunt. Alb. ad literam exponit de natura anima-
li & brutali exiſtente in homine, puta de ſenſualitate. Quę vero conſequenter de diabolo dicun
tur ſub nomine Leuiathan, vel ſub figura ceti, ipſe exponit de infectione ſenſitiuæ partis in homi
ne à dæmone ſeu ſerpente. ſed litera non videtur ad hoc conſonare, nec cōgrue applicari, quēad
modum totum eius proceſſum conſideranti pateſcit. Philoſophantes autem Iudæi, vt Moſes Ae-
gyptius, Abraham Hiſpalenſis, Iſaac & Iacob ALKindi, per Leuiathan intellexerunt malitiā pri-
uationis infuſam in totam materiam, ſecundum eos, quod textui minus concordat. Conſequen
ter dominus deſcribit proprietates diaboli ſub nomine & ſimilitudine ceti, qui inter omnia ani-
malia marina, quantitate ac poteſtate excedit, & alios deuorat piſces, propter quod conueniēter
deſignat diabolum, qui naturali poteſtate homines vniuerſos, & deuorat plurimos. Porro, quod
iſta non ſint principaliter de ceto, ſed de diabolo dicta, patebit ex ſubdiıis. Rurſus vt ait Albert.
fabuloſum ac ſtultum eſt dictum Iudęorum, dicentium quod Leuiathan ſit ſerpens ſeu piſcis, cir
culo ſui corporis totum terræ cingens ſeu ambiens globum, qui ſolem & radios eius ap-
præhendere nititur atque vorare, ſicq; ſolem in circuitu ſuo ſemper exagitat fugientem. [an ex-
trahere poteris Leuiathan hamo?] q. d. nequaquam valebis cetum de aquis per hamū extrahere,
cū ſit tantę magnitudinis pōderoſitatis ac roboris. Cōgrue quoq; cetus vocatur Leuiathan, quia

Leuiathan interpretatur additamentum eorum. Cetus autem multo maior eſt quantitate, quam aliquis piſcis, aut etiam animal quodcunq; terreſtre. Siquidem Plinio teſtante, occupat ſpacium 4. iugerum, & iuxta Iſidorum, cetus habet corpus tam grande vt mons. [& fune ligabis linguam eius] i. non poteris eum capere per funem in lingua ſua, quemadmodum aliqui alij piſces capi ſolent per funē hamo appenſum, cuius aculeus intrat linguam piſcis qui capitur, ſicq; tentus extrahitur. Per quod myſtice inſinuatur, quod diabolus humana poteſtate ſine Dei gratioſo auxilio ſuperari non valet, nec à ſuis ſuggeſtionibus impediri, neque ex hominum cordibus extrahi, ſed Dei virtus & gratia exiguntur, cuius auxilio faciliter ſuperatur, iuxta illud Rom. 16. Deus conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Itaq; Chriſtus, eiuſq́; virtute miniſtri ipſius hamo extraxerunt Leuiathan, quia per Chriſti paſsionē proſtrauerunt diabolum, & de hominum cordibus eiecerūt, eiusq́; ſuggeſtiones & præſumptiones compeſcuerunt. Vnde Luc. 10. loquitur Chriſtus diſcipulis: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſupra omnem virtutem inimici. Inſuper paſsionē inſtante aſſeruit: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et, Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipſum. Hoc eſt quod ad Coloſ. 1. ait Apo. Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter. Itaq; fune, i. fide & merito dominicę paſsionis, ligata eſt lingua diaboli, ſuperaturq́; ipſe à veris Chriſticolis. [Nūquid pones circulum in naribus eius?] i. ferreum ſeu alium circulum in naribus ceti ponere nequis, vt ſic eum cogas tibi ſeruire & ſubdi, quemadmodum homo compellit bubalum ſibi ſeruire ac ſubijci, mittendo annulum ferreum in naribus eius, quo facto, circumducit eum quo vult. [aut armilla perforabis maxillam eius?] tanquā dicat, non potes hoc. & ſumitur hic armilla pro hamo ſeu freno vel chamo, quo equus vel camelus dirigitur ad hominis voluntatē, quorum maxillæ quaſi perforari videntur, dū in eorum ore frena vel chami mittuntur. Per quod figuraliter datur intelligi, ꝙ homo diabolum nequeat ad libitum ſuum deducere, ad ſeruiendumue cogere ꝓpria & humana virtute, ſed Chriſtus ſua poteſtate hoc egit, qui circulum poſuit in nare diaboli, i. diuinitatis ſuę omnipotentia, immo & creatæ ſuæ ſanctitatis efficacia, malignitatē aſtutiamq́; diaboli refrenauit. Armilla quoq;, i. ſanctiſsimæ conuerſationis ac amariſsimæ paſsionis ſuę dignitate, virtute ac merito ſic deiecit & vulnerauit diabolum, eiusq́; perforauit maxillā, i. deuoratiuā calliditatem, ꝙ etiam eos quos dudum abſorbuit, perdidit: & quos abſorbet, frequenter amittit, dum peccatores veraciter pœnitēt & ſaluantur: quemadmodū, perforatis maxillis, cibus ex ore dilabitur. Siquidē per maxillam eſca ſub dentibus continetur, ne excidat, ſed maſticetur. Idcirco deſignat malignitatem & dolū diaboli, quibus peccatores ſub ſuæ crudelitatis dentibus cōtinet, ſed virtute & merito Chriſti eripiū-
2.Reg. 11. tur quamplures, vt Dauid cum homicidiū & adulterium commiſiſſet. Nam & paſsio Chriſti fecit quodammodo adhuc futura & expectata ac credita, quod fecit præſens atq; præterita. Denique iuxta hunc modū loquendi, ſuperbiſſ. regi Aſſyrior. dominus loquitur per Eſa. 37. Ponam circulum in narib. tuis, & frenum in maxillis tuis. [Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactū, & accipies eum ſeruum ſempiternū?] quantū ad cetum, ſenſus eſt facilis, ꝙ ſ. tantæ eſt fortitudinis, vt nihil curet de homine, nec timeat eum. Idcirco non deprecatur eum, neq; blanditur ei, ne capiatur ab eo, nec fœdus amicitiæ facit cum homine, nec promittit ei perpetuā ſeruitutē. Et hæc quatuor interdū ſe per ordinem habent, vt dū quis ex timore vel neceſsitate victori porrigit preces, deinde blāditur, tertio ad pactū ſuſcipitur, & poſtremo per pactū perpetuæ ſeruituti ſubijcitur. Per quæ omnia, ſecundū Thomam, datur intelligi, ꝙ diabolus hominē ſecundū ſe ſeu naturalia ſua nō meruit, vel ei quaſi ſuperiori aut fortiori preces vel blādimenta, pactū aut ſeruitutē exhibeat: & ſi tale q̄d fingat, facit hoc ad hominū deceptionē, vt ipſi potius ſibi ſubdātur, quā eis ipſe. Veruntamē diabolus homines quoſdā timet ꝓpter dona
Marc. 1. ſupnaturalia eis diuinitus data, ꝓpter q̄ aliquando quoſdā precatus eſt, & quibuſdā obedire atq; ſeruire frequēter cōpulſus eſt. Vnde & Chriſtū in Euā. ſcribitur deprecatus, dicēdo: Si eijcis nos, mitte nos in porcos. Mollia quoq; diabolus Chriſto dixit, iuxta illud Mar. 1. quo ait ad Chriſtum:
Marc. 5. Scio quia ſis ſanctus Dei. Et iterū: Ieſu fili Dei ſummi, veniſti ante tēpus perdere nos? In hoc demū, ſecundū Greg. diabolus quodāmodo ferit pactū cum Deo, quod ex eius licentia homines tentat, ſed & diuinæ iuſtitiæ in punitione prauorū ſubſeruit. Chriſtus vero oēm dæmonum turbā
Luc. 11. habet æternaliter ſubditā Vnde in Euan. pandēs ſe diabolū ſuperaſſe, teſtatur: Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuum, in pace ſunt ea quæ poſsidet: ſi autē fortior illo ſuperueniens, vicerit eū vniuerſa eius vaſa diripiet, & ſpolia diſtribuet. Nunquid illudes ei quaſi aui?] i. fraude eum nō poteris in tuam redigere poteſtatem, quemadmodum homo aui illudit, dum eam per retia capit: Tale autem quid ceto inferre, non eſt vnius hominis. quamuis interdum à pluribus per quaſdam capiatur induſtrias. [aut ligabis eum ancillis tuis?] id eſt, nō poteris cetum ligare, vt ei ancillæ tuæ alimenta miniſtrent, vel ſecum exerceant ludum, ſicut cum aue quæ capta ligatur, vt cū ea ludatur. Quibus verbis ſubtilitas, experientia atq; calliditas dæmonis deſignantur, quæ tantæ ſunt, ꝙ ipſe hūana induſtria circūueniri nō poteſt aut vinci, nec alijs illudēdis ꝓhiberi: ſed Chriſtus eū vere

virtuoſa

virtuoſe ac ſapienter, iuſte multipliciterq́ue decepit, dum & matrem virginem habuit deſponſa
tam,& in Aegyptum confugit,atq; in trina tentatione ita reſpondit, quod diabolus receſsit con-
uictus,ambiguus ſeu deceptus,ſed & tēpore paſsionis maxime eū ſefellit,intantum,vt Iudęos ad
crucifigendum inſtigaret,& in ipſa paſsione formidans,vxorem Pilati,ad rogandum pro Chriſti
ereptione,grauiter hortaretur. Denique ancillis ſuis Chriſtus illum ligauit, dum tot perſonis fœ Matt 27.
minei ſexus poteſtatem & gratiam præualendi dæmonibus contulit. Nam & infirma & abiecta ac 1. Cor. 1.
contemptibilia,ſtultaq; mundi elegit Deus,vt confundat ſapientes,vt ait Apoſt. [Concident eū
amici,diuident illum negociatores.] Hoc vno modo interrogatiue & negatiue exponitur, vt ſit
ſenſus,quod tanta ſit ceti magnitudo,vt aliquando captus,toti regioni ſufficiat. Ideo nec particu
lariter inter amicos diuidetur,nec à negotiatoribus carnes eius venduntur. Per quod inſinuatur,
quod dæmonis malitia tam plena eſt terra,vt nequaquam oporteat vnum hominem alteri dæmo
nis auxilium adipiſci,præſertim cum ipſe tam pronus ſit omni maleuolo cooperari. Secundo ex-
ponitur affirmatiue. Non enim ceto capto homines veſci poſſunt, niſi eius corpus aliquo modo
diuidatur ſeu concidatur. Vnde & negociatores aliqua eius fruſtra alicubi vēdere poſſunt. Sic &
dęmō conciditur,dū per prędicatores,preces & merita amicorum Dei,membra ipſius ab ipſo tol
luntur,dum ſcilicet impij conuertuntur. A negociatoribus quoque diuiditur, cum per prædica-
tores & prælatos,quibus ait Saluator: Negociamini dum venio: in diuerſis mundi partibus diuer Luc. 19.
ſi peccatores ad iuſtitiam reducuntur. Tales quippe negociatores de talentis ſeu donis ſibi con-
ceſsis ſpiritale lucrum faciunt ac reportant, dum verbum & exemplum alijs exhibent, atq; ab eis
ſpiritalem referunt fructum,dum & illi proficiūt,& iſti participes fiunt profectus illorum. Hinc Prou. 31.
de eccleſia Prou. vltimo legitur: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.
[Nunquid implebis ſagenas pelle eius?] q. d. non. Si enim capi à te non poteſt,conſequens eſt,
quod nec pelle eius retia tua implebis. [aut gurguſtium piſcium] i. inſtrumentum piſcatorum,
virgis perplexum,in profundum gurgitis poſitum ad piſces capiendos,[capite illius?] Id eſt, tam
magnum eſt caput ceti,quod intrare non valet huiuſmodi inſtrumentum, ideo capite ceti nō po
teſt impleri. Gurguſtium autem eſt nomen fictum à ſono,ſecundum Albertum, quoniam aqua for *crepi
currens iter *carpedines,gurgur ſonat. Vel gurguſtium à gurgite,in quo ponitur, nominatur. dines,
Præterea Thomas refert, quod maximi ceti longiſsimis culmis, quos habent dum dormiunt in
rupibus, pendent ad ſaxa, vt dicitur. tuncq́; appropinquans piſcator,quantum poteſt de pelle ceti
ſoluit,ſeu deponit à lardo eius circa caudam. Eſt enim animal valde pingue,ita quod propter pin
guedinem inciſuram talem non ſentit, ſicq́ue immiſsis funibus, quos ligat ad ſaxa vel arbores,
excitat cetum lapidibus fundæ,qui cetus recedendo pellem dimittit. Per quæ datur intelligi,ſe-
cundum Thomam,quod diabolus virtute humana nequit includi,ſicut quidam nigromantici ſe
dæmonem poſſe includere opinantur: ſed totum hoc, quod ſic includi videtur,ex eius venit aſtu
tia, qua vtitur ad homines decipiendos: immo ſi recte penſetur, omnia præinducta pertinere vi-
dentur ad præſumptionem nigromanticorum confutandam, qui nituntur cum dæmonibus pa-
ctum inire,vel eos ſibi ſubijcere aut qualitercunq; conſtringere. Rurſus per iſta innuitur,quod
non humana, ſed diuina virtute ac gratia, ſagena, id eſt, eccleſia, eiusq́ue gurguſtium, i. occulta
loca,clauſtra,collegia,pelle & capite ceti,i. ſimplicioribus, itemq́; prudentibus ſecundum carnē
& ſeculum peccatoribus adimplentur, quando huiuſmodi peccatores conuertuntur, & Chriſto
atq; eccleſiæ incorporantur. [pone ſuper eum manum tuam.]i. ſi potes, tua virtute vince & com-
prime cetum,quo inſinuatur,quod homo propria vi nequeat dæmonem conculcare. Itaq; nemo
præſumat,neq; de proprijs viribus ſtulte lætetur,putando ſe ſine gratioſo Dei ſubſidio poſſe re-
luctari aut præualere diabolo. Vnde Dei eſt ponere manum ſuper illum, quia ad libitum repri-
mit eius malitiam & virtutem. [Memento belli]id eſt, diſputationis iſtius meæ aduerſum te de
prædictis meis effectibus, in quibus tibi probaui, quanta ſit mea excellentia atq; perfectio ſuper
te. Vel memento belli,i. attende quomodo ego contra diabolum pugno atq; præualeo. Vel me-
mento belli,i. impugnationis qua te diabolus impugnauit,omnia tua tibi tollendo, teq́; corpora
liter vulnerando, ac per hoc contra tuam rationem bellando.] nec vltra adijcias loqui]i. de cæ-
tero non loquaris incaute aliquid proferendo,quod videatur meæ ſapientiæ aut iuſtitiæ deroga
re,cum videas te,non ſolum me,ſed & effectibus meis tam infirmiorem ſeu inferiorem. [Ecce
ſpes eius fruſtrabitur eum]i. cetus effectu ſuæ expectationis priuabitur. Dum enim piſces inſe-
quitur,illis ad littora fugientibus,impingit ad terram ſeu littus, vbi aquas ſibi deficientibus redi
re non poteſt ad profunda aquarum neque recedere, vnde nec piſces tales appræhendit, ſed
ſuper aquam apparens,ab hominibus vndiq; occurrentibus præcipitatur in mortem. ideo ſubdi-
tur: [& videntib. cūctis] qui aſſunt,[pręcipitabitur] qa ab eis occiditur. Sed diabolus ſpe ſua fru-
ſtratur, qa dū electos & virtuoſos deuorare conatur,ab eis magis ꝓſternitur atq; affligitur, dum
ei efficaciter renituntur,qui in die iudicij cum omnibus ſuis præcipitabitur in infernum in omni
um conſpectu ſanctorum. *Elucidatio Cap. 41. Non quaſi &c.* *Art.* 69.

trare ad perſcrutandum illos meatus, per quos parui piſces in eius vētrem deſcendunt, dominus ait in mediū oris eius quis intrabit? quo deſignatur, ꝙ intentiones & verba diabolicæ ſuggeſtionis, quib. homines abſorbere molitur, homo nequeat penetrare, niſi ſibi deſuper reueletur, quales ſunt viri exercitati, quib. data eſt gratia diſcretiōis ſpirituū. [Portas vultus eius quis aperiet?] i. duas mādibulas ceti, ſuperiorē & inferiorē, quæ inſtar portarū aperiūtur & recluduntur. S. Tho- 1.Cor.11 mas per portas ceti, intelligit duos dētes extremos & maximos, quos habet ad modū dentiū elephantis vel apri: quo ſignificatur, ꝙ aſtutiā violentiāq; diaboli, quibus velut duab. portis peccatores intrahit ſibi atq; incorporat, nemo poſsit cōpeſcere aut ſcrutari, præſertim ad extrahēdos peccatores ex eis, niſi quantū diuina virtute fuerit ad hoc idoneus factus. [Per gyrū dentiū eius formido:] i. apparatus horribilis, quoniam ita diſpoſiti ſunt dentes eius acuti, magni & ſolidi, vt aſpicientibus horrorē incutiant. Pariſormiter dentes, i. crudeliſsimi modi, quibus dęmō nocet hominibus, extant terribiles. Deniq;, dentes diaboli ſunt eius miniſtri, videlicet dæmones inferiores, hominesq́, feroces, potiſsime impij doctores & prædicatores, prælati & principes, qui poteſtate & calliditate alios ad peccata inducunt, ſicq; ſpiritaliter conterunt & animarū ſtrangulatores fiunt, ꝓpter quod fures & latrones vocantur. [Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia:] i. de ære fuſa; quæ ſunt fortiſsima. Sic corpus ceti robuſtū ac ſolidum perhibetur, ꝓpter ſquamas duriſsimas; quibus tegitur & quaſi armatur. Hinc ſubditur: [& compactum] i. cōnexum ſeu iunctum, [ſquamis ſe prementibus,] ita ꝙ vna venit ſuper aliam ex aliqua parte. Etenim cetus, ſecundum magnitudinem ſui corporis, maximas habet ſquamas ſibi fortiter cohærētes, vt ſubditur. [Vna vni coniungitur,] quia ſe inuicē tangunt, & partim operiunt, ſ. circa extrema ſquamarū. [& ne ſpiraculū quidem] i. aer qui inſpiratione attrahitur, [incedit per eas] quia ob nimiam earum cōpreſsionē, nō eſt ibi foramen per quod aer intret aut exeat. [Vna alteri adhærebit] tenaciter, potiſsime tēpore ſanitatis & roboris ceti. [& tenentes ſe] i. mutuo ſuſtentantes ac confortantes, [nequaquam ſeparabuntur] durante vita, ſanitateq; ceti. Myſtice, diabolus ſe habet ad homines malos & vitioſos, ſicut caput ad corpus. nam influit eis motum ad vitia. Itaq, homines mali per cordis duritiā, & quia propriam ac aliorum culpam defendunt, palliant ſeu excuſant, rite per ſcuta fuſilia exprimuntur, ſcutūq; corporis diaboli aſſerūtur, qui iacula correptionis ſe penetrare nō ſinunt; ſed repellunt: & ſicut corpus ceti cōpactum eſt ſquamis ſe prementibus, ſic quilibet horū velut immūda & fœtida ſquama eſt, atq; eorum multitudo ex multis qui in prauitate concordant, colligitur, qui in tantum ſibi in malis conſentiunt, vt meliores cōcorditer perſequantur, & bonis ordinationibus conformiter renitantur, ita vt ne ſpiraculum quidē incedat per eos, quoniā ita in vitijs indurantur, vt ſpiritusſancti inſtinctū nō ſumant, nec rationabilē admonitionē admittant, ſed vnus alteri adhærebit, quia ſibijnuicem peſsimis fauent & cooperantur, & tenentes ſe, corroborando ſe mutuo in peccatis, nequaquam ſeparabuntur, quouſq; impium effectū perducant ad opus: ſic phariſæi & Saducæi, quamuis inter ſe diſcordarent, in Chriſti perſequutione concordabant, & hæc eſt peſsima atq; damnanda concordia. Deniq; S. Bernardus in quodam ſermone locū hunc conuenienter & pulchre applicat religioſis, inter quos (vt aſtruit) nonnunquam vitioſa reperitur quorundā concordia: qui ſi forte viderint in fratre aliquo aliquid præcipue deuotionis, ſingularisq́; gratiæ ac perfectionis in ſeruore, cōpunctione & lachrimis, interpretantur in malū, moleſte ferunt, & fratrē huiuſmodi perſequuntur, ſingularitatisq́; arguunt. Hi tanquā peruerſi ac Deo ingrati, de pane vitæ faciunt ſibi pabulum mortis: & vnde ſpecialiſsime ædificari debuerant, inde deterius ſcandalizantur. quod inde contingit, quoniam amore priuato & paſsionib. ex eo naſcētibus, præſertim ſpiritualibus vitijs ſqualent, fœtent, putreſcunt, alterius eminentiam ferre & aſpicere non valentes. Ad veram ergo atq; puriſsimam Dei ac proximi charitatem ſe dent, & alterius profectu ac gratia velut de propria lætentur ſalute, attendentes quod ait Euſe. Emiſſe. Qui a niſi clauſtrales proprias quotidie extirpare ſtuduerit paſsiones, & proprias reſcindere voluntates, multo peiores fiūt in clauſtro, quā erant in ſeculo. [ſternutatio eius ſplēdor eius,] ſternutatio, eſt inflatio à pectore ſurgens, quod ad exeundum apertos poros nō inueniens, cerebrum aſcendit ac tangit, & cōgeſta per nares egrediēs, totū caput ꝓtinus cōcutit, ſecundū Gre. Et vt ait Alb. ſternutatio eſt purgamentū cerebri, quādo fumoſitas ab infimis ad cerebrū eleuata, panniculis cerebri in ſe collectis atq; reſtrictis, ac ſubito dilatatis, per nares excutitur. Cum ergo caput ceti ſit maximum, fortiſsimam habet ſternutationē, ex qua fit aquarū cōmotio & eleuatio, ſicq́; apparet ibidem candor aquę ſurgentis ad modum ſplendoris ignis. Rurſus ſicut in hominis ſternutatione magna ex cōcuſsione cerebri cōmouentur & oculi, vt quaſi ſcintillēt, ita ex ſternutatione ceti fulgor quidā videtur micare ex oculis eius: ſicq; ſternutatio eius dicitur fulgor ignis non p eſſentiā, ſed per efficientiā ſeu effectū, quoniā cauſat ſplendorē, per cuius ſternutationē exprimit myſtice indignatio diaboli cōtra homines, quam in eos exuſflat, ex qua nonnunquā in hominib. ignis iræ impatientiæ, cōcupiſcentiæ generatur, dū ex diaboli tentamētis corda hominū taliter inflāmantur, quēadmodū 2. Mach. 9. de Antiocho ſcribitur, quia ſuperbia repletus, ignē ſpirās animo &c.

minibus,ſed pro poſſe reſiſtet ne corrumpatur,quemadmodum durum difficulter corrumpitur:
Fortia etenim animalia, dum violenter tanguntur, vires ſuas quaſi fortius colligunt & aſſumunt
ad reſiſtẽdũ.hinc ſubditur:[& ſtringetur quaſi malleatoris]i.percuſſoris vel fabri[incus.]quod
inſtrumentum ex ictibus malleorom non frangitur,ſed conſolidatur & ſtrictius redditur. ſic ce-
tus ſentiens læſionẽ,totis viribus ſe opponit.Per quod obſtinatio,impœnitentia atq; rebellio dia
boli ac membrorum ipſius monſtrantur,quia ex Dei percuſsione non corriguntur,ſed induran-
tur,& reoiti & Deo præualere, quantum in ipſis eſt,cupiunt [Cum ſublatus fuerit, timebunt an-
geli,& territi purgabuntur.] Hoc verbo oſtenditur, quod iſta de ceto dicuntur, vt eſt figura dia-
boli,ſeu de diabolo ſub nomine Leuiathan pro ceto accepti.Quamuis etenim cetus ſit magnum
quid corporis mole, tamen reſpectu angelicæ dignitatis & perfectionis, quaſi nullius reputatur
momenti: immo homo propter ſpleodorem intellectus, omnibus brutis ſublimiter præſtat.
Non ergo ob ceti ſublationem ſeu interfectionem, angeli ſancti terreotur,cum & cęleſtes or-
bes, quorum comparatione noo ſolum cetus ſed & tota terra vt punctum eſt, moueantur ab
angelis. Vnde vnius beluæ occaſionem pro nullo ant minimo reputant, ſicut & nos vnius occi
ſionem paruipendimus pulicis. De diabolo ergo iſta dicuntur, immo de principe dæmonio-
rum,de cuius ſublatione ſeu expulſione à throno cæleſti, olim terrebantur angeli ſancti, timore
admirationis diuinæ potentiæ & pauore reuerentiali ipſius. Similiter omnes electi, & ſancti in
die iudicij de totali damnatione ac ſublatione principis tenebrarum, miniſteriorumq́; eius ad-
mirabuntur atque timebunt,]non pœnali,ſed caſto & ſapie [illegible]i timore, infinitam Dei maieſta-
tem in ſuis effectibus noo ignoranter,ſed ſapienter ac reuereotialiter admirantes,eamq́ue plene
compræhendere non valentes. Vnde & in Euangelio: Chriſtus virtutes cælorum dicit mouen-
das,& in præfatione cantamus: Maieſtatem tuam tremunt poteſtates. Dniq; angeli taliter territi Lucæ 21.
purgabuntur, & in caſu diaboli purgabantur, non ab immunditia culpæ, ſed à minoratione per-
fectionis atq; ſcientiæ,inquantum ex intuitione diuinorum effectuũ, aliquam ſortiuntur illumi-
nationem inferiores à ſuperioribus, & ſuperiores à Deo: vel omnes, quantum ad aliqua cogno-
ſcenda immediate à Deo. Diuinam autem excellentiam admirando, mox in eius contemplatio-
ne reſulgent, & quam iugiter in ſeipſa conſpiciunt, ex ſuis effectibus & in ipſa magis mirantur,
quam in ſe ſola. De hoc 6. cap. de diuinis nominibus D. Dionyſius plenius loquitur. Conſequẽ- Dionyſius
ter de ceto, vt eſt figura diaboli, loquitur. [Cum appręhenderit eum gladius,]i. ſi quis gladio cœ
perit cædere cetum, [ſubſiſtere non poterit]ipſe gladius,[neque haſta,neque thorax.] hoc eſt,
ſiue gladio,ſiue laocea,aut thorace percutiatur,non ei nocebit:immo inſtrumenta iſta frangen-
tur propter duritiam corporis ceti,præſertim cum dictum ſit,quod corpus eius ſit quaſi ſcuta fuſi
lia,& denſiſsimas atq; compactiſsimas habeat ſquamas.[Reputabit enim*vt paleã ferrũ,& quaſi
lignum putridum]reputabit[æs.] i.nec ferrea nec ænea inſtrumenta ſibi oſtenſa timebit aut fu *quaſi pe leas.
giet,quia his aut nõ,aut difficulter lędi valet.Per quę inſinuatur, ꝙ nulla poteſtate humana dęmo
ni poſsit quis præualere,& ſi orationibus & virtutibus ſanctorum ſuperet, hoc diuina & increata
virtute principaliter agitur,non vt talia ex humana potentia oriuntur,Immo potius inquantum à
ſpiritu ſancto principiantur,qui in omni actu meritorio motor eſt principalis. [Non fugabit eũ
vir ſagittarius:]quia ſagittas non timet,quaſi ab eis lædi non valens. Veruntamẽ vt narratur,quã-
uis talia non formidet,nihilominus proiectione ſpiculorum,quæ nõ auertit nec fugit,tandẽ vul-
neratur ac moritur.atq; ad littus mortuus trahitur.[in ſtipulam ei verſi ſunt lapides fundę]i. non
plus curat aut metuit ictus lapidũ fundę,qoàm ſtipulam. Ictibus enim ſaxorum,quę per fundã ꝓ-
ijci poſſunt,non læditur,cũ tantę ſit duritiæ atq; pinguedinis. Porro ſpiritaliter viri ſagittarij ſunt
prædicatores idonei,qui ex corde & ore velut ex arcu verba acuta ac penetratiua audientiũ cor-
dibus imprimunt & infigunt.Lapides vero fundæ,ſunt exemplaria ac ſolida opera ſanctorum. &
frequenter contingit,quod nec ſanctis verbis,nec virtuoſis operibus diabolus ſic frenatur,quan
do tentet ac renitatur ſaltem ad tempus, immo virtuoſos ſæpe grauios importuniusq́ue infeſtat:
funda autem,intellectus conſtans ac eruditus & practicus eſt,qui opera virtuoſa emittit. [Quaſi
ſtipulam æſtimabit malleum:]i.propter duritiam ſquamarum,quibus armatur, & ſpiſsitudinem
atq; pinguedinem cutis ac corporis ſui,verbera malleorum non curat,niſi forte talia verbera diu
tius continuarentur,præſertim ſuper eandem corporis partem.[& deridebit vibrantem haſtã]i.
ſi qnis cõmioetur ei, quod haſta eum velit inuadere,noo timebit, quia perforari ita non poteſt.
Hæc quoq; dicuntur,ad inſinuandom audaciam ceti,ſecundũ quod aliqua talia de equo ſuperi-
us dicta ſunt,Vnde per iſta innuitur, ꝙ nullo hominis conatu aut cõminatione diabolus ſupere-
tur,niſi virtute ſpiritusſancti.[Sub ipſo erunt radij ſolis]i.eos non appreciabitur,nec eorum deco
re allicitur vt vincatur,[& ſternet quaſi lutum aurum,]i.ꝓ nihilo reputat aurum, ſpernit & ſubij-
cit illud ſuę æſtimationi, ſicut paruipẽditur lutũ.Per quę inſinuatur, ꝙ nullius rei corporalis pul-
chritudine aut precioſitate ſubdatur vel attrahatur,ita ꝙ ſuperetur: & hoc,inquantũ res illæ ſunt
pulchrę & precioſę,nõ aũt inquantũ ſunt ipſius nutritiuę. Inſuper per hæc ſignatur, ꝙ corporaliũ
rerum

rerum precioſitate & precio diabolus non attrahatur, vt lubdat ſe homini, quamuis interdũ ho-
fingat, vt hominẽ ſubijciat ſibi in errore & culpa. Poſſunt quoq; per radios ſolis, homines verbo
& vita alijs emicantes: per aurũ aũt, charitate rubentes intelligi, quos diabolus in hac vita aſperna
tur atq; perſequitur. [Feruеſcere faciet quaſi ollã ꝓfundum maris.] Ceti enim aliqui tantæ ſunt
magnitudinis, vt aquas maris vehementer commoueant, ſpumareq; faciant, vel etiam tempeſta-
tes im mari ꝓducãt, ſicq; mare à ſundo videtur feruere, ſicut aqua in olla igni appoſita. Hinc Tho
mas allegat Plinium, dicentem quod in mari orientali ſunt quædam tantæ magnitudinis beluæ,
vt ipſum mare ab imo vertant & concitent, ac tempeſtates efficiant. [& ponet quaſi cum vnguen-
ta bulliunt.] i. tantum aquę feruorem ac ſpumam in mari concitabit, ſicut eſt feruor & ſpuma vn-
guentorum in caldario bullientium, quæ propter aerem incluſum faciunt ampliorem ſpumã &
commotionẽ in ſuperficie, quã ſimplex aqua, per quæ notatur turbulẽtia & inquietudo, quã dia-
bolus concitat in hoc mundo, præſertim in cordibus vitioſorum, de quibus Eſa. 59. loquitur: Im
pij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Nam & diabolus ignita ſua ſuggeſtione & im
preſsione, ita ſæpe incendit ſomitem, ꝙ totum cor intus incaleſcit ad malum. [Poſt eum lucebit
ſemita,] id eſt, ceto ſe mouente per aquam, apparet retro eum veſtigium longum ſui proceſſus
propter grandem ſui corporis molem, qua magnam facit in aqua concuſsionem, quæ non proti-
nus conquieſcit. Quo myſtice denotatur, ꝙ poſt diabolicam tentationem & couturbationẽ quã
facit in anima, remanent & apparent reliquiæ, ita quod effectus perturbationis à diabolo conci-
tatę, non ſemper ſtatim ſedatur & aboletur, immo aliquãdo diu durat & difficulter extinguitur,
prę ſertim quãdo malo nõ in ꝑincipio rite reſiſtitur, ſed illud in conſuetudinem tranſit. [ęſtima
bit abyſſum quaſi ſeneſcentem.] i. tam auide & ꝓbunde piſces maris vorabit, & aquam ipſius po-
tabit, quaſi putaret mare cito ſiccandum ac finiendum: quemadmodum eſuriens qui opinatur ſi-
bi eſcã defecturam, comedit multum, contra futurã ſe pręparans famẽ: per qnod inſinuatur, ꝙ di
abolus velut inſatiabilis homicida, tam affectuoſe, inceſſanter & indeſeſſe decipit animas, quaſi
mundus eſſet mox terminandus, quod enim ſeneſcit, prope interitum eſt. ſecundũ Apo. ad Heb.
8. Thomas aũt exponit ſic: Aeſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentẽ, i. quaſi impotentem ad hoc, ꝙ
abyſſus deuoret ſeu ſuperet ipſum cetum. Per quod myſtice innuitur, quod diabolus non tantã,
tamq; perpetuam reputat pœnã inferni, vt ob eam deſinat impie operari, & Deo reniti: immo ſic
praue agit, quaſi putaret damnationẽ inferni aliquando terminandam, ad quod æſtimandũ etiã
quoſdã ſtultos inducit, cũ tamen hoc ſcripturis ſanctis clariſsime obuiet. [Nõ eſt poteſtas ſnper
terrã quæ cõparetur ei.] i. nullũ terreſtrium animaliũ tantæ eſt ſortitudinis corporalis, vt cetus, q
ſicut quãtitate, ita & poteſtate vincit nõ ſolũ aqnatica, ſed & terreſtria animalia. Dicũt quoq; ma
giſtri naturalis ſcientię, ꝙ maiora ſint animalia in mari, quã ſuper terrã: cuius cauſa, eſt abundan-
tia humiditatis in ſemine & in eſca. Vnde in terris humidis maiores ſunt homines, quã in regio-
nibus ſiccis, vt dicũt. [q factus eſt vt nullũ timeret. [Hoc doctores nõ de ceto, ſed de diabolo per
ipſum figurato, exponunt, qui ad hoc factus eſt, i. ex ſua creatione & ſuę naturę proprietate hoc
habet, vt nullam creaturam terreſtrem corporalemue timeat, quantum ad naturalem eius virtu-
tem, tanquam ſortior omni huiuſmodi creatura. Nẽpe quod homines ſanctos veretur, ex ſuper-
naturali illorum virtute contingit. Veruntamen iſtud de ceto accipi poteſt, quia vt ex præhabitis
innoteſcit, corporali robore vincit hominem, & omnem terrenam facturam: idcirco nec metuit
aliquid horum, & in hac locutione dictio, vt, potius notat concomitantiam vel ſequelam, quam
Pſalm. 50. cauſam, ſicut cum dicitur: Tibi ſoli peccaui, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Ad hoc enim, quod
tantam vim corporalem ceto, tantamq; vim ſpiritalem diabolo præſtitit Deus, conſequitur iſte
imperterritus animus. Per prædicta ergo ſignatur, quod nulla terrena corporalis aut humana po-
Dionyſius. teſtas, æqualis ſit poteſtati diaboli, in quo naturalia integra permanſerunt, iuxta D. Diony. 4 cap.
de diuinis nominibus. Vnde quo altioris eſt ſpeciei ſiue naturę, eo maioris eſt poteſtatis natura-
lis: ideo non poteſtate naturæ ſed gratiæ, homines præualent ei. Hicq; nullus de proprijs viribus
poteſt præſumere, aut de ſua victoria vane gaudere, immo timorati atque ſoliciti eſſe debemus,
qui contra tã ſortẽ hoſtẽ pugnã habemus, qui poteſtate atq; induſtria, experiẽtia & inſatigabilita
te nos ſuperat, à quo videmur, & quem videre corporaliter prohibemur, immo nec ſpiritaliter e-
ius congreſſus ſemper aduertimus. Prętereа, ſecundnm vnam conſiderationem, diabolus factus
eſt directe vt nullum timeret, id eſt, vt ſoli creatori caſto ac filiali timore ſubditus eſſet, ſed con-
tra illum ſe erigens, nullum ex præſumptione vult ſormidare, niſi inquantum à Deo compellitur
& arctatur. [Omne ſublime videt] id eſt, ad alta ſe erigit, & ad aggredienda maiora vultum extol
lit, qui & in principio dixit: Aſcendam ſnper altitudinem nubium ſimilis ero altiſsimo. Hoc aũt
Eſai. 14. ceto nõ competit, multoq; minus quod ſubditur, conuenit ei: [Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſu-
perbię.] i. in ſuperbia eos excedit, tanquam primus apoſtata, qui cęteris formã recedendi à Deo,
atq; amandi propriã excellentiã primo oſtendit, cuins ducatũ ſequuntur oẽs ſuperbi, qui filij ſu-
perbię appellantur, quia per illã quaſi per matrẽ diabolo ſpiritaliter generãtur, ſicut per charitatẽ
homi-

homines ſunt filij Dei: & quia ſuperbiã velut matrem amant, ſequuntur & amplectuntur, atque ab ea fouentur, qui etiam ſerui ſuperbiæ dici poſſunt, quia vitio huic ſubiecti ſunt. Propter quod 2. Pet. 2. inducitur: Iniqui ſerui ſunt corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Ioannis quoque 8. ait Saluator: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Denique iuxta Thomam, dominus operationem ſuam quam exercet in malis, terminat in ſuperbis, vt oſtẽdat B. Iob, hoc ſibi fuiſſe præcipue metuendum, ne à diabolo ad ſuperbiam induceretur, ſicq; ad regnum diaboli transferretur. Ideoq; abijcere debeat affectum & verba, quæ ſuperbiam ſapiũt ſiue ſonant. Itaque & nos ſi filij & miniſtri diaboli eſſe non volumus, ſi tam crudeliſsimi tyranni ac infeliciſsimi regis damnationem veremur, omnem prorſus abominemur ſuperbiam, quæ ſola omni virtuti inſidiatur, & omnia gratiarum aufert chariſmata, de qua ait ſcriptura: Odibilis co- Ecc. 10.
ram Deo & hominibus eſt ſuperbia: quæ mentem ſumme excæcat atq; turpiſsimam facit. Omnẽ quoq; amplectamur humilitatem, quæ ad omne bonum diſponit, protectionemq; Dei & illuminationem ſpiritusſancti præcipue promeretur. Non ſimus filij ſuperbiæ, & miniſtri diaboli regis: ſed filij ſimus humilitatis, & famuli Chriſti altiſsimi principis.

Expoſitio cap. 42. & vltimi, Reſpondens autem Iob. *Art.* 70.

AVdita diſputatione, allocutioneq; Dei, nũc ipſe Iob Deo, vt dignum eſt, cedit, honorem & gloriam tribuit, & ſeipſum humiliat atq; accuſat, ſecundum illud Eccl. 20. Quàm bonum eſt, correptum manifeſtare pœnitentiam. [Reſpondens autem Iob domino, dixit: Scio, quia omnia potes,] cum ſis infinitæ potentiæ, cui omnia æque facilia ſunt, & cui nihil difficile eſt. Deo ſiquidem idem eſt eſſe, & potentem eſſe, ita quod eius eſſentia eſt ſua potentia. Ideo ſicut diuina eſſentia eſt penitus illimitata, ita & eius potentia. Quo verbo Iob profitetur, quod Deus poſsit ſatanã ſuperare, & aduerſitates ſeu tentationes ab illo inflictas, auferre. [& nulla te latet cogitatio.] Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius, ſecundum Apoſtolum: Deus quippe ſu- Heb. 4.
am cognoſcendo eſſentiam, omnia intuetur in ea, quæ illam quocunq; modo imitantur ſiue participant, hoc eſt, quæcunq; aliquid entitatis habent. Similiter cognoſcendo ſuam potentiam cognoſcit diſtincte, perfecte & plene omnia, ad quæ ſe illa extendit. Hinc 1. Reg. 16. Deus teſtatur: Non iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt quæ parent, dominus autem intuetur cor. Porro ſecundum Thomam, hoc verbo S. Iob fatetur ſe aliqua ſuperba cogitatione pulſatũ, videlicet recitando ſuas iuſtitias, quod Deum non latuiſſe inſinuat. Ideo contra negantes Deum omnia intueri, ſubiungit: [Quis eſt iſte qui celat conſilium] i. cordis ſui diſpoſitionem, diffinitionem ſeu inquiſitionem, putat ſe Deo poſſe abſcondere, [abſq; ſcientia] i. quod Deus illud non
ſciat? Vel abſq; ſcientia, ſ. imperite & ſtulte hoc putat. Gregorius vero exponit ſic: Iob diabolo Gregorius
exprobans, dixit: Quis eſt iſte, &c. id eſt, diabolus conſilia fraudium ſuarum aduerſum nos nobis occultat, & hoc abſque ſcientia, id eſt, irrationabiliter & inſipienter hoc agit, quoniam licet propria ſubtilitate occultãs illius machinationes aſpicere non poſsimus, Deo tamen reuelante nobis miſericorditer detegũtur. Inſuper verbũ iſtud generaliter accipi poteſt contra oẽs qui ſuã prudentia alijs ſalubriter conſulere poſſunt, & ſana conſilia mente concipiunt, nec tamen proximos ſuos dirigere, adiuuareque curant, cum tamen hoc agere, ſit eleemoſyna ſpiritalis. & iſtud omittere, charitati & pietati repugnet: [Ideo] quia videlicet tanta eſt potentia ac ſapientia tua ô Deus, [inſipienter loquutus ſum] Vt enim ex dictis in expoſitione habita ſuperius patet, beatus Iob aliqua dixit incaute, ita quod amici eius & Elihu fuerant grauiter ſcandalizati. Vnde circa finem præallegati eſt capituli: Qui leuiter loquutus ſum, reſpondere vltra quid poſſum? V- Iob 39.
num loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum, quibus vltra non addam: ea quoque loquutus ſum, [quæ vltra modum] id eſt, ineffabiliter & incomparabiliter [excedunt ſcientiam meam.] id eſt, diuina iudicia & rationes eorum immoderate perſcrutari conatus ſum, & quorũ plenaria compræhenſione deficio infinite. Hinc Eccleſiaſt. 30. ſcriptum eſt: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Salomon quoque Prouerbiorum viceſimo quinto: Scrutator (inquit) maieſtatis opprimetur à gloria. Quibus verbis increpãtur vani, intimorati ac ſcioli, qui in his quæ Deus non requirit ab eis, iugiter occupantur: quæ vero Deus exigit ab eis, & quæ ad eorũ ſpectant ſalutẽ, omittunt. [Audi] i. meam orationem, confeſsionẽ, interrogationẽ clementer audire, acceptare, informare digneris, [& ego loquar] capta beneuolentia tua, & ſpe audientiæ tuę, loquar autẽ, te exorando, me excuſando, veniam & informationẽ humiliter poſtulando. [interrogabo te] ſicut diſcipulus magiſtrũ, & illuminationẽ tuã precabor, vt in dubijs me dirigas & informes. Sic enim Deum in agendis & cognoſcendis interrogare debemus, orando pietatẽ ipſius ꝓ inſtructione & Eſai. 30.
directiõe ſalubri. Vnde apud Eſa. dominus ait quibuſdã: Vę filij deſertores, vt faceretis conſiliũ, &

non ex

1 Re 28.10. non ex me; & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, & os meum non interrogaſtis. Hinc
2. Re 2.5.21 in lib. Reg. legitur Dauid coties conſuluiſſe dominum. Et Iac. 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & dabitur ei. poſtulet autem in fide nihil hæſitans, [& reſponde mihi] per illuminationem internam vel angelicam inſtructionem, intus vel foris exhibitam. [Auditu auris audiui te] id eſt, primo, ſcilicet ante hanc flagellationẽ, cognoui te ex aliorum relatu & fama communi, vtpote imperfecte. [nunc autem oculus meus videt te.] id eſt, clarius te modo cognoſco, quam ante, quemadmodum clarius ſcitur quod cernitur, quam quod relatu aliorũ cognoſcitur. Ex percuſsione enim & allocutione, increpatione, inſtructioneq; Dei, S. Iob tam vehementer profecit. Vel ſic: Auditu auris audiui te, id eſt, ante flagellationem meam cognoui te per reuelationem factam ad aurem exteriorem vel interiorem, in qua tamen reuelatione ſpeciem nullam vidi, præſertim oculo exteriori. Nunc autem cognoſco te per reuelationẽ clariorem ac eminentiorem, in qua forma ſeu ſpecies aliqua tui mihi apparet. Certum tamen nõ eſt, an angelum vidit corporali ſpecie, qui in perſona Dei hæc dixerit, ſicut Iacob qui viſo angelo,
Gen. 32. ait: Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Iudic. quoq; 13. Manue loquitur ſuæ vxori: Morte moriemur, quia vidimus dominum, id eſt, angelum Dei qui viſibiliter eis apparuit. Aliqui autem putant, quod Iob imaginaria viſione viderit Deum, ſeu angelum in Dei perſona loquentem. Poteſt quoque intelligi, quod pro tempore quo dixit hæc, habuit ſublimem aliquem ac lympidam contemplationẽ de Deo, vt eſt illuminatio ſeu cognitio anagogica, ad quod innuendum fatetur: Nunc oculus meus, videlicet intellectualis, videt te contemplatione theorica. Poſtremò, putandum non eſt quod viderit Deum per ſpeciem, nec de tali viſione hic loquitur. [Idcirco ipſe me repræhendo:] id eſt, quia nũc clarius te cognoſco, ſynceriuſq; contemplor, ideo imperfectum meum perfectius penſo, & culpam meæ incautæ locutionis magis aduerto, humiliusque confiteor. quo patet, quia quanto diuinæ naturæ maieſtatem, ſanctitatem, & perfe-
Gregorius ctionem lympidius contemplamur, eo propriam paruitatem, immunditiam, & defectuoſitatem plenius contuemur, & cordialius profitemur. Hinc ait Gregor. Omnis humana ſapientia quantolibet acumine polleat, diuinæ ſapientiæ comparata, inſipientia eſt. Omnia enim humana, quæ
Gen. 18. iuſta & pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ & pulchritudini comparata, nec pulchra, nec iuſta ſunt, omnino
Gregorius nec ſunt. Hinc Abraham Deo colloquens: Loquar, inquit, ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Iterum ait Gregorius: Quanto quiſque minus ſe videt, tanto minus ſibimet diſplicet: & quanto maioris gratiæ lumen præcipit, tanto amplius repræhenſibilem ſe eſſe cognoſcit. Cum enim intrinſecus ſubleuatur, & omne quod eſt, intuetur: ad eam, quam ſuper ſe conſpicit, regulã congruere nititur. Et quia adhuc humana infirmitas cernit, quod ei non ex minima parte diſſentit: totum ex ſe illi oneroſum eſt, quod internæ regulæ conueniens non eſt. Verum quoniam nulla eſt recognitio culpæ, niſi ſequantur lamenta pœnitentiæ, S. Iob ſubdit: [Et ago pœnitentiam in fauilla & cinere.] Quod literaliter accipi poteſt, vt in agnitionem & ſignum propriæ fragilitatis, ſe in terram proſtrauerit ſuper fauillam & cinerem, quemadmodum in Iona legitur, quod rex Ni-
Ioan. 3. niuæ indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et Pſal. 43. Humiliata eſt in puluere anima noſtra. Etenim cinis & cilicium, arma ſunt pœnitentium. Vel per fauillam & cinerem, intelliguntur auſteritas & humiliatio ſatisfactionis. Non enim ſufficit culpæ confeſsio, niſi ſequatur (ſi aſsit facultas) ſatisfactio. Præterea ſecundum Gregorium: In fauilla & cinere pœnitentiam agere, eſt, contemplata ſumma eſſentia, nihil aliud ſe quam fauillam cineremque cognoſcere. Etenim cum in peccato ſit inordinata complacentia ſeu delectatio, & item quædam contra Deum rebellio, contra primum valet dolor internus, & auſteritas in labore ſatisfactionis, contra ſecundum humiliatio cordis & operis. [Poſtquam autem locutus eſt dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten.] Ad illum enim tanquam ad principaliorem, forte & ad meliorem ac ſeniorem, dominus dirigit verbum, vt per ipſum proferatur ad alios. Nam & ipſe primo orſus eſt diſputare aduerſus Iob. Videtur quoq; quod dominus dixerit iſta B. Iob iã ſanato, & forſitan antequã amici eius redierunt ad propria. Præterea, an per inſpirationem ſolam internam dominus iſta protulerit, an per apparitionem angelicam, vel angeli allocutionem interiorem duntaxat, quemadmodum
Gregorius aſſerit Zach. 2. Angelus loquebatur in me: incertum habetur, quemadmodum & incertum eſt, an in ſomno vel vigilia facta ſit allocutio iſta. Si autem Deus ita apparuit atque locutus eſt huic Eliphaz, poſtquam dire peccauit, cur putandum eſt quod ficta ſit ab ipſo Eliphaz viſio, quam in principio ſuæ diſputationis ſe perhibet habuiſſe ante hanc culpam? [Iratus eſt furor meus] id eſt, zelus iuſtitiæ meæ [in te & in duos amicos tuos:] ſcilicet contra Baldath & Sophar. Cum enim De-
Iob 4. us ſit veritas & æquitas, falſitati & iniuſtitiæ indignatur tanto plus, quo ipſe verior extat & iuſtior: & quo peccatum à veritate & æquitate magis recedit, eo plus diſplicet Deo. Amici autem Iob non ſolum peccauerunt ei, contumelias irrogando, ſed etiam de diuina prouidentia erronee ſentiendo, vt patuit ſæpius. Hinc ad innuendum magnitudinem exceſſus eorum, dominus loquitur: Iratus eſt furor meus. Vnde & ſubditur: [quoniam non eſtis locuti coram me rectũ] i:

verba

verba vera ac iuſta, quia licet videbantur quaſi diuinam iuſtitiam contra Iob defenſare, nibilo-
minus Deus vidit obliquitatem cordis eorum. [ſicut ſeruus meus Iob.] Cuius verba vera &
recta fuerunt, ſecundum iutentionem ipſius, quamuis ſæpe in modo loquendi deliquerit, ſed
quare de Elihu dominus mentionem non facit, ad hoc Thomas reſpondet, quod Elihu ex im-
peritia peccauit, Iob autem ex leuitate, amici vero Iob in falſa aſſertione, peruerſa dogmata aſ-
firmando, vt quod Deus non flagellat aliquem niſi pro culpa, & quod grauior pœna non eſt, ni-
ſi pro culpa maiori. Aliam quoque cauſam Thomas tangit, quia videlicet iam ſupra dominus re-
darguit ipſum Elihu, ſimiliter S. Iob. Albertus vero reſpondet, quod ideo, quoniam Elihu no-
ui nil attulit, ſed aliorum poſitiones determinauit, eas planius & particularius proſequẽdo. De-
nique, quia amici Iob non ex malitia peccauerunt, ſed quaſi ex zelo Dei, quamuis indiſcreto,
quia putabant ipſum Iob ſuis verbis diuinæ derogare iuſtitiæ, ideo peccatum eorum remiſsibi-
lius erat. Hinc dominus oſtendit eis remedium contra vulnus peccati quod incurrerunt. [Su-
mite ergo vobis 7. tauros & 7. arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & * offeret holocauſtum pro * offerre
vobis,] quia eius patrocinio indigetis, nec digni eſtis per voſipſos offerre, vel eo indignio-
res ad hoc. Septenarius autem eſt numerus perfectionis & totalitatis, idcirco ad expiationem
grauium delictorum, & ad pœnitentiæ perfectionem hic numerus congruebat. Rurſus per 7.
tauros, ſignatur mactatio ceruicoſæ ſuperbiæ in ſeptem peccatis mortalibus. Per arietes vero qui
cornibus impingunt, proterua & obſtinata falſitatis defenſio, veritatiſque impugnatio, quas o-
portet mactare. Holocauſtum, præterea fuit ſacrificium perfectiſsimum, quod ad diuinæ reue-
rentiam maieſtatis totum comburebatur, ad figurandum quod homo debet ſe totum Deo offer-
re, eiuſque cultui mancipare. [Iob autem ſeruus meus] ſeruitute filialis timoris, orabit pro vo- Eccl. 18.
bis. Multum enim valet oratio iuſti aſsidua, vt dicitur Iacob 5. Et iterum ſcriptum eſt: Oratio iu-
ſti penetrat cælos. [Faciem eius ſuſcipiam.] id eſt, præſentiam eius mihi ab ipſo præſentatam, e-
iuſque mentem ad me erectam, ſeu eius perſonam mihi facialiter apparentem, gratam & acce-
ptam habeo, ipſum pro vobis exaudiendo. [vt non imputetur vobis ſtultitia.] id eſt, peccatum
quod ſtulte commiſiſtis, ſeu dogma veſtrum inſipiens non imponatur vobis à me ad damnatio-
nem animarum veſtrarum. Vel ideo ait, ſtultitia, quia ſecundum Albertum ex ignorantia pec-
cauerunt, propter quod facilius recipiuntur ad veniam. Illa tamen eorum ignorantia non fuit in
toto excuſanda. [Neque enim loquuti eſtis coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob] qui vos iu-
ſte increpauit, & à vobis iniuſte increpatus eſt & grauiter inhonoratus, non tamen à vobis auer-
ſus eſt mente, ſed diligit vos, quemadmodum ante. Idcirco idoneus eſt exorare pro vobis ſuæ
merito perfectionis. [Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naama
thites, & fecerunt ſicut loquutus fuerat ad eos dominus.] ita quod Eliphaz dixit alijs duobus
verba Dei ſibi iniuncta: quo audito, aſſumptis præfatis animalibus, pariter venerunt ad Iob, ab
eo humiliter veniam deprecantes, & vt pro eis offerret & exoraret, inſtanter poſcentes. An vero
quilibet eorum aſſumere iuſſus ſit 7. tauros, totidemque arietes, vel omnes tres ſimul tot anima-
lia ſumere & offerre præcipiebantur, non clare exprimitur. [Et ſuſcepit dominus faciem Iob.] i.
oblationem & precem ipſius pro ſuis amicis, ad quod etiam cooperabatur illorum obedientia,
pœnitentia, humiliatio. [Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille
pro amicis ſuis.] Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primo, quod dominus ab ira ad propitiationẽ
conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, id eſt, * ad pœnitentiam quam pro amicis ſuis aſſumpſit, do- * ob
lendo pro peccatis eorum, ſicque merito huius doloris Deus illis ignouit, ita exponit Albertus.
Secundo, quod conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, qui orando pro amicis, ſimul pro ſeipſo pœ-
nituit atque orauit, idcirco & ei magis benignus effectus eſt Deus. Nam & tanto citius exaudi-
tus eſt pro ſeipſo, quanto deuotius interceſsit pro alijs. Propter quod ait Gregorius: Plus pro ſe Gregorius
valere preces ſuas efficit, qui has & alijs impendit. Libentius quippe ſacrificium orationis ſuſci-
pitur, cum in conſpectu miſericordis iudicis, proximi dilectione conditur: quod tunc veraci-
ter quiſque cumulat, ſi pro aduerſarijs etiam hoc impendat. [Et addidit dominus omnia quæ
fuerunt Iob, duplicia.] id eſt, bona ei ablata reſtituit ei in duplum, reddendo duplicia eadem in
ſpecie, ſicut infra patebit. Per quod intelligitur, quod pro temporali tribulatione & tentatione,
quas patiuntur electi, multo maiora bona diuinitus ſortiuntur, quam ſint corporalia bona quæ
perdunt: quia pro illis ſpiritualia dona adipiſcuntur, & ipſa conſolatio ſequens, frequenter præ-
cedentem afflictionem excedit etiam in præſenti. Hinc Eſai. 54. dominus ait: Ad punctum in
modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis
meæ abſcondi parumper faciem meam à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Se-
cundæ quoque ad Corinth. 1. habetur: Sicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. [Ve-
nerunt autem ad eum omnes fratres ſui & vniuerſæ ſorores ſuæ,] id eſt, omnes cognati & con-
ſanguinei, [& cuncti qui nouerant eum prius] cognitione amicitiæ ſpecialis, videlicet antequam
taliter plagaretur, & in ipſa aduerſitate eum dereliquerunt, ſicut ſuperius dixit: Fratres mei elon- Iob. 6.

Cc gaue-

gauerunt à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me. [& comederunt panem in domo eius cum eo] id eſt, priſtinam amicitiam renouauerunt comedendo cum ipſo, volentes ei congratulari, ſuamque ad eum amicitiam declarare. Per panem autem omnis cibus exprimitur. [Et mouerunt ſuper eum caput] non ex deriſione, ſed admiratione & compaſsione doloris præteriti, vel potius ex congratulatione. Vnde ſuperius Iob dixit ſuis amicis: Vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea: conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput ſuper vos. Hinc ſubditur: [& conſolati ſunt eum ſuper omni malo] pœnali, id eſt, de omni aduerſitate, [quod intulerat dominus ſuper eum] permiſsiue, profitentes, quod non pro ſuis peccatis fuiſſet percuſſus. & quod amici eius ſibi contradicendo erraſſent, ipſeque dominus pro ampliori ſua ſalute eum ita tentaſſet, atque vt ipſe Iob alijs in exemplum conſiſteret. Similis conſolatio legitur facta Tobiæ in libro ipſius. De duplici autem malo ſcriptura præcipue loquitur, ſcilicet, de malo culpæ, quod non eſt à Deo niſi permiſsiue, iuxta illud Eſai. 63. Indurasti corda noſtra ne timeremus te, quod tamen quidam peruerſi imputant Deo, ſecundum illud Pſalm. 20. Quoniam declinauerunt in te mala. Item de malo pœnæ, quod eſt ipſa afflictio, quæ eſt directe à Deo, inquantum eſt aliquid poſitiuum, & culpæ purgatio ſeu vindicta, aut præparamentum ad gratiam pleniorem, ſicut in Iob, de quo malo dicitur Ionæ 4. Miſertus eſt dominus ſuper malitia, quam dixit vt faceret eis, ſcilicet. Niniuitis, & non fecit. [Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam & inaurem auream vnam.] Iſta munuſcula ſibi dederunt vel in releuamen ſuæ inopiæ, quia nondum reſtituta fuerant ei à Deo bona amiſſa, vel in ſignum ſui fauoris atque amoris ad ipſum. Vel etiam in proteſtationem atque indicium ſuæ omnimodæ innocentiæ ac ſimplicitatis, itemque obedientiæ ac ſapientiæ, quæ per inaurem ſignantur. Inauris enim auri appenditur. Obedientia vero eſt, verbis Dei auditis parere, & ſapientia eſt, ea intelligere. [Dominus autem benedixit nouiſsimis Iob,] id eſt, vltimæ eius ætati, ſeu bonis quæ poſtremo poſſedit, [* plus quam principio eius:] id eſt, primæ ætati aut proſperitati, quia in corporalibus ac ſpiritualibus donis amplius ditauit eum poſt ſuam afflictionem, quam ante, immo plus dedit ei quam ipſemet petijt. Superius etenim dixit: Quis mihi det vt ſim iuxta menſes priſtinos? Nunc autem conceſsit ei duplo plura quam ante. Nam ſubditur: [Et facta ſunt ei 14. millia ouium] qui ante habuit ſeptem millia ouium. [& ſex millia camelorum,] ante habuerat tria millia camelorum, [& mille iuga boum.] ante habuit quingenta iuga ſeu paria boum. [et mille aſinæ.] ante habuit aſinas quingētas, quod totum in principio ſcriptum eſt. [Et fuerunt ei ſeptem filij & tres filiæ.] quos omnes poſt afflictionem hanc genuit.

Iob. 16.

Tob. 8.

* magis quàm Iob 29.

Iob. 1.

Circa hoc quæritur, quomodo omnia ſint ei duplicia reddita, cum & ante percuſsionem ſuam totidem filios filiasque habuerit. Et reſpondendum, quod bona eius quæ ei penitus perierunt, reſtituta ſunt dupla. Filij autem & filiæ eius, quantum ad animas, vixerunt & ſuſcitandi ſecum fuerunt. In ſtatu quoque ſalutis obiſſe creduntur, ita quod æternaliter ſecum erant victuri. Idcirco non penitus mortui erant. Vnde in Matthæo Chriſtus allegans Sadducæis illud Exodi, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, adiungit, Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. [Et vocauit nomen vnius,] forte primogenitæ inter tres, Diem,] propter puellæ claritatem & gratioſitatem: [& nomen ſecundæ, Caſia,] propter ipſius ſuauitatem redolentiamque famoſam. Caſia enim eſt ſpecies aromatica. [& nomen tertiæ, Cornuſtibij] propter eminentem pulchritudinem eius, præſertim in oculis, ſecundum Thomam. Stibium quippe vnguentum eſt, ſeu herba, quam mulieres ad decorandam faciem ſuam vtuntur, iuxta illud Ezec. 23. Circumliniſti ſtibio oculos tuos. Et 4. Regum Iezabel depinxit oculos ſuos ſtibio. Hoc autem ſtibium fœminæ ſeruant in cornu, vt habeant illud in promptu cum velint. Sic ergo appellata eſt iſta puella, ad innuendū quod ſtibio non egebat, ſed ſpecioſior fuit dono naturæ, quam cæteræ fiant hac arte. Hinc ſequitur: [Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra.] Vel in vniuerſa terra habitabili huius mundi, vel in vniuerſa terra habitationis Iob, iuxta quemmodum Ioſ. 1. legitur: Dominus dedit vobis requiem & omnem terram. Magis tamen intelligendum videtur primo modo. In hac autem ſpecioſitate intelligenda eſt quoque condecentia morum, & venuſta compoſitio in omni greſſu ac motu membrorum. Nam & per hæc corporalis etiam pulchritudo perficitur. [Deditque eis pater ſuus hæreditatem * in medio fratrum earum.] Hoc enim honore dignæ erant, propter ſpecioſitatem ſuam tam ſpiritualem & corporalem, & quia fratribus ſuis clariſsimæ fuerant, virtutibusque conformes. [Vixit autem Iob poſt hæc] id eſt, poſtquam iſta ei acciderant, [centum quadraginta annis.] Quia enim in corpore grauiſsime fuerat vulneratus, additur ei pro cumulo proſperitatis, longitudo dierum in vita ſana atque iucunda in Deo, quemadmodum legitur de Tobia, quod reliquum temporis eius, ſcilicet quod vixit poſt curationem ſuam ab angelo, fuit in gaudio. Præterea, quamuis Iob corporaliter occiſus non ſuit, quia tamen lœtaliter fuit percuſſus, ita quod ſecundum naturam obiſſet, niſi Deus ſupernaturaliter affuiſſet: hinc duplicata vitæ humanæ duratio, ei conceſſa eſt, ſicut & cætera

Mat. 22.

Exod. 3.

4. Reg. 9.

* inter fratres.

Tob. 10.

tera

tera ei ſunt dupliciter reſtituta. Scriptum eſt enim: Dies annorum noſtrorum, in ipſis 70. anni. Centum autem & quadraginta, faciunt bis ſeptuaginta. [Et vidit filios ſuos & filios filiorũ ſuorum] forte & filiarum, [vſque ad quartam generationem.] Idem legitur de Tobia, qui tamen poſt ſuam curationem non vixit niſi 40. annis ſed in ſua curatione filius ſuus iam extitit vxoratus. Vnde apparet, quod filij Iob ſatis maturæ ætatis fuerunt antequam generauerunt. Alioquin poterat vſque octauam generationem poſteros ſuos vidiſſe. Credendum eſt equidem, quod filij & nepotes ipſius, virtutes B. Iob ſint ſecuti, nec voluptatis amore contrahere matrimonium accelerauerunt. Porro, an filios iſtos ſeptem & ſorores eorum ex prima coniuge generauerit, an ſcilicet, illa in vitam tam diu permanſerit, non certum habetur. Forte enim ob ſua peccata ſublata eſt, nec digna fuit particeps eſſe proſperitatis ſui mariti tam ſancti, ad quem in aduerſitate ſua tam peruerſe ſe habuit. Conueniens demum fuit, pro tempore legis naturæ & ſcriptæ, vt B. Iob poſt ſuam percuſsionem tanta proſperitate donaretur. Nam & tunc bona temporalia Dei famulis promittebantur, vt homines rudes per talia ad Dei obſequium ſpiritualiumq́ue amorem traherentur donorum, & ex conſideratione proſperitatis Iob, perpenderent quam vtile eſſet Deo fideliter etiam in aduerſis omnibus adhærere. [Et poſt hæc mortuus eſt ſenex] ſenectute mentis & corporis. Neſcitur tamen quam ſenex, niſi legatur ſeu audiatur, quot annorum fuit quando percuſſus eſt, & quam diu ſua plaga durauit, quemadmodum de Tobia habetur, quod ſex annis extitit cæcus. [& plenus dierum] id eſt, repletus actibus virtuoſis, quos diuturno quo vixit, tempore fecit. In ſcripturis enim per plenitudinem temporis, ſpiritualium bonorum abundantia exprimi ſolet. Vnde de ſanctis patriarchis in Geneſi ſimiliter legitur, quod pleni dierum defuncti ſunt. Hinc dicit Ambroſius: Plenitudinem vitæ iuſta habet, inanes autem ſunt dies malorum. Nihilominus hoc loco per plenitudinem dierum, etiam temporalium abundantia & incolumitas corporis denotantur, videlicet affluentia bonorum fortunæ, quia propter illorum defectum ſuperius dixit: Ego habui menſes vacuos, præſertim quia his corporalibus bonis ordinatiſsime vſus eſt per relationem eorum ad ſpiritualia dona beatitudinemq́ue æternam, immo ad ſummum, immenſum & incommutabile bonum, quod eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

Pſalm 89. Tob. 12. Gen 25. 49 Ambroſius Iob. 7.

Sequitur tractatulus de cauſa diuerſitatis euentuum humanorum.

D. DIONYSII CARTHVSIANI TRACTATVLVS DE CAVSA DIVERSITATIS euentuum humanorum, ad inſtantiam reuerendiſsimi D. Cardinalis de Cuſa editus.

PROOEMIVM.

QVAESTIO paruitati meæ ab excellentia veſtra, o Reuerende præceptor,
prædilectiſsime pater, ac literatiſsime doctor, propoſita, hæc eſt Ecce cum
videamus iuſtos tormenta pati, & qui bene egerunt, finaliter deficere, ma-
los autem ſæpe optime mori, cui hæc varia terminatio cauſam dedit? Non
Deus iuſtus, à quo non niſi iuſtum: nec fatalis influentia, quæ noſtris acti-
bus non damnatur. Ad hunc finem moueo quæſtionem, vt intelligã librum
Iob, & ea quę veteres de fortuna ab aſtris dependente tractarunt. Quanquã
ad huius quæſtionis profundæ atque fœcundæ ſolutionem magiſtralem &
plenam, perſonam veſtram eximiam ac famoſam me ipſo rite rear longe magis idoneam, verun-
tamen ne damnationi veſtræ pijſsimæ videar non protinus, vt decet, obtemperaſſe, conabor pro
1. Reg. 2. viribus quantum Deus ſcientiarum dominus dederit, reſpondere, præſertim quia (vt Petrus Al-
phonſi in libro ſuo clericali teſtatur) dum perſona multum excellens inuitat, poſtulat, aut requi-
Gen. 18. rit, mox acquieſcere par eſt: Et ponit exemplum de angelis, qui ab Abraham patriarcha inuita-
Gen. 19. ti, ſtatim acquierũt. Porro inuitati à Loth, primo renuerunt, dicẽtes: Nequaquã, ſed in platea ma-
nebimus. Itaq; de quęſtine propoſita, id in primis cũmemoro, ꝙ quãuis, quantũ ad formã verbo-
rũ, clariſsime nota ſit, tamẽ quoad ſignificationẽ, intelligentiãq; incluſam, non mediocriter intri-
cata conſiſtit, eo quod clauſulæ eius multipliciter queant intelligi. Idcirco ſingulæ quæſtionis
huius particulæ, ſingulatim ſunt pertractandæ, & quemadmodum varium pariant intellectum
quædam earum, eſt demonſtrandum. Præterea prima particula, vtpote, cum videamus iuſtos tor-
menta pati, planum & vnicum continet ſenſum: quo circa nihilominus quæſtio, admiratioq; cõ-
ſurgit, & oritur difficultas, ſi quis clauſulã iſtam amplietac dilatet. Etenim iuſtorum diuerſi ſunt
gradus, iuxta differentias meritorum. Nempe nonnulli ſunt viri heroici & perfecti, quorum rur-
ſus diſtinctio conſpicitur gradualis, quibuſdam exiſtentibus multũ ſanctis, quales fuerunt Mar-
Apoc. 3. tinus, Bernardus, Franciſcus: alijs vero non adeo ſanctis, cæteris autem nondum perfectis. Qui
Gen 19. tamen iuſti vocantur, in quã charitate & gratia, habituque iuſtitię decorantur, diuina obſeruan-
Exo. 12 14. tes pręcepta, quæ proprie de actibus dantur iuſtitiæ. Conformiter tormentorum vitæ præſentis
4 Reg 19. diuerſa ſunt genera, ſed & gradus multiplices: poteſtque tormentorum horum diuerſitas atten-
Iob. 1, 2. di, vno quidem modo ex parte cauſæ: Nam quædam inferuntur à Deo, qui, quos amat, arguit &
caſtigat. Qui tamen per ſubiectam hoc ſolet agere creaturam, & interdum quidem per angelos
bonos, quorum miniſterio ſubuertit Pẽtapolim, occidit Aegyptios, percuſsit Aſſyrios: interdum
per angelos malos, per quorum vnum percuſſus eſt. S. Iob. Iterum tormenta nũc ab inuiſibilibus,
nunc à viſibilibus hoſtibus infliguntur. Sæpe quoque ex naturalibus cauſis, ſiue intrinſecis, ſiue
extrinſecis. Aliquando demum fortuito ſeu caſualiter videntur contingere, quanquam per com
parationem ad certum & infallibilem prouidentiæ diuinæ proſpectum, certus ſit ordo cauſarum
niſque caſuale aut fortuitum cenſeatur ſicut catholice docet Boethius. Itaque cum culpæ debea-
tur pœna, non mirum eſt, ſi iuſti nondum perfecti, mediocria nonnunquam patiantur tormenta:
quippe qui quotidie in venialibus multipliciter corruentes, nec per charitatis ardorem ea ſuffi-
cienter delentes, quotidianis egent remedijs ſ. increpationibus & tormentis quibus purgentur.
Quòd ſi mediocriter ſancti, mediocres ſuſtineant cruciatus, non multum videbitur mirum: nam
& ipſi in venialia ſæpe labuntur. At vero nec hoc admirationem ſortitur ingentem, ſi & multum
Eccl. 7. ſancti, paruis vel mediocribus afficiantur flagellis, cum (Salomone teſtante) non ſit homo ſuper
Prou. 24. teram qui faciat bonum, & non peccet, iuſtusq; in die ſepties cadat. Sed dum eminenter iuſti &
ſancti diuturnis & maximis affliguntur aduerſis, atq; ab impijs opprimuntur, tentationibusque
vexantur, admiratio oritur maior. Siquidem quo in eis minorem obtinet culpa locum, eo & pœ-
na præcipue magna eis minus videtur congruere. Vnde in hoc caſu quæſtionis propoſitæ clauſu
la prima, à veſtri profunditate ingenij ſtudioſiſsime ac circunſpectiſsime domine pater intelle-
cta videtur atque intenta: ad quam, Deo agente, reſpondebitur infra.

De expoſitione ſecunda clauſula quæſtionis inducta. Art. I.

ET eos qui bene egerunt, videamus finaliter deficere.] Huic verbo obuiare videtur illud
Pſalm. 36. Non vidi iuſtum derelictum. Itemq; Pſal. 36. Iuſti autem hæreditabunt terrã, & In-
habitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Illud quoq; Iob. 4. Recordare obſecro, quando re-
Ioan. 5. cti deleti ſunt? Denique ait & Saluator: Procedent, qui bona egerunt, in vitam æternam. Quomo
do ergo

egerunt, finaliter deficere aſſeruntur, potiſsimum proteſtante de bene agente Pſalm. 36. Cum
ceciderit, non collidetur? Nihilominus prædnɖto verbo conſonare videtur illud Eſai.57. Iu-
ſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ tolluntur, & non eſt qui in-
telligat. Amplius, quoſdam ad tempus bene ac meritorie agere, nec perſeuerare, ſed miſerabili-
ter finaliterque deficere, quis ignoret? De quibus & Petrus ait: Melius illis erat non cognoſcere 2. Pet 2.
viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum reuerti. Itaque clauſula iſta multipliciter poteſt
intelligi. Primo ſic: Eos qui bene egerunt ad tempus, videamus finaliter deficere, id eſt, à cœpto
ſalutis itinere deficiendo, perire & condemnari. Propter quod monet Apoſtolus: Qui ſtat, vide- 1. Cor 10.
at ne cadat. Hinc (teſte ſcriptura) Sapiens in omnibus metuit. Et: Beatus homo qui ſemper eſt Eccl.18. Prou 28.
pauidus. Secundo ſic: Videmus eos qui bene egerunt perſeueranter, finaliter deficere, id eſt, in
hac vita vſque ad finem aduerſitatibus affici, ab impijs opprimi, & in perſequutionibus mori,
quemadmodum Chriſtus ſuis prædixit diſcipulis: Trademini à parentibus & cognatis & amicis, Lucæ 21.
& morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Tertio ſic:
Videmus eos qui bene egerunt, finaliter deficere, quia aliquando contingit perſequutionem
propter iuſtitiam patientes, acerbitati pœnarum ſuccumbere, quo contra S. Iob 27. dixit: Do-
nec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Hinc Paulus Ephe.3. Obſecro, inquit, ne deficia- *meis.
tis in tribulationibus * iſtis. Itaque iuxta hunc varium huius particulæ ſenſum, diuerſæ & con-
gruæ, Deo agente, infra dabuntur ſolutiones ad eam.

De ſenſibus particulæ tertiæ *Art.* *II.*

MAlos autem videamus ſæpe optime mori.] Huic itidem verbo contrariari videtur illud
Pſal.33. Mors peccatorum peſsima. Et quod loquitur Chriſtus: Qui vero mala egerunt, Ioan. 5.
procedent in ignem æternum. Vnde Iob 4. aſſeritur: Vidi iniquos Deo flante periſſe. Iob
quoque 8. Deus non porriget manum malignis. Attamen verbo prætacto conſonare cernitur il-
lud Apoſtoli Rom.5. Vbi abundauit iniquitas, abundauit & gratia. Talibus denuo Epheſ.5. ſcri-
bens: Fuiſtis, ait, aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Itaq; verbum iſtud, ſicut præce-
dens, varie accipi poteſt. Primo, de malis in malitia finaliter perſeuerantibus, qui optime aliquã-
do mori dicuntur, quia in opulentia temporali, & conſolatione amicorum ac propinquorũ mul-
tiplici, atque ſæpiſsime leui quodammodo morte decedunt, quemadmodum in Iob libro de im- Iob. 21.
pio legitur: Iſte moritur robuſtus & ſanus, diues & felix, viſcera eius plena ſunt adipe. Secundo
accipi poteſt de malis conuerſis, qui licet ad tempus ſint vitioſi, tamen cõuerſi, dignos agunt pœ- Mat. 3. 4.
nitentiæ fructus, & perſeuerantes in bonis, optime moriuntur. Iuxta hanc ſenſus varietatem, po-
netur infra proportionata clauſulæ huius ſolutio.

De intellectu clauſulæ quartæ. *Art.* *III.*

CVi hæc varia terminatio cauſam dedit?] Hoc à contrario intelligendũ arbitror ſenſu, quẽ-
admodum illud Aeſopi, Sufflauit fiſtula buccas? Eſtque figuratiua loquutio, vt ſit ſenſus:
Quis dedit cauſam huic variæ terminationi? Id eſt, Quis eſt cauſa tam diuerſæ finitionis Aeſopi fabella.
ſeu finalis euentus, concluſioniſque hominum? Deinde difficultando materiam, arguitis, ꝙ non
Deus, qui cum ſit iuſtus, nil agit iniuſtum: nec fatalis influentia, quæ actibus non dãnatur huma- Pſalm. 12.
nis, quos conſtat ex libero manare arbitrio. Poſtremo tangitis atque tangendo ſupponitis, quod
fortuna ab aſtris dependeat: quod vtrum & qualiter verum ſit, & quomodo ab influxu cæleſti aut Eccl. 1.
fatali varietas oriatur præfata, qualiter quoque à Deo cauſetur, infra prout fons ſapiẽtiæ verbum
Dei in excelſis præſtiterit, oſtendetur.

*Quod de temporali proſperitate prauorum, & multiplici tribulatione iuſtorum, ſancti in ſcripturis ca-
nonicis frequenter per modum vehementer mirantium ſunt loquuti.* *Art.* *IIII.*

HIeremias in libro viſionum ſuarum ait: Iuſtus quidem es tu domine, ſi diſputem tecum. Ve- Hier. 12.
runtamẽ iuſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus qui præ-
uaricantur? Plantaſti eos, & proficiunt. Sic & Abac.1. loquitur Deo: Quare non reſpicis cõ-
temptores, & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? Propter hoc lacerata eſt lex. Quia impius præ-
ualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum. Denique, quaſi quodammodo
ſtomachans contra Deum, Mũdi (inquit) ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad ini-
quitatem non potes. Quare non reſpicis ſuper inique agentes, & taces deuorante impio iuſtio- Abac 1.
rem ſe? Præterea de hoc ſubtiliſsime atque pulcherrime concionatur, diſputatque Pſalmus cu-
ius exordium eſt: Quam bonus Iſrael Deus. Mei autem, inquiens, pene moti ſunt pe- Pſalm. 72.
des, pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Ibid.
Et iterum Pſalm.72. Ecce ipſi peccatores, & abundãtes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Et dixit:

Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? Deinde ad oppoſitú
arguens, addit: Si dicebam, narrabo ſic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Mirabile nã-
que videtur, quod omnipotens, iuſtus ac ſapientiſsimus Deus, iſta in ſuo permittit fieri regno.
Cum ipſe ſit incomparabiliter ſapientior, iuſtior, atque potentior omni humano iudice ac recto-
re, regimen eius ordinatius, perfectiusque conſiſtere debet omni humano regimine. Pro-
pter quod fertur in lib. de cauſis, quod cauſa prima regit res per finem decoris, id eſt, cũ ſummo
decore. Cum ergo in humano regimine valde ſit indecens & iniuſtum, ſi boni & ſimplices à peſsi
mis opprimantur, ſi iniuſti & ſtolidi præeſſe ſinantur, ſi prauiſsimis & reip. hoſtibus proſpera con
donentur, virtuoſis autem & optimis infligantur tormenta: multo indecentius iniuſtiusque eſt,
ſi Deus in ſuo iſta efficit regno, aut certe permittit in eo, præſertim cum ſolo imperio ea queat
prohibere ac tollere. Inſuper duobus modis tollitur malum, vcz per anticipationem, ne veniat: &
per correctionem, poſtquam venit: eſtq; perfectius, per anticipationem quam per correctionem
tollere malum: ergo Deo excellentiſsimo regi competit per anticipationem omne malum auſer
re de medio. Non igitur prænducta mala in ſuo (vt videtur) regno deberet permittere euenire.
Sed reſpondendum, quod gubernatio omnipotentis ac ſuperſapientiſsimi Dei, qua mundum
hominesque gubernat, vtiq; ordinata, iuſta, pulcherrimaque eſt, nec regimen humanum illã po-
teſt imitari perfecte. Deo quippe competit, quæ creauit ſic regere, vt ea ſinat proprios agere mo-
tus & proſequi actus. Vnde vnumquodq; ſecundum ipſius naturam, qualitatem & capacitatem
Sap. 8. gubernat. Quapropter increata ſapiẽtia dicitur attingere à fine vſque ad finem fortiter, & diſpo-
nere cuncta ſuauiter. Cum ergo ſit homo arbitrij liberi, nequaquã congruit Deo, vt hominem ad
bona neceſsitet ſeu compellat, ſed dirigat & inclinet. Hinc non competit creatori ſecundum ex-
tremum ſuæ omnipotentiæ gubernare creata: ſic enim nullum creatum eius motioni & guberna-
tioni reſiſtere poſſet, vnde nec aliquis mereretur. Prẹterea cum ſupergloriosiſsimus Deus ſit om-
niũ rerum vltimus finis, vniuerſalisq; rector vniuerſorum, ſpectat ad eum res ita creare ac regere
vt in earum productione, conſiſtentia atq; regimine, ſuiipſius perfectio, omnipotentia, libertas,
ſapientia, miſericordia, iuſtitiaq; reſplendeant. Propter quod ait ſcriptura: Omnia propter ſei-
Prou.16. pſum operatus eſt dominus. Et: Fecit Deus opera ſua vt timeatur. Ex creaturarum enim conſide-
Eccl. 3. ratione pateſcit, quam metuendus, quam diligendus, quam incomparabiliter glorioſus ſit Deus.
Ideo Eſai. 40. dicitur: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. Ob cauſam
quoque prætactam competit Deo, intendere & procurare bonum vniuerſi, & bonum commune
magis quam bonum vnius aut bonum particulare. Porro, ex hoc quod Deus homines ſic guber
nat, quod nullum neceſsitat, omnesque taliter regit, quod quoſdam miſericorditer allicit, perdu
cit & ſaluat, alios autem propter eorum demerita deſerit & condemnat, diuinæ maieſtatis pietas
& iuſtitia præcipue innoteſcunt, & in rebus relucent. Rurſus in hoc ꝙ Deus reprobis & peruerſis
terrena & temporalia elargitur, electis vero & iuſtis ſpiritalia ac æternalia impartitur, ſapientia,
benignitas atq; iuſtitia eius ſublimiter præſentantur, quemadmodum cernimus ꝙ prudens pater
Pſalm.33. familias filio dyſcolo tribuit ſubſtantiam viliorem, obedienti præſtantiorem. Adhuc autẽ, in hoc
ꝙ Deus permittit electos & iuſtos à reprobis tribulari, & virtuoſis electis varias aduerſitates im
mittit, reſplendet ſapiẽtia & miſericordia eius, quia tot bona ſcit ex malis elicere, & electos in vi-
ta hac purgat, eiſq; innumerabiles atq; ineffabiles cõmoditates per aduerſa procurat. In hoc quo
que ꝙ Deus inter homines ita diſcernit quoſdam ſaluando, alios relinquendo, & inter electos
vni præ alio tot gratiæ dona in præſenti, tantaq; gloriæ bona in patria conferendo, ſimiliter inter
reprobos vnum plus alio tam horribiliter deſerendo, atq; tã varie in hominibus operando, hunc
in pueritia, illum in adoleſcentia, alium in iuuentute, quoſdam in ſenectute conuertẽdo, aliquos
quoque dudum conuerſos tandem relinquendo, nonnullos nunquam ad fidem & gratiã perdu-
cendo: in his inquam atq; ſimilibus relucet omnipotentis libertas & incomprẹhenſibilitas iudi-
ciorum ipſius, terribilitas quoq; diuinæ iuſtitię, & imperſcrutabilitas ſapientię rectoris altiſsimi.
Rom. 11. Deniq; ſancti prophetę, quorum verba in principio huius articuli ſunt inducta, hæc omnia, Deo
illuſtrante, nouerunt: Idcirco (vt ſancti doctores fatentur) prẹallegata verba loquuti ſunt potius
Hiere. 12. in perſona infirmorum, imperfectis morem gerentes, quam propria in perſona, niſi forſan ad in-
Abacuc. 1. ſinuandum diſpoſitionem animarum ſuarum, quantum ad partem earum inferiorem ac ſenſiti-
Iob. 3. uam, ſenſibili & naturali quodam dolore repletam, iuxta quem modum (vt Thomas exponit)
Hiere.20. Iob & Hieremias diei ſuæ natiuitatis maledixerunt, iuxta quem etiam modum Chriſtus orauit,
Matt. 26. calicem ſibi auferri. *Cur Deus iuſtos in hac vita tam multipliciter tribulet & flagellet.* *Art. V.*
Marc.14. IAm prima propoſitæ quæſtionis particula eſt ſoluenda, videlicet quis cauſa ſit, & quæ ſit ratio,
quod iuſti tot tormenta, tot aduerſitates, tentationes & perſequutiones ſuſtinent in hac vita?
Ad quod ex ſcriptura veritatis, copioſa & euidens eluceſcit reſponſio. Veruntamen intuen-
dum, quod licet nonnulli multiplicem mali diuiſionem aſsignent, vcz malum culpæ, malum pœ-
næ, malum naturæ, malum fortunæ, communiter tamen ponitur bimembris diuiſio mali, vtpote

malum culpæ & malum pœnæ. Nam malum naturæ, vt monſtruoſitas, malum quoque fortunæ,
ad diſfortunium, ad malum pœnæ reduci noſcuntur. Dicunt ergo doctores, quod malum culpæ
à Deo ſit permiſsiue, & Deo aſſeribitur, quia ſine eius gratia non vitatur, neque oppoſitum bo- Exo. 4. 7. 10. 11. 12.
num peragitur. Iuxta quem modum (iuxta philoſophum) ſol ſuo receſſu eſt cauſa corruptionis Deut. 2.
& infrigidationis. Hinc in Exodo Deus toties loquitur: Ego indurabo cor Pharaonis. In Deut. Num. 21.
quoque Moſes proteſtatur: Noluit Seon rex Eſebon tranſitum dare filijs Iſrael, quia indurauit Eſai. 63.
dominus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius. Porro Eſaias in lib. ſuarum viſionum apertiſsi
me loquitur Deo: Quare errare nos feciſti de vijs tuis, induraſti corda noſtra, ne timeremus te? 2. Reg. 12.
Atque Pſal. 43. Declinaſti ſemitas noſtras à via tua. Poſtremo ipſemet Deus horum ſe perhibet
cauſam malorum, vt enim 2. Reg. lib. ſcribitur, cum Dauid cum vxore peccaſſet Vriæ, Deus per
Nathan ei prædixit: Ecce ego tollam vxores tuas, & dabo eas proximo tuo, & dormiet cum eis. 2. Reg. 16.
Tu feciſti occulte, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu populi huius, & in conſpectu ſo
lis. Hoc autem completum fuit, dum Abſalon ad patris ſui vxores manifeſte ingreſſus eſt. Sed
forſan quis dicet: Quid ergo Abſalon forefecit, quia quod Deus ſe facturũ prædixit, impleuit?
Sed plana eſt ſolutio, ſi dicamus quod Deus malorum illorum non niſi permiſsiue fuit cauſa; Iu
ſto enim iudicio gratiam prauis aufert, & eos in diuerſa labi ſinit facinora. Sed tunc fortius obij
ci poteſt, probando quod malorum culpæ etiam effectiua Deus ſit cauſa. Siquidem omne eſſe,
à primo ente efficientialiter profluit: omnis quoque actio à primo agente efficienter, principa-
literque procedit, ſicut & primum libri de Cauſis aſſerit theorema: Omnis cauſa prima, plus
agit & influit quam cauſa ſecunda. Cum ergo peccata commiſsionis ſint actus reales, quia &
realem ſortiuntur effectum, videtur ꝙ eorum effectiua Deus ſit cauſa. Preterea dans complemẽ
tum operi, cooperatur agenti: ſed illicitiſsimis carnalibus copulis complemẽtum Deus largitur,
(videmus equidem ꝙ ex adulterinis, fornicarijs, & inceſtuoſis cõplexibus fœtus gignũtur, quo-
rum animæ à Deo creantur) ergo tam vitioſe ſe commiſcentibus Deus cooperatur, taliumq; de-
teſtabilium actuum cauſa effectiua conuincitur. Et reſpondendum, ꝙ in peccato commiſsionis
duo penſantur, ſubſtantia actus, & deformitas eius. Dicunt ergo doctores, ꝙ quantum ad ſubſtã
tiam actus, mala huiuſmodi à Deo ſunt effectiue: ſed quo ad deformitatem, ab ipſo ſunt permiſ-
ſiue, atq; à voluntate creata & defectiua directe & proprie: Simili modo vitioſæ commixtiones
prætactæ, in quantum ſunt quædam naturales operationes partis vegetatiuæ, à Deo ſunt effecti-
ue, & ſic Deus eis tribuit complementum, formam ſubſtantialem inducens, vcz animam crean- Eſai. 53.
do infundens: in quantum vero ſunt vitioſæ, ſunt ab inordinata & impia hominis voluntate. Ex
his alterius quoq; ſatis difficilis patet ſolutio quæſtionis. Etenim per Eſaiam Deus pater ait de
vnigenito filio ſuo, propter nos incarnato & paſſo: Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Et i-
terum ibidem habetur: Deus voluit eum conterere in infirmitate. Vnde Pſal. 68. patri loquitur
Chriſtus: Quẽ tu percuſsiſti, perſequuti ſunt. Et denuo Pſal. 87. Super me (inquit) confirmatus
eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. His concordat quod in Actis Petrus pro Act. 3.
fatur apoſtolus: Deus qui prenunciauit per os omniũ ꝓphetarum pati Chriſtũ ſuũ, impleuit ſic. Act. 2.
Rurſusq;, apertius & mirabilius loquens, ait Iudæis: Chriſtum, definito conſilio & præſcientia Rom. 8.
Dei traditum, interemiſtis. Sed & Paulus diſſeruit: Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro Act. 2.
omnibus nobis tradidit illum. Itaq; ſi Deus pater definito conſilio tradidit Chriſtũ, ſi eum per- Eſai. 53.
cuſsit, pati moriq; voluit, & quod de eius paſsione prenũciauit, impleuit: quid peccauit Iudas, q Act. 3.
tradidit illũ? quid Iudæi, qui eius mortẽ ꝓcurauerũt? quid milites præſidis, qui eũ tot affecerunt Mat. 26. Ioan. 18.
tormẽtis, tãq; crudeliter peremerũt? Nõne manũ percutiẽtis Dei adiuuiſſe videntur, eiuſq; volũ Luc. 23.
tati ſubminiſtraſſe? Sed ex dictis innoteſcit ſolutio, quoniã actuũ illorũ quibus formaliter ſcele-
ratiſsimi illi Chriſtũ tã impie tractanerũt & afflixerunt, paſsionũ quoq; Chriſto inde illatarum,
Deus quantũ ad actus & paſsiõis ſubſtãtiã, nõ quantũ ad deformitatẽ culpabilẽ, fuit cauſa. Deni
q; ꝙ Deus pater Chriſtũ pati voluit pijſsima volũtate, paterna charitate & optimo fine, Iudæi & Eſai. 53.
miniſtri Pilati fecerũt volũtate prauiſsima & ex rãcore ac peſsimo fine. Præterea triplici ratione
pater filiũ ſuũ tradidiſſe, percuſsiſſeq; dicitur. Primo, quoniã hæc permiſit. Secũdo, quia animæ Rom. 5. 8.
Chriſti voluntatẽ inſpirauit, qua ſpõte ꝓ hominibus Chriſtus tradi voluit & occidi. Tertio, quia
per Chriſti traditionẽ & crucifixionẽ humanũ liberare genus decreuit. Omnipotens nanq; & ſu
perſapiẽtiſsimus Deus, impijſsimis hominim volũtatibus ſcit vti ad optima, & ex peſsimis opti
ma multa elicere, vt in perſequntoribus atq; martyribus facile eſt pẽſare. Inſuper ex inductis, al-
terius quoque intricati patet ſolutio dubij. Vt enim 2. Reg. lib. legitur, cum fugeret Dauid à fa- 2. Reg. 16.
cie Abſolon filij ſui, occurrẽs, Semei, maledixit regi Dauid maledictione peſsima, dicẽs: Egre-
dere vir ſanguinũ & vir Belial. Cumq; iniuriã regis vlciſci vellet Abiſai, ait rex: Dimittite eum vt
maledicat mihi. Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. Et quis eſt qui audeat dicere
quare ſic fecerit? Quocirca inquiritur, an Semei, ſic maledicendo regi, peccauit. Si ſic ergo Deus
præcepit peccatũ, & fuit directe cauſa peccati: ꝙ implicat, cũ Deus glorioſus & ſanctus, ſit prima

rectitudinis regula, veritatis atque virtutis menſura. Si non, ergo Dauid in extremis agens, iniu-
3. Reg 2. ſte filio ſuo Salomoni præcepit occidere Semei iſtum, dicendo: Habes apud te Semei qui male-
dixit mihi maledictione peſsima. Tu ergo noli pati eum eſſe innoxium, deduceſque canos eius
cum ſanguine ad inferos. Hoc tamen S. Dauid, tanquam iudex ipſius Semei, iuſte commiſit filio
ſuo, velut ſucceſsori præſidentiæ ſuæ regalis, (vt expoſitores fatentur) quanquam circa huius ſo-
lutionem quæſiti poſſent quam plura induci, virtualiter tamẽ ſolutum eſt. Nempe Dauid tanquã
vir perſpicaciſsimus, cernens virum illum iniquum, inermen, & ſolum, ſibi tot ſtrenuiſsimis pug-
natoribus circundato, ita intrepide & diutine maledicentem, conſiderauit quod nõ humano tã-
tum inſtinctu idipſum agebat, ſed Deo (vt aliqui dicunt) ſpecialiter ibi agente. Et hoc Dauid vo-
cauit Dei pręceptũ. Semei tamẽ peccauit, quoniã volũtate hoc egit peruerſa. Ad peccatũ nanque
plura concurrunt, videlicet liberum arbitrium, & motus ipſius in conſentiendo. Vſus quoq; ipſi-
2. Reg. 16. us in mouendo potentias exequutiuas ad actum, & omnia iſta à Deo ſunt, qui eſt author naturæ
& operationum eiuſdem. Deformitas quoque ad rationem peccati completiue, formaliterque
concurrit, quę non ad Deum, ſed in liberi defectibilitatẽ arbitrij, ſicut in cauſam reducitur, quẽ-
admodum in claudicatione, progreſsio & quicquid in ea eſt ambulationis, ad vim motiuam re-
ducitur vt in cauſam: ambulationis autem defectus, in tibiæ reducitur curuitatem. Adhuc autem
Abdiæ. 1 ſuper illud Abdiæ, Legatum ad gentes miſit, aliqui per legatum intelligunt diuinum inſtinctum,
qui aduerſarios Idumæorum inſtigauit ad impugnandum eos. Et hoc Deus recta intentione &
Ezech. 29. iuſta fecit ex cauſa, quamuis illi praua intentione id fuerint exequuti. Vnde ad Ezechielem pro-
Ibid. phetam loquitur Deus: Fili hominis, Nabuchodonoſor laborare fecit exercitum ſuũ labore mag
no aduerſus Tyrum, & merces non eſt reddita ei pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eam.
Et ibi deinceps prædicit, quod daturus ſit regem Aegypti in manus Nabuchodonoſor regis, pro
Ezech 29. præfatæ pręmio ſeruitutis. Similiter populum Iudæorum dedit Deus manibus Chaldæorũ pro-
4 Reg 25. pter ipſorum peccata: quoniam tamen Chaldæi per nimiam crudelitatem & impiam intentio-
Hier 51. 52. nem exceſſerunt, exequendo quod voluit Deus, ipſemet Deus per Hieremiam Chaldæos à Per-
Eſai. 10. ſis & Medis prædixit vaſtandos. Hinc quoque de rege Aſſyriorum per Eſaiam loquitur Deus ex-
celſus & iuſtus: Væ Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe eſt. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, ſed
ad conterendum erit cor eius. Et in his patet ſubtilitas prouidentiæ Dei, profunditas quoq; & æ-
Abdiæ. 1. quitas iudiciorum altiſsimi, vnum per alium punientis. De qua re ſuper Danielem, alioſque pro
phetas Hieron. Haymo, Beda & cæteri plura conſcribunt. Poſtremo ſuper verbum Abdiæ præta-
ctum, aliqui per legatum intelligunt angelum, quod verum opinor, ſiue de angelo bono, ſiue de
malo dictum ſit angelo. Inquantum enim Idumæi per ſua facinora meruerunt hoſtibus tradi, at-
que in quantum Deus præordinauit eos per Chaldæos punire, ſic angelus bonus contra Idumæ-
os inſtigauit Chaldæos: ſed inquantum Chaldæi crudeli peruerſoque animo id egerunt, ab ange
lo malo incitabantur.

Quod Deus eſt cauſa malorum pœnalium & tormentorum quæ accidunt iniuſtis. *Art. VI.*

HVcuſque oſtenſum eſt, quomodo mala culpæ à Deo ſint, iam de malis pœnæ fari oportet. Talium autem malorum, ſecundum doctores concorditer, Deus eſt proprie cauſa, immo principalis primaq́, cauſa, ſaltem inquantum ſunt pœnæ. Vnde per Eſa. 45. loquitur Deus: Ego dominus & non eſt alter, formas lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.
Ioen. 3. Apud Hier. quoq; 18. Si pœnitentiam egerit gens illa, agã, & ego pœnitentiam ſuper malo quod
cogitaui vt facerem ei. In Iona quoq; propheta ſcriptum eſt: Miſertus eſt Deus ſuper malitia quã
loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Sed & Amos 3. ait: Si erit malũ in ciuitate quod domi-
nus non fecit? Præterea conſiderandum, quod malorum pœnalium quædam ſunt poſitiua, vt pœnæ
ſenſibiles: quædam priuatiua, vt cæcitas: & vtraq; ſecundum ſcripturas à Deo ſunt, ſed modo di-
uerſo: Quoniam malorũ poſitiuorũ, cauſa effectiua vel prima vel proxima, Deus aſſeritur: Malo-
rum vero priuatiuorum eſt cauſa, non influendo bona oppoſita. Vnde damnatorum duplex po-
Ioan. 9. nitur pœna, videlicet damni & ſenſus. Et Chriſtus teſtatur de cæco nato: Neque hic peccauit, ne-
que parentes eius vt cæcus naſceretur. Vbi inſinuat, quod ex diuina prouidentia contingit cæci-
tas cæco illi ad gloriam Dei, vt infra clarebit. Si autem obijciatur illud Sap. 1. Deus mortem non
Sap. 1. fecit: dicendum, quod mors, vt eſt priuatio quædam, cauſam effectiuam directe nõ habet. Deus
quoque prima & principali intentione mortem homini non inflixit, (creauit enim vt eſſent om-
nia) ſed propter hominis culpam mortem inflixit vt debitam pœnam, quaſi aliunde inductus ad
Eſai. 28. hoc, ſicut & cæteras pœnalitates immittit. Quod (vt Eſaias diſſeruit) eſt opus alienũ & peregrinũ
ab eo, cui ꝓpriũ eſt miſereri ſemper & parcere, quoniã ex ꝓpria ei id competit bonitate & pieta-
te. Idcirco Sap. 2. habetur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Itaq; malorũ pœna-
lium poſitiuorum Deus cauſa eſt effectiua, principalis, prima & ſumma. Dum tamen talia homi-
ni pro ſuis ingeruntur peccatis, voluntas humana eſt eorum meritoria cauſa. Diabolus vero
cauſa

cauſa eſt perſuaſiua, ſuis tentationibus inclinando ad vitia, & nonnunquam eſt cauſa talium exe-
quutiua, tanquam diuinæ inſtrumentum iuſtitiæ, iuxta illud Iob 40. Qui fecit illum, applicabit
gladium eius. Quocirca penſandum, quia vt ſuper illud Iob 1. Fuit poſſeſsio eius ſeptem millia
ouium, Thomas ſcribit: Ex prima Dei intentione iuſtis ſemper bona tribuuntur à Deo, non ſo-
lum ſpiritualia, ſed temporalia quoque: ſed quod iuſti aduerſitatibus quandoque premuntur, ob Gen. 2.
aliquam ſpecialem accidit cauſam. Vnde & à principio ſic inſtitutus fuit homo, quod nullis ad-
uerſitatibus ſubiaceret, ſi in innocentia permanſiſſet, qua amiſſa, diuerſis ex cauſis inflicta ſunt
homini à Deo aduerſa. Inſuper quomodo vnus & idem effectus per comparationem eius ad
primam cauſam, & infallibilem ac æternam prouidentiam eius neceſſario fiat, vtpote certa & in-
fallibili cauſarum connexione ac ordine veniens, qui tamen per comparationem ad cauſas ſe-
cundas & proximas contingenter ac libere ſeu etiam caſualiter accidit, Boethius libro de conſo-
latione ſapientiſsime docet: quod, breuitati ſtudens, commemorare omitto. Cum ergo irratio-
nalia, inanimata, & infima quoque prouidentiæ ſubſint diuinæ, & in cunctis diſponantur ab ea,
quanto magis rationalis creatura, & vniuerſa quæ contingunt in ea? Propter quod ait Saluator: Luc. 12.
Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? I-
deo ſubdit ibidem: Veſtri autem & capilli capitis numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſ- Ibid.
ſeribus pluris eſtis. Hinc conſtat, quod quicquid aduerſitatis acciderit homini à quacunq; etiam
creatura ſeu cauſa creata, totum originaliter, principaliterque ab illa altiſsima diuinæ prouiden-
tiæ (quæ cauſa eſt rerum) aula procedit, & ei prouiſum eſt, non vtique niſi vtiliter atque ſalubri-
ter, dummodo bene vtatur. Prædeſtinatis autem ſeu iuſtis electis talia ſaluberrime accidũt, quip Rom. 8.
pe quibus omnia cooperantur in bonum: & iſta eſt cauſa præcipua, cur cuncta aduerſa æquanimi
ter ferre debemus, atq; in eis noſtram conformare voluntatem voluntati & beneplacito ac proui
dentiæ Dei, ſcientes ꝙ ex præordinatione diuina ꝓ bono noſtro huiuſmodi accidunt nobis. Vn-
de & inferentibus ea condolere, non indignari debemus, quia per eos Deus ſalutem nobis ꝓcu-
rat & operatur, quanquã ipſis id noceat ꝙ perſequuntur electos. Porro dum à prælatis ſuis quis
caſtigatur, patientiſsime atq; hilariter pati debet, cum illi ipſius quærant ſalutem & ex charitate id
faciant, Si autem nõ meruit aut durius diſciplinatur, nihilominus patiens ſit, quoniam exercetur
ſalubriter: & ſi patiens fuerit, multum meretur. Quod itaq; mala pœnalia & iuſtorum tormenta à
Deo potiſsime ſint, ſcriptura copioſiſsime docet. Nam S. Iob à Chaldæis prædatus, à dæmone fla- Iob. 1.
gellatus, à tempeſtate ſobole deſtitutus, perhibuit: Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domi Iob. 2.
no placuit, ita factum eſt. Non dixit, diabolus abſtulit, vel Chaldæi prædati ſunt, aut ſicut diabolo
placuit, Deniq; ſatan non dixit ad Deum, concede vt tangam eum, ſed tange oſſa eius & carnem. Ibid.
Tobias quoq; ex ſtercoribus hirundinum cæcus factus, loquitur Deo: Benedico te, quia tu caſti Tob. 2.
gaſti me. Sic & filij Iſrael à Philiſtæis cæſi, dixerunt: Quare percuſsit nos dominus coram. Phili- Tob. 11.
ſtijm? Poſtremo cum ex diuina prouidentia iuſtis aduerſa, & impijs accidũt ꝓſpera, de impiorũ 1. Reg. 4.
temporali ꝓſperitate & poteſtate non debemus triſtari, cum iuſto atque occulto id fiat iudicio. Pſalm. 36.
Ideo ait ſcriptura: Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Quod ſi
quis inſtet & dicat, quia ſecundum Ariſtotelem, de impiorum proſperitate dolendum eſt, reſpõ-
det Thomas, ꝙ Ariſtoteles non conſiderauit temporalia bona, niſi per comparationem ad vitam
præſentem. Ex hac tamen ſolutione oritur difficultas, cum ex ea videatur poſſe inferri, ꝙ ſecun-
dum Ariſtotelem Deus non haberet rerum & operationum prouidentiam humanarum, ſed hãc
difficultatem, quæ paucis nõ valet expediri ſermonibus, breuitati ſtudens, dimitto. Si rurſus dica
tur, ꝙ cum Deus ſit iuſtus, non niſi iuſtũ ab ipſo ꝓcedit: ſed iuſtos pati tormẽta, nõ iã iuſtum vide
tur: Dicendũ ꝙ ſiue pro ſuis venialibus culpis, ſiue pro alijs cauſis in quẽti articulo tãgendis iuſti
patiantur tormẽta, iuſtũ eſt per reſpectũ ad Deũ, qui nõ niſi ex rationabili cauſa hoc agit. Verun-
tamen (teſte Anſelmo) dupliciter dicitur aliquid iuſtũ ſecundum Deũ. Primo & extẽſe, quoniã
decet Deũ ſeu bonitatẽ aut ſapiẽtiã eius. Secũdo qa eius iuſtitia id reqrit, præſertim p cõparatio
nẽ ad merita ſiue demerita aliorũ. Dũ ergo dicitur à iuſto Deo nõ eſſe niſi iuſtũ, intelligendũ eſt
de iuſto cõmuniter ſumpto: alias falleret, cũ Deus multis, reclamãtibus eorum demeritis, miſeri
cordiſsime iã ſuccurrat & gratiã præſtet, quod tamẽ iuſtũ eſt primo modo, quia tã bonus & pius
eſt Deus, vt deceat eũ peccatoribus miſereri. Vnde & miſerationes eius ſunt ſup omnia opera e- Pſalm. 144
ius. Poſtremo, ſicut Gregorius Boethiuſq; fatentur, quãuis iudicia Dei occulta & mira ſint, dum Gregorius
electis & bonis proueniunt aſpera & aduerſa, reprobis vero proſpera & iucunda: multo tamen
ſecretiora & mirabiliora ſunt Dei iudicia, dum electis in hac vita accidunt proſpera, reprobis ve
ro aduerſa. Electi nanque ſunt in ſeculo iſto tanquam in exilio, lachrymarum valle, vbi aduerſa
expediunt eis magis quam proſpera. Hinc viris illuminatis, virtuoſis, perfectis, proſperitas val-
de ſuſpecta eſt, & in ea plus metuunt, formidantes ne in præſenti pro ſuis remunerentur operibus
audiantque cum diuite epulone: Recepiſti bona in vita tua. Eapropter dum honoribus extollun Luc. 16.
tur, dum ad ſublimia promouentur, dum alijs præficiuntur, atque ab hominibus reputantur.

non

Gregorius non mediocriter expauefcunt, ſed interno concutiuntur timore, non ignorantes illud Gregorij Hos eligit Deus, quos deſpicit mundus: immo illud Apoſtoli 1. Corint. 2. Abiecta & infirma ac ſtulta mundi elegit Deus, &c. Illud etiam Pſalm. 52. Quoniam Deus diſsipauit oſſa eorũ qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Cui illud conſonat Pauli: Si homi-
Galat 1. nibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Verũ hæc omnia ſane ſunt intelligenda, cũ idem dicat
1 Cor 10. Rom. 15. Apoſtolus: Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt. Et denuo: Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bono ad ædificationem. Propter quod monet ſcriptura: Cu-
Eccl. 41. ram habe de bono nomine. Vnde, qui negligit famam, crudelis eſt, potiſsime ſi quis in materia
Auguſtin. fidei mendaciter diffametur, reniti debet ſecundum Deum pro poſſe, ſeq; loco & tempore congruis expurgare ſecundum ſanctorum doctrinam.

De varijs cauſis tribulationum hominum in hac vita, de multiplici quoque vtilitate aduerſitatum & tribulationum. Art. VII.

VT ab omnium capite electorum, iuſto iuſtorum, & ſancto ſanctorũ vnico Dei filio inchoetur, interdum tribulatio, tentatio, aduerſitas accidit iuſto nequaquam pro proprio eius peccato nec actuali nec originali, neq; propter profectum eius in gratia gratum faciente in via, neq; ob gloriam præmij eſſentialis in patria, ſed pro aliorum reconciliatione atq; ſalute. Et hoc
Eſai. 53. ſoli competit Chriſto, de quo ſcriptum eſt: Dominus poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrum. Vere dolores noſtros ipſe portauit, cuius liuore ſanati ſumus. De quo Apoc. 1. recolitur. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Chriſtus autem à primo ſuæ incarnationis inſtanti perfectus fuit in omni chariſmate gratiæ gratum facientis, atq; in donis gloriæ beatificæ fruitionis, neq; in his vnquã profecit, nec horum quippiam meruit ſibi. Veruntamẽ accidentale præmium ſibi ipſi promeruit, ſed in vniuerſis, quæ in mundo hoc egit, dixit & pertulit, promeruit nobis, eiusque meritum per ſacramenta eccleſiæ, quæ ſunt velut medicinalia vaſa medicamenti cæleſtis, applicatur hominibus. Secũdo cõtingit tribulatio iuſto nequaquã pro aliquo eius proprio actuali peccato, ſed ad incrementũ ipſius in donis gratiæ in præſenti, in doniſq; gloriæ in futuro. Et ita ſacratiſsima virgo Maria plures acerbiſsimas in hac vita paſſa eſt tribulationes, præſertim ex compaſsione filij ſui à die natiuitatis eius ex ea, vſq; ad horam ſuæ crucifixionis, & poſtea ſæpe. Nempe (vt quidam ſanctorum ſcripſerunt) tempore infantiæ Chriſti, benigniſsima mater eius infantilia membra eius conſpiciendo & contrectando, vehementiſsimo afficiabatur dolore, quia cognouit & vbertim cõſiderauit, quã amariſsima morte vnicus & amãtiſsimus filius ſuus eſſet à crudeliſsimis occidẽdus, quomodo cõfodiendus. Vnde nonnũquã ex mœroris magnitu-
Matt. 4. dine quaſi defecit. Deinde vſq; ad tempus quo Chriſtus orſus eſt prædicare, talibus ſæpe afflicta eſt pœnis. Nec dubiũ, quin videns filiũ ſuũ à Iudæis toties irrideri, blaſphemari, ad mortemq; impeti, cordialiſsime condolebat Porro tempore paſsionis adeo amaritudinibus eſt repleta, vt non
Damaſce. immerito aſſerat Damaſcenus, dolorem parturientiũ tunc duplicatum in ea. Sed & poſt Chriſti paſsionem loca paſsionis ipſius, reſurrectionis, aſſcenſioniſque viſitando, varijs affligebatur affectionum doloribus, iam filij ſui paſsionem ad memoriam reuocando, iam ad eius facialem in patria præſentiam ſuſpirando. Tertio contingit tribulatio iuſtis, vt citius & glorioſius coronentur, & ſua patientia atque conſtantia alios in fide confirment, in charitate ſuccendant, ad fortitudinem animi patientiamque conducant, quibus tamen tribulatio poteſt ad delenda ſi quæ habeant peccata, ſaltem venialia, eſſe accommoda, quemadmodum martyres ſancti. Vnde de B.
Auguſtin. Cypriano, qui ab hæreticis baptizatos, rebaptizandos putauit, aſſerit Auguſtinus, quod ſi quid in illo fuit purgandum, ſalce martyrij eſt deletum. Præterea aduertendum, quod tribulatio iuſtorum, non eis duntaxat, ſed toti militanti eccleſiæ prodeſt & ſubuenit, quoniam viatoribus merita communicantur ſanctorum per vnionem charitatis ad illos, in conceſsionibus indulgentiarum, aut alijs modis, iuxta illud Apoſtoli ad Coloſſ. 1. Gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia. Quocirca ſcribit Nicolaus de Gorra: Paſsiones quas pertulit Chriſtus, & quas ſuſtinent eius fideles, ſunt quaſi quædam reſpublica, ſeu commune bonum, & theſaurus eccleſiæ, in quo quilibet ponit partem ſuam, ſicut in vaſe ad eleemoſynã poſito ſuper menſam, omnes aliquid ponunt, donec adimpleatur, qui theſaurus vſq; in finẽ ſeculi plenus nõ erit, de quo tã liberales indulgentiæ fiũt. Itaq; quod ait Apoſtolus ad Coloſſ. 1. Adimpleo quæ deſunt paſsionum Chriſti, i. paſsiones, perſecutiones ſeu pœnas quas ꝑtulit Chriſtus, & quas ipſe pati me vult, quotidie tolero, Chriſti paſſionibus cõmunicãdo in carne mea, in qua tãta ſuſtineo ꝓ corpore eius quod eſt eccleſia, ſ. ad cõmune bonũ eccleſiæ. Sed quæritur, quomodo ait, quæ deſunt paſsionũ Chriſti, cũ paſsio Chriſti fuerit prorſus ſufficiens? Ad hoc datur duplex reſpõſio: Vna, dicẽtiũ ꝙ in paſsione Chriſti nihil deeſt, quoad ſufficientiã, ſed quãtum ad efficientiam. Alia, aſſerentium quod paſsiones Chriſti dicuntur

dicuntur dupliciter: Vno modo, quas paſſus eſt in corpore proprio, & ſic nihil fuit ibi implen-
dum. Alio modo, ſecundum quod in ſuis patitur membris, puta fidelibus. Vnde & Paulo dixit:
Quid me perſequeris? Et ſic eſt ibi aliquid adimplendum. Quarto, patiuntur electi & iuſti pro- Acto. 9.
pter eorum peccata præterita, quemadmodum Dauid propter exceſſum cum vxore Vriæ paſſus 2. Reg 12.
eſt multa. Et filij Iſrael, Iudic. 1.3.8.10. ob hanc cauſam ſæpe tribulari leguntur. Quinto, vt occul 16 20.
ta eorum patientia atque perfectio, alijs in exemplum publice proponantur, ſicut de S. Iob ait 1. Reg. 21.
Gregorius. Sexto, vt diuerſa æquanimiter ſuſtinendo, probati, Deoque digni appareant. Vn- 22 23 24.
de Tobiæ 12. Raphael dixit: Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Et Sap. 2. Reg. 14.
3. Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos ſe, tanquam aurum in fornace probauit electos. 15.16. 24.
Eccleſiaſticus quoque 27. ait: Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulatio-
nis. Septimo, vt ſuſtinendo aduerſa, capiti ſuo Chriſto plenius conformentur, dicente Apoſto-
lo Petro, 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini ve-
ſtigia eius. Hinc Paulus ad Roman. 8. ait: Si compatimur, & conregnabimus. Octauo, vt per
aduerſitatum tolerantiam in hac vita, à grauiſsimis & diuturnis purgatorij eruantur ſupplicijs,
celeriuſque pertingant ad gloriam. Nono, vt tentationes & tribulationes ferendo, in ſpirituali
militia fiant experti, ſicque & alijs conſulere queant, & compati proni ſint. Hinc Eccleſiaſtici 34.
habetur: Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Decimo, vt ex afflictionibus & aduerſis ac tentationi-
bus, propriam homo inſufficientiam, infirmitatem, culpam & periclitationem aduertat, ſicque
ad Deum confugiat, & erudiatur ab eo. Propter quod Eſaiæ 26. inducitur: Domine, in angu-
ſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Et denuo loquitur Eſaias 28. Tan
tummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. Hinc Hieremiæ 30. loquitur Deus: Caſtigo
te in iudicio, ne tibi videaris innoxius. Et Oſeæ 2. Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis. Vnde-
cimo, vt homo ex aduerſis quæ patitur, ſumat fiduciam diuinæ dilectionis ad ſe, & gratias agat,
& patientiam ſeruans, in gratia multa proficiat. Ideo 2. Machabæorum 6. aſſeritur: Etenim non
diu ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt in-
dicium. Siquidem nulla eſt grauior aut horribilior Dei vindicta, quam dum hominem ad libi-
tum ſine caſtigatione paterna peccare permittit. Idcirco per Ezechielem 16. reprobo ait: Zelus
meus receſsit à te, non iraſcar tibi amplius. Et Oſeæ 4. Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fue
rint adulteratæ. Atque Pſalmo 80. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, &c. Duo-
decimo, ne homo ex ſpiritualis profectus & gratiæ magnitudine extollatur. Propter quod Pau
lus 2. Corint. 12. fatetur: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi angelus ſata-
næ, &c. Decimotertio propter manifeſtationem potentiæ & miſericordiæ Dei, & ob gloriam
eius, quemadmodum Ioan. 9. loquitur Chriſtus de cæco nato, quod cæcus ſit natus, vt manife-
ſtentur opera Dei in illo. Decimoquarto, vt iuſtitia Dei in afflictione prauorum appareat, quo-
rum quidam per pœnas tranſitorias corriguntur, aliorum vtpote impœnitentium pœna hic in- Acto. 12.
choatur, & in alio ſeculo perpetuatur, vt Herodis, Antiochi atque ſimilium. Sed contra hoc obij 1 Mac. 6.
ci poſſet, quia vt ſcribit Nahum: Non conſurget duplex tribulatio: vbi alia habet tranſlatio. Non Nahū 1.
vindicabit dominus bis in idipſum. Quo in loco videtur ſentire Hieronymus, quod Sodomitæ Hieron.
& in diluuio pereuntes, ac ſimiliter à Deo plagati in eremo, non ſint damnati. Sed vt in decreto Gen. 19 7.
plene edocet Gratianus, videtur illud Hieronymi non poſſe intelligi, niſi de illis, qui in ipſa Dei Exodi 32.
plagatione veraciter pœnituerunt. Verbum quoque Nahum prophetæ exponitur de tribulatione Leuit. 10
ſufficienti, quia non vltra condignum, immo citra condignum punit Deus pijſsimus. Dum ergo Nume. 16.
tot ſint tribulationum ſaluberrimæ vtilitates, clarum eſt, quam prompte & gaudioſe ſint perferē Nahum 1.
dæ. Propter quod Iacob 1. exhortatur: Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in diuerſas tenta-
tiones incideritis. Prou. quoque 3. legitur: Diſciplinam domini fili mi ne abijcias, & ne deficias
cum ab eo corriperis: Quem enim diligit dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.
Hinc eſt illud Iob 4. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne re-
probes, quoniam ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt. Ex quibus omnibus Gregorius
conſtat, quam ſapienter Gregorius Boëthiusque locuti ſint, quod tunc iudicia Dei ſunt occultiſſi-
ma, dum electis in hoc ſeculo proueniunt proſpera, reprobis autem aduerſa, præſertim cum ad
Hebræos 12. ſcribat Apoſtolus: Quod ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis.

Confirmatio prædictorum ex dictis ſanctorum. Art. 8.

Quemadmodum Illuſtriſsimus pater noſter Ioannes Caſsianus, religioſorum ſapientiſſi-
mus doctor, Collationum libro, collatione nona conſcribit, In palæſtinæ partibus ſolitu-
do vaſtiſsima eſt, in qua ſummæ vitæ ac ſanctitatis monachi diutiſsime commorantes, re-
pente ſunt à diſcurrentibus Sarracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet (in-
quit) ſciremus tam à pontificibus regionis, quam ab vniuerſa Arabum plebe tanta veneratione
prærepta, & inter reliquias martyrum cōdita, vt innumeri populi e duobus oppidis cōcurrentes,
grauiſsi-

grauiſsimum ſibi inuicem certamen indixerint, & vſque ad gladiorum conflictum pro ſancta rapina ſit eorum progreſſa contentio, dum pia inter ſe deuotione decertant, quiſnam iuſtius illorum ſanctorum ſepulturam atque reliquias poſsideret, alijs ſcilicet, de vicinia commorationis ipſorum, alijs de originis propinquitate gloriantibus: Nos tamen (ait Caſsianus) vel noſtra, vel quorundam fratrum ſcandalizatorum offenſione non mediocriter ex hac cauſa permoti, & inquirentes, cur tantarum viros virtutum cunctis mirabiles, tradiderit dominus manibus impiorum, mœſti ad S. Theodorum anachoretam perreximus. Cui cum de prædictorum virorum nece querimoniam fudiſſemus, tantam Dei patientiam admirantes, B. reſpondit Theodorus: Hæc quæſtio illorum ſolet animos permouere, qui parum fidei vel ſcientiæ poſsidentes, merita ſanctorum quæ in futuro remunerantur, arbitrantur in hac vita reſtitui. Cæterum nos, qui nõ ſumus
1. Cor. 15. in hac vita tantum ſperantes in Christo, ne miſerabiliores ſimus omnibus hominibus, noſſe debemus, quid ſit vere bonum, quid malum. Etenim tria ſunt omnia quæ in mundo hoc ſunt, i. bonũ, malum & medium. Nihil igitur in rebus humanis principale bonum credendum eſt, niſi ſola animi virtus, quæ fide ſyncera nos ad diuina perducens, illi ſummo, infinito & incommutabili bono facit nos iugiter inhærere. Et econtrario, nihil malum eſſe, dicendum eſt, niſi peccatum ſolum, quod à Deo nos ſeparans, facit diabolo incorporari. Media autem ſunt, quæ ad vtramq; partem poſſunt pro vtentis affectu atq; arbitrio deriuari, vt pote diuitiæ, poteſtas, honor, robur & ſanitas corporis pulchritudo, vita ipſa & mors, paupertas, infirmitas atq; ſimilia, quæ bene vtenti conſe-
Roma. 8. runt ad ſalutem, abutenti ad cõdemnationem. Porro, mala hæc, puta peccata, nulli inferri poſſunt inuito, nec Deus id ſinit. Hinc cor noſtrum ſtabile eſſe debet, vt nec aduerſis frangatur, nec proſperis extollatur, quatenus omnia cooperentur ei in bonum. Vnde mens iuſti ſimilis eſſe non debet ceræ, quæ imprimentium ſemper cedit characteri, ſed ſignatorio adamantino, vt inuiolabile ſui characteris figuram iugiter tenens, vniuerſa quæ ſibi incurrerint, ad qualitatem ſui ſtatus trãſformet & ſignet, ipſa vero inſigniri aut immutari nullis poſsit incurſibus. De hac ipſa materia in præallegata collatione multa continentur, quæ hic vtiliter poſſent induci, niſi (cui ſtudeo) breuitas prohiberet. Deniq; quibuſdam ſanctis legitur Chriſtus dixiſſe: Sicut annulus ſignum eſt deſ-
Ambro. ponſationis, ſic tribulatio corporis & animæ, veriſsimum ſignum eſt electionis diuinæ, & quaſi
Pſalm 33. deſponſatio animæ cum Deo, vt grauatus & tribulatus, confidenter dicere valeat Deo: Annulo
Iob. 21. ſuo ſubarrauit me dominus Ieſus Chriſtus. Hinc ait ſcriptura: Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. De impijs autem: Non eſt virga Dei ſuper illos.

Reſponſio, cur qui bene egerunt, finaliter deficiunt. *Art. 9.*

SOluẽda iam eſt clauſula ꝓpoſitæ quæſtionis ſecũda, quæ clauſula (vt ſecũdo tãgebatur articulo) multipliciter poteſt intelligi, & iuxta hoc multipliciter ſolui. Si ergo ſic intelligatur. Videmus eos qui bene egerũt, finaliter deficere, i. à cœpto ſalutis itinere cadere & ceſſare, non perſeuerando vſq. in finẽ: reſpondendũ eſt ita, ꝙ huius ruinę & incõſtantię ſeu defectus cauſa immediata, directa & ꝓpria, eſt voluntas ꝓpria eius qui deficit, cadit & peccat, quæ non obedit Apoſtolo edocẽti Eph. 4. Nolite locũ dare diabolo. Itẽq; 2. Theſ. 3. Benefaciẽtes nolite deficere. Et rurſus 1. Cor. 15. Stabiles eſtote & immobiles, abũdantes in opere domini ſemper, ſciẽtes ꝙ labor ve-
Gene. 8. ſter nõ eſt inanis in domino. Volũtas namq; creata, in quantũ ex nihilo eſt, vanitati & mutabilitati
Auguſti. ſubiecta eſt, & prona in malũ, prout lib. de ciui. Dei Auguſtinus pertractat. Sũt vero & aliæ cauſæ infirmitatis & labilitatis voluntatis humanæ. Primo ex parte corruptibilis corporis & carnis inſe-
Sapien. 9. ctæ, dicente ſcriptura: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Et iuxta Apoſtolum ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpi-
Plato. ritum. Sed & Iob . habetur: Qui habitant domus luteas, conſumentur velut à tinea. De hoc etiam in Phædone ſubtiliter loquitur Plato. Secundo, ex vulneratione naturalium ratione originalis peccati, ex quo quatuor vulnera animæ infliguntur, videlicet ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, infirmitas in iraſcibili, concupiſcentia in concupiſcibili. Vnde Eccl. 40. legitur: Iugum graue ſuper omnes filios Adæ. Tertio, ex naturali conditione rationalis animæ, quæ ita ſe habet in ordine intellectualium ſubſtantiarum, ſicut materia prima, in ordine entium, ſecundum philoſophos: idcirco intellectuale lumen multum in ea occumbit, voluntatiſq; vigor infirmus eſt, & vis ipſa inſtabilis. Quarto ex tentationum impulſu, ſiue à diabolo, ſiue à mundo, ſiue ex paſsionibus infligantur. Itaq; homo ex ſua deſidia atq; ignauia, libere cauſa eſt ſuæ finalis defectionis, imperſeuerantiæ atq; ruinæ. Si vero diabolus cauſa huius dicatur, non eſt niſi cauſa perſuadens, inſtigans, ſiue inclinãs, nõ cogẽs. Deus autẽ cauſa iſtius nõ eſt, niſi nõ cõſeruãdo ſeu gratiã ſubtrahendo, quod iuſto agit iudicio. Præterea, ſi altius inquiratur, cur vnũ labẽtiũ Deus miſericorditer reuocat, ad gratiãq; reducit & ſaluat: aliũ, cũ ceciderit, nõ ſubleuat neq; reducit, ſed finaliter perire permittit. Ad hãc quæſtionẽ reſpõdet Apoſtolus Ro. 11. O altitudo diuitiarũ ſapientię Dei, ꝗ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eius? Quis enim cognouit ſenſũ domini, aut qs cõſiliarius eius fuit? Hinc in Prou. 25. Salomon dixit: Sicut qui mel comedit multũ,

non

non eſt ei bonum: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Sapienter igitur conſu-
litur nobis Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi
Deus, illa cogita ſemper. Ideo loquitur Auguſtin. Quem trahat, & quem non trahat, quare iſtũ Auguſtin.
trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare. Semel accipe & intellige: Nondũ Gregorius
traheris? ora vt traharis. Deniq; (teſte Greg.) iſte bene incipit, & bene conſummat: ille bene inci-
pit, & male finit: alius male incipit, & tandem conuertitur ac ſaluatur. Sed cur Deus dat gratiã ei
quem ſcit non perſeueraturum, & hoc in iuuentute ipſius, alium in iuuentute permittit errare, &
poſtea eum conuertit, qui tamẽ etiam in iuuentute perſeueranter manſiſſet in gratia, ſi eam tunc
accepiſſet? Vnde pene toto tempore vitæ ſuæ peſsime viuit, & circa finem cõuertitur ac ſaluatur,
alius à pueritia bene ſe habet, & ætate ad occaſum vergente relinquitur, immo magis relinquit.
Vna anima gentiliũ embryoni infunditur, gratiamq́ baptiſmi nunquã ſortitur. Alia Chriſtiano-
rum embryoni immittitur, & baptiſmi donũ cõſequitur. Interdum quoq; anima ante baptiſmũ
à corpore ſeparatur, & quædam poſt baptiſmum ante rationis vſum à corporib. exeunt & ſaluan
tur. Deniq; Ezech. 3. dominus ait: Non ad gentẽ ignotæ linguæ tu mitteris, & ſi ad illã mittereris,
audiret te. Sed ad filios Iſrael ego te mitto, qui nolunt audire te. Ecce miſit Deus prophetã ad e-
os quos nouit non audituros, & nõ miſit eum ad illos quos nouerat audituros, ſi miſiſſet eum ad
illos. Nõne mirabile ſatis eſt hoc ipſum iudicium, cui tamen concordat Chriſtus in Euan. ingra-
tis vrbibus exprobrans, quibus perſonaliter prædicauit: Væ (inquit) tibi Caphernaum &c. quia ſi Matt. 11.
in Tyro & Sidone facta fuiſſent ſigna quæ facta ſunt in te, olim pœnitentiam egiſſent. Horũ atq; Luc. 10.
ſimilium reddere rationem, intellectum excedit humanum, niſi dicamus ſimpliciter, ꝙ voluntas Ibidem.
& cõplacentia Dei eſt cauſa, ſicut & Chriſtus cũ dixiſſet: Cõfiteor tibi pater domine cęli & terrę.
quia abſcondiſti hæc à ſapientib. & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, quaſi cauſam aſsignans,
adiecit: Etiam pater, quia ſic placuit ante te. Quẽadmodum etiam ait Pſal. altiſsimo: Dextera tua Pſalm. 43.
& brachium tuum & illuminatio vultus tui, ſupple ſaluauit illos, quoniam cõplacuiſti in eis. Hinc
Exo. 33. loquitur Deus: Miſerebor cui voluero, & clemẽs ero in quem mihi placuerit. Præterea, ſi
iterum aliquis ſciſcitetur, cur iſtum magis quam illum reuocat Deus, nonne poteſt reſponderi,
quia hunc prædeſtinauit, non illum? Et ſi rurſus huius quæratur cauſa, nonne veraciter reſponde
tur, quia iſtum elegit, non illum? Porro & ſi huius ratio inueſtigetur, nõne rationabiliter dicitur,
quia hunc magis approbauit, quam illum? ſiquidem ſecundum ordinem rationis, prædeſtinatio-
nem præcedit electio, & electionem approbatio, vt ſuper primum ſententiarum ſcribunt docto-
res. Sed ſi accipiatur prædeſtinatio, prout electionem & approbationem includit, quomodo etiã
cõmuniter ſumitur, quid poterit reſponderi? Forſitan dicetur, ꝙ iſte aliqua bona ante fecit, ma-
gis quam ille, ideo reuocatur magis quam alter. Sed dato ꝙ hoc aliquando & in aliquib. rite re-
ſpondeatur, non tamen in omnib. locum habet, quũ aliqui poſt longam ac ſanctiſsimã eremiticã
vitam (teſte Hierõ.) lapſi ſint, nec reducti, alij poſt modicam Dei ſeruitutẽ collapſi, ſunt reuocati.
Inſuper quamuis verũ eſſet, ꝙ aliqui dicunt Deũ ſemper ad aliquam congruitatẽ reſpicere, quo Hierony.
ad eos quib. gratia datur, cõferendo gratiam vni magis quam alteri, ſi tamen totus prædeſtinatio
nis effectus ſimul accipiatur, iſtud veritatẽ nõ habet. nã quicquid congruitatis aſsignetur ex par-
te prædeſtinatorum, hoc totum cadit ſub prouidentia, prædeſtinationeq́; Dei, quæ nõ ſolum cõ-
cernit gratiam finalem in præſenti & gloriam in futuro, ſed etiam omnia illa, per quæ prædeſtina
tus pertingit ad gratiam viæ & gloriam patriæ, tam in remotione impedimentorum, quam in ad
eptione neceſſariorum atq; vtilium auxiliorum. Certum eſt autem, quod partialis effectus eſſe
non poſsit cauſa totius effectus prædeſtinationis, quia ſic eſſet cauſa ſuijpſius: propterea ſi totus
prædeſtinationis effectus ſimul ſumatur, non poterit ratio aſsignari, cur iſtum magis quam illum
prædeſtinauerit Deus, & cur iſtum reducit, non illum, niſi diuina voluntas quæ eſt omnium pri-
ma cauſa: quamuis in generali cauſa detur, cur quoſdam prædeſtinauit, & alios reprobauit, vt ſci
licet in iſtis miſericordiam, in illis iuſtitiam ſuam oſtendat, cuius exẽplum in artificialibus natu-
ralibuſque monſtratur, vt quod ex eodem luto figulus facit vnum vas pulchrum ad honorabi-
les vſus, aliud deforme ad vſus viles, ratio datur, quia vtriſque vaſis indiget domus. Quod au- Rom. 9.
tem ex hac parte luti potius facit vas pulchrum quam turpe, non eſt ratio niſi voluntas ipſius, cũ 2. Tim. 2.
vtraq; pars luti ſit æque diſpoſita. Similiter in prima rerum creatione cauſa pręſtatur, cur vna pars
materiæ ſit ſub forma iſta, alia pars materiæ ſub forma illa. Non autem cur determinate iſta pars
materiæ ſit ſub forma aquę, illa ſub forma terrę aut aeris, cũ ſecũdũ ſe indifferẽter ad illas formas
ſe habeat, niſi creatoris voluntas. Hinc Romanorum nono apertiſsime dicit Apoſtolus: Igitur Exod. 9.
non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni: Quia in
hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, & enarretur nomen meum in vniuerſa
terra. Dicis itaque mihi, ergo cuius vult, miſeretur: & quem vult, indurat. Voluntati autem e-
ius quis reſiſtit? Ad hoc reſpondens Apoſtolus, ſubdit: O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo?
Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, cur me feciſti ſic? An nõ habet poteſtatem figulus luti Rom. 9.

ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Poſtea quoq;
Vide, inquit, bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem, in te au-
tem bonitatem, ſi tamen permanſeris in bonitate. His verbis Apoſt. Hierem. & Eſaiæ conſonant
Hiere. 18. verba. Nempe per Hieremiam loquitur Deus: Nunquid ſicut figulus non potero vobis facere
domus Iſrael? Ecce ſicut lutum in manu figuli, ita & vos in manu mea. Eſaiæ quoq; 45. inducitur:
Væ qui contradicit factori ſuo. Nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis? Sed tunc rurſus quæ-
ſtio oritur: Cum etenim ratio comparetur regi, & voluntas tyranno, ſi ſumma primaq́; cauſa præ-
deſtinationis & electionis vnius præ alio, eſt mera Dei voluntas, videtur tyrannicum eſſe negoci-
um, irrationabile & iniuſtum. Sed reſpondendum, quod aliter eſt de increata voluntate diuina,
quam de voluntate creata. In Deo etenim ſuperbeatiſsimo & æterno, realiter idem ſunt volũtas,
ſapientia atq; iuſtitia, ſed in creaturis hæc differunt: idcirco eo ipſo quo Deus ſic agit & vult, iuſtũ
ac ſapientiale exiſtit, nec ſine ratione Deus ſic agit, quamuis illam in ſpeciali aſsignare nemo ido
neus ſit. Poſtremo de materia iſta, non niſi cum ingenti reuerentia & timore, cum ſobrietate me
ditari debemus & loqui. Ea quoq; quæ dicta ſunt, electis reuerentialem timorem incutiant gran
dem, ſcientibus quam vere Eccl. 9. dicat: Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit. Quam i-
tem veraciter rurſus Salomon proferat: Conſidera opera Dei, quod nemo poſsit corrigere, quẽ
Eccl. 7. ille deſpexerit. Quæ autem iam ſcripſi, Thomas, Bonauentura, Richardus de media villa, Duran
dus, & alij multi ſuper primum ſententiarum conſcribunt. Præterea, ſi clauſula memorata intelli-
gitur de malis pœnalibus, ſ. quod qui bene egerunt, finaliter dicuntur deficere, quia vſq; ad finẽ
aduerſitatibus afficiuntur, violenterue occiduntur, tunc ex præcedentibus articulis patet, cur ita
contingat, & quomodo Deus ſit cauſa huius, & quare ſic ordinauit & facit, videlicet propter mul
tiplicem vtilitatem electis inde naſcentem. Si demũ intelligatur quãtum ad hoc, quod qui bene
egerunt, ſubinde aduerſitatibus cedunt, & acerbitate pœnarum vincuntur, perſequutionibusq;
ſuccumbunt, vt illi qui in perſequutionibus conſtituti fidem timore ſupplicij negauerunt, quo
contra ait Saluator Matt. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, tunc ex dictis in iſto articulo
claret ſolutio. Cauſa enim directa & propria defectionis illius culpabilis, ꝓpria eſt voluntas, quæ
à fortitudine animi cadens, molliciei dat locum, nec ad Deum digne confugit eius quærendo au
xilium. Perſecutores autem & dæmones tentatores, ſunt cauſæ deficientiæ talis diſpoſitiuæ, moti
uæ & occaſionales, vt dictum eſt plenius.

Solutio particulæ tertiæ, ſcilicet vnde proueniat quod malos videamus ſæpe optime mori. *Art. 10.*

SI mali in malitia finaliter permanentes, idcirco optime mori dicantur, quia in proſperitate
mundana, & præſentia ac conſolatione amicorum ac propinquorum, & leni quodammodo
morte decedunt, hoc ex prouidentia Dei & iuſto eius procedit iudicio, vel quia fortaſſe ali-
quid boni egerunt, pro quo in vita hac præmiantur, quemadmodum diuiti epuloni Abraham di
Lucæ 16. xit: Recepiſti bona in vita tua. Vel ad damnationem eorum maiorem, qui beneficijs Dei inſtantẽ
fuerunt ingrati, ſicq́; eorum damnatio appareat iuſtior. Vel propter oſtenſionem liberalitatis &
Matt. 5. bonitatis diuinæ, qui ingratis & reprobis tot bona largitur, quemadmodum ait Saluator. Dili-
Luc. 6. gite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & eritis filij altiſsimi, quia ipſe benignus
eſt ſuper ingratos & malos, qui ſolẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos &
iniuſtos. Qui etiam nullum bonum, quantumlibet modicum, deſerit irremuneratum. Porro, ſi
clauſula hæc intelligatur de malis conuerſis, qui pœnitentiam agentes condignam ſaluberrime
moriuntur, tunc iſtud tanto plus attribuendum eſt ſuperpijſsimo Deo, & prædeſtinationi ac gra-
tiæ eius, quanto ſic optime mori, excedit præfatum optime mori. Quamuis equidem præſcien-
tia & reprobatio Dei non ſit proprie cauſæ culpæ reproborum, prædeſtinatio tamen eſt proprie
cauſa totius gratiæ & virtutis electorum, quibus Deus ab æterno præordinauit, & dare decreuit
Auguſtin. omnia quibus perueniunt ad ſalutem. Propter quod aſſerit Auguſtinus: Si prædeſtinatus eſt,
Ioan. 6. ad tempus errare poteſt, in æternum perire non poteſt. Et veritas ait: Omne quod dat mihi pa
Acto. 8. ter, ad me veniet. Sic Paulus, quia vas erat electionis, quamuis ad tempus fuerat perſecutor & ho
micida, viros & mulieres trahens ad mortem, ſacrilegus & blaſphemus, optime obijt. Præterea
contuendum, quod tam ſacra ſcriptura, quam expoſitores ſancti & doctores ſcholaſtici, loquun-
tur de bonis & malis, iuſtis & iniuſtis, electis & reprobis, dupliciter, puta formaliter & materiali-
ter, ſeu in ſenſu compoſito & diuiſo. Loquendo nanq; de eis formaliter atq; in ſenſu compoſito,
Matt. 7. iuſtus non poteſt damnari, nec prædeſtinatus perire. Sicq́; ait Saluator: Non poteſt arbor bona
fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Veruntamen arbor bona ſeu bonus
homo, poteſt fieri malus, inquantum liberi eſt arbitrij, & voluntatem habens vertibilem. Inſu-
per quæ in ſcripturis de iuſtis & iniuſtis dicuntur, vt communiter intelligenda ſunt de eis ex hy-
potheſi,

potheſi, vtpote ſi tales vſque in finem permanſerint, ſic cum dicitur: Qui ſe humiliat, exaltabi-
tur. Vel: Beati qui eſuriunt iuſtitiam, quia ſaturabuntur. Prædeſtinatos quoque (loquendo de Luc 14.
eo materialiter atque in ſenſu diuiſo, videlicet vt eſt viator peccabilis, liberum habens arbitriũ) Matth. 5.
poteſt damnari. Prædeſtinatio quippe non tollit ab eo vertibilitatem ac libertatem propriæ vo-
luntatis. Quod ſi quis dixerit, ſi hoc modo poteſt damnari ponatur in eſſe, ergo poteſt eſſe quod
prædeſtinatus damnatur. Et reſpondendum, quod ſtant hypotheſi, ſcilicet quod ſit prędeſtina-
tus, non poteſt poni in eſſe. Et ſi materialiter loquendo, ſeu in ſenſu diuiſo ponatur in eſſe;
tunc hypotheſis tollitur, & antecedens aufertur: vnde eſt ibi neceſsitas conſequentiæ, non con-
ſequentis.

An fatalis influentia, cauſa ſit actuum humanorum ac diuerſæ terminatio-nis eorum. Art. 11.

PRO huius intelligentia quæſtionis ſcire oportet, an fatum ſit, quid ſit. Et primo videtur
quod nihil ſit, quoniam Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana aſſirmat, quod fatum nil
ſit. Et ſi mathematici interdum aliqua vera de futuris prænunciant, dæmonum operatione Auguſtin.
id faciunt ad deceptiouem fidelium. Gregorius quoque: Abſit, inquit, à fidelium cordibus, Gregorius
vt fatuum aliquid eſſe credant. Inſuper videtur, quod nec fati nomine vti ſit licitum. Siquidem
quinto de ciuitate Dei loquitur Auguſtinus: Si quis Dei poteſtatem aut ordinationem nomi- Auguſtin.
ne fati deſignet, ſententiam teneat, linguam corrigat. Cum infidelibus namque nec nomina de-
bemus habere communia. Infideles autem quam plures philoſophi atque hæretici, male ſenſe- Boethius.
runt de fato. In oppoſitum eſt, quod fidelis noſter Boethius, alijque doctores catholici fato v-
tuntur, ipſum diffiniunt, & aliquid eſſe dicunt. Et reſpondendum, quod propter rationes præta
ctas non decet fidelem fati nomine vti abſque diſtinctione ſeu declaratione præmiſſa. Itaque in-
tuendum, quod (vt in tractatulo quodam de fato, qui Thomæ aſſcribitur, continetur) nomen fa-
ti multipliciter ſumitur. Primo, pro morte diſpoſitione periodorum inducta, ſecundum illud in
Anticlaudiano: Liuor poſt fata quieſcit. Secundo, dicitur fatum æterna diſpoſitio prouidentiæ
Dei de rebus agendis, ſicq; in præallegata authoritate Auguſtini accipitur. Sic tamen communi-
ter nec proprie ſumitur, neque aſtrologi de fato loquentes ita ſumpſerunt. Tertio ſumitur pro vi Auguſtin.
aut conſtellatione ſeu cauſali influxu ſtellarum ac planetarum ac orbium. Cui quidam philoſo-
phi putauerunt omnia inferiora, etiam actus humanos, de neceſsitate ſubijci ac parere, dicente
poeta: Fata volentem trahunt, nolentem cogunt. Et ita ſecundum Gregorium: Fatum nihil eſt;
quoniam opinio illa fuit erronea, vt patebit. Quarto accipitur pro diſpoſitione connexionis, or- Gregorius
dinisque cauſarum, ſecundum quod diſpoſitio iſta in rebus creatis digeſta atque explicita
eſt, iuxta prouidentialem præordinationem mentis diuinæ, quæ per cauſas ſecundas exequitur;
quod in ſeipſa æternaliter ac prouidenter intuetur. Et hoc modo fatum negare, eſt prouidentiã
Dei auferre, vt in Summa contra Gentiles libro tertio Thomas fatetur. Præter has fati acceptio-
nes, adhuc alia ponitur in tractatulo præallegato de fato cum dicitur: Fatum eſt forma ordinis eſ
ſe & vitæ inferiorum, cauſat vin ipſis ex periodo cæleſtis circuli, qui ſuis radijs ambijt natiuitates
eorum. Et hoc modo loquitur Hermes Triſmegiſtus, dicendo: Fatum eſt cauſarum complexio,
ſingulis temporaliter diſtribuens, quæ ſacramento deorum cæleſtium ſunt præordinata. Et di-
cit author præfati opuſculi, fatum ſic ſumptum diſtingui à fato à Boethio diffinito, non tamen ne
ceſsitatem imponere rebus. Sed quomodo verũ ſit hoc, ſcilicet quod diſtinguatur realiter à fato,
prout Boethius illud diffinit, difficile eſt videre. Præterea quæritur, an fatum illud de quo lo-
quuntur quidam aſtrologi, aſſerentes quod rebus neceſsitatem imponat, ſit aliquid. Et apparet Boethius.
quod immmmo, quia ſecundum Philoſophos prognoſticantes in aſtris, vt Ptolemæus edocet in
Thetraſtron, & Abumaſar, & Amakir, & Meſtella, & Ariſtoteles, & Gergis, & Albateigni, cum
alijs, in hora coniunctionis reſpicitur, aſſcendens & domus aſſcendentis, & confertur cum alio
planeta quæ reſpicit aſſcendens per ſe vel per alium, & cum luna quæ magnum habet dominium
in qualibet coniunctione, niſi ſit in combuſtione ſolis. Si autem non eſt alius reſpiciens aſſcen-
dens, confertur cum ſola luna domus aſſcendentis cum domino domus rei puæſitæ, & ſecundum
quod illi coniungetur, vel non coniungetur, vel reſpiciens ſe vel non reſpiciens, ſit iudicium de
re quæſita vel fienda vel nõ fiẽda. Ergo videtur quod aſtra in omnibus vigor habeantẽ ac virtutẽ.
Pręterea Iſaac Iſraelita Philoſophus in libro diffinitionum diſſeruit, quod Deus facit regnare or-
bem ſupra inferiora, & diſponit ſecundum imperium eius regna & bella, ac cætera quæ ab ho-
minibus reguntur ſiue geruntur. Inſuper ſecundum Philoſophum, inter ſuperiora mo-
uentia & inferiora, concors eſt harmonia, quemadmodum inter citharæ chordos. Et de-
nuo: Oportet, inquit, hunc mundum contiguum eſſe lationibus ſuperiorum, vt tota eius vir-
tus inde gubernetur. Ad hæc libro de quatuor coæquæuis ita reſpondet Albertus: Aſtra vim

habent & rationem ſigni ſuper ea quæ ſunt in materia tranſmutabili, & etiam ſuper illa quæ obligata ſunt illi. Et dico (ait) illa eſſe in materia, quæ ſunt generabilia & corruptibilia ac mutabilia. Illa autem obligata materiæ, quæ de neceſsitate ſequuntur tranſmutationem materiæ, ſicut eſt anima vegetabilis atque ſenſibilis. Quædam autem ſunt, quę dependentiam habent ad materiam & obligationem ſecundum quid, & non ſimpliciter, ſicut eſt animus hominis. Vnde dicimus ſanguinem accenſum circa cor, animum hominis inclinare ad iram, & tamen non de neceſſitate naſcitur. Et ſecundum quod animus inclinatur ad materiam & complexionem, ſic etiam in eum habet vim conſtellatio ſecundum quid, & non ſimpliciter: aliter perirent caſus, & liberũ arbitrium, & conſilium, vt probat philoſophus in fine primi Peri hermenias, & ſecundo Phiſicorum. Sed adhuc eſt diſtinguendum, quoniam quædam eſt cauſa immediata, & propter quid, & quædam eſt cauſa vniuerſalis mouens & inclinans cauſas immediatas. Et dum dicitur, quod ſtellæ habent vim in inferioribus, intelligitur, quod habent vim ſicut cauſæ vniuerſales mouentes & inclinantes cauſas immediatas, & propter quid, idcirco non ſemper ſequitur ad conſtellationem effectus. His conſonat Thomas, duas aſsignans cauſas, ob quas conſtellationem & influxum cauſalem, cæleſtem contingit non ſortiri effectum. Primo, ob diſpoſitionem contrariam in materia exiſtentem ex qualitatibus elementorum, per quas ad inferiora defertur. Omne etenim quod in alio recipitur, recipitur & eſt in eo ſecundum modum capacitatemque recipientis, ſecundum Boethium & autorem libri de cauſis. Secundo, propter oppoſitas diſpoſitiones in anima ſenſitiua inuentas. Hoc quippe faciunt appræhenſa in anima ſenſitiua, quod faciunt diſpoſitiones qualitatum actiuarum & paſsiuarum in corporibus. Vnde ex imaginatione mulieris totum corpus aliquando tranſmutatur, & vt recitat Auicenna, quidam ex imaginatione & timore lepræ, leproſus effectus eſt. Hinc patientibus ſanguis fluxum, prohibet Galenus aſpectum rubicundorum. Si ergo appræhenſa, ſint conſtellationi motuique cæleſti contraria, excludunt effectum ipſius ab anima, ſicut per contrarias diſpoſitiones excluduntur à corpore. Porro, per diſpoſitiones corporales ac animales cæleſti influxioni conuenientes, iuuatur cæleſtis effectus. Propter quod Meſiahalat proteſtatur, quod cæleſtis effectus à ſapiente iuuatur aſtronomo. Horum quoque cauſam optime tradit Ptolemæus in quadripartito, dum ait: Virtutes ſtellarum per aliud & per accidens fiunt in inferioribus. Per aliud quidem, quia per ſpheram actiuorum & paſsiuorum, per quorum qualitates actiuas atque paſsiuas inferioribus iſtis inhærent. Per accidens autem, quia cum forma hæc ſit à cauſa neceſſaria & immutabili, accidit ei habere, eſſe in inferioribus ac contingentibus. Hinc quoqe Philoſophus ſecundo de ſomno & vigilia aſsimilat mouentia huiuſcemodi duplicibus conſiliarijs. Sapientes enim conſiliarij ex rationibus certis ſuadent aliquid vniuerſaliter faciendum, quod tamen inferiores conſiliarij, propter diuerſos caſus obuiantes diſſuadent, & tunc ſoluitur lex conſilij ſuperiorum ſapientum. Denique de fato ſuper primum ſententiarum, diſtinctione trigeſima nona. Thomas ſic ſcribit: Fatum & prouidentia differunt per eſſentiam, ſicut forma domus eſt aliud per eſſentiam, ſecundum quod eſt in mente artificis, vbi nomen artis habet, & ſecundum quod eſt lignis atque lapidibus, vbi artificiatum dicitur. Ita ratio gubernationis rerum. aliud eſſe habet in mente diuina, vbi prouidentia dicitur: & aliud in cauſis ſecundis, quarum officio gubernatio expletur, vbi fatum vocatur, à for faris, vel quia ad quoddam effatum ordinationis diuinæ, quemadmodum verbum vocale eſt quoddam effatum interioris conceptus, vel quia ex harum conſideratione cauſarum fari ſolebant antiquitus de rebus futuris, ſicut ex conſideratione motus cæli præcipue. Hæc eadem ſcribunt ibidem Richardus de media villa, Durandus, ac alij. Porro in Summa contra gentiles, libro tertio ait: Videntes quidem multa in mundo hoc inferiori per accidens & à caſu contigere, ſi particulares cauſæ conſiderentur, poſuerunt quod nec à ſuperioribus cauſis ordinentur. Et iſti dixerunt fatum omnino nihil eſſe. Quidam vero in cauſas ſuperiores ea reducere ſunt conati, à quibus cum quadam diſpoſitione ordinate procedant, & hi fatum aliquid eſſe ponebant, tanquam ea que videntur à caſu contingere, ab aliquo ſuperiori ſint effata, ſeu præloquuta & ordinata, vt eſſent. Et horum nonnulli, omnia quæ hic contingunt, reducere voluerunt in corpora cæleſtia, ſicut in cauſas, vim ſiderum fatum dicentes, cui prædicta omnia cum neceſsitate ſubijcerentur, etiam electiones humanæ: quæ poſitio improbata eſt ſatis à ſanctis. Alia omnia in diuinam prouidentiam reduxerunt, ordinationem quæ eſt in rebus ex prouidentia diuina, fatum vocantes, ſicque ait Boethius: Fatum eſt inhærens rebus mollibus diſpoſitio, per quam prouidentia ſuis quæque connectit ordinibus. At vero in prima parte Summæ ſuæ, quæſtione centeſima decima quinta aſſerit Thomas: Fatum in cauſis creatis eſt, prout diuinitus ordinatæ ſunt ad ſuos effectus. Hinc fatum, ſi conſideretur per comparationem ad diuinam prouidentiam, à qua velut à propria origine proficiſcitur & cauſatur, immobile & incommutabile eſt, certum & fixum ſicut prouidentia. Nam quantum ad Deum, nihil eſt caſuale, ignotum, ſiue incertum. Si autem

Fatũ quid ſit.

autem fatum referatur ad cauſas ſecundas, particulares & proximas, mobile eſt. Neceſsitas quoque fati, quantum ad Deum, neceſsitas eſt conditionata, non abſoluta eſt. Inſuper ait ibidem Thomas: Cum fatum ſit diſpoſitio prouidentiæ in cauſis ſecundis explicita & velut diſperſa, Ideo quæ immediatæ à Deo fiunt, fato non ſubijciuntur, ſed ſoli prouidentiæ Dei, ſicut creatio, iuſtificatio, glorificatio. Quæcunque vero diuina prouidentia per cauſas ſecundas exequitur, fato ſubduntur. Vnde ſecundum Boethium, quæ ſummæ diuinitati propinqua ſunt, fatalis ordinis ſeriem ac mutabilitatem excedunt. De cæteris vero ait: Series fati cælum ac ſidera voluit, elementa contemperat, naſcentia occidentiaque per ſimiles fœtus reducit, actus fortunaſque hominum indiuiſibili cauſarum commixtione conſtringit. Præterea, ſicut Guilhelmus Pariſienſis In libro ſuo de fide & legibus recitat, Quidam philoſophorum & aſtrologorum in tantum omnia quæ in mundo hoc inferiori ſunt, cælorum atque ſtellarum influentijs poſuerunt de neceſsitate ſubiecta, quod etiam diuerſitates ſectarum & legum, ſicut & alias diuerſitates, conditionesque hominum, attribuerunt cælis & ſtellis vt cauſis, aſſerentes legem Hebræorum ortum habuiſſe à Saturno & cælo ipſius, & propter hoc diem Saturni, qui dies eſt ſabbati, celebriorem eſſe apud Iudæos. Legem autem Saracenorum, in qua viget voluptas, dicunt à Venere orbeque eius eſſe, Ideo Saracenos diem Veneris celebrare. Legem vero Chriſtianorum, quæ ſola eſt lex veritatis, honeſtatis & ſanctitatis perſectæ, dicunt legem ſolis, Ideoque Chriſtianos diem ſolis, id eſt, diem dominicum celebrare. Hanc opinionem inanem præfatus doctor libro præallegato efficaciter reprobat. De hac quoque materia multum compendioſe ſcribit dominus Petrus de Aliaco, libro ſuo de ſectis & legibus contra ſuperſtitioſos aſtronomos, vbi inter cætera approbat dictum cuiuſdam doctoris, dicentis: Licet voluntas non cogatur, tamen corpus alteratur per virtutes cælorum, & tunc anima corpori vnita, fortiter excitatur atque inducitur, quamuis non cogatur, vt velit ſequi corporis inclinationes ad actus publicos aut priuatos, & ad actus bonos ſeu malos. Addit etiam Petrus de Aliaco, quod bonitas conſtellationis confert ad bonitatem complexionis, ex qua aliqui inclinantur ad bona, quemadmodum alij in quibus complexio praua eſt, vt melancholici, fortes habent inclinationes ad mala. Non tamen putandum eſt, quod aliqui planetæ in ſe aut directe maleuoli ſint, aut cauſæ malitiæ, ſed ex Ineptitudine & inhabilitate ſuſceptibilitatis materiæ, malitia corruptioque contingunt, quemadmodum lux ſolis aliquibus viſum iuuat, in alijs viſum lædit, iuxta diſpoſitionem ſuſcipientis. Ex præinductis patet ſolutio dubij, an fatalis influentia cauſa ſit diuerſitatis actuum atque euentuum humanorũ. Eſt etenim diſtinguendũ, quoniam ſi ſermo eſt de fato, de quo dixerunt quãplures quod neceſsitatem rebus inferret: dicendum eſt, quod nequaquã, & quod huiuſmodi fatum non ſit. Si autem fatum ſumatur pro vi inſita ſtellis, planetis, orbibuſque cælorum, ſeu cauſali influxui virtutis illius, quæ agit in inferiora, ſecundum doctores catholicos & meliores philoſophos, abſque hoc quod neceſsitatem imponat, præſertim actibus humanis, tunc reſpondetur quod influentia fatalis eſt cauſa diſpoſitiua ſiue inclinans multiplicis diuerſitatis & euentus, ac variæ terminationis actuum humanorum, ſecundum quod aliqui ex ſua complexione, ex influxu cœleſti cauſata, inclinantur ad tale vel tale bonum, aut malum, & ad paſsiones diuerſas, quibus pauci, videlicet ſapientes, reſiſtunt, ſecundum philoſophum. certumque eſt, quod iuxta qualitatem operum & meritorum ſuorum, diuerſa eis contingunt, proſpera aut aduerſa. Vnde & Thomas prima parte ſummæ ſuæ, quæſt. 114. ſic ſcribit: Corpora cæleſtia in corpora inferiora directe agunt & influunt, in potentias vero organicas animæ imprimunt, inquantum ſecundum variam diſpoſitionem organorum, huiuſmodi vires diuerſimode agunt, ſcilicet bene vel male. Intellectus autem & voluntas ſunt inorganicæ vires, idcirco corpora cæleſtia non imprimunt in eas, niſi indirecte, inquantum cognitio & affectio intellectualis à ſenſibilibus & ſenſitiuis potentijs ortum habet, idcirco neceſsitatem non Inferunt corpora cæleſtia in organicis viribus immo ſenſitiua pars animæ ſubditur rationi, & appetitus inferior voluntati. De præſenti demum materia habentur perpulchra in libro prætacto Petri de Aliaco, & in tractatu AEgidij de Roma, quem fecit contra errores philoſophorum, præſertim aſtronomorum, videlicet Albumaſar & Alkendi, Auicennæ quoq; & Algazelis atq; Auerrois, &c.

De fortuna, quid ſit, & an ab aſtris dependeat, & qualiter cauſa ſit actuum humanorum & diuerſitatis eorum, *Art.* XII.

DE hac ipſa materia ſubtiliter ac profunde ſcribit Thomas in ſumma contra gentiles tertio libro, cuius verbis pauca præmitto. Etenim quidam philoſophi multa in mundo hoc, fortuito, caſualiterque euenire cernentes, Deum de inferioribus Iſtis habere prouidentiam negauerunt. Alij è contrario Deum vniuerſorum prouidentiã habere fatentes, fortunam & caſum nihil eſſe dixerunt, niſi ſecundum apparentiã tantũ, eo ꝙ omnia de neceſsitate venirẽt, iuxta cer-

xta certum & infallibilem cauſarum connexionem ac ſeriem, à diuina mente præuiſam, præfixam
ſeu inſtitutam. Inter hos duos errores extremos, catholicæ fidei medium tenet doctrina. Por-
Fortuna. ro fortuna eſt cauſa per accidens in agentibus ſecundum propoſitum extra frequēter & ſemper,
hoc eſt, in effectibus qui fiunt raro & præter intentionem agentis rationalis naturæ. Eſt ergo om-
nium orthodoxorum patrum ſententia, quod quamuis diuina prouidentia ſit vniuerſa comple-
ctens, præintuens & diſponens, non tamē auſertà rebus naturales proprietates earum, immo eis
illas largitur: ideo in hominibus manet mētis libertas, & vertibilitas voluntatis, & variabilitas ac
contingentia manent in rebus: ſicq; per comparationem ad particulares & proprias, naturales ac
ꝓximas cauſas, multa à fortuna caſuq; fiunt. Itaq; hoc præfato ſanctus doctor ſic ait: Ex his appa-
rere poteſt, quomodo aliquis bene fortunatus dicatur. Dicitur nanq; homini ſecundum fortunā
bene contingere, dum aliquod bonum accidit ſibi præter ſuam intentionem, quemadmodū ali-
quis fodiendo ſepulchrum, inuenit theſaurum quem non quærebat. Contingit autem aliquem
aliquid operari præter intentionem propriam, non tamen præter intentionē alicuius ſuperioris,
cui ipſe ſubeſt, vt ſi dominus aliquis præcipiat vni ſeruorū ſuorum ire ad aliquem locum ad quē
alium miſit ſeruum, illo id ignorante, tunc occurſus ſeruorum eſt præter intentionem eorum, nō
præter intentionem domini eos mittentis. Et ideo licet per comparationem ad hunc ſeruum, ſit
fortuitum & caſuale ſic alij obuiare, non tamen per comparationem ad dominū, immo quo ad
eum, eſt præordinatum. Cum igitur homo ſecundum corpus ſuum ordinatus ſit ſub corporibus
cæleſtibus, ſecundum animam ſub angelis, ſecundum voluntatem ſub Deo, poteſt contingere a-
liquid præter intentionem hominis, quod tamen eſt ſecundum ordinem cæleſtium corporum,
vel diſpoſitionem angelorum aut etiam Dei. Quamuis enim ſolus Deus directe ad electionem
hominis operetur, tamen actio angeli operatur aliquid ad electionem hominis per modum per-
ſuaſionis, actio autem cæleſtis corporis per modum diſponentis, inquantum corporales cæleſtiū
corporum impreſsiones diſponunt ad aliquas electiones. Cum ergo aliquis ex impreſsione cæ-
leſtium corporum & ſuperiorum cauſarum, ſecundum prædictum modum inclinatur ad aliquas
electiones ſibi vtiles, quarum tamen vtilitatem ipſemet neſcit, & cum hoc ex illuminatione intel
lectualium ſubſtantiarum illuminatur intellectus eius ad eadem agenda, & ex diuina operatio-
ne inclinatur eius voluntas ad aliquid eligendum aut operandum ſibi vtile, cuius tamen rationē
ignorat, dicitur bene fortunatus: & è contrario male fortunatus, quando ex ſuperioribus cauſis
ad contraria eius electio inclinatur, ſicut ab Ioachim dicitur ad Hieremiam: Scribe virum iſtum
Hierm. 22. ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperabitur. Sed in hoc eſt differentia attendenda. Nam impreſ
ſiones corporum cæleſtium in corpora noſtra, cauſant in nobis naturales corporum diſpoſitio-
nes, & ideo ex diſpoſitione relicta ex cæleſti corpore in corpore noſtro, dicitur aliquis bene for-
tunatus aut male, ſed & bene natus aut male, ſecundum quem modum philoſophus dicit in ma-
gnis moralibus, quod eſſet bene fortunatum, eſt eſſe bene natum. Nō enim poteſt intelligi, quod
ex natura intellectus diuerſa procedit, quod vnus vtilia ſibi eligit, & alius nociua præter rationē
propriam, cum natura intellectus & voluntatis, in omnibus hominibus ſit vna. Diuerſitas nam-
que formalis induceret diuerſitatem ſpecificam. Diuerſitas autem materialis, inducit diuerſita-
tem ſecundum numerum. Vnde ſecundum quod intellectus hominis illuſtratur ad aliquid agen
dum, vel voluntas à Deo inſtigatur, non dicitur aliquis bene natus, ſed potius bene cuſtoditus
vel gubernatus. Rurſus attendenda eſt circa hoc alia differentia. nam operatio angeli & cor-
poris cæleſtis eſt ſolum diſponens ad electionem: operatio autem Dei, eſt ſicut perficiens.
Cum autem diſpoſitio, quæ eſt ex corporis qualitate vel intellectus perſuaſione, neceſsitatem
ad eligendum non inducat, non enim ſemper homo eligit id quod angelus cuſtodiens eum in-
tendit, neque illud ad quod corpus cæleſte inclinat, ſemper tamen homo hoc eligit, quod Deus
operatur in eius voluntate. Hinc cuſtodia angelorum interdum caſſatur, iuxta illud Hieremiæ
51. Curauimus Babylonem, & non eſt curata: & multo magis inclinatio cæleſtium corporum
caſſatur interdum, diuina vero prouidentia ſemper eſt firma. Eſt etiam adhuc alia differentia
conſideranda. Nam cum corpus cæleſte non diſponat ad electionem, niſi inquantum imprimit
in corpore noſtro, ex quibus incitatur homo ad eligendum, per modum quo paſsiones indu-
cunt ad electionem, omnis diſputatio ad electionem quæ eſt ex corporibus cæleſtibus, eſt per
modum paſsionis, ſicut cum quis inducitur ad aliquid eligendum ex odio vel amore ſeu ira.
Ab angelo vero diſponitur aliquis ad aliquid eligendum per modum intellectualis conſidera-
tionis abſque paſsione, quod contingit dupliciter: Aliquando enim illuminatur intellectus ho-
minis ab angelo ad cognoſcendum ſolum, quod aliquid eſt bonum fieri, non autem inſtruitur
de ratione per quam eſt bonum, quæ ſumitur ex fine, & ideo quandoque æſtimat homo, quod
aliquid ſit bonum fieri, & tamen ſi quæreretur ab eo, quare, reſponderet ſe neſcire: ideo cum
peruenerit in finem vtilem quem non præconſiderauit, erit ſibi fortuitum. Interdum vero per il-
luminationem angeli inſtruitur, quod hoc ſit bonum, & de ratione quare ſit bonum, quę depen-

det ex

det ex fine. Et ſic, quando peruenit ad finem quem conſiderauit, non erit fortuitum. Sciendum quoque quod vis actiua ſpiritualis naturæ, ſicut eſt altior quam corporalis, ita eſt etiam vniuerſalior: ideo non ad omnia ad quæ ſe extendit humana electio, ſe extendit diſpoſitio corporis cæleſtis. Rurſus, quoniam virtus humanæ animæ, & etiam angeli, eſt particularis per comparationem ad diuinam virtutem, quæ vniuerſalis eſt reſpectu omnium entium: Hinc aliquod bonum accidere poteſt homini, & præter propriam intentionem, & præter cæleſtium corporum inclinationem, & præter angelorum illuminationem, non autem præter prouidentiam Dei, quæ eſt gubernatiua ſicut & factiua entis, inquantum ens. Vnde oportet quod omnia ſub ſe contineat, immo quo ad Deum, in nulla re poteſt eſſe aliquid caſuale aut improuiſum. Quia vero fortuita ſunt quæ præter intentionem contingunt, bona autem moralia præter intentionem eſſe non poſſunt, cum in electione conſiſtant, reſpectu eorum non poteſt aliquis dici bene aut male fortunatus, licet reſpectu eorum poſſit quis dici bene aut male natus, videlicet quia ex naturali diſpoſitione aptus eſt ad electionem virtutum vel vitiorum, ſed reſpectu exteriorum bonorum quæ præter intentionem euenire homini poſſunt, poteſt homo dici & bene natus, & bene fortunatus, à Deo gubernatus, atque ab angelis cuſtoditus. Conſequitur autem homo ex ſuperioribus cauſis & aliud auxilium, quantum ad exitus actionum ſuarum. Cum enim homo & eligere habeat, & exequi quæ elegit, in vtroque à cauſis ſuperioribus adiuuatur. Secundum electionem quidem, vt dictum eſt, inquantum homo vel diſponitur ad aliquid eligendum per cæleſtia corpora, vel illuſtratur per angelorum cuſtodiam, vel etiam inclinatur per operationem diuinam. Secundum exequutionem vero, inquantum homo conſequitur ex aliqua ſuperiori cauſa robur & efficaciam ad complendum quod elegit, qua efficacia non ſolum à Deo, ſed ab angelis etiam eſſe poteſt, ſicut à corporibus quoque cæleſtibus, inquantum talis efficacia in corpore ſita eſt. Manifeſtum eſt enim, quod etiam inanimata corpora quaſdam vires & efficacias à cæleſtibus corporibus ſortiuntur, etiam præter illas quæ ad qualitates actiuas & paſſiuas elementorum conſequuntur, quas non eſt dubium cæleſtibus corporibus eſſe ſubiectas, ſicut quod magnes attrahit ferrum, & lapides quidam ac herbæ quaſdam occultas habent virtutes. Vnde nil prohibet quod etiam aliquis homo ex impreſſione cæleſtis corporis habeat quaſdam efficacias in aliquibus corporalibus faciendis, quas alter non habet, vt medicus in ſanando, agricola in plantando, miles in expugnando. Huiuſmodi autem efficaciam multo perfectius Deus largitur hominibus ad ſua opera exequenda. Quantum ergo ad primum auxilium quod eſt in eligendo, dicitur Deus hominem dirigere: & quo ad ſecundum auxilium, dicitur hominem confortare: & hæc duo auxilia ſimul tanguntur Pſalm. 26. cum dicitur: Dominus illuminatio mea, quo ad primum: Dominus protector vitæ meæ, quo ad ſecundum. Porro inter hæc duo auxilia eſt duplex differẽtia, quia ex primo auxilio adiuuatnr homo, tam in his quę hominis virtuti ſubduntnr, quam etiam in alijs. Sed ſecundum auxilium tantum ſe ad illa extendit, ad quæ virtus hominis valet. Quod enim homo fodiens ſepulchrũ, inueniat theſaurũ, ex nulla hominis virtute ꝓcedit, vnde reſpectu talis prouentus, iuuari poteſt ad hoc quod inſtigetur ad quęrẽdum vbi eſt theſaurus, non autem in hoc, quod ei aliqua virtus detur ad inueniendum theſaurum. Ad hoc autem quod medicus ſanet, vel miles in prælio vincat, poteſt adiuuari in hoc, quod eligat conuenientia media ad tinem, & in hoc, quud efficaciter exequatur per virtutem à ſuperiori cauſa adeptam. Hinc primum auxilium vniuerſalius eſt. Secunda differentia eſt, quia ſecundum auxilium eſt ad proſequendum efficaciter quæ intendit. Cum ergo fortuita ſint præter intentionem, reſpectu talis auxilij, non dicitur aliquis proprie bene fortunatus. Contingit autem homini bene vel male ſecundum fortunam, quandoque ipſo ſole agẽte, ſicut cum fodiens terram, inuenit theſaurum, interdum vero alterius cauſæ actione concurrente, vt cum quis vadens ad forum cauſa emẽdi, inuenit debitorem, quem inuenire non intendebat. In primn autem euentu homo iuuatur ad hoc, ꝙ aliquid bene ſibi contingat, ſecundú hoc ſolum, quod dirigitur in eligendo illud, cui cóiunctum eſt per accidens aliquod commodú, quod ꝓuenit præter intentioné. In ſecundo vero euentu, oportet ꝙ vterq; agens dirigatur ad eligendum actionem, vel motũ vnde ſibi occurrant.

Præterea oportet & aliud conſiderare circa prædicta. Nã dictũ eſt, ꝙ ad hoc quod homini bene aliquid vel male cótingat ſecundú fortunã, & ex Deo eſſe poteſt, & à cæleſti corpore, inquantum homo à Deo inclinatur ad aliquid eligẽdum, cui commodũ vel incommodũ eſt coniunctũ, quod eligẽs nó pręconſiderat, & inquantũ à corpore cæleſti ad tale aliquid eligendú diſponitur. Hoc aũt commodú ſiue incómodum, relatũ ad hominis electioné, extat fortuitũ. Relatũ vero ad Deum, rationem amittit fortuiti. Non aũt relatũ ad corpus cæleſte, quod patet. Nó enim effectus aliquis amittit rationem fortuiti, niſi reducatur ad cauſam per ſe: virtus aũt cæleſtis corporis, eſt cauſa agens, non per modum intellectus vel electionis, ſed per modú naturæ, cui ꝓprium eſt tendere in vnum. Si ergo effectus non eſt vnus, non poteſt per ſe cauſa eius eſſe virtus aliqua naturalis. Cú aũt aliqua duo per accidens ſibi coniũguntur, nó ſunt vere vnú, ſed ſolum per accidẽs. Id-

domus. Et primam comparationem ab Ariſtoe.12.metaphyſicorum habemus, ſecundam ex eadẽ ratione accipere poſſumus. Porro prudẽs dux exercitus, primo ſingulos de exercitu ordinat, vnũquemque in ſuo collocans gradu, & in alio collocat peditem, in alio equitem, ſicq́ue de alijs. Similiter in domo bene ordinata, paterfamilias primo ordinat perſonas domus, quemlibet in gradu ſuo. Et in alio ponit ſeruum, in alio coniugem, in alio filium, ordinatq́ue quid quiſque agere debeat ad conſequendum finem intentum. Secundo ſic ordinatis, confert ea quæ neceſſaria ſunt ad ſua officia exequenda, & vtrunque horum præſupponit voluntatem, cognitionemq́ue finis, propter quem ordinantur & fiunt. Iuxta hunc modum in toto vniuerſo Deus quaſdam naturas & res conſtituit in gradu ſuo eminentiori, alias in decliuiori: & ratio huius in Deo exiſtens, vocatur diſpoſitio, cuius exequutio vocatur creatio. Prouidentia autem in Deo dicitur, inquantum præordinauit conferre neceſſaria ad finis conſequutionem, cuius exequutio dicitur gubernatio.

Præterea aliquid ſub eſt prouidentiæ Dei dupliciter. Primo: ſicut cui prouidetur, & ſic res ſub ſiſtẽtes quibus cõpetit agere, in finemq́ue tendere, ꝓuidentiæ ſubſunt. Secundo, ſicut id de quo ꝓuidetur vel quod ꝓuidetur alicui, vt ſunt collatio expedientiũ, & impedimentorũ remotio. Vnde omnia quę in creaturis ſunt, ꝓuidẽtię ſubſunt. Quod patet, excludẽdo tria, quę magis vidẽtur ſubterfugere prouidentiam Dei. Prima ſunt caſualia ſeu fortuita, quæ cum non ſint præcogni ta, non videntur præuiſa. Secunda ſunt mala. Deus namque prouidentiam non videtur habere, niſi quorum eſt cauſa, non autem eſt cauſa malorum, præſertim culpæ. Tertia ſunt contingentia ad vtrumlibet, quæ cum ſint indeterminata, non videntur determinata ad finem: ſed primum ho rum non cogit. Non enim dicitur caſuale ſiue fortuitum, quoniam nullam habeat cauſam, dicen te quinto de conſolatione Boethio: Nihil eſt quod ex legitimis cauſis non oriatur: ſed ideo, quia prouenit præter intentionem agentis particularis ac proximi. Vnde foſsio agri, per ſe cauſam habet, ſcilicet fodientem, & inuentio theſauri ſimiliter, ſcilicet foſsionem aut aliud: ſed concurſus harum cauſarum eſt per accidens, & à nulla earum intentus. Si vero eſſet aliqua cauſa, has duas cauſas conuertens per ſe, quo ad illam, non eſſet effectus iſte fortuitus, ſed intentus. Cumq́ue omnis ordo & cauſarum connexio, ſit à prouidentia Dei: quantum ad eam, nihil eſt à fortuna vel caſu, ideo ait Boethius: Quamuis caſus ſit inopinatus ex confluentibus cauſis in his quæ propter aliquid geruntur, tamen concurrere atque confluere facit has cauſas ordo ille ex ineuitabili con nexione procedens, qui de prouidentiæ fonte deſcẽndens, cuncta ſuis locis temporibuſq́ue diſponit. Secundum quoque non cogit, quia ad plura ſe extendit diuina ſcientia, quam eius cauſalitas: prouidentia autem ad ſcientiam pertinet, ideo poteſt ſe ad mala extendere, ad quæ ſe non extendit cauſalitas, ideo cadunt ſub prouidentia Dei, tanquam ea, contra quæ ab hominibus ꝓuidetur, ne fiant, & quæ ordinantur ad pœnam, ſi fuerint facta. Tertium item non cogit. Nam quamuis contingentia ad vtrumlibet ſint indeterminata in ſuis particularibus cauſis ſecundum ſe conſideratis, apud ſcientiam tamen diuinam ſunt determinata: quoniam Deus ſcit non ſolum cauſas impedimentales ſecundum ſe, ſed omnia etiam impedimenta quę poſſunt euenire, & quę euenient. Quibus ſcitis, ſcitur quicunque effectus, contingens ſecundum quod determinatum aliquid. Ideo contingentia ſic determinata, prouidit Deus ad determinatos fines. Hæc etiã quan tum ad ſententiam ſcribunt Bonauentura, Petrus de Tarẽto, Richardus de media villa, cum alijs. ideo prolixitatem deuitans, dimitto.

De cauſis difficultatis intelligendi librum beati Iob. *Art. XIIII.*

Expræinductis ô reuerende atque digniſsime domine doctor, timorate, deuote, ac præclariſsime pater, vtcunq; ſoluta eſt quæſtio paruitati meæ ab excellentia tua tam dignanter quam humiliter mota, quià pauperculo tam longo inferiori & indoctiori informationem petiſti: Quæſtionem quoque propoſitam dilatari optaſti, quod etiam feci, ne in aliquo ad optem perandum beneplacito tuo tardus appaream, non quaſi pro tuæ perſonæ doctiſsimæ informatione hæc ſcribens, (hoc quippe eſſet Mineruã velle inſtruere, ꝓpriamq; inſipientiã & præſumptionem mõſtrare) ſed vel ad dandum occaſionẽ ſapiẽtiæ tuæ excogitandi ꝓfundius de iſta materia, quemadmodũ Salomõ Pro.9. loquitur: Da ſapienti occaſionẽ, & addetur ei ſapientia. Itẽq; Pro. 1. Audiens ſapiens, (nec dubium quin ſimili ratione etiã legens) ſapiẽtior erit. Vel ꝓ meipſius exercitatione, vel ꝓ puſillorũ (quorũ primus ego ſum) inſtructione. Enimuero in epiſt. paternitatis tuę mihi directa, id quæſtioni ꝓpoſitæ adieciſti: Ad hunc finem moueo quæſtionem, vt intelligã librum Iob. Hinc de intelligentia libri Iob aliquid tangam. Et primo de cauſis difficultatis ipſius, quæ (vt iã occurrit) tres poſſunt præcipue aſsignari. Prima eſt, quia in verbis Iob, ſecundum ſuperficiem apparentiamq; verborum, videtur mutua contradictio & repugnantia ingens. Secũda, quoniam S. Iob ſecundum verborũ apparentiã, videtur nonnunquã minus reuerenter & caute lo qui de Deo & ꝓuidẽtia eius, ac derogare diuinę iuſtitiæ. Tertia, quia amici ipſius & Elihu quoq; ſecun-

ſecundum formam verborum, videntur multo reuerentius loqui de DEO & iuſtitia eius,
quam Iob, ac zelari pro Deo, & nihilominus reprobantur à Deo. Iob autem laudatur ab eo.
Iob 4. 16. Nunc ergo hæc omnia ex libro Iob ſeriatim ac breuiter ſunt probanda. Ecce inter alia multa ait:
Iob 40. Vere ſcio quod non iuſtificabitur homo compoſitus Deo: ſi voluerit cum eo contendere, non
Iob 9. poterit reſpondere vnum pro mille. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me. Si me
Iob 6. innocentem oſtendere, prauum me comprobabit. His verbis contrariari videtur quod iterum loquitur: Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in ſtatera: quaſi arena maris, id eſt, innumerabiliter ſeu incomparabiliter, hæc ſcilicet pœna vel calamitas mea, grauior appareret, id eſt, maior quã peccata quibus pœnã merui, ſi quam me-
Iob 9. rui. Quomodo ergo verum eſt illud, Non poterit reſpondere vnum pro mille? Deniq; alibi ait:
Iob 23. Quis mihi tribuat vt inueniam illum, ſcilicet Deum, & veniam vſq; ad ſolium eius? Ponam coram
Iob 9. eo iudiciũ. Quomodo ergo ſuperius dixit, Scio quod non iuſtificabitur homo compoſitus Deo, cum ipſe cupiat vſq; ad ſolium Dei venire, vt ponat coram eo iudicium, quaſi iuſtũ iudicium pe-
Iob 13. titurus à Deo? Rurſus dicit: Si fuero iudicatus, ſcio quod iuſtus inueniar. Quomodo ergo ait, Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me? Prælertim cum rurſum proteſtetur: Donec
Iob 9. Iob 27. deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, non dele-
Iob 9. ram. Cui etiam verbo obuiare videtur, quod antea dixit: Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum igno-
Iob 23. rabit anima mea. Cui nihilominus verbo repugnare videtur, quod poſtmodum in diuerſis capi-
Iob 27. tulis iuſtitias ſuas tam diffuſe ac diligenter deſcribit, inter cætera dicens: Viã Dei cuſtodiui, & nõ declinaui ab ea. A mandatis labiorum eius non receſsi. Adhuc autem profitetur: Neq; repræhen-
Iob 17. Iob 31. dit me cor meum in omni vita mea. Et alio loco: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur ocu-
Iob 7. lus meus. Itemq́: Si in manibus meis adhæſit macula. Quaſi dicat, Non. Quibus omnibus diſſona-
Ibidem. re videtur quod alibi ait: Peccaui. Quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Et denuo: Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Et alibi: Tu quidem greſſus meos dinu- meraſti, ſed parce peccatis meis. Rurſum quoq; proteſtatur: Idcirco ipſe me repræhendo, & ago
Iob 14. pœnitentiam in ſauilla & cinere. Pręterea loquitur: Deus ſub quo curuantur qui portant orbem,
Iob 41. quantus ergo ſum ego qui reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam ſi habuero
Iob 9. quippiam iuſtum, non reſpondebo ei, ſed vt meum iudicem deprecabor. Quomodo ergo ait lo-
Iob 13. Ibidem. quens Deo: Voca me, & reſpondebo tibi, aut certe ego loquar, & tu reſponde mihi. Rurſusq́; Ad omnipotentem loquar, & cum Deo diſputare cupio. Amplius fatur: Non inuenitis in lingua mea
Iob 6. iniquitatem, nec in ſaucibus meis ſtultitia perſonabit. Vnde & alibi de eo legitur: In omnibus
Iob 2. his non peccauit Iob labijs ſuis, nec ſtultum quid contra Deum loquutus eſt. Quomodo ergo S.
Iob 39. Iob ait ad dominum: Quia leuiter loquutus ſum, reſpõdere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum. Vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum, quibus vltra non ad-
Iob 41. dim. Et Ideo (inquit) inſipienter loquutus ſum, & quæ vltra modum excedunt ſcientiam meam. Hæc de prima cauſa difficultatis intelligendi librum Iob tetigiſſe ſufficiat.

De ſecunda cauſa difficultatis einſdem. Art. XV.

Iob 9. BEATVS iſte Iob libri ſui quodam loco loquens de Deo, ait: Multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa. Hoc non videtur ſapientiam, iuſtitiamq́ue decere diuinam. Rurſus Iob nono ait: Innocentem & impium ipſe conſumit, hoc videtur contrarium ei, quod Geneſ. decimo octauo Abraham loquitur Deo: Nunquid perdes iuſtum cum impio? Non eſt hoc tu-
Iob 9. um qui iudicas omnem terram. Et iterum Gen. 18. ſcriptum eſt: Num gentem innocentem & iuſtam perdes? Inſuper loquitur de Deo. Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat. Hoc diuinæ pietati & æquitati derogare prorſus videtur, cum Sapient. primo legatur: Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Et Tobiæ tertio dicitur Deo: Non delectaris in perditionibus noſtris. Et omnino crudele videtur, de innocentum pœnis ridere. Iterum Iob quoque decimo ait: Multiplicas iram tuam aduerſus me. Quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret? Hoc videtur impatienter ſonare, atque ingratitudinis verbum eſſe, cum tamen Iob dicatur ſingulariter patientiæ decoratus virtute. Nec
Iob 1. debet quis de aduerſis huius vitę in tantum triſtari, vt ſe doleat eſſe natum. Præterea ait ſuis amicis: Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixit me. Hoc videtur multis ſcri-
Iob 19. pturarum teſtimonijs obuiare, atque diuinæ derogare iuſtitiæ. Vnde ait Pſalm. 118. Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua. Danielis quoque decimo dicitur Deo: Omnes viæ tuæ &
Iob 23. iudicia tua recta. At vero denuo dicit Iob, loquens de Deo: Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. Hoc rurſus ſonare videtur, quaſi Iob velit aſſerere iu-
Iob 10. ſtiorem ſe Deo, & iuſte percuſſum. Poſtremo loquitur Deo: Sto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Quod de pijſsimo atque dulciſsimo Deo, non bene videtur ſonare.

De tertia cauſa difficultatis intelligendi librum B. Iob. Art. XVI.

EX præmemoratis S. Iob verbis, tres eius amici & etiam Elihu vir eloquens & non mediocriter ſciens, ſed animoſus, vehementiſsime inflāmati ſunt contra Iob, reputantes eū ſacrilegū
ac blaſphemū, immo præſumptuoſiſsimū atq; hypocritā: quia vt eis apparuit, vltra modum
derogauit diuinæ iuſtitiæ, & eā depreſsit, ſeq; vaniſsime exaltauit & iuſtificauit. Hinc in omnib.
viri iſti de diuina maieſtate loquuti ſunt quædam ſublimia, & Deū eſſe iuſtiſsimū ꝓbauerunt, vt
ſic inſaniam quam imputauerunt B. Iob, enormiorem oſtenderent. Hinc Eliphaz proteſtatur ſibi Iob 4.
in viſione ſic dictum: Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit
vir? Ecce Deus in angelis ſuis repperit prauitatē, quanto magis qui habitant domus luteas con
ſumentur velut à tinea? Et: Ad Deum (inquit) ponam eloquium meum, qui facit magna & inſcru Iob 5.
tabilia, & mirabilia abſq; numero. Deniq; Baldath ait ad Iob: Vſquequo loqueris talia; Nunquid
Deus ſupplantat iudicium? aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt? Si omnipotentem fueris Iob 8.
deprecatus, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te. Deniq; quia amici Iob negare
nō poterant, quādo ipſe Iob multa fecerit opera bona ex genere, putauerūt eū illa feciſſe ex ſimu
latione propter laudem humanā. Idcirco frequenter loquuntur contra hypocritas. Vnde & Bal- Ibidem.
dath: Spes (inquit) hypocritæ peribit. Et ne Iob putaretur fuiſſe veraciter ſimplex, Baldath adiecit:
Deus non proiecit ſimplicem. Deinceps Sophar ait ad Iob: Dixiſti, purus eſt ſermo meus, &
mundus ſum in conſpectu Dei. Atq; vtinam Deus loqueretur tecum, vt oſtenderet tibi ſecreta ſa Ibidem.
pientiæ ſuæ, & intelligeres quod multo minora exigaris à Deo, quam meretur iniquitas tua. For Iob 11.
ſitan veſtigia Dei compræhendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies. Excelſior cælo
eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius & latior
mari. Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Ipſe enim nouit
hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne conſiderat? Vir vanus in ſuperbiam erigitur. Iob 15.
Poſt hæc Eliphaz iterum inuehitur contra Iob, dicens: Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus,
vt proferas huiuſcemodi ſermonem? Quid eſt homo vt immaculatus ſit, & iuſtus appareat natus
de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius,
Quanto maius abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquas iniquitatem? Præterea poſt Iob 32.
hos tres Elihu inuaſit beatum Iob, & præ cæteris acrius contra eum inuehitur, & ſecundum expo
ſitores efficatius arguit contra Iob, quam præfati. Minus quoque errauit circa prouidentiam
Dei, ſed repræhenditur, quia nimis pompoſe loquutus eſt. Itaque ait: Audi Iob eloquia mea. Iob 33.
Dixiſti enim in auribus meis: Mundus ſum & abſque delicto, immaculatus, & non eſt iniquitas
in me. Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus. Reſpondebo tibi, quod maior ſit Deus homine,
Aduerſus eum contendis, quod non ad omnia reſponderit tibi. Audite ſapientes verba mea, Iob 34.
quia dixit Iob: Iuſtus ſum, & Deus ſubuertit iudicium meum & violenta ſagitta mea abſque vllo
peccato. Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam? Ideo viri cordati audite
me. Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & Iob 35.
iuxta vias ſingulorum reſtituet. Vere enim Deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſub- Iob 36.
uertit iudicium. Et quomodo tu Iob eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas? Viri intelligen- Iob 37.
tes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me. Iob aūt ſtulte loquutus eſt, & verba illius non ſonant
diſciplinam. Pater mi, probetur Iob vſque in finem. Ne deſinas ab homine iniquitatis, qui ad-
dit ſuper peccata ſua blaſphemiam. Nunquid æqua tibi videtur cogitatio tua, vt diceres: iuſtior
Deo ſum? Suſpice cælum quod altior te ſit. Suſtine me paululū, & indicabo tibi. Adhuc enim ha-
beo quod pro Deo loquar, & operatorem meum probabo ipſum. Ecce Deus excelſus in fortitu
dine ſua, & nullus eius ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit ſcrutari vias? aut quis ei dicere po-
teſt, operatus es iniquitatem? Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. Ecce
Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, qui facit magna & inſcrutabilia. Nos quippe inuolui-
mur tenebris, digne eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia, &
enarrari non poteſt.

De quibuſdam verbis expoſitorum, conferentibus ad intelligentiam libri Iob.
Articulus decimusſeptimus.

VT primo moralium ſcribit ſanctus Gregorius, Deus ab exordio mundum quibuſdam ſan- Gregorius
ctis tanquam ſideribus decorauit, & diuerſos diuerſis ornauit virtutibus, hunc iſta, illum il
la ſingulariter illuſtrauit virtute. Inter quos beatiſsimum Iob, virtute patientiæ fulciuit præ
cipue, & eundem, quamuis tam perſectum & iuſtum, tā duriſsime flagellari permiſit, vt perſectio
quæ in ipſius latuit corde, per patientiam in aduerſis, alijs panderetur, atque in imitationis præ-
beretur exemplum. Hinc iuxta Albertum, materia libri Iob, eſt ſufferentia & patientia eiuſdem.

Porro

Immo in tanta perfidia, præſertim cum dicat Gregorius B. Iob non habuiſſe familiares amicos
niſi iuſtos. Nec obſtat, quod Iob in hac diſputatione locutus eſt eis, abſit vt iuſtos vos arbitrer. Gregorius
Itemque: Non inueniam in vobis vllum ſapientem, hoc nempe (ſecundum expoſitores) per- Iob. 27.
hibuit, quia in hac diſputatione non habuerunt ſe ſapienter ac iuſte. Gregorius demum & AL- Iob. 1.
bertus ſenſerunt amicos Iob poſuiſſe animam hominis immortalem. Si autem obijciatur, ergo Iob. 17.
non poſuerunt operum retributionē bonorum fieri in præſenti, nec æſtimauerunt pro ſolo pec- Gregorius
cato infligi aduerſa, quod tamen ſecundum Gregor. Thomam & alios aſſerebant, dicendum, Gregorius
quod non ſequitur. In lege namque naturę, immo & in lege ſcripta communiter ſic fiebat, quod
ſeruientibus Deo fideliter proſpera euenerunt, ſicut Deut. 27. ſcribitur. Vnde Iudæis tempora- Deut. 20.
lis proſperitas multoties promittebatur, ſi domino deſeruirent, idque tunc congruenter fiebat,
quatenus per hoc homines rudes ac imperfecti, in fide prouidentiæ Dei roborarentur, & ad ſpi-
ritalium inducerentur amorem. Tales namque (teſte Gregorio) ſi parua non reciperent, magna Gregorius
non crederent. Nec tamen amici Iob putauerunt temporalem proſperitatem eſſe finalem ac ple
nam iuſtæ conuerſationis mercedem, ſed inchoatam & aliqualem, quemadmodum & Chriſtus Matth. 17.
in Euangelio prædicatoribus loquitur: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud Luc. 10.
illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Itaque longiſsima illa inter Iob & eius ami-
cos diſputatio habita, præſertim conſiſtit in hoc, quod amici ſenſerunt, pœnas huius vitæ & ad-
uerſa non inferri, niſi pro præuia culpa: Nec magna aduerſa infligi, niſi pro ſcelere graui, & quia Iob 14.
viderunt B. Iob grauiſsime cæſum, iudicauerunt eum grauiſsimum peccatorem, quamuis homi Iob 18.
nes id latebat. Vnde hypocritam eum fuiſſe finaliter concluſerunt. Contra quos Iob zelo iuſti- Iob 31.
tiæ, iuſtum ſe fuiſſe demonſtrat, nec ſemper impijs aduerſa accidere, iuſtisque proſpera, nec ſe
iudicatum à Deo, iuxta proceſſum humanæ iuſtitiæ.

Elucidatio atque ſolutio difficultatum intelligendi librum Iob, ex qua datur via intelligendi multa, quæ in libro illo videntur difficilia & obſcura. Art. 18.

ITaque omnia verba præallegata, quibus B. Iob innocentem ſe aſſerit, nec peccaſſe, intantum Iob 6.
quod cor ſuum non repræhenderat eum in omni vita ſua, nec meruiſſe tot plagas, intelligen- Iob 13.
da ſunt de peccatis magnis atque mortalibus, de quibus conſcius ſibi non fuit. Porro, verba Iob 17.
quibus ſe peccaſſe fatetur, ſumenda ſunt de leuibus venialibusque peccatis, ſine quibus vita i- Iob 10.
ſta non ducitur, de quibus Iacobus ait apoſtolus: In multis offendimus omnes. Et 1. Ioan. 1. Si Iob 6.
dixerimus quia peccatum non habemus, nosipſos ſeducimus. Pro talibus quoque Iob quotidie Iob 7.
ſatisfacere ſtuduit, vt ſanctis viris mos eſt, nec Deus qui humanam ſcit fragilitatem, ſolet talia Iacob 3.
tam acriter vindicare. Hinc Iob iuſtum ſe dixit per mortalium carentiam vitiorum, nec tot me- Geoe. 8.
ruiſſe ſupplicia, penſata diuinæ bonitatis clementia, ac fragilitate humana, tamen ſecundum di- Iob 14.
uinæ rigorem iuſtitiæ, aduerſa vitæ præſentis non ſufficerent pro vno veniali peccato. Porro
quod dixit: Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendere, Iob 9.
prauum comprobabit, intelligendum eſt, quod noluit ſe iuſtificare per comparationem ad diui-
nam iuſtitiam, cuius reſpectu humana iuſtitia iniuſtitia reputatur, ſecundum Gregorium. Nec Gregorius
voluit ſe iuſtificare, quaſi à venialibus culpis eſſet immunis. Nec admirandum, ſi ſecundum di-
uerſas conſiderationes tam diuerſimode de ſe loquatur, cum & Paulus apoſtolus de ſe vno loco
teſtetur: Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Alibi vero, Nihil, in- 1. Tim. 1.
quit, mihi conſcius ſum. Per eandem diſtinctionem concordandum, quod Iob interdum aſſerit 1. Cor. 4.
ſe iuſtum inueniendum, ſi iudicetur à Deo: interdum autem, quod non iuſtificatur homo com- Iob 13.
poſitus Deo. Præterea, verba in quibus videtur minus reuerenter loqui de Deo, penſanda ſunt Iob 9.
ſecundum intentionem loquentis. Homines namque in vehementiſsimis doloribus conſtituti,
nonnunquam extenſe loquuntur, & magis ex acerbitate doloris, quam libra ac pondere ratio-
nis, quamuis intentio bona ſit, intellectusque verax: ideo Deus cordium iudex, talia aliquan- Iob 4.
do approbat, qui hominibus valde male videntur ſonare. Vnde quod B. Iob ait: Multiplicabit
Deus vulnera mea ſine cauſa: intelligendum eſt, ſine cauſa mihi aut hominibus nota. Vel ſine
cauſa tali, pro quali dumtaxat amici ſui, contra quos arguebat, putabant hominem flagellari. Si-
militer quod ait: Innocentem & impium Deus conſumit: intelligitur, quod etiam innocentes Iob 9.
in hac vita quandoque vſque ad mortem incluſiue aduerſitatibus affliguntur, quemadmodum
ad Hieruſalem Deus ait Ezech. 21. Occidam in te iuſtum & impium. Porro quod ait, Non de
pœnis innocentum rideat, ſcilicet Deus: intelligendum eſt, non per modum ridentis ſe habeat, Iob 9.
illos abſque cauſa eis cognita tam grauiter affligendo, quaſi de corū gauderet ſupplicio, in quo Sapien. 2.
tamen non delectatur, nec complacentiam habet, inquantum aduerſum eſt & pœnale, ſed in-
quantum illis multipliciter vtile eſt. Multa enim in ſcripturis Deo aſſcribuntur, non ſecundum
exiſtentiæ veritatem, ſed ſecundum operis ſimilitudinem, vt eſt illud Gene. 6. Tactus Deus do-
lore cordis intrinſecus, & præcauens in futurum, Delebo (inquit) hominem quem creaui, à fa-
cie terræ. Et Nahum 1. Vlciſcens dominus & habens furorem. Quum demum intelligi debeat,

Et quod

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM TOBIAE, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

QVI pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. Infinita bonitas creatoris,
benigniſsimam conſtituit legem rationali creaturæ, vt qualiter ipſa vult ſi- Prou. 22.
bi fieri à ſuo legiſlatore & creatore altiſsimo, ſic ipſa ſuis facere proximis
non omittat. Hinc apud Lucam ait Saluator: Eadem menſura qua menſi Matth. 7.
fueritis, remetietur vobis. Quibus verbis præmiſit: Date & dabitur vobis. Marc. 4. Lucæ 6.
Denique quam copioſe ac liberaliſsime deſuper detur affluentia super-
norum chariſmatum, his qui toto corde miſericordiæ actibus pro poſſe Idem.
intenti ſunt, pandit, addendo: Menſuram bonam & conſertam & coagita-
tam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. quo conſtat, quam vere locutus ſit Salomon:
Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. Tali etenim homini, homines (potiſsime pau- Prou. 22.
peres) bona imprecantur, & ipſe totius fons boni; dona gratiæ ſuæ abundanter largitur, immo &
temporalia multiplicare dignatur. Et quod amplius eſt, ſibi fieri arbitratur, quod eius intuitu &
amore exhibetur egenis: quod in venerabili & virtuoſo iſto Tobia euidenter eſſe completum,
in hoc eius libro nunc exponendo docetur. Fuit equidem ita miſericors, quod cum S. Iob dicere
potuit: Ab inſantia creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Præterea, Iob 31.
circa materiam libri huius aliqua poſſunt inquiri, quæ ex ipſo eius textu infrà patebunt. Præci-
pua vero occurrit difficultas, quo tempore ſit defunctus Tobias, an ſcilicet ante deſtructionem
vrbis Hieruſalem, incenſionemq; templi, an poſtea. Et de hoc infrà inquiſitio erit. Deniq; liber Tob. 13.
iſte non computatur inter ſcripturas Canonicas, tamen de eius veritate non dubitat mater Eccle
ſia, propter quod eum recepit, & legendum inſtituit, non ad confirmationem atq; probationem
eorum quæ veniunt in contentionem, id eſt, credendorum, de quibus inter Catholicos & incre- Hierony.
dulos extat diſputationis contentio, ſed ad morum informationem. Eſt namque hic liber hiſto-
ricus, etiam valde moralis ac doctrinalis. Verum contra hæc oritur duplex obiectio. Prima, quia Hierony.
Hieronymus ait in prologo huius libri, Librũ Thobię Hebręi his quę Hagiographa memorant,
manciparunt. Libri autem veteris teſtamenti ad Hhgiographa pertinentes, Canonici ſunt: ſiqui-
dem ſcripturam canonicam in tres diuidunt partes: In legem, In prophetas, & in Hagiographa, vt
in prologo ſuper Regum ſanctus refert Hieronymus. Secunda eſt, quia hic liber non eſt minoris
authoritatis quam liber Iudith, de quo in prologo ſuo Hieronymus proteſtatur, quod Synodus
Nicena legitur librum Iudith computaſſe in ſanctarum numero ſcripturarum. Sanctæ autem ſcri
pturæ vocantur Canonicæ, ergo & liber iſte inter Canonicas ſcripturas habendus eſt. Ad primã
harum inſtantiarum Magiſter in hiſtorijs reſpondet, dicendo, quod Hieronymus accepit hagio Hierony.
grapha diffuſius, id eſt, extenſe, prout includit apocrypha, cuius ſolutionis veritas ex verbis inno
teſcit Hieronymi aſſerentis, librum Tobiæ de catalogo diuinarum ſcripturarum Hebræi ſecan-
tes, &c. Et rurſus: Arguunt (inquit) nos Hebræorum ſtudia, & imputant nobis contra ſuum Cano
nem latinis auribus iſta transferre. Ad ſecundam ſimiliter reſpondendum, quod extenſe ſumen-
do ſcripturas diuinas, puta pro omnibus libris in Biblia contentis, & de Deo tractantibus, liber
iſte, ſicut & liber Iudith, inter diuinas cenſetur ſcripturas. Poſtremo, libri huius hiſtoria delecta-
bilis eſt & decora, ac plurimum informatiua fidelium.

EXPOSITIO CAPITVLI I. TOBIAS EX TRIBV & ciuitate Nephthalim, &c. Articulus I.

HOC primo capitulo deſcribitur conuerſatio virtuoſa Tobiæ, præſertim in operibus mi-
ſericordiæ. [Tobias ex tribu & ciuitate Nephthalim,] Nephthalim interdum eſt nomen
vnius duodecim patriarcharum, filiorum Iacob patriarchæ, qui ex coniuge ſua nomine
Bala, ancilla Rachelis, genuit Dan & Nehpthalim, vt patet Geneſis trigeſimo. Interdum
Nephthalim ſumitur pro tota tribu ex præfato Nephthalim orta. Quandoque vero pro ciuitate
Galilææ ad tribum Nephthalim pertinente, vt aliqui dicunt. Veruntamen Ioſue decimonono,
vbi ciuitates tribus Nephthalim exprimuntur, nulla ſic appellatur. Nec etiam 1. Paral. 7. Ideo
iſtud videtur incertum aut ſalſum, niſi forſan aliqua vrbium illarum, alio nomine dicta ſit Ne-
phthalim, aut poſtea ſit conſtructa. Fuit ergo Thobias ex tribu Nephthalim patriarchæ, & ex
ciuitate pertinente ad tribum patriarchæ eiuſdem, vel ex ciuitate nomine Nephthalim, [quę eſt

in ſuperioribus Galileę,]id eſt,in locis & partibus eminentioribus,ſeu magis orientalibus pro-
uinciæ Galilææ. Circa quod aliqui dicunt, ideo eſſe dictum, in ſuperioribus Galilææ,quoniam
duplex eſt Galilæa,ſcilicet ſuperior atq; inferior, & quod Tobias fuit de Galilæa ſuperiori. Sed
iuxta hoc(vt apparet)potius dictum fuiſſet, quæ eſt in ſuperiori Galilæa, [ſupra Naaſon] id eſt,
iuxta aut ſupra vrbem Galilææ ſic nominatam. Aliquando autem Naaſon eſt proprium nomē vi-
ri. Vnde Num.7.filius Aminadab nomine Naaſon, ſcribitur princeps tribus Iudæ fuiſſe.[poſt vi
am quæ ducit ad occidentem,in ſiniſtro habens ciuitatem Sepher,cum captus eſſet in diebus Sal
manaſar regis Aſſyriorum:]4.Reg.15. legitur,qualiter Teglat Phalaſar rex Aſſyriorum vaſtauit
regnum decem tribuum,& multos ex eis cepit ac tranſtulit in Aſſyrios,tempore Phaceæ regis Iſ-
4.Reg.17. rael,regnante in Iuda Ozia rege, quia alio nomine dictus eſt Azarias. Et hæc vocatur prima ca-
ptiuitas decem tribnum. Poſtea Salmanaſar rex Aſſyriorum,filius prædicti regis Aſſyrij,vaſtauit,
cepit,& tranſtulit decem tribus,ſcilicet eos qui ex tribubus illis reſidui erant in terra promiſſio-
nis. Et hæc vocatur ſecnnda captiuitas tribuum decem,quæ facta eſt ſexto anno Ezechiæ regis
Iudæ,& nono anno Oſeæ regis Iſrael.In qua captiuitate Tobias inter cæteros eſt abductus, non
non quod ipſe captiuari & transferri meruerit,ſed quia in punitione iuſta iniquorum,interdum
contingit & iuſtos ac innocentes corporalibus pœnis inuolui cum impijs,ſicut Ezech.23.domi-
Dan. 1. nus dixit Hieruſalē: Occidam in te iuſtum & impium.Sic enim Daniel cum ſocijs ſuis,atq; Eze-
Ezec. 1. chiel à Chaldæis capti fuerunt,quod tamen nec diuinæ prouidentiæ nec diuinæ repugnat iuſtitiæ.
Pſal.33. Iuſti enim & electi multipliciter in hac vita tribulantur,non ſolum pro culpis ſuis, ſed etiam pro
Eccl 27. maiori eorum profectu,& vt glorioſius coronentur,& exercitentur aduerſis, ac alijs in exemplū
patientiæ proponantur,ſicut & infrà tangetur. Talia ergo aduerſa ordinat iuſtus & ſuperſapien-
tiſsimus Deus ſuis electis in maius bonum.[in captiuitate tamen poſitus] i. in terra Aſſyriorum
captius habitans,puta in metropoli regni illius,hoc eſt,in Niniue ciuitate,non quod fuerit ibi in
neruo,aut cippo,aut carcere poſitus,ſed iure vel violentia belli detentus,[viā veritatis non deſe
ruit]id eſt,obſeruantiam legis diuinæ,& cultum veri Dei non reliquit,immo permanſit in veri-
tate vitę,in veritate doctrinæ,& in veritate iuſtitiæ. Sicq; in aduerſis extitit conſtans,fidelis & pa
tiens,in quo eius relucet perfectio. Aduerſa etenim probāt virum, iuxta illud Eccl.27. Vaſa figuli
probat fornax,& homines iuſtos tentatio tribulationis, [ita vt omnia quæ habere poterat,quo-
tidie concaptiuis fratribus qui erant ex eius genere, impartiret.] filijs Iſrael ſecnm captis condi-
uideret & cōmunicaret.Et per natos ex genere ſuo,poſſunt ſpecialiter accipi, nati ex tribu Neph
thalim: generaliter vero, quicūq; exorti ex progenie & ſemine Iacob ſeu tribuum decem. [Cū-
que eſſet iunior omnibus in tribu Nephthalim]i. vnus iuniorum. vel iunior quibuſdam ſingula-
rum familiarum tribus illius,vel iunior omnibus notabilibus perſonis tribus præfatæ. [nihil ta-
men puerile geſsit in opere.]i.nihil contrarium laudabilibus moribus,ſicq; moribus ætatē tran-
ſcendit, & maturitati,probitati atq; prouidentiæ,ſtuduit ab ea ætate qua capax fuit diſcretionis,
& in innocentia ſua permanſit,etiam inter dyſcolos ſceleratos atq; idololatras viuens, quod fuit
donum gratiæ ſpecialis. [Deniq; cum omnes irent ad vitulos aureos]i. quidam,immo & pluri-
mi,de omnibus tribubus Iſraelitici regni,aſsidue tenderent ad adorandū vitulos aureos, [quos
Hieroboam fecerat]per manus artificum,[Rex Iſrael]metuens,quod decem tribus redirent ad
obedientiam Roboam filij Salomonis,ſi irent ad ſacrificandum Deo in templo Hieruſalē,prout
3. Reg.12.recitatur, [Hic ſolus]id eſt, præcipue præ cæteris,[fugiebat conſortia omnium]illo-
rum idololatrantium.vel ideo dicitur ſolus,quia tam pauci de decem tribubus tempore illo re-
ceſſerunt ab idololatria illa, quod aliorum reſpectu, quaſi nulli videbantur. [& pergebat ad
Hieruſalem ad templum domini,]ad qnod iuit occulte, (vt communiter dicitur)quoniam re-
ges Iſrael prohibuerunt id ſubditis ſuis,poſueruntque in via & montibus quoſdam ad obſeruan
dum,an quis de regno Iſrael pergeret ad Hieruſalem ad ſacrificandum,vt dictum eſt ſuper illud
Oſeæ quinto: Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper montem Thabor.
Sed aduertendum quod Oſee rex Iſrael, cuius imperij nono anno captus eſt Thobias, dedit li-
centiam omni populo ſuo, eundi ſacrificandi Deo in templo Hieruſalem, vt dicnnt Hebræi.
Hierony. Vnde ſuper illud Oſeæ decimo: Diuiſum eſt cor eorum, nunc introibunt: refert Hieronymus,
Dicunt Hebræi, qnod quam diu reges decem tribuum & ipſæ tribus concorditer idola colue-
runt, non fuerunt totaliter capti: quoniam idololatria populi aliqualiter excuſabatur ex tyran-
nide regum, compellentium populum ad facinus tantum. Porro, Oſee vltimus rex Iſrael iuſsit,
ne vituli aurei tanto ſtudio colerentur, contulitque licentiam plebi, vt irent & ſacrificarent in
4: Reg 17. templo Hieruſalem,cui populns contradixit,ſicque diuiſum fuit cor populi à corde regis. Pro-
pter quod nullam ſuæ idololatriæ excuſationem habebant, & protinus capti ſunt. Denique
narratio iſta videtur conſonare ſcripturis. Legitur namque 4.Reg.15. quod Oſee rex fecit ma-
lum coram domino,ſed non ſicut reges Iſrael qui ante eum fuerunt. [& ibi adorabat dominum
Deum Iſrael:] quem vtiqne adorauit quotidie, etiam extra templum,ſed in ſolennitatibus le-

gis

gis,in quibus præceptum fuit, vt ſacrificia ſua offerrent, & adorarent in templo,adorauit in eo, hoc eſt, in feſtis Paſchæ & Pentecoſtes ac Tabernaculorũ, iuxta illud Deuteronomij 16. Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuũ in conſpectu domini Dei tui in loco quem elegerit,in ſolennitate azimorum,& in ſolennitate hebdomadarum,& in ſolennitate tabernaculorum.[omnia primitiua ſua]id eſt, primitias frugum & animalium deputatas vſibus ſacerdotum,[& decimas quæ cedebant in ſuſtentaculum Leuitarum,prout Leuitic.27.& Deuter.26.ſæpe habetur,[fideliter offerens]Deo,[ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnem decimationem.] Decimæ ordinatæ in ſuſtentationem Leuitarum, offerebantur quolibet anno,præter quas fuit & alia decima,quæ offerebatur ſemel in tribus annis,& creuit in vium pauperum,præſertim proſelytorum,i. conuerſorum ad Iudaiſmum,& aduenarum ſeu peregrinorũ. His ergo Tobias tertio anno exhibuit omnem decimationẽ, i.decimã partem omnium rerũ ſuarum,de quibus ſecundum legem decima offerebatur. De his decimis Deu.13.14.& Num.18.plenius legitur.[Hæc & his ſimilia puerulus obſeruabat]i.adoleſcentulus,etiam nondũ viginti annorum exiſtens,infra quos pueri vocabantur, vt Nume.1.habetur.[Cum vero factus fuiſſet vir,] i.poſtquam viceſimum attigit annum,[accepit vxorem Annam de tribu ſua:] ſecundum illud Numer.36. Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua, quod potiſſime ſeruabatur, dum fœminæ ſucceſſerunt in parentum hæreditate,ne ſi viris alterius tribus iungerentur connubio,ſortium ſequeretur confuſio hæreditate vnius tribus ad tribum aliam tranſeunte:aliàs non 1. Reg. 18. ſeruabatur hoc ſemper. Nam & Dauid de tribu Iuda,filiam Saul de tribu Beniamin duxit vxorẽ. [genuitq; ex ea filium,nomen ſuum imponens ei,]vocando eum Tobiam, quando circunciſus fuit,ſcilicet die octaua. Hinc ineptum videtur, quod aliqui iuniorem illum Tobiam nominant Tobi.[quem ab infantia]id eſt, termino infantiæ, ſeu ab exordio quo vti cœpit diſcretione,[timere Deum]filiali timore[docuit,& abſtinere ab omni peccato:]præſertim mortali,cui proprie competit ratio peccati,cum peccatum dicatur tranſgreſſio legis diuinæ,& cæleſtium inobedientia mandatorum, à quo peccato diu non abſtinet, niſi qui & venialia cum diligentia vitat, cum venialia ad mortale diſponant. Parentes autem filijs ſuis educationem, correctionem & informationem in moribus tenentur. Eſtque expediens, vt proles à pueritia ſua ſic informetur. Propter quod Eccleſiaſt.30.ſcriptum eſt: Non des filio poteſtatem in iuuentute ſua,ſed curua ceruicem illius,& tunde latera eius dum infans eſt. Hinc Prouerbiorum 22.inducitur: Adoleſcens iuxta viam ſuam,etiam cum ſenuerit,non recedet ab ea. [Igitur cum per captiuitatem deueniſſet cum vxore ſua & filio in ciuitatem Niniuen,]quæ fuit metropolis Aſſyriorum, & conſtructa eſt ab Aſſur filio Sem,iuxta illud Geneſis decimo. De terra illa egreſſus eſt Aſſur,& ędificauit Niniuen,quæ (vt Ionæ tertio habetur) magna fuit itinere trium dierum.[cum omni tribu ſua]id eſt, cum multis de ſingulis familijs tribus Nephthalim, iuxta quem ſenſum ſubiungitur: [& omnes ederent de cibis gentilium,[prohabitis in lege,prout in Leuitico legitur. [Iſte cuſtodiuit animam ſuam] à tranſgreſſione legis, [& nunquam contaminatus eſt in ẽſcis eorum]id eſt, illicita non commedit, iuxta quem modum apud Danielem aſſeritur: Propoſuerat Daniel in corde Dan. 1. ſuo,ne pollueretur de menſa regis, neque de vino potus eius. [Et quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo,] nõ ſolum ad ſciendum,ſed item ad faciendum ac adimplendum diuina præcepta, iuxta id Pſalm.102. Et memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendum ea. Itaque memor fuit Dei aſſidue atque ſtabiliter, attendens iugiter diuinæ maieſtatis præſentiam, ſecundum illud Pſalm 15. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Et Pſalm.24. Oculi mei ſemper ad dominum. ſicque cum S. Iob dicere potuit: Conſiderans Deum, timore ſolicitor. [dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis,]cuius cor Deus inclinauit ad faciendum Tobiæ prophetæ propter ipſius virtutes. Nempe vt Salomon ait, Cor regis in manu domini eſt: quocunque voluerit, inclinabit illud. Qui rurſus fatetur: Qui diligit cordis munditiam,amicum habebit regem.[Et dedit ei poteſtatem, quocunque vellet ire, habens] ipſe Tobias [libertatem faciendi quęcunque vellet facere,]quæ tamen non derogarent honori regis, & cultui creatoris. Talem quoque libertatem dedit Nabuſardan, ex commiſſione Nabuchodonoſor, Hieremiæ. [Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate de populo ſuo, & monita ſalutis dabit eis]vt ſcilicet captiuitatem ſuam æquanimiter tolerarent, & in Dei cultu perſiſterent. Et ſicut in ſcolaſtica hiſtoria additur, contribules ſuos, non cuſtodientes ſe, grauiter arguebat. [Cum autem veniſſet in Rages ciuitatem Medorum] quibus tunc imperabant Aſſyrij. Vnde 4. Regum 17. narratur rex Aſſyriorum collocaſſe captiuos ex Iſrael in ciuitatibus Medorum.[& ex his quibus honoratus fuerat à rege[Salmanaſar, puta ex munuſculis ſibi à rege collatis,qui honorauit Tobiam dono libertatis præfatæ atque pecuniæ, quemadmodum & Hieremiæ 48. legitur Princeps militiæ Chaldæorum dediſſe munuſcula Hieremiæ, immo ſecundum Ioſephum, pretioſa munuſcula dedit prophetæ. [habuiſſet decem talenta argenti, & cum in multa turba generis ſui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius,] cum quo vidit

Iob 13. Prou. 21. Prou. 22. Hiera 39. Ioſe. li. 10. anti. iuda. cap. 10.

& multos ex captis Iſraelitis egentes, [ſub chirographo dedit illi memoratam pondus argenti]
id eſt, pecuniam illam conceſsit Gebelo ſub cautione & chirographo de perſolutione. [Poſt
multum vero temporis, mortuo Salmanaſar,] cuius vitam Deus prolongauit propter pietatem
ſuam Tobiæ exhibitam. [cum regnaret Sennacherib filius eius.] Illis quippe temporibus Aſſy-
Eſaiæ 17. rij monarchiam tenebant. [& filios Iſrael exoſos haberet, præſertim percuſſo eius exercitu ab an
gelo in regno Iudæ, vt paulopoſt in litera recitatur, & 4. Reg. 19. deſcribitur. [Tobias pergebat
per omnem cognationem ſuam,] quia cognatis, cæteris paribus, magis eſt ſuccurrendum, ſicut,
& magis ſunt diligendi, & conſolabatur eos] verbis & beneficijs, ſicut ſubiungitur: [diuide-
batque vnicuique prout poterat de facultatibus ſuis, &c. At vbi nunciatum eſt regi] Sennache-
rib, quod Tobias tot opera miſericordiæ exhiberet filijs Iſrael deſolatis, iuſsit eum occidi. [Et
tulit] id eſt, abſtulit [omnem ſubſtantiam eius. Tobias verò cum filio ſuo & vxore fugiens,]
qui præauiſatus fuit ab aliquo de ſuo periculo. [nudus latuit] id eſt, rebus ſuis ſpoliatus abſcon-
dit ſe, [quia multi diligebant eum] non ſolum ex filijs Iſrael, ſed ex Aſſyrijs quoque, quoniam
erat totus manſuetus, pius, liberalis, pacificus, humilis & modeſtus. [Poſt dies vero quadragin-
ta quinque occiderunt regem filij eius.] de qua occaſione habetur 4. Regum 19. & 2. Paral. 32.
atque Eſaiæ 37. Sed de numero horum dierum hic ſolum fit mentio. Et poteſt intelligi, quod
vel poſt reditum eius à regno Iudæ, & ingreſſum in Niniuen, vel poſt præceptum quo ſic iuſsit
tractari Tobiam, fluxerunt dies hi quadraginta quinque. Cur autem filij occiderunt re-
gem tam impium, dictum eſt ſuper libros Regum & Eſaiam. Nempe (vt aliqui dicunt) or-
dinauit filium ſuum iuniorem ſibi in regno ſuo ſuccedere: propter quod indignati filij ſe-
niores, eum interfecerunt. Alij vero affirmant, quod populus ſuus indignabatur ei propter occi-
ſos in terra Iuda, & voluit eum occidere, propter quod confugit in templum Dei ſui Neſrath, in-
uocans eum & promittens, quod immolaret ei filios ſuos ſeniores, ſi eriperet eum de inſtanti pe
riculo: quo cognito, filij ſui ſeniores eum interemerunt, [Et reuerſus eſt Tobias ad domum ſuā,
omnisq; facultas eius reſtituta eſt ei] ex præcepto Aſſaraddō, qui patri ſuo Sennacherib in regno
ſucceſsit, & pietatem in Tobiā exercuit, cognitis eius virtutibus, & Deo ſic ordinante, qui tempo
re tribulationis & tentationis miſericorditer adeſt, nec permittit hominem ſupra illud, quod po-
1 Cor. 10. teſt, tentari, ſed facit cum tentatione prouentum, & in ea virtutem, victoriamq; largitur. Præterea
Thre. 4. allegorice Tobias Chriſtum deſignat, de quo loquitur Hieremias: Spiritus oris noſtri Chriſtus
dominus, captus eſt in peccatis noſtris, qui in omni ac ſumma pietate & innocentia vixit, & fru-
ctuoſiſsimus manſit ab incarnationis exordio vſq; ad ſpiritus emiſsionem, qui duxit vxorem ec
cleſiam, ex qua per prædicationem & baptiſmum genuit filium vnum, videlicet populum Chri-
ſtianum in vna fide & lege communicantem, cui impoſuit nomen ſuum, quia à Chriſto Chriſtia-
nus vocatur. Deniq; Iudæis in poteſtatem Romanorum redactis, atq; ab inuiſibilibus hoſtibus
grauiſsime captis, Chriſtus pertranſijt vniuerſos, conſolando, docendo, reficiēdo, miracula pera
gendo, quemadmodum ſacratiſsimus ait princeps apoſtolici ordinis: Verbum miſit Deus filijs
Acta 10. Iſrael, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum, qui pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes
oppreſſos à diabolo. Cumq; Sennacherib, i. perſecutores & tyranni odirent & perſequerentur
populum Chriſtianum, vbiq; terrarum Chriſtus corda fidelium inuiſibiliter gratioſiſsimè viſita
uit, conſolabatur, refecit, ac tandem perſecutoribus eccleſię deficientibus ac deletis, Chriſtus pa
cem dedit fidelibus, & reſtituta ſunt ei in populo ſuo, quę increduli abſtulerunt mēbris & famu-
lis ſaluatoris. Tropologice inſtruuntur ex iſto capitulo vniuerſi fideles, vt in proſperis & ad-
uerſis conſtanter adhæreant Deo, atq; miſericordiæ actibus toto corde conſiſtant intenti, patien
tiam quoq; in omni aduerſitate inſuperabiliter amplectantur, etiam dato quod aduerſa non me
ruerint ſuſtinere. Inſuper ſobolem ſuam ab infantia diligenter in omni informent virtute præ-
ſertim in Dei timore ac moribus, non in vanitate, pompa & trufis, ſicut nunc prohdolor faciunt
multi.

Elucidatio Cap. 2. Poſt hæc vero cum eſſet dies feſtus domini. *Art.* 2.

MIſericordia & patientia Tobię hic proſecutorie recitātur. [Poſt hęc vero cum eſſet dies fe
ſtus domini quia dies non exprimitur in hoc loco diſtincte. [& factum] i. paratū [eſſet
prandium in domo Tobiæ] hoc eſt, materia prandij. Solent enim diebus feſtiuis aliqua
lautiora parari, quod in veteri illa lege rudi populo data, præcipue ſeruabatur, iuxta illud
Nehem. 8. Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, quia dies ſanctus domini eſt. Et illud Heſter
8. Diē conſtituerunt ſolennē, vt in eo omni deinceps tēpore vacarēt epulis, gaudio atq; cōuiuijs.
[dixit filio ſuo: Vade & adduc aliquos de tribu noſtra,] q̃a cōſanguineis maior debet̃ dilectio
*Deum ac beneficētia quā alijs, cęteris parib. [timentes * dominū] i. de quibus ꝓbabiliter ſcire potes ex
Eccl. 9. relatione aut inſpectione, ꝙ timorati exiſtāt. Sicque impleuit Tobias quod ait ſcriptura: Viri iu-
Pſalm. 100 ſti cōmenſales ſint tibi. Itēq;: Superbo oculo & inſatiabili corde, cū hoc nō edebam. Sed iā multi
magis curāt inuitare diuites & potētes, q̃uis iniquos, quā iuſtos, timoratos, innocentes, ac ſimpli
ces. [vt

tes.[vt epulent nobiſcum]ſobrie & cum gaudio ſpirituali,non guloſe & libidinoſe.Cúq; abiſſet] expleto patris præcepto,[reuerſus nunciauit vnum ex filijs Iſrael iugulatum]ab aliquo Aſſyriorum,[iacere in platea]cæteris filijs Iſrael non audentibus eum ſepelire. Vnde elicitur,quod etiã filius prefati Sennacherib crudelis fuit Iſraelitis captiuis.[ſtatimque exiliens de accubitu ſuo]i. de ſua comeſtione & loco quo ſedit vt ſtatim comederet. Erat namque repletus habitibus virtuóſis,qui inſtar naturæ incitabant eum fortiſsime ad exequẽdum actiones virtutum.[relinquẽs prandium,ieiunus peruenit ad corpus,tollenſq; illud,portauit ad domum ſuam occulte, vt dum ſol occubuiſſet,caute ſepeliret eũ.]Vnde apparet, quod nõ cœpit comedere, ſed inuitatos præſtolabatur. Cúq; occultaſſet corpus]defuncti,vt illud clàm de nocte traderet ſepulturæ,ne vidẽtes Aſſyrij dicerent regi,[manducauit panem]i. præparata cibaria,quę omnia panis nomine deſignabantur[cum luctu & tremore,] quia mortem tam crudelem occiſi, & calamitatem populi ſui defleuit,& futura metuebat pericula,atq; ne rex opera ſua perciperet,]memorans illum ſermonem,quem dominus dixit per Amos prophetam: Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem & luctum,]ita quod corde & corpore eritis mœſti.Porro tranſlatio noſtra habet,Conuertã feſtiuitates veſtras in luctum, & omnie cantica veſtra in planctum. Amos autem propheta diu fuit ante Tobiam,& prophetias ſuas deſcripſit:ideo Tobias potuit eas ſcire, vtpote ſtudioſus in lege & prophetis. Quamdiu autem fuerat Amos ante Tobiam,ex 4. Re.14. & 15.colligitur per conſiderationem regum, qui inter Hieroboam filium Ioas regẽ Iſrael, ſub quo prophetauit Amos, & inter Oſee regem Iſrael,cuius anno nono captus eſt Tobias, regnauerunt. [Cum vero ſol occubuiſſet,abijt & ſepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi ſui]adhuc imperfecti,& magis timentes regem terrenum quam cæleſtem,[dicentes: Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es,& iterum ſepelis mortuos?]Tobias econtrario plus timens Deum quam homines,non ceſſauit à defunctorum ſepelitione ex humano timore, quemadmodum ſubditur. [Sed & Tobias plus Deum quam regem timens,rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & medijs noctibus ſepeliebat ea.]ſicque timuit regem naturali & ordinato timore,& quantum potuit,(ſaluo Dei præcepto) vitauit regis offenſam, proprium periculum, nolens tentare Deum. Propter quod ait Gloſſa: Non debemus nos in pericula præcipitare, vel Deum tentare, quando per rationem poſſumus nos iuuare. Contigit autem vt quadam die fatigatus à ſepultura,]Si hoc intelligatur de die artificiali,qui eſt latio ſolis ſuper noſtrũ horizontem, conſequens erit,quod nõ ſolum in noctibus, ſed & luce diurna aliquando mortuos ſepelivit. Si autem intelligatur de die naturali,qui eſt ſpatium viginti quatuor horarum,& noctem includit, iſtud non ſequitur.[veniens domum, iactaſſet ſe iuxta parietem, & obdormiſſet, ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius,fieretq; cæcus.]Circa hoc aliqui dicunt, illam excæcationem ex naturali ſtercorum hirundinum virtute non contigiſſe,præſertim cum non ceciderint ſuper oculos eius apertos, ſed clauſos, ſed ex ordinatione diuina, quæ actor eſt mali pœnæ, quatenus Tobias ſic fieret poſteris exemplar patientiæ. Quocirca reor dicendum, quod vtique ex diuina ordinatione magis quam caſualiter credendum eſt illud contigiſſe, præcipue, quod ambobus oculis eius ſtercora illa pariter inciderunt propter cauſam prætactam,ſecundum quod ſtatim in capitulo iſto ſubiungitur. Nihilominus videtur dicendum, quod excæcatio illa nõ fuit miraculoſa,ſed naturalis effectus, ita quod ſtercora illa naturaliter ex ſua feculentia & caliditate poterant in oculis Tobiæ albuginem, maculamue cauſare, quamuis lumen viſuale nequaquam in toto extinxerint,prout infra habetur:nec hoc mirabilius aut minus credibile eſt,quam quod oculi Tobiæ per applicationem fellis cuiuſdam piſcis viſum recuperauerunt, vt infra habetur. [Hanc aũt tentationem]i.aduerſitatẽ & afflictionem per quam Deus tentauit & exercitauit atq; examinauit Thobiã,& eius patientiam ac perfectionẽ,nõ vt ipſi Deo innoteſceret,qui cũcta cognouit,ſed nobis ad noſtrã ędificationẽ. Vnde ſcriptũ eſt: Deus tẽtauit iuſtos,& inuenit illos dignos ſe.[ideo permiſit Deus euenire illi,vt poſteris daretur exemplũ patientiæ eius,ſicut & ſancti Iob.]Simili ratione tentauit Abraham patriarchã,quatenus exemplũ obedientiæ poſteris donaretur. [Nam cũ ab infantia ſua Deũ ſemper timuerit, non eſt contriſtatus contra Deum]murmorando aut aliter excedendo per verba aut facta illicita, [eo quod plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit,agens gratias Deo omnib. diebus vitæ ſuæ.]Erat quippe vir valde illuminatus,ſciens multas eſſe tribulationes iuſtorum,& eas ex varijs cauſis infligi,ſanctoſq; patriarchas ac prophetas multa ac magna toleraſſe aduerſa.[Nam ſicut B. Iob inſultabant reges]id eſt, tres amici eius, qui erant multorum rectores & principes propter quod reges vocantur,iuxta quem modum Geneſis 23. vbi noſtra tranſlatio habet, reſponderunt filij Heth, dicentes ad Abraham, Princeps Dei es apud nos: Alia tranſlatio continet, Rex Dei es apud nos. Circa hæc ſcribit quidam, Forte reges fuerunt ad literam. Antiquitus enim in qualibet ciuitate erat rex vnus, vt patet Ioſue 18. Ad quod dico, quod in libro Ioſue non dicitur hoc, immo vt ibidem fertur, omnes reges quos occiderunt filij Iſrael in terra promiſsionis, fuerunt trigintaunus,

Amos 8.
Tob. 12.
Sap 3.
Iob 1. a.
Gene. 22.
Iob 2.

& tamen multo plures ciuitates erant ibidem. Similiter tépore illo vnus fuit rex in tota Aegypto.
Deu. quoq; 9. legitur, quod Og rex Balan præfuit ſexaginta ciuitatibus mnratis muris altiſsimis,
abſq; oppidis innumeris, quæ non habebant muros. [ita iſti] Tobiæ [parentes] eius [& cognati
eius] inſultabant, à quibus grauius eſt hoc ferre, & [irridebant vitam eins] cum tamẽ afflictio nõ
ſit addenda afflictio, ſed conſolatio impendenda, ne abundantiori abſorbeatur triſtitia [dicen-
tes: Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?] q. dicât, Inanis effecta eſt, & bo
no ſperato priuata, nec Deo placuit operatio tua, qui pro tot bonis (vt apparebat) permiſit tibi
accidere tantum malnm. Circa hoc quidam ſcribit: Ex his videtur, quod iſti propinqui Tobiæ re
munerationem boni & mali credebant tantum eſſe in vita præſenti, ſicut amici Iob. Quocirca di
cendum, quod iſte, ſicut & S. Thomas quem in hoc ſequitur, ſuper Iob affirmat, amicos Iob non
poſuiſſe vitam aliam poſt præſentem, ſed animas hominum eſſe mortales, atq; finalem retributio
nem virtutum ac vitiorum eſſe in vita hac. Verum ſicut ſuper Iob diffuſe probaui, non ſolum ex
verbis B. Gregorij & Alberti Magni, ac aliorum, ſed item ex verbis amicorum Iob, ipſi non erant
illius opioionis. Putabant tamen iuſtis in vita hac proſpera euenire, nec aduerſa infligi, niſi pro
Deut. 18. aliqua culpa afflictis, iuxta modũ quo in lege Moſis iuſtis vberrime ꝓmittebâtur proſpera in præ
ſenti, & iniquis imentabantur aduerſa in ſeculo iſto. Et raro aut nnnquam erat ibi manifeſtâ ex-
preſsio de remuneratione poſt vitam præſentem futura. Nihilominus lex poſuit vitam & remu-
nerationem futuram. [Tobias vero increpabat eos, dicens] manſuete ac ſapienter: [Nolite iſta
loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus] videlicet Abrahæ, Iſaac, & Iacob, qui non poſuerunt fina
lem mercedem iuſtitiȩ in præſenti. Vnde dominus ait ad Abraham Gene. 15. Ego protector tuus,
& merces tua magna nimis. Hinc ad Hebræ. 11. ſcribit Apoſtolus: Iuxta fidem defuncti ſunt om-
nes iſti, non acceptis repromiſsionibus, ſed à longe eas aſpicieotes & ſalutantes, & confitentes
quia hoſpites & peregrini ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inqui-
rere. Hinc ſubditur, [& vitam illam expectamus] per ſpem, [quam Deus daturus eſt his,] pnta ele
ctis in regno cæleſti, quæ eſt vita gloriæ, beatifica viſio Dei conſummata felicitas. [qui fidem ſu-
am nunquam mutant ab eo] i. nunquam in aliquam diffidentiam aut incredulitatẽ labuntur, aut
ſi labuntur, reſurgunt & pœnitent, & perſeuerant finaliter, decedentes in fide formata. [Anna ve
ro vxor eius ibat ad textrinum opus quotidie] i. ad locum & domnm vbi texebatur, & lanificio
fuit intenta, quo patet magna Tobiæ & coniugis ſuæ paupertas, quia in propria domo non habe
bat materiam circa quam operaretur. Tobias namq; cuncta quæ habuit, communicauit egenis.
[& de labore manuum ſuarum victum quem conſequi potuiſſet, deferebat. Vnde factum eſt vt
hædum caprarum] accipiens pro mercede ſui obſequij, [detuliſſet domum. [Capra aũt & hȩdus
eius erant animalia munda & immolatitia, vt in Leuitico patet. [cuius cum vocem balantis vir
eius audiſſet.] Porro balatus eſt ſonus ouium & caprarũ, [dixit: Videte ne forte furtiuus ſit. Red-
dite eum dominis ſuis, quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.] Tobias
non ſuſpicabatur vxorem ſuam eſſe furatam hunc hædum, quia ipſius bonitatem & fidelitatem
agnouit. Sed verebatur ne forſitan is à quo hædum acquiſiuit aut emit, furto acquiſiſſet eundẽ.
Mirabatur enim quomodo vxor ſua paupercula habuiſſet facultatem emendi hædum, niſi forte
pro paruo precio acquiſierit hædum, eo quod venditor per furtum acquiſiſſet eum. [Ad hoc vx-
or eius irata,] ira per vitium & prædominante, [reſpondit: Manifeſte vana facta eſt ſpes tua] id
eſt, omni beata retributione priuata, quia tam ſtulte locutus es, vt mihi apparet, [& eleemoſinæ
tuæ modo apparuerunt] id eſt, manifeſtatæ ſunt fuiſſe inutiles tibi & immeritoriæ, tanquam ex
fictione & hypocriſi, non ex virtutibus procedentes, [atque his & huiuſcemodi verbis expro-
brabat ei, quemadmodum vxor Iob, quæ dixit beato Iob: Benedic Deo & morere. Nempe cum
Iob 2. fœminæ ſint debiles ratione, quando iraſcuntur, ſolent omnino immoderanter iraſci, præſertim
Eccl. 25. dum nec timore nec verecundia refrenantur. Propter quod ſcriptum eſt: Non eſt caput ne-
quius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris. Allegorice per Tobiam mortu-
os ſepelientem, exprimitur Chriſtus, qui conſepelit nos ſibi in baptiſmo, qui ex itinere fatiga-
Ioan. 4. tus, repauſauit pauliſper, Cui calida hirundinum ſtercora ſuper oculos inciderunt, id eſt, inui-
dioſa coloquia leuium & loquẽtium phariſæorum, ſcribarum & ſacerdotum, qui claritatem & ſa
pientiam Saluatoris obſcurauerunt in multorum præcordijs, quos auerterunt à domino Ieſu
Chriſto intantum, quod & quidam de Eccleſia ad hæreticas corruerunt impietates, atq; pro lau-
dibus obtulerunt ei blaſphemias, nec Chriſti increpationẽ æquanimiter ſuſceperunt. Poſtremo,
moraliter informamur ex iſto capitulo mortuorum ſepulturæ operam dare, Deum magis quam
homines quoſcũq; vereri, nec ex hnmano timore, aut mortis formidine pręcepta Dei negligere,
atq; in omni tentatione & aduerſitate tranquillitatem, patientiamq; amplecti, diuinæ prouiden-
tiæ paternam diſpoſitionem ſagaciter contemplari, ac futurum Dei iudicium, & æternæ felicita-
tis pleniſsimnm præmium iugiter ponderare: ſicq; tanquam filij ſanctorum apoſtolorum immo
biles permanere in omni fidei veritate, ac filiali timore, & in aduerſis quoque gratias agere ſum-

mo prouiſori,patri æterno,fideliſsimo ac ſapientiſsimo creatori, atq; aduerſa de eius manu tanquam munera acceptare,iuxta quod Prou.3,edocetur:Diſciplinam domini,fili mi,ne abijcias,& ne deſficias cum ab eo corripieris. Quem enim diligit dominus,corripit,& quaſi pater in filio complacet ſibi. Demum his qui irrationabiliter nos corripiunt, ſubſannant,derident,non iam impetuoſe iraſcamur aut indignemur, ſed tranquille ac ſapienter reſpondeamus.

Declaratio Cap. 3. Tunc Tobias ingemuit,& cœpit orare cum lachrimis.
Articulus tertius.

ORatio & confeſsio Tobię hic recitantur. [Tunc Tobias ingemuit]compatiens erranti vxori,ac præſentis exilij penſans ærumnas propriorum quoq; & proximorum deflens peccata. & cœpit orare cum lachrymis,dicens:] Talis enim oratio lachrymoſa, maximæ eſt efficaciæ apud Deum, & omnipotentem quaſi ſuperare videtur. Propter quod ait Gloſſa: Oratio De-
um lenit,lachryma cogit: oratio vngit,lachryma pũgit. [Iuſtus es domine.] Oratio laudibus Dei Pſal. 17.
admixta, efficaciſsima eſſe cenſetur. Propter quod Pſal. fatetur: Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Hinc Tobias orationem ſuam à laudibus exorſus eſt,dicens: Iuſtus es domine,& conuenientiſsime atq; humilime in primis diuinam commendat iuſtitiam, inſinuans ſe nequaquam contra diuinum murmurare iudicium,cum tamen poſt tantas iuſtitias pateretur tot & tantas aduerſitates. Itaque iuſtus es domine, qui nullam culpam deſinis impunitam, &
vnicuique reddis quod meruit. [& omnia iudicia tua* iuſta ſunt] Quoniam vnumquemq; ſe- *vera
cundum ſua merita aut demerita poſt hanc vitam iudicas atque remuneras. Nihilominus pius eſt Roman. 9.
dominus & miſericors, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius, potiſsimum in præſenti, & circa electos, qui ſunt vaſa miſericordiæ Dei, & Pſalm. 102. fatentur: Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates retribuit nobis: immo miſericordia & iuſtitia Dei ſtant ſimul, & contemperantur in operibus eius. Propter quod ſubditur, [& omnes viæ tuæ miſericordia & veritas & iudicium] id eſt, cunctæ operationes tuæ ſunt piæ & iuſtæ, tuaq; pietas & iuſtitia in vniuerſis tuis relucent operibus, & hoc ſecundum iudicium, id eſt, diſcretionem ſapientię tuę. Nam & citra condignum punis iniquos, & vltra condignum remuneras iuſtos. In quibuſdam tamen effectibus, præſertim in condemnatione & punitione reproborum, magis apparet iuſtitia Dei & eius effectus prædominatur, quemadmodum in pręmiatione electorum euidentius reſplendet & prædominatur miſericordia Dei. Interdum quoq; accipitur iuſtitia Dei pro condecentia, qua decet eum ſic aut ſic agere, ſicq; actus diuinæ pietatis ſunt iuſti, quia tam bonus eſt Deus, vt deceat eum miſericorditer operari, & quibuſdam ignoſcere, ac bona pro malis repen-
dere. Hinc ait Pſalmiſta: Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Itemq;: Iuſtus dominus in Rom. 12.
omnibus vijs ſuis. Iuxta hunc ſenſum Azarias in medio ardentis fornacis illæſus ſtans, dixit: Iu- 1. The. 5.
ſtus es domine Deus patrum noſtrorum in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua ve- Pſalm. 24
ra, & viæ tuæ rectæ, vt in Daniele habetur. [Et nunc domine memor eſto mei] id eſt, per exandi- Pſalm. 144.
tionem gratioſam oſtende te memorem eſſe mei, qui nunquam tuorum obliuiſceris, [ne vindi- Danie. 3.
ctam ſumas de peccatis meis.] Ecce quanta humilitas iuſti iſtius, qui cuncta quæ tolerauit,
non reputauit condigna aut ſufficientia eſſe flagella culparum ſuarum, immo grauiora ſe fate- Pſalm. 78.
batur promeruiſſe, à quibus petijt miſericorditer erui. [neque reminiſcaris delicta mea vel parentum meorum] id eſt, per effectum iuſtæ vltionis non oſtendas te reminiſci peccata noſtra, ſed ea clementer remittas quaſi non fuerint, & reminiſcere miſerationum tuarum. Denique ſpecialiter orat pro ſuis parentibus, qui forſan in breui defuncti fuerunt, vel adhuc viuebant. Et quam-
uis (ſicut in præcedenti habetur capitulo) parentes ipſius irridebant eum, ipſe nihilominus orat Tob. 2.
tota deuotione pro illis: ſiquidem filij parentibus ſuis æquiualens reddere nequeunt. [quoniam non obediuimus præceptis tuis] non pro propria perſona hoc ait, quia iam patuit, quod in cunctis obediuit diuinis præceptis, ſed in perſona peccatorum tranſgreſſorum, quibus ſe ex humi-
litate connumerat, tanquam vnus ex populo illo. Iuxta quemadmodum loquitur Eſaias 53. di- Nehe. 9.
cendo: Nos reputauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à Deo. Eſdras quoque & Dani- Dan. 10.
el in orationibus ſuis dixerunt: Deus meus, confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt
vſque ad cælum. [ideo traditi ſumus in direptionem] id eſt, bona noſtra temporalia ablata ſunt Tob. 1.
nobis. [& captiuitatem] id eſt, in perſonis proprijs per captiuitatem puniti ſumus ad mortem. Vnde dictum eſt ſuprà, quod Senacherib multos ex captiuis occidit. & in fabulam & improperium omnibus nationibus] ſcilicet Perſis. Medis, Aſſyrijs, [in quibus diſperſiſti nos.] quæ de noſtris calamitatibus inter ſe fabulantur, & nobis aſsidue conuiciantur, ſecundum quod Hierem. 25. dominus ait de talibus: Dabo eos in vexationem & maledictionem, & in ſtuporem & in ſibilum, & in opprobrium, eo quod non audierint verba mea. [Et nunc domine magna iudicia tua] iuſta & ſancta ac irrepræhenſibilia, [quia nõ egimus ſecundũ pręcepta tua, & non ambulauimus

ſynceriter

ſynceriter coram te,] id eſt, pura ac recta intentione, quia etſi bona aliqua egimus, tamen mul-
tis malis admixta fuerunt, nec ſatis ſyncera fuit intentio noſtra, quia ad propria commoda reſle-
xi extitimus, vel ad laudes humanas, & ita quaſi pannus menſtruatæ ſunt vniuerſę iuſtitię noſtrę.
[Et nunc domine ſecundum volũtatem tuam,] id eſt, ſpontaneam tuam pietatem, [fac mecum]
Eſai. 64. iuxta illud Pſalm. 50. Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion. [& præcipe in pace recipi
ſpiritum meum] id eſt, animam meam iube angelico miniſterio tolli à corpore, & quiete tranſ-
ferri ad limbum patrum, ſinumue Abrahæ, id eſt, ad ſecretam requiem illam & pacem, in qua fu-
it certa expectatio æternæ ſalutis, & quies ab omni præſentis vitæ tumultu. Sic & iuſtus Simeon
dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace. [Expedit enim mi
Lucæ 2. hi mori magis quam viuere.] Hoc aliquo modo ſic fuit ſecundum conſiderationem To-
biæ, quia vtilius fuit ei in ſinu Abrahæ repauſare, quam aſsidue ſic affligi, & periculis peccandi
exponi, quia ex ſua cæcitate, irriſione, paupertate, alijſque aduerſis poterat paulatim ad impati-
entiam aut inordinatam labi triſtitiam. Veruntamen abſolute loquendo, ſalubrius fuit ei & alijs
manere & conſeruari in vita eo modo, quo Deus decreuit eum conſeruare in vita hac per grati-
am & profectum virtutum, atque per reductionem ad temporalem ac ſpiritalem proſperitatem
eximiam, ſecundum quod infrà habetur. Denique iuxta hunc modum leguntur ſancti viri in-
terdum mortem optaſſe, & pro ea oraſſe, non ex impatientia, ſed cautela & deſiderio vitæ quie-
tioris: tamen occaſione magnæ aduerſitatis & afflictionis, à qua ſecundum diuinæ voluntatis
Num. 11. pietatem velle liberari, non videtur peccatum. Sic namque Moyſes ait ad dominum: Non
Deute. 1. poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur,
3. Reg. 16. obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Sic & He-
lias fugiens impijſsimam Iezabel, legitur exoraſſe: Sufficit mihi domine, tolle quæſo animam
meam. Apoſtolus quoque 2. Corinth. 1. Supra modum (inquit) grauati ſumus ſupra virtutem,
ita vt tæderet nos viuere. [Eadem die] qua ſic orauit Tobias, [contigit vt Sara filia Raguel,]
Iſraelitæ capti & habitantis [in Reges ciuitate Medorum, audiret improperium ab vna ex ancil-
lis patris ſui,] à qua potius debuit honorari, & grauius fuit à vili & ſubiecta perſona ſic obiur-
gari, [quoniam tradita fuit ſeptem viris] à ſuis parentibus ſucceſsiue. Nec certum eſt, an viri illi
fuerunt gentiles idololatræ, aut ex filijs Iſraël captis. Et quicquid inde dicatur, conſtat quod vi-
ri illi fuerunt iniqui, & tam virtuoſæ puellæ coniugio & amplexu indigni. Nam & Iſraelitæ ca-
ptiui, pro maxima parte fuerunt idololatræ. Sed quoniam infrà Raguel ait, Credo quod ideo
Iob 7. fecit vos dominus venire ad me, vt iſta coniungeretur cognationi ſuæ ſecundum legem Mo-
Num. 26. ſis, ad minus elicitur, quod viri illi non erant de tribu Raguelis & Saræ, ſicut Tobias. [& dæ-
monium, nomine Aſmodæus, occiderat eos,] non ſine permiſsione diuina atque angelica.
Erant quipppe iniqui & libidinoſi, ideo morte digni, ſicque dæmon fuit executor diuinæ iuſti-
tiæ in illorum punitione, quemadmodum in adoleſcentis occiſione, qui ſanctam Agnetem vo-
lebat polluere. [mox vt ingreſsi fuiſſent ad eam] in cubile aut lectum, antequam eam cognoue-
rant. [Ergo cum pro culpa ſua increparet puellam] ex charitate & zelo iuſtitię, quoniam iuſta fu-
it & feruida, [reſpondit ei] puella illa impatiens & peruerſa, [dicens: Amplius non] id eſt, nun-
quam in poſterum [videamus ex te filium aut filiam ſuper terram,] hoc eſt, ſterilis maneas, ſicut
hucuſque fuiſti, [interfectrix virorum tuorum.] Sicq; falſe accuſauit Saram de tanto facinore,
immo & facinoris tanti, tam frequenti reiteratione. Maleuolè quoque maledixit eidem, impre-
cando ei ſterilitatem, quæ tunc fuit grande opprobrium. Huius peruerſæ puellæ prauitatem im-
patientiamque ſectantur multi, ſuperbi, duri, impatientes, qui iuſte reprehenſi, non ſolum non
recognoſcunt propriam culpam, ſed in ipſum inuehuntur corripientem, quem ſi vere reprę hen-
Pro. 10. 12. dere nequeunt, criminantur eum mendaciter. De quibus ſcribitur Amos quinto: Odio habue-
runt corripientem, & perfecte loquentem abominati ſunt. Eccleſiaſt. quoque trigeſimo ſe-
cundo: Peccator vitabit omnem correptionem. Verum (vt Salomon proteſtatur) qui increpa-
Sap. 13. tiones relinquit, inſipiens eſt: & qui impatiens eſt, operatur ſtultitiam. [Nunquid & me occi-
dere vis, ſicut occidiſti ſeptem viros?] Tanta eſt iniquorum, iracundorum, ſuberborum, impa-
Iudith 9: tientiumque peruerſitas, excæcatio, ingratitudo, vt iuſtam & charitatiuam correptionem, (quæ
eſt beneficium maximum,) arbitrentur ſummam iniuriam, maleficium, & quaſi impetitionem
ad mortem. Merito igitur ſcriptum eſt: Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, infelix eſt. [Ad
hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ:] in quo ſibi forſan oratorium prępara-
uit, quemadmodum Iudith, quatenus in loco illo ſecreto, quieto & & alto, deuotioni, contem-
plationi, orationi liberius puriuſque vacaret. Denique ſapiens virgo Sara noluit cum impu-
denti & peruerſa ancilla contendere, nec ei dure quid reſpondere, cernens eam incorrigibilem
eſſe, ſciens verum eſſe quod Salomon dixit: Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentioni-
Prou. 10. bus. [& tribus diebus & noctibus non manducauit neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cum
lachrymis, deprecabatur Deum, vt ab iſto improperio liberaret eam.] id eſt, à tanta diffamia
eam

eam eriperet,ne alij ſcandalizarentur in ea,& veritas ad Dei bonorem pateret, & ipſa de cætero
efficeretur fœcunda, Præterea an toto triduo ex deuotione atq; feruore abſque interruptione
orauerit, nec quicquam tibi & potus ac ſomni acceperit,an potius ideo dicatur infra tres dies &
noctes oraſſe, & nil cibi ac potus ſumpſiſſe, quia pro maiori parte temporis illius orauit, & per
modicum de cibo accepit & potu,videtur incertum. Vtroq; etenim modo poteſt intelligi, quia
quod modicum eſt, reputatur pro nihilo. Nam & Acto.27.legitur, Paulum dixiſſe quibuſdam
in naui,Quartadecima die hodie expectantes,ieiuni permanetis,nihil accipientes.[Factum eſt
autem tertia die dum compleret orationem, benedicens dominum]benedictione laudis, qua
inferior benedicit ſuperiori. De benedictione vero conſecrationis,ait ad Hebræ.7. Apoſtolus:
Sine vlla contradictione, quod minus eſt à maiore benedicitur.[dixit: Benedictum eſt nomen
tuum]id eſt,tuipſe nomine nominante deſignatus es benedictus. [Deus patrum noſtrorum.]Sę
piſsime etenim in ſcripturis accipitur nomen rei,pro re ipſa, quēadmodum & in oratione domi- Matt. 6.
nica: Sanctificetur nomen tuum. Itaque venerabilis Sara ex tam diuturna & feruenti oratione
deſuper intra ſe ſecrete conſolata,& ſpe exauditionis exhilarata,dominum benedixit.[qui cum
iratus fueris,]non per inuariabilis mentis tuæ commotionem, aut per tuę infinitæ tranquillitatis
perturbationem, ſed per iuſtæ vltionis effectum, miſericordiam facies:]quia per pœnas tempo-
rales ignoſcis contritis, &citra condignum punis. [& in tempore tribulationis peccata dimittis
his qui non inuocant te,] qui tuæ pietatis flagella patienter atque humiliter amplectuntur,con-
fitentes multo duriora promeruiſſe, ac miſericorditer ſibi indulgeri petentes. Sic & Abacuc 3.
aſſeritur: Cum iratus fuerit, miſericordiæ recordaberis. Et Pſalmo 76. Aut obliuiſce-
tur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? [Ad te domine faciem me-
am conuerto, ad te oculos meos erigo.] Certum eſt,quod ad illocalem & incircumſcriptibilem
ſuperſimplicilsimum Deum Sara conuerterit faciem ſuam interiorem, videlicet mentem,de qua
Pſalmo vigeſimo ſexto: Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. Sic & oculos interiores
erexit ad Deum altiſsimum vbique præſentem, iuxta illud Pſalmi viceſimi quarti: Oculi mei
ſemper ad dominum. Exteriorem quoque faciem & oculos corporales leuauit & direxit ad De-
um,id eſt, ad locum in quo Deus ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur,puta ad cælum,vel pro tunc
ad templum verſus Hieruſalem, ſecundum quod Danielis ſexto legitur Daniel in ſuo cænacu-
lo apertis feneſtris oraſſe contra Hieruſalem. Sic etenim Iudęi in captiuitate poſiti ſolebant ora-
re, prout tertio Regum octauo Salomon dixit: Si in terra inimicorum ad quam captiui ducti
fuerint, orauerint te, contra viam terræ ſuæ & templi quod ædificaui,exaudies eos. [Peto do-
mine vt de vinculo improperij huius abſoluas me] id eſt, de dura & falſa iſta diffamia, qua ve-
lut catenis circundata ſum, quod virgini tenerrimæ fuit grauiſsimum,cum virgines præſertim ca Pſal.4.
ſtæ & piæ,ſint maxime verecundæ.[aut certe deſuper terram eripias me]id eſt,in pace tollas ſpi
ritum meum à corpore iſto mortali, Hoc orauit eo modo, quo expoſitum eſt de Tobia, & ne
alij tam enormiter ſcandalizarentur in ea, & ne ipſa per impatientiam laberetur. Sic quippe
electi interdum de vita hac tolluntur celerius, iuxta illud Sap.4. Viuens inter peccatores,tranſla-
tus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum illius,aut ne fictio deciperet animā eius. [Tu
ſcis domine, quia nunquā concupiui virum]voluptatis amore,ſed deſiderio prolis ad Dei obſe
quium educandę,vt paulo poſt ſubditur.[& mundam ſeruaui animam meam]auxilio gratiæ tuæ
[ab omni concupiſcentia]ſenſuali inordinata venereorum,immo & aliorum ſenſibilium obie-
ctorum,quod fuit in tali puella grandis perfectio,quæ ad Dei honorē nō iactanter hęc ꝯfitetur,
ad augendum ſibijpſi in Deo fiduciam in tāta anguſtia, ſicut & Ezechias rex anguſtijs circūdatus,
dixit: Memento domine,quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto.[Nun- 4 Reg. 20.
quid cum ludentibus miſcui me:] hoc eſt, in ludicris & humanis ſolatijs nunquā exceſsi, vel ea
omnino vitaui,in quibus tamen poteſt ſe homo virtuoſe habere per virtutē moralem, quę eutra-
pelia vocatur. Sic & Hiere.15. Nō ſedi(inquit)in concilio ludentium. Interdū vero ludus in malo
accipitur ꝓ actu diſſoluto,quandoq; vero in bono,ſecundū illud 2.Reg.6.Dauid percutiebat in
organis,& ludebat totis viribus corā domino. [neq; cū his qui in leuitate ambulāt,participē me
prębui] i.choras,ſpectacula,& quicquid maturitati morū contrariatur,ac vana cōſortia euitaui.
Et ſic Sara iſta cū Heſter dicere potuit Deo: Nunquam lętata eſt ancilla tua,niſi in te Deus Iſrael.
[Virum autem]hoc eſt,viros cum quibus contraxi, [cum timore tuo]filiali[non cum libidine Heſte 14
mea conſenſi accipere]iuxta meorum voluntatem parentum. Ad matrimonium namq; requiri-
tur conſenſus animorum. Et congrue ait,cum timore tuo. Quāuis enim actus carnalis coniugij,
poſsit ſine peccato exerceri, raro tamen contingit ſine alicuius culpæ admixtione. Multa quoq;
ſunt matrimonij onera. Propter quod de coniugatis ait Apoſtolus: Tribulationem carnis habe- 1. Cor. 17.
bunt huiuſmodi. Sed & mulier ponitur ſub poteſtate mariti: ideo ſapiens virgo non ſine grandi
timore conſenſit in virum. [Et aut ego indigna fui illis,]Hoc dicit ex humilitate,ne videatur ſe
incaute illis præferre. Et quāuis iam ſuas commemorauit virtuoſitates,finaliter tamen ſe cōmiſit

diuino

diuino iudicio, ſciens quod homo frequenter habeat quaſdam culpas occultas, de quibus ſibi
conſcius non eſt. Vnde Apoſtolus 1.Cor.4. dixit: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iu-
ſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Et Pſalmiſta orauit Pſalm.18. Ab occultis
meis munda me domine. [aut illi forſitan me non fuerunt digni,] Q. d. De hoc nil temere au-
deo iudicare. [quia forſitan viro alij conſeruaſti me.] hoc ex diuina inſpiratione pro ſua con-
ſolatione aliqualiter intellexit. Deus enim interdum reuelat homini aliquid perfecte, aliquan-
do imperfecte, ſecundum moderamen ſapientiæ ſuæ. [Non eſt enim in hominis poteſtate con-
ſilium tuum,] hoc eſt, diſpoſitio prouidentiæ tuæ, ſeu ordinatio tui propoſiti ac decreti, quod
inuariabile eſt, nec poteſtati ſubiacet creaturæ. Ideo Eſaiæ 46. teſtatur: Conſilium meum ſta-
Damaſc. bit, & omnis voluntas mea fiet. Veruntamen conſilium proprie ſumptum, prout eſt inquiſitio
de agendis, non conuenit Deo. Sic enim eſt ignorantis naturæ, vt aſſerit Damaſcenus, vt fre-
quenter dictum eſt alibi. [Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te] certitudine adhæren-
tiæ, quæ eſt fidei certitudo, Certitudo autem euidentiæ, eſt ſcientiæ certitudo. [quia vita eius
ſi in probatione fuerit] hoc eſt, in examinatione & exercitatione aduerſitatum, [coronabitur]
à te corona æternæ felicitatis, dummodo conſtans atque fidelis manſerit in aduerſis, cum ſcri-
Sap. 3. ptum ſit: Tanquam aurum in fornace, probauit electos dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam
accepit eos. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini. Hinc ſanctus
Iob 23. Iob: Probauit me (inquit) quaſi aurum quod per ignem tranſit. Atque Apoſtolus 2.Timot.2.
Non coronatur, niſi qui legitime certauerit. [Si autem in tribulatione fuerit, liberabitur.]
dummodo tribulationem pro ſuis peccatis & intuitu Dei æquanimiter tulerit, dicens illud Mi-
che.8. Iram domini portabo, quia peccaui ei. Si vero fuerit in tribulatione interna, quæ eſt i-
pſa contritio de peccatis, miſericordiam conſequetur. Hinc ſcriptum eſt Nahum 1. Non con-
ſurget duplex tribulatio. Nihilominus multi de tribulatione ſeculi huius ad tribulationem cor-
ruunt infernalem, quia in tribulatione non pœnitent. [Et ſi in correptione fuerit,] hoc eſt, in
caſtigatione ſeu repræhenſione pro ſuis peccatis, [ad miſericordiam peruenire licebit] quan-
do ipſam correptionem capit gratanter. Ideo ſcriptum eſt Iob 5. Beatus homo qui corripitur à
domino. Increpationem ergo domini ne reprobes. Nam & dominus faſſus eſt Apocalyp.3. E-
go, quos amo, arguo & caſtigo. Non enim delectaris in perditionibus noſtris,] hoc eſt, condem
natione & punitione noſtra, ſecundum quod ſunt pœnæ atque miſeriæ quædam, iuxta illud Sa-
pien.1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Delectatur autem in noſtra
emendatione & ſaluatione. Propter quod Ezech.18. loquutus eſt: Nunquid voluntatis meæ eſt
mors impij, & non vt conuertatur & viuat? Nihilominus in punitionibus & condemnationi-
bus impiorum, ſecundum quod ſunt effectus diuinæ iuſtitiæ, delectatur. ſicut & iuſti, qui læta-
buntur, cum viderint vindictam. Propter quod Prouerb.1. diſſeruit: Ego in interitu veſtro ri-
debo. Et Eſai.1. Ego conſolabor ſuper hoſtibus meis. Hinc loquitur Oſe.10. Iuxta deſiderium
meum corripiam eos. [quia poſt tempeſtatem tranquillum facis,] hoc eſt, poſt afflictionem,
tentationem, & contritionis dolorem, confers pectoris pacem ſeu tranquillitatem internam.
[& poſt lachrymationem & fletum] ex pijs & rationabilibus cauſis, [exultationem infundis]
id eſt, conſolationem internam in iſto exilio, deinde æternam iucunditatem in regno, hoc eſt
quod Matth.5. ait: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Et Pſalm.65. Tranſiuimus
per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. De quo fertur Iob 5. Ipſe vulnerat, & me-
detur: percutit, & manus eius ſanabunt. [Sit nomen tuum Deus Iſrael benedictum in ſecula.]
hoc eſt, æternaliter. [In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum,] vcz. Tobiæ & Saræ, non
quo ad hoc quod petierunt tolli de vita hac, ſed quo ad hoc quod releuamen à ſuis tribulatio-
nibus petierunt. [in conſpectu gloriæ ſummi Dei,] hoc eſt, à Deo maieſtatis immenſæ. [Et miſ-
ſus eſt angelus domini S. Raphael.] qui interpretatur medicina Dei, quia per ipſum Deus cura-
uit hos ambos. Vnde ſubiungitur: [vt curaret eos ambos] hoc eſt. Tobiam à cæcitate & mentis
afflictione, Saram quoque à vinculo improperij ſui & ſterilitatis opprobrio atq; diffamia. [quo
rum vno tempore ſunt orationes in conſpectu domini recitatæ.] id eſt, Deo oblatæ per ange-
los ſanctos illorum duorum, cuſtodes, non quod Deũ aliquid lateat, ſed quia angeli ſancti precibus
hominum impendunt ſuffragia, & orant pro ſibi commiſsis, atq; imperfectum eorũ pie excuſant.
Act. 10. Sic & in actibus angelus ſanctus legitur dixiſſe Cornelio: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſ-
Ibid. cenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Itemq;: Eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in cõ-
ſpectu Dei. Ex præhabitis edocemur, in omni tribulatione atq; anguſtia ad Deum per orationes
feruentes confugere, pro parentibus tam viuis quã mortuis ſpecialiter exorare, increpationes e-
tiam ab inferioribus, & criminationes falſas patienter ſufferre, nec contra increpantes contende
re, Deum quoq; benedicere in ſuis iudicijs, & omnem exceſſum vitare in leuitatibus, ludis, io-
cis, ac riſibus, atque in deſolationem diuinam æquanimiter præſtolari.

Elucidatio cap.4. Igitur cum Tobias putaret orationem ſuam exaudiri, vt mori potuiſſet. *Art. 4.*

Recitan-

Recitantur hic moraliſsima ac ſaluberrima documenta, quibus ſenior Tobias filium ſuum,
& per eum vniuerſos inſtruxit fideles. [Igitur cum Tobias putaret orationem ſuam exau-
diri] à Deo, [vt mori potuiſſet] hoc eſt, quod ad hoc quod cito (prout petijt) moreretur.
Qualiter autem fuerit eius oratio exaudita, patuit in præcedentis expoſitione cap. [vocauit ad Tob.3.
ſe Tobiam filium ſuum, dixitq; ei: Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamen
ta conſtrue,] hoc eſt, firmiſsime ea imprime tuæ memoriæ. Conſueuerunt autem ſancti patres, Gen. 49.
emigraturi de ſeculo iſto, ſobolem ſuam ſalubriter exhortari, benedicere, informare, vt patet in 1. Par. 28.
Geneſi de Iacob, & 1. Paral. de Dauid. Sic & Chriſtus poſt cœnam nouiſsimam, paſsione ſua in- Ioan. 13.
ſtante, ſuos diſcipulos copioſiſsime informauit. [Cum acceperit Deus animam meam,] ſeparan 14. 15. 16.
do eam à corpore, & in ſinu Abrahæ eam ponendo, eamq; (vt ſpero) miſericorditer amplectendo, Luc. 16.
do, [corpus meum ſepeli] ſecundum quod ego ſolicitus fui aliorum extincta corpora ſepelire,
ſciens quod in die reſurgent nouiſsimo, ſicq; committimus ea terræ tanquam depoſita quædam
quæ ſuo tempore reſumemus. [& honorem habebis] id eſt, exhibebis [matri tuæ omnibus die-
bus vitæ tuæ. Proles namq; tenetur parentibus obedientiam & reuerentiam, atq; ſi indiguerint,
neceſſariorum procurationem, à quibus beneficia tanta ſuſcepit. Hinc ſubditur: [Memor enim
debes eſſe, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo:] præſertim in partu, quo do-
lor, tremor, mœror, preſſura, anguſtia, occupant & adimplent parturientem. [Cum autem & ipſa
compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelies eam circa me:] vt quorum vnus fuit lectus, vnus ſit tumu-
lus, atq; vt ſimul ſalubriter reſurgamus, & qui coniuncti eramus in vita, non ſeparemur poſt mor
tem. In his innoteſcunt patientia atq; iuſtitia venerandi Tobiæ, qui non obſtante quod tam acri Tob. 2.
ter & iniuſte fuit deriſus à coniuge, vt patuit, tam diligenter commiſit filio ſuo de cura illius.
Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum,] ad minus per habitum fidei, ſpei &
charitatis, & quantum fieri poteſt, per actus earundem ac aliarum virtutũ, penſando iugiter præ-
ſentiam Dei, impleasq; illud Pſal. 18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Et Pſal. 24.
Oculi mei ſemper ad dominum. [Et caue ne aliquãdo peccato conſentias, hoc eſt quod ait Apo Ephe. 4.
ſtolus: Nolite locum dare diabolo, [& prętermittas præcepta Dei,] id eſt, caue ne negligas ea im Eccl. 35.
plere. ideo in Eccleſiaſtico habetur: Salutare ſacrificium eſt, attendere in mandatis, & diſcedere
ab omni iniquitate. A qua qualiter ſit diſcedendum, tangitur in eodem, quum dicitur: Quaſi à Eccl. 21.
facie colubri fuge peccata. Inſuper quo Tobias actibus miſericordiæ excellentius fuit intentus,
eo ad ipſos efficatius feruentiuſq; hortatur, addendo: [Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynã, & noli
auertere faciem tuam ab vllo paupere] te rogante, quin ad minus pie aſpicias eum, vt conſuleris
verbo aut ſigno, ſi non habes corporale ſubſidium quod impendas. [Ita enim fiet, vt nec à te auer
tatur facies domini] id eſt, diuinæ pietatis reſpectus. Beati enim miſericordes, quoniam ipſi mi- Matth. 5.
ſericordiam conſequentur. Et quanto quis proximis fuerit propter Deum benignior, eo omni-
potẽs gratioſior erit ei. [Quomodo potueris, ita eſto miſericors.] hoc eſt, compaſsiuus atq; ſub-
ueniens, ſicut conſequenter exponitur: [Si multum tibi fuerit, abundanter tribue] vnicuiq; par-
tem. [ſi exiguum] tibi fuerit, [etiam exiguum libenter impartiri ſtude] cum liberali affectu. De-
us etenim magis penſat affectum, quam donum: & magis perpendit, ex quanto, quam quantum.
Ideo de paupercula mittente in gazophylacium duo minuta, dixit Saluator: Quia hęc vidua plus Marc. 12.
omnibus miſit. [Præmium enim bonum tibi theſaurizas] hoc eſt, acquiris & reponis, quod inue
nies [in die neceſsitatis,] id eſt, mortis & iudicij tui particularis ac vniuerſalis, & item in Purga-
torij pœnis, in quibus virorum ſuffragia tantum proſunt, quantum defuncti hic meruerunt, vt
eis prodeſſe poſsint, hoc eſt, quo miſericordiores fuerint. Hinc teſte Ambroſio, ſumma Chri- Ambroſi.
ſtianæ religionis in charitate & pietate conſiſtit. Auguſtinus quoque aſſerit: Sola miſericordia Auguſtin.
comes eſt defunctorum. Vnde teſtatur Pſalm. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & paupe-
rem, in die mala liberabit eum dominus. [quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à morte]
infernalis miſeriæ [liberat,] dummodo fiat ex charitate & virtute miſericordiæ. [& non patie-
tur animam ire in tenebras] Acherontis. Et dato quod fiat extra charitatem, frequenter tamen
de congruo gratiam promeretur, & interceſsione ac meritis eorum quibus impenditur, gratia
conuerſionis frequenter eleemoſinarijs datur. Hinc in Euang. dominus loquitur: Quod ſuper-
eſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Itemq;: Facite vobis amicos de mãmo- Luc. 11.
nã iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. [Fiducia magna] hoc eſt, Luc. 16.
cauſa magnæ fiduciæ, [erit coram ſummo Deo eleemoſyna] tam corporalis quam ſpiritualis,
[omnibus facientibus eam.] De operibus quippe miſericordiæ perhibet Chriſtus ſe diſceptatu- Matt. 25.
rum in die iudicij, miſericordibusq; dicturũ: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. [At- Matt. 5.
tende tibi ab omni fornicatione,] tam ſimplici, quam adulterio, inceſtu, ſtupro, ſacrilegio. A ſpi-
rituali etiam fornicatione, præſertim ab idololatria. [& præter vxorem tuã,] quam habiturus es,
[nunquã patiaris crimen ſcire,] hoc eſt, nunquã alteri commiſcearis, nec conſcius tibi fias crimi
nis tanti. [ſuperbiam nũquam in tuo ſenſu] interiori aut exteriori, [aut in tuo verbo] immo nec

 facto,

facto, neq; veſtitu, nec aliquo apparatu, [dominari permittas] ei conſentiendo. Idcirco, ſi ſubre-
pat mox reprime eam, & abijce tanquam diabolicum crimen, maledictioniſq; ſemen, & venenũ
Eſa. 14. mortiſerum ac vitiorum originem, matrem, reginam. [In ipſa enim initium ſumpſit omnis perdi
tio.] Quia per ſuperbiam primus ille apoſtata angelus perdidit ſemetipſum, & angelos innume-
rabiles ſibi attraxit, atq; ex illa perditione conſequuta & orta eſt inuidia diaboli, per quam mors
intrauit in orbem terrarum, vt Sap. 2. diſſeritur. [Quicunq; aliquid tibi operatus fuerit, ſtatim ei
mercedem reſtitue.] præſertim ſi petit, & egeat. Qui enim fraudem fecit mercenario, & qui ſan-
guinem fundit, fratres ſunt, vt Eccl. 34. legitur. [& merces mercenarij tui apud te omnino nõ re-
maneat.] hoc eſt, diutius quam licet. Nam & vnum quatuor clamitantium vitiorum, eſt detentio
mercedis operariorum, vt Iaco. 5. aſſeritur. Hinc dominus Leuitic. 19. ait: Non morabitur opus
mercenarij tui apud te vſq; mane. Communiter enim pauperes ſunt operarij tales, & indigent
ſua mercede. [Quod ab alio oderis] hoc eſt, rationabiliter non vis, & abhorres [fieri tibi, vide ne
tu aliquando alteri facias.] Duo ſunt præcepta iuris naturalis, vnum negatiuum obligans ſemper
& ad ſemper, quod ponitur hic: Aliud affirmatiuum, obligans ſemper, ſed non ad ſemper, quod
Iob 31. Matth. 7. exprimit Chriſtus: Omnia, inquiens, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita &
Luc. 14. vos facite illis, quorum vnum in alio includitur. [Panem] id eſt, cibum [tuum cum eſurientibus
Pro. 3. & egenis comede.] illos inuitãdo vt tecũ manducẽt, ſicut S. Iob fecit, qui ait: Si comedi buccellã
meã ſolus, & non comedit peregrinus ex ea. Hinc ait vnigenitus Dei: Cũ facis prandiũ aut cœ-
nam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres, neq; cognatos, neq; vicinos diuites, ne forte & ipſi te
reinuitẽt, & fiat tibi retributio, ſed cũ facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos & cecos
& beatus eris, quia nõ habẽt retribuere tibi. Retribuetur eñ tibi in reſurrectione iuſtorũ. Iſtud
conſilium eſt, non præceptum. [& de veſtimentis tuis] tibi ſuperfluis [nudos tege,] quemadmo-
dum beatiſsimus Ioannes Baptiſta admonuit: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et Eſa.
Luc. 3. 58. Cum videris nudum, operi eum. Vniuerſa etenim miſericordiæ opera tempore opportuno
ſint adimplenda. [Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue.] hoc eſt, in ſepe
litione fidelium refice pauperes bene pro ſpiritibus defunctorum in gratia. Non eſt autem erro-
nee intelligendum, vt iuxta quorundam ſuperſtitionem, ſuper monumenta mortuorum alimen
Auguſtin. ta ponantur, quaſi mortui corporalibus alimonijs egeant aut veſcantur. De hoc recitat Auguſti-
Ambroſi. nus in libro Confeſsionum, quemadmodum mater ſua ad prædicationem Ambroſij, conſuetu-
dinem ſuam reliquerit: & quod iſte ſit ſenſus, apparet ex verbis ſequentibus. [& noli ex eo man-
ducare & bibere cum peccatoribus.] hoc eſt, incredulis, qui defunctis nequeunt ſuffragari.
[Conſilium ſemper à ſapiente perquire,] id eſt, diligenter inquire in arduis ac dubijs, in quibus
ad expertorum, ſapientium, & Deum timentium eſt conſugiendum conſilium, quod etiam à ſa-
pientiſsimo Deo, & ex ſcripturis ac patrum libris eſt inquirendum. Vnde Eccleſiaſtici 36. doce-
tur. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. [Omni tempore benedic
Deum] laudando eum in proſperis & in aduerſis, perſeueranter vſque in finem, omni tempore
oportuno, iuxta illud Pſalm. 33. Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore
meo. [& pete ab eo, vt vias] id eſt, actiones [tuas] interiores, exterioreſque [dirigat] per ſe, per an
gelicam cuſtodiam, per ſuos vicarios, atque per conſiliarios bonos, quæ directione ſuperna iu-
giter ac maxime indigemus, ſecundum illud Prouerb. 16. Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed
Dei eſt dirigere greſſus eius. Vnde S. ille ait Hiere. ſanctificatus in vtero: Scio domine, quia non
Hiere. 10. eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. ideo cum Pſalm. 118. oremus:
Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum. [& omnia conſilia tua in ipſo permaneant,] ita
vt nullius conſilio acquieſcas contra Dei præcepta ac documenta. Cuncta quoque conſilia quę
inquiris, finaliter ordines, vt Deo complaceas, & ſalueris. [Indico etiam tibi fili mi, dediſſe] hoc
Iob 1. eſt, conceſsiſſe,] me decem talenta argenti Gabelo.] prout ſupra expoſitum eſt. [Noli timere fili
mi] carnali, mundano, inordinato & turbulento timore. [pauperem quidem vitam gerimus] in
temporalibus, [ſed multa bona habemus,] hoc eſt, copioſa chariſmata gratiæ in præſenti, bona-
que gloriæ in futuro, [ſi timuerimus Deum] filiali timore, iuxta illud Pſalm. 33. Timete domi-
num omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum. [& receſſerimus ab omni pecca-
to,] præſertim mortali, & etiam veniali pro poſſe, à quibus potiſsime receditur corde, ea abhor-
Pſalm. 33. rendo, [& fecerimus bene] quæ ſunt duæ quaſi integrales partes iuſtitiæ, propheta dicente: De-
clina à malo, & fac bonum, &c.

Elucidatio cap. 5. Tunc reſpondit patri ſuo, & dixit. *Art. 5.*

EX Equtio, quia iunior Tobias exequutus eſt patris ſui præceptum, deſcribitur hic. [Tunc
reſpondit Tobias patri ſuo, & dixit: Omnia quæ præcepiſti mihi, faciam pater] auxiliante
gratia Dei, habendo me citra Deum, circa matrẽ meam, circa operarios, circa proximos, cir-
ca ege-

ca egenos,circa vxorem,circa deſunctos,& circa meipſum,ſicut docuiſti me præcedenti capite. Tob. 4.
[Quomodo autem pecuniam hanc inquiram à Gabelo,ignoro.Ille me neſcit,& ego eum igno-
ro.Quod ſignum dabo ei?ſed neq; viam aliquando cognoui. Reſpondit ei pater: Chirographũ
illius penes me habeo:quo viſo,reſtituet tibi]i.perſoluet pecuniam.[Tunc egreſſus Tobias,in-
uenit iuuenem ſplendidum ſtantem pręcinctum]i.angelum in forma iuuenis ſpecioſi,]quaſi pa
ratum ad ambulandum.]Et quod ait,quaſi, deſignat hic veritatem, non ſimilitudinem tantum,
quemadmodum Ioan.1.dum dicitur: Vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre.Cir
ca hoc ſcribit quidam: Apparitiones angelicæ in aſſumptis corporibus fiunt ſecundum proprie-
tates legationum,ad quas angeli mittuntur.Et quoniam iſte mittebatur à Deo ad ducendum fi- Gen. 19.
lium Tobiæ,per viam,apparuit tanquam diſpoſitus ad itenerandum. Quod quamuis aliquando
ita ſit,præſertim dum angeli mox volunt ipſo apparatu oſtendere ad quid venerint, non tamen
videtur ſemper ſic ſactum.Legitur enim in Gen. qualiter duo angeli miſsi ad Sodomam ſubuer
tendam, ingreſsi ſint in domum Loth,qui angeli apparuerunt in forma valde gratioſa atq; ama
bili,non vehementer terribili.Propter quod ciues Sodomæ æſtimantes, quod eſſent pulcherri-
mi iuuenes,venerunt vt eis abuterentur.Et ſi apparuiſſent ſecundum proprietatem & habitudi-
nem ſuę legationis,apparuiſſent vtiq; in forma metuēda,velut cōmoti.In libro Iudic.quoq; ma-
ter Samſonis legitur marito ſuo dixiſſe de angelo: Vir Dei venit ad me, habens vultum angeli- Iudic.12.
cum,terribilis nimis. Et tamen angelus ille venit ad prænunciandum valde iucunda & proſpe-
ra,ſicque ſecundum dictum prætactum, apparuiſſet in forma hilari & amœna, non ita terrifi-
ca. Simili modo argui poſſet de angelo qui apparuit Coruelio centurioni in forma terribi- Act 10.
li,vt patet in Actibus,atque de angelis qui(vt Euangeliſtæ deſcribunt) nunciauerunt Chriſti re- Marc. 16.
ſurrectionem mulieribus ſanctis, quibus in ſpecie apparuerunt terribili. [Et dixit Tobias] Matth. 28.
iunior[ad angelum: Vnde te habemus bone iuuenis?]hoc eſt,de qua natione & terra es tu? Op- Lucæ 24. Ioan.20.
tauit enim aliquem filiorum Iſrael habere ducem ſui itineris.[At ille reſpondit: Ex filijs Iſra-
el,]quod verum eſt,ſecundum nominis interpretationem: Iſrael quippe interpretatur videns
Deum,ſicque fuit ex filijs Iſrael, hoc eſt, de numero filiorum contemplantium Deum, de qui-
bus Iob 38.dominus ait: Cum me laudarent aſtra matutina,& iubilarent omnes filij Dei. Vnde
Deut.32.habemus: Conſtituit terminos populorum,iuxta numerum filiorum Iſrael.alia tranſ-
latio habet, Statuit terminos gentium,iuxta numerum angelorum Dei.[Et Tobias dixit ei: No-
ſti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui reſpondit: Noui, & omnia itinera eius frequen
ter ambulaui,& mãſi apud Gabelum fratrem noſtrum,qui moratur in Rages ciuitate Medorum,
quæ poſita eſt in monte Egbatanis.]Ex quo elicitur,quod Gabelus fuit vir iuſtus, propter quod
angelus ſanctus inuiſibiliter ſæpius affuit ei & libenter, quem nominat fratrem propter charita-
tis communionem, & gratiam gratificantem, & quia (vt creditur) fuit de numero electorum.
Itemq́ue, propter conuenientiam in natura intellectuali, ſaltem in genere, & quia eundem ha-
bebant patrem cæleſtem. Sic & in Apocalypſi angelus ait Ioanni: Conſeruus tuus ſum. Apo.16.22
[Cui Tobias ait: Suſtine me obſecro, donec hæc ipſa nunciem patri meo. Tunc ingreſſus To
bias,indicauit vniuerſa hæc patri ſuo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad e-
um. Ingreſſus itaque]angelus domum Tobiæ ſenioris[ſalutauit eum, & dixit: Gaudium ti-
bi ſemper ſit.]id eſt,ſpiritualis in Deo iucunditas,in quo gloriandum eſt, non in proſperis tan-
tum,ſed etiam,immo & potius in aduerſis. Vnde hortatur Apoſtolns Philip.3.& 4. Gaudete in
domino ſemper.[Et Tobias ait: Quale mihi gaudium erit]in ſeculo iſto? quaſi dicat, carnale
& ſeculare gaudium non conuenit mihi, neque id opto. [qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli
non video,]id eſt,ſolem & eius ſplendorem,cum Eccle.11. ſcriptum ſit: Dulce lumen, & dele-
ctabile oculis videre ſolem. Et forſan de huiuſmodi gaudio putauit Tobias angelum,tanquam
iuuenem hominem,eſſe locutum. [Cui ait iuuenis:]id eſt angelus in iuuenis forma apparens,
qui nunquam antiquatur,ſed in ſuo vigore incorruptibiliter inuariabiliterq́ue permanet:[For-
ti animo eſto,]id eſt,conſtans,non deſolatus. [In proximo eſt,vt à Deo cureris]per miniſteri-
um meum à plaga cæcitatis. Hoc prædixit ei in generali,quod tamen Tobias non multum pon-
derans,ad alia ſe conuertit.[Dixitq́; illi Tobias: Nunquid poteris perducere filiũ meũ ad Gabe
lum in Rages ciuitatē Medorum(& cum redieris,reſtituã tibi mercedem tuam. Et Angelus: Ego
ducam & reducam eũ. Cui Tobias: Rogo te, indica mihi de qua domo]i. familia [aut tribu es Num.26.
tu:]quia in vna tribu erant plures familiæ, vt patet in Numeris. tamen in tribu Dan, erat tantum
vna familia: quia Dan filius Iacob vnum duntaxat habuit filium. vt Gene.46.habetur. [Cui Ra-
phael dixit: Genus]id eſt ſtirpem[quæris mercenarij, an ipſum mercenarium qui cum filio tuo
eat?] Quaſi dicat, plus quæris, quam ad præſens ſpectat negocium, quia ſufficere tibi poteſt, vt
certificeris de fidelitate ductoris filij tui, nec opus eſt genealogiam eius agnoſcere.[Sed ne for-
te ſolicitũ te reddam,]hoc eſt,immoderate anxium,nõ reſpondēdo, [Ego ſum Azarias Ananiæ
magni filius.]Quę reſpõſio vera eſt,ſecundũ nominis interpretationē & figuratiuã loquutionē.

Azarias nanq; interpretatur adiutor Dei, Ananias vero gratia ſeu gloria Dei. Fuit itaq; Azarias,
hoc eſt, adiutor Dei, id eſt, per quem Deus adiuuit Tobiam ac alios multos. Iuxta quem modum
ait Apoſtolus 1. Corin. 3. Dei adiutores ſumus. Fuit quoque filius Ananiæ magni, hoc eſt, filius
gratiæ & gloriæ ſummi Dei. Iuxta hunc ſenſum exponit Hieronymus, quod Zacharias à Iudæis
Hieroni. lapidatus inter templum & altare, vocatur filius Barachiæ, cum fuerit filius Ioiadæ. Porro, ea quę
2 Par. 24. angeli inter homines loquuntur & agunt, ſæpe ſunt figuratiua: & quamuis nunquam mentian-
tur, veritatem tamen interdum occultant. [Et Tobias reſpondit: Ex magno genere es tu] quod
verum eſt, quia ex genere ac ſpecie angelorum à Deo omnipotente immediate creatorum, quã-
uis non fuerit verum, prout Tobias tunc intellexit, nec tamen mentiebatur formaliter, quia non
intẽdebat falſum proferre, neq; decipere. [Sed peto ne iraſcaris quod voluerim cognoſcere ge-
nus tuum. Dixit illi angelus: Ego ſanum ducam & reducam tibi filium tuum. Reſpondens autẽ
Tobias, ait: Bene ambuletis, & ſit dominus in itinere veſtro, & angelus eius comitetur vobiſcũ]
hoc eſt, comes & ſocius veſter ſit in veſtro itinere, quemadmodũ dominus ait Exod. 23. ad Mo-
ſen: Angelus meus præcedet te. [Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, dixit Tobias,
Vale, patri ſuo & matri ſuæ, & ambulauerunt ambo ſimul.] hoc eſt, parentibus ſuis valefecit, rece
dendo ab eis. [Cumq; profecti eſſent] angelus & Tobias, [cœpit flere mater eius & dicere.] Fœ
minæ enim ad fletum communiter pronæ ſunt, & ſtatim vt mater Tobiæ deſtitutam ſe ſenſit tam
dilecti & amabilis filij aſpectu ſuaui, cœpit affligi. [baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, &]
pro, id eſt, [tranſmiſiſti à nobis,] hoc eſt, vnicum & chariſsimum filium noſtrum, cui in hoc ſe-
nio innitebamur, tanquam baculo in neceſsitatibus noſtris, qui ſuit nobis in ſolatium & obſe-
quium. [Vtinam nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eum.] hoc eſt, vtinam nunquam
fuiſſet, neq; ad nos peruenisſet pecunia iſta, quę fit nobis tantæ afflictionis & mœroris occaſio.
[Sufficiebat enim nobis paupertas noſtra, vt diuitias cõputaremus hoc, quod videbamus filiũ
noſtrum:] hoc eſt, ſufficientius nobis eſſe debuerat, quod habuimus filium noſtrum ſenſibili-
ter nobis præſentem, cum exterioris ſubſtantiæ ſeu pecunię mutuatę carentia, quàm emiſsio iſta
filij noſtri pro acquirenda pecunia. Denique quamuis iam erat cęcus, pluraliter tamen dixit,
quod videbamus, iuxta modum loquendi, quo ſocietati aſcribitur, quod conuenit parti ipſius.
vel quod ait, videbamus, intelligi poteſt de corporali intuitu, quantum ad Annam, & de viſu ima
ginario ac intellectuali, quantum ad cęcum Tobiam, cui delectabile fuit, quod filium ſuum vere
imaginabatur ac intellexit præſentialiter ſibi adeſſe. Viſus quoq; interdum pro alijs exteriori-
bus ſenſibus ſumitur. Vnde communiter dicitur: Vide quã bene hoc ſapiat ſeu odoret. In Apoc.
Apoc. 5. quoq; ait S. Ioannes: Conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Exod. itẽ 20.
legitur: Populus videbat voces, hoc eſt, audiebat. [Dixitq; ei Tobias,] coniugem conſolando.
Virorum enim eſt vxores inſtruere, quia vir caput eſt vxoris, & cõmuniter fortiores in ratione,
conſtantioresq; mente ſunt viri quàm fœminæ. Et præſertim Tobias multo virtuoſior ac ſapien
tior fuit cõiuge ſua. [Noli flere. Saluus perueniet filius noſter, & ſaluus reuertetur ad nos, & ocu
li tui videbunt illum.] hoc fuit verbum bonũ ſpei, non tamen certitudinis abſolutæ. ideo addit:
[Credo quod angelus Dei bonus comitetur ei, & bene diſponat omnia quæ circa eum gerun-
tur,] id eſt, director & protector ſit eius, [ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem
ceſſauit mater eius flere, & tacuit.]

Elucidatio cap. 6. Profectus eſt autem Tobias, & canis ſequutus eſt eum.
Articulus 6.

EXordium itinerationis Tobiæ hic enarratur, & qualiter in ea ereptus ſit à periculo mortis,
& informatus de remedijs contra aliquas plagas, atque præauiſatus de vxore accipienda.
[Profectus eſt autem Tobias] cum angelo, [& canis ſequutus eſt eum:] quod tangi vide-
tur, ad innuendum quod erat pius, etiam circa brutum, & liberalis, dando alimoniã ei. [& man-
ſit prima manſione] i. dieta in hoſpitio [iuxta fluuium Tigrim,] qui eſt vnus de quatuor flumini
bus paradiſi, per terrã Aſſyriorum decurrens, vt Gen. 2. habetur. [Et exiuit] de hoſpitio [vt laua-
ret pedes ſuos] pro mitigatione laboris peregrinationis. [Et ecce piſcis immanis] id eſt, ma-
gnus, crudelis, inhumanus, [exiuit] de fluuio. Aliqui enim piſces extra aquam ad tempus perdu-
rant, iacent, decurrunt, vt crocodoli, ſuntq; quadrupedes. [ad deuorandum eum.] Sic & Hiero-
Hieron. nymus primo lib. vitas patrum deſcribens, pericula viæ ſuę recitat, qualiter crocodoli cucurrerũt
poſt eum & ſocios ſuos ad deuorandum. [quem expaueſcens Tobias, clamauit voce magna, di-
cens: Domine, inuadit me.] Sicque ductorem ſuum in periculo dominum nominauit, vt ſibi
tanquam ſeruo ſuccurreret. [Et dixit ei angelus: Appræhende brãchiam eius [hoc eſt, locum ſeu
pinnulam exiſtentem inter caput & corpus piſcis, [& trahe eum ad te. Quod cum feciſſet, attraxit
eum in ſiccum, & palpitare cœpit ante pedes eius.] Mirum quod facere hoc audebat, ſed De-
us confortauit eum intrinſecus, ſimiliter angelus apparatu mirifico. [Tunc dixit angelus:

Exentera

Exentera hunc piſcem]i.interiora ſen inteſtina eius extrahe, ipſo piſce diuiſo.[& cor eins]cor
porale, quod eſt primnm viuens, & vltimum moriens in animali, ſecundum philoſophum.[& fel
& iecur repone tibi]in vaſculo, pera, ſeu repoſitorio.[Snnt enim bæc neceſſaria ad medicamen-
ta vtiliter.]vt infra deſcribitur.[quod cnm feciſſet, aſſauit carnes eius.] boc eſt partem corporis
piſcis in boſpitio. Et ſumitur hic caro extenſe, prout corpus piſcis caro vocatur. Vnde & Apoſt.1.
Corint.15. Alia, inquit, caro piſcium, alia volucrum, alia quadrupedum. [& ſecum ſuſtulerunt in
via. Cætera ſalierunt, quæ ſufficerent eis] in via, boc eſt, ambnbus videbantur ſufficere, cum
vnus eorum nequaquam cibo huiuſmodi indigeret. [quouſq; peruenirent in Rages ciuitatem
Medorum. Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obſecro te Azaria frater, vt dicas mi-
hi: Quod remediũ habebunt iſta, quæ de piſce ſeruare iuſsiſti?]videlicet cor, fel & iecur.[Et re-
ſpondens angelus, dixit ei: Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, ſumus eius extricat]
hoc eſt, exterminat & repellit, [omne genus dæmoniorum, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vl-
tra nõ accedat ad eos.]Circa hoc in Scolaſtica biſtoria dicitur: Nec ſup hoc mirari debemus, cũ
fumus cuiuſdam arboris aduſtæ eandem vim habere dicatur. Veruntamen mirum videtur, qua-
liter res corporales, viles ac mortuæ, qneant ita imprimere in intellectuales incorporeaſq; ſub-
ſtantias, præſertim naturaliter & non miraculoſe, ſed vt inſtrumenta diuinæ potentiæ, ſicut de ig
ne gehennę credimus circa ſpiritus condemnatos. Itaq; circa hoc dicunt quidã doctores catholi
ci, ſicut & S. Thomas, quod ſi iuxta doctrinam Platonſcorum dæmones eſſent animalia corpore
aërea, animo paſsiua, mente rationalia, tempore ęterna, vt dixit Apuleius: mirum non eſſet, quod
corporalia eis imprimerent. Sed quia tenemus quod ſunt immateriales, ſeparatæ ſubſtantię, ma-
terialia in eos non imprimunt, & ſic ſumus piſcis nnn habuiſſet vim expellendi dæmoniũ. Pro-
pter quod dicunt, ꝙ & facta angeli circa Tobiam figuralia erant, & quod per incẽſionem ſumi-
gationemq; cordis & iecoris piſcis, figurabantur feruor atque deuotio orationis Tobiæ & Saræ
coniugis eius, quorum meritis angelus expulit & religauit dæmonium. Vnde infra angelus dici-
tur boc feciſſe, non ſumns. Sicq; fumus per ſignificationem, non per impreſsionem ſeu influenti Tob.ι.
am, exterminauit dæmonium. Sed bis obijci poteſt, qnod gemmæ quædã & herbæ miras & ma-
gnas babẽt virtutes, & impreſsionẽ cauſant in animas rationales, ſicut in libris de proprietatibus
rerum deſcribitur, per quarũ etiam allationẽ atq; pręſentiã dęmones ab obſeſsis recedunt, quod
tamen aliqui dicunt dæmones facere ſponte & ficte, vt teneant homines in errore. Aliqui vero di
cunt, ꝙ ad hnmiliandnm ſnperbiã dæmonũ, Dens ſic ſubdidit eos impreſsionibus & viribus cor
poralium ac vilium creaturarum. De his ſcribit diffuſe Guilhelmus Parienſis in lib. de vniuerſo,
immo de his in diuerſis codicibus valde multa & diuerſa leguntur, qnæ bic pro nunc tantundẽ
tetigiſſe ſufficiat. [& fel]piſcis iſtius[valet ad vnguendos oculos]vnctione curatiua, [in quibus
fuerit albugo,]ita ꝙ materiam illam feculentam, lumen viſuale à ſno actu impedientem, expel-
lit. ideo ſubditur, [& ſanabuntur.]Multæ enim vires valde potẽtes, ſecrete atq; mirifice in rebus
naturalibus inueniuntur, multò plus quàm ſcire valemus.[Et dixit ei Tobias: vbi vis vt manea-
mus? Reſpõdenſq; angelus ait: Eſt bic]i.in territorio iſto & in oppido quo propinquamus, [Ra
guel nomine, vir ꝓpinquus de tribu tua,]tribu videlicet Nephthalim.[Et hic habet filiam nomi
ne Saram: ſed neq; maſculum, neq; fœminam vllam habet aliam præter illam, tibi debetur om-
nis ſubſtantia eius,] ex præordinatione diuina per connubiũ contrahendum à te cum filia eius,
[& oportet te eam accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam vxorem. Re-
ſpondit Tobias & dixit: Audio quia tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt. Sed & hoc audiui,
quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo ne forte & mihi hæc eueniant,]quæ ſcilicet euene-
runt ſeptem viris quos habuit, dæmoniumque occidit, [& cum ſim vnicus parentibus meis, de-
ponam ſenectutem]illam parentum meorum [cum triſtitia ad inferos.] id eſt, occaſio fiam per
mortem meam, qnod parentes mei ex triſtitia moriantur, & deſcendant in limbum. [Tunc an-
gelus dixit ei: Audi me, & oſtẽdam tibi]id eſt, docebo te, [qui ſunt quibus præualere poteſt dæ-
monium,]ita quod non compeſcitur virtnte angelica aut diuina à læſione humana. [Hi nanque
qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à mente ſna excludant,]hoc intendẽdo formaliter,
quod pauci directe formaliterque intendunt, vel intendendo hoc concomitanter & æqualen-
ter, puta voluntatem carnalem prædominantem, ad quam ſequitur receſſus charitatis & gratiæ
Dei ab homine, quam volnptatem multi intendunt. Vnde ſubiungitur: [& ſuæ libidini ita vacẽt,
ſicut equns,]qui eſt animal valde luxurioſum, iuxta illud Eze.23. Sicut fluxus equorũ fluxus eo-
rum.[& mulus, quibus non eſt intellectus,] qui etſi non generet, tamen carnis expetit volupta-
tem.[habet ſnper eos poteſtatem dæmonium,]non tamen ſemper permittitur omnes tales occi-
dere ſed tempore deſuper præordinato punit eos, niſi pœniteant. Ex quibus verbis elici poteſt,
cur mnlti poſt initum coniugium celeriter moriantur. [Tu autem]qui multitudinem carnalium
& ſtultorum (quorum infinitus eſt numerus) ſequi non debes, [cum acceperis eam]in vxorem Ecle.ι.
per verba de præſenti, & prout moris tunc erat, [ingreſſus cubiculum, per tres dies] naturales,

quę noctes includunt,[continens eſto ab ea,& nihil aliud]ages,[niſi orationi vacabis cum ea,] Tob. 9. non quod infra hoc triduum aliud prorſus non egerint quàm orare. Nã & interim comederunt, & dormierunt,ſecundum quod infra habetur. Idcirco per iſtam excluſionem nõ niſi carnalis copula excludi videtur, & ꝙ interim principalis amborũ actio, eſſet oratio feruens & pura, etſi non continua, tamen aſsidua: à qua etiam carnalis cõmixtio illa, quamuis legitima, non mediocriter 1. Cor. 7. impedit. Propter quod Apoſt. dixit Nolite fraudare inuicẽ, niſi forte ex conſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi. [Ipſa autem nocte,] ſ. prima nocte, qua cum ea in cubiculo fueris orans, [incenſo iecore piſcis, fugabitur ab ea dæmonium,] potius poteſtate angelica ac merito veſtra orationis ac continentiæ, quàm fumo iecoris inflammati. Quocirca inquiritur, qualiter nunc dicat, incẽſo iecore, cum ſupra iam dixerit, cordis eius particulam? &c. Ad quod reſpõdetur, quod vtriuſq; incenſio, figuratiua & ſuo modo effectiua fuit expulſionis dæmonij, & vtrunq; creditur incendiſ- Tob 8. ſe Tobias. Nam & infra legitur iecur ſic incendiſſe. [Secunda vero nocte in copulatione ſanctorum patriarcharum admitteris] i. paulatim proficiendo, virtute protactæ orationis promereberis participationem & cõmunionem ſanctitatis ac pudicitiæ partriarcharum ſanctorum, hoc eſt, virtutem & gratiam imitandi ſanctimoniam pudicitiamq; illorum. [Tertia vero nocte benedictionem conſequeris,] i. fœcunditatem mereberis, & benediceris à Deo, [vt filij ex vobis ꝓcre- Tob. 14. entur incolumes.] vnde & infra legitur, ſeptem filios genuiſſe, filiam nullam. Aliqui tamen exponunt iſtud de benedictione, quam (vt dicunt) præſtabat tunc aliquis ſacerdos, vt maior quis inter ipſus, vices gerens ſacerdotis. [Tranſacta autem tertia nocte, accipies virginem,] conſummando cum ea coniugium per carnalem copulam, ſ. quarta nocte, [cum timore domini,] ne contingat te circa actum matrimonij aliquo modo excedere, ſicut in timoratis contingit, prout ſupra Tob. 3. magis expoſitum eſt, & [amore filiorum,] ad Dei cultum enutriendorũ, [magis quam libidine ductus,] immo omnem libidinoſum excludendo amorem pro poſſe, [vt in ſemine Abrahæ,] i. in coniuge tua, quæ vera eſt Abrahæ filia, vel in ſemine Abrahæ, i. inter filios Iſrael, qui ſemen ſunt Abrahæ: vel, in ſemine Abrahæ, i. in ſobole tibi præſtanda, [benedictionẽ,] i. gratiã ſalubris fœcunditatis, [in filijs cõſequeris,] quia & hoc maius eſt donum, filios ꝓcreare quã filias. Aut certe in ſemine Abrahæ, i. in Chriſto, de quo in Gen. ait dominus ad Abraham: Benedicẽtur in ſe- Gen. 22. mine tuo oẽs gẽtes terrę. Benedictionẽ in filijs cõſequaris, quatenus filij tui per fidẽ Chriſti venturi ſaluentur, ſicq; benedicaris à domino, non in perſona ꝓpria tãtum, ſed etiã in tua poſteritate. Myſtice ex iſto docemur capitulo, quemadmodum angeli ſancti multiplex officium circa homines habeant, & multiplicia beneficia eis impendant, atq; à corporalibus quoq; periculis eripiant eos frequenter. Inſuper qualiter fideles debeant ad matrimonia contrahẽda accedere. Et quamuis non obligentur, per noctes tres poſt initum coniugium continere, tenentur tamen contrahere magis deſideriu prolis ad Dei obſequium nutriendæ, vel incontinentiæ euitandæ, quam voluptatis venereæ. Et ante contractionem connubij debent ſe per orationes & ſacramentalẽ confeſsionem parare ad aſſumendum matrimonij ſacramentum, quatenus conſequantur in eius cõtractione & conſecratione gratiam ſacramentalem, per quam de cætero ſecundum exigentiam matrimonij conuerſentur, quia in ſacramentis euangelicæ legis gratia continetur & datur diſpoſitis. Cum filiali quoq; timore Dei, non cum libidine ſenſuali contrahendum eſt ipſum coniugi- Heb 13. um, vt impleatur quod ait Apoſtolus: Honorabile connubium & torus immaculatus. Sed heu Pſal. 31. multi quaſi equus & mulus, quibus non eſt intellectus, contoralem accedunt: quam cum predo- Matt. 5. minante concupiſcentia accedere, eſt mortale, cum ſit limites matrimonij omnino excedere. Propter quod omnis amator ardentior, perhibetur adulter. Poſtremo, iuxta allegoriam, iunior quoq; Tobias figura fuit Chriſti, quem comitati ſunt angeli, ſecundum quod ait Ioan. 1. Videbitis angelos aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis. Et ſicut Tobias manſit iuxta fluuium velociſsimum Tigris, ſic filius Dei incarnatus, commoratus eſt iuxta noſtræ mortalitatis abyſſum celerrime & inceſſabiliter defluentem. Quemadmodum etiam Tobias voluit pedes lauare, ſic Chriſtus exiuit à patre, vt ſuos lauaret electos à ſordibus vitiorum in ſanguine ſuo & Beda. fonte baptiſmi. Circa quod loquitur Beda: Dum Chriſtus lauaret in cruce pedes ſuos, qui ambu- Iſidorus. lauerunt ſuper terrã, aduenit diabolus, quærens ſi quid peccati inueniret in eo. Iſidorus quoq;: Piſcis, inquit, voluit deuorare Tobiam, & diabolus per ſuos ſatellites procurauit occidi Chriſtũ. Deniq; Tobias timuit piſcem, inuocauitq; angelum: ſic Chriſtus ad oſtendendum in ſe veritatẽ humanæ naturę, naturali timore ex præuia deliberatione expauit mortem, apparuitq; ei angelus corroborans eum, i. per modum conſortantis ſe habens, conſolatoria verba loquendo. Quẽad- Luc. 22. modum demum Tobias piſcem traxit in ſiccum & exenterauit, eiuſq; interiora pro medicinali- Tob. 6. bus reſeruauit, ſic Chriſtus vicit diabolum, & eius pateſecit verſutias pro informatione fideliũ. Et ſic Tobias aſſauit carnes piſcis, & inde refectus eſt: ſic dominus & Saluator credentes in ſe igne tribulationis, ardoreq; Spirituſſancti exuſſit ac conſolidauit. Poſtremo, ſicut Tobiam ſecutus eſt canis, ſic Chriſtum ordo prædicatorum, qui in ſcripturis ſignantur nomine canum, iuxta Pſal. 67. illud: Lingua canum tuorum ex inimicis ab eo.

Declara

Declaratio Cap. 7. Ingreſsi ſunt autem ad Raguelem. *Art.* 7.

QValiter Tobias cum Sara contraxit coniugium, hic narratur. [Ingreſsi ſunt autem ad Ragu
elem, & ſuſcepit eos cum gaudio.] Nam fuit vir bonus, exemplo Abrahæ patris ſui, hoſpita Gene.8.
litati intentus. [Intuenſq́; Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori ſuæ: Quam ſimilis eſt iuuenis
iſte conſobrino meo] Tobiæ ſeniori? Fuit equidem Tobias iunior ſimilis valde patris ſui in vul
tu & moribus. [Et cum hæc dixiſſet, ait: Vnde eſtis] ô [iuuenes fratres noſtri?] Conſiderauit e-
nim ex habitu quod erant Iſraelitæ. [dixerunt ei: Ex tribu Nephthalim ſumus ex captiuitate
Niniuæ.] quod verificatur de ambobus, iuxta modum loquendi, quo aliquid attribuitur ſocie-
tati, quia conuenit vni ſeu parti ipſius, vt dictum eſt. [Dixitque illis Raguel: Noſtis Tobiam
fratrem meum? qui dixerunt: Nouimus. Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus
ad Raguelem: Tobias de quo interrogas, pater iſtius eſt. Et miſit ſe Raguel] id eſt, extendit ad
amplectendum, [& cum lachrymis oſculatus eſt eum, & plorans ſuper collum eius] ex abundan
ti lætitia & pietatis commotione interna ac viſceroſa, quemadmodum Iacob & Ioſeph cum la- Gene. 46.
chrymis ſe amplexatos, & ſuper collũ alterutrũ fleuiſſe legũtur, dixit: Benedictio ſit tibi fili mi:]
id eſt, benedicaris à Deo, & ab hominibus commenderis, quia & bona tibi imprecentur, [quia
boni] in naturalibus, [& optimi] in gratuitis [viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara filia ipſo-
rum lachrymatæ ſunt] ex eiſdem cauſis quá Raguel. [Poſtquam autem locuti ſunt, præcepit Ra-
guel occidi arietem & parari conuiuium. Cumque hortaretur eos diſcumbere ad prandium, To
bias dixit] ex informatione angeli: [Hic ego hodie non manducabo neque bibam, niſi prius pe
titionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam.] Raphael quoque prædi-
xit Tobiæ, quod Raphael acquieſceret in hoc. Sic & Gene.24. ſeruus Abrahæ, propoſito ſibi ci- Gene.24.
bo, dixit matri Rabeccæ & Labani Non comedam donec loquar ſermones meos. [Quo audito
verbo, Raguel expauit] ex timore periculi, [ſciens quid euenerit illis ſeptem viris, qui ingreſsi
ſunt ad eam, & timere cœpit, ne forte & huic ſimiliter contingeret. [Et cum nutaret:] id eſt, am-
bigeret quid eſſet reſpondendum ac faciendum in caſu iſto, [& non daret vllum petenti reſpon-
ſum] quia pro vtraq; parte habuit motiua fortiſsima, nec vidit quid amplius expediret. Graue
etenim ſibi fuit tam virtuoſo iuueni & ſuo cognato filiam denegare, cui ſecundum legem fuerat
danda. & nihilominus graue fuit tam iuuenem illum quã eius parẽtes periculo tanto exponere,
quod alijs ſeptem viris filiæ ſuæ contigerat. [Dixit ei angelus. Noli timere eam dare iſti, quoniã
huic timenti deum debetur coniunx filia tua] tam ex ordinatione diuina, quam ex lege Moſai-
ca, & propter amborum virtutes. Nam ſicut Tobias ſuis virtutibus meruit tam virtuoſam acqui-
rere contoralem, ſic Sara tam virtuoſum maritum, iuxta illud Eccl. Pars bona, mulier bona. In par Eccl.20.
te bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Et Salomon ait: A domino datur vxor Pro. 19.
prudens. [propterea alius non potuit habere illam.] quia præordinatio Dei non fallitur neque
caſſatur. [Tunc dixit Raguel: Non dubito quod Deus preces & lachrymas meas admiſerit. Et cre
do quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt & iſta cõiungeretur cognationi] i. viro de tribu ſua,
[ſecundum legem Moſis] in Numeris, ſicut ſupra expoſitũ eſt. Deniq; angelus ſanctus cum tanta Num.26.
grauitate & pondere loquebatur, & cum occulta vi tãta in exprimẽdo & imprimendo, q ex eius
informatione cor Raguelis fuit ſubito ſic immutatum, confortatum & exhilaratũ ex fide & ſpe.
Nam & inſtanter & lachrymoſe Deum rogauit pro filia ſua, vt ei prouideretur de ſalubri cõnubio,
[Et nunc noli dubium gerere] i. pro certo agnoſce, [q tibi eam tradam. Et appræhendens dexte
ram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit] concurrente conſenſu amborum, & prolatione verborum
tunc ſolitorum, [dicens: Deus Abraham & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit.] per gratiã
temporalem & indeſinentem, [& ipſe coniungat vos] mente & corpore, coniunctione fructuo-
ſa atq; fœcunda, [impleatq́; benedictionem ſuam in vobis,] præſtando vobis incrementa gratiæ
& virtutum, deinde ſalutem æternam. [Et accepta charta, fecerant conſcriptionem coniugij] ſcri
bendo in charta quæ gerebantur, & dotem puellæ, donumq́; nuptiale, aut etiam teſtes. [Et poſt
hoc epulati ſunt] ſobrie, [benedicentes] i. laudantes [Deum,] & gratias ei agentes de coniugio
inito, benedicenteſq́; menſam ante commeſtionem, & poſtea gratias referentes. [Vocauitq́; ad
ſe Raguel Annam vxorem ſuam] poſt refectionem, [& præcepit ei vt præpararet alterum cubicu-
lum,] à cubiculo in quo Raguel & vxor eius iacebant. Vel forſan etiam alterum à cubiculo, in
quo priores viri Saræ obierant ex loci illius horrore. [Et introduxit illuc Saram filiam ſuam] poſt
cœnam. [& lachrymata eſt,] ex rememoratione præteritarum aduerſitatum, & ne iam quid tale
accideret. [Dixitq́; ei: Forti animo eſto filia mea] i. firmiter ſpera in domino. [Deus cæli det tibi
gaudium] id eſt, proſperitatem optatam cum viro iſto, [pro tædio quod perpeſſa es] id eſt, eo
quod toties es afflicta per mortem virorum priorum, & merito patientiæ tuæ in illis.

Expoſitio Cap. 8. Poſtquam vero cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam. *Art.* 8.

ORationes Tobiæ & coniugis eius hic deſcribuntur.[Poſtquam vero cœnauerunt,introdu-
xerunt iuuenem ad eam]in cubiculum, quo ipſa prius intrauit.Recordatus itaque Tobias
ſermonum angeli,]quos ei de incenſione cordis & iecoris piſcis narratur dixiſſe,[protu-
Tob.6. lit de caſsidili ſuo]id eſt,repoſitorio,in quo erant repoſita,cor,iecur & fel piſcis. Et proprie ap-
pellatur caſsidile , pera facta per modum retis, in qua aucupes ponunt aues captas,& panem pa-
ſtores.[partem iecoris,poſuitque eam ſuper carbones viuos]id eſt,ignitos. Qualiter iotelligen-
Ibidem. dum ſit iſtud,ſupra de incenſione cordis piſcis patuit.[Tunc Raphael angelus appræhendit dæ-
monium,& * relegauit eum in deſertum ſuperioris Aegypti]vbi de cætero nemini poſſet noce-
re, & forſan ſolo pręcepto id egit,vel imperceptibiliter ad momentum ſe ſubtraxit,quouſque il
lud expleuit,& protinus rediit. Sic in legenda beatiſsimi Bartholomæi apoſtoli angelus legitur
dæmoni pręcepiſſe,vt abiret & maneret,vbi nulli hominum poſſet nocere. [Tunc hortatus eſt
virginem]ſponſam ſuam[Tobias, dixitq; ei:Sara,exurge] mente & corpore ad deuotionem a-
ctualem te extendendo,[& deprecemur Deum hodie]id eſt,in hac nocte,[& cras]id eſt, nocte
ſequente,[& ſecundum cras]id eſt, etiam tertia nocte,[quia iſtis tribus noctibus Deo iungi-
mur]id eſt,Deo vacare debemus,vt conſequamur tria ſpiritualia beneficia ab eodem,quę ſupra
Ibidem. ſunt expreſſa.[Tertia autẽ nocte tranſacta]videlicet nocte quarta, [in noſtro erimus coniugio,]
illud per carnalem copulam conſumando.[Filij quippe] id eſt, proles [ſanctorum ſumus]vt fi
lius non denotet ſexum,ſed dicat rem genitam,quia ſic ambo erant filij ſanctorum,i.deuotorũ,
fideliumq; parentum ſeu patriarcharum.[Et non poſſumus]licite ita[coniungi]per conſumma-
tionem matrimonij,(ſicut gentes]idololatræ ſeu indeuotæ,[quæ ignorant Deum] per fidẽ for-
matam,ideo ſine præuia deuotione & oratione carnaliter ſe cognoſcunt. [Surgẽtes autem pari-
ter,] quo conſtat ꝙ Tobias ſponſam ſuam hortando,iuxta eam paululum ſedit, [inſtanter ora-
bãt,]videlicet feruẽter & perſeuerãter,[ambo ſimul,]quatenus cõmunis oratio exaudibilior fie
Matth.18. ret,dum vnius deuotio deuotioni alterius ſuffragabatur. Sicq; in eis impletũ eſt,ꝙ dn̄s noſter vni-
uerſitatis in Euangelio ait:Si duo ex vobis ſuper terram conſenſerint de quacunq; re quam petie
rint,fiet eis à patre meo. Vbi enim fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio
eorum ſum. [vt ſanitas] i.cõſeruatio ſanitatis corporalis ac ſpiritualis,[daretur eis]quouſq; ſuã
complerent periodum,[Dixitq; Tobias]orans Deum cum laudibus, quod eſt efficaciſsimũ ad
impetrandum,iuxta quod ſcriptum eſt Pſal.17. Laudans inuocabo dominum,& ab inimicis me-
is ſaluus ero.[Domine Deus patrũ noſtrorum,benedicant te cæli & terræ & mare & fontes & flu
mina,& omnes creaturæ tuæ quæ in eis ſunt.]Porro inanimata & irrationalia creatorem ſuũ ma-
terialiter benedicunt,i.ſua diſpoſitione, natura & conſiſtentia ipſum eſſe laudabilem monſtrãt,
& conſiderantibus,materiam incitamentumq́; præbent laudandi altiſsimum,cuius bonitas,ſapi
entia,omoipotentia in ipſis relucent,ſicut cauſa in ſuo effectu. Sic & io Pſal. cantamus: Laudent
Pſal.64. illum cæli & terra,mare & omnia reptilia in eis. Et tres pueri in ſui hymni exordio cecinerũt: Be
Dan.3. nedicite omnia opera domini domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.[Tu feciſti Adam
de limo terræ]quantum ad corpus,iuxta illud Gen.1. Formauit Deus hominẽ de limo terræ,[&
dediſti ei adiutorium]ad ꝓlificandũ[Euam]prout Gen.2. inducitur: Dixit dominus Deus, Nõ
eſt bonum,hominẽ eſſe ſolum,faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.[Et nunc domine tu ſcis,quia
non luxurię cauſa accipio ſororem meam]i.ſponſam hanc mihi ꝓpinquam cognatione fidei,re-
ligione,amore,connubio ac natura ſpecifica,[ſed ſola poſteritatis dilectione,in qua]& à qua po
ſteritate[benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorũ:]ita vt poſteri noſtri te iugiter benedicãt,
tamq́; deuoti & honeſti conſiſtant, vt vniuerſi eos conſiderantes, te in tuis miniſtris collaudent,
eo ꝙ tantam eis contuleris gratiam.[Dixit itaq; Sara: Miſerere noſtri domine,miſerere noſtri.]
Repetitio illa,fuit feruoris indiciũ.[& cõſeneſcamus ambo pariter ſani]ſanitate mẽtis & corpo
ris.Nam & ſani corpore,cæteris paribus,aptiores ſunt Deo ſeruire quã ægri.[Et factum eſt circa
pulliorũ cantum]ſ.in confinio noctis atq; aurorę,cum adhuc tenebræ eſſent, [accerſiri]i.vocari
Tob.7. iuſsit Raguel ſeruos ſuos,& abierunt cũ eo pariter vt foderent ſepulchrum.[Sicq; corruerat Ra
guel magna ex parte à ſpe ſua,qua dixiſſe legitur ſuperius: Non dubito quod Deus preces & la-
chrymas meas admiſerit,& credo quod ideo vos fecit venire ad me,&c.Solent equidẽ homines
vacillare à ſpe arduorum , inſtante hora qua percepturi ſunt, quid in tali caſu euenerit. Ex ni-
mio enim deſiderio rei cupitæ,verentur contraria.[Dicebat enim,ne forte ſimili modo euene-
rit ei, quod & cæteris alijs ſeptem viris, qui ſunt ingreſsi ad eam. Cumq́ue paraſſent foſſam,
regreſſus Raguel ad vxorem ſuam, dixit: Mitte vnam ex ancillis tuis,& videat, ſi] id eſt, an
[mortuus ſit,vt ſepeliam eum antequam illuceſcat dies:]ne cognita morte eius, augeatur con-
fuſio noſtra. [At illa miſit vnam ex ancillis, quæ]ſcilicet ancilla [ingreſſa cubiculum] laten-
ter,[reperit eos ſaluos & incolumes, ſecum pariter dormientes.] Non puto quod nudi con-
dormiebant in lecto vno, ſed poſt fatigationem ex diuturna oratione, ploratione, vigilijs,
reclinauerunt ſe cum veſte ad repauſandum. [Quæ reuerſa, nunciauit bonum nuncium.

Et be-

Et benedixerunt dominum Raguel & Anna vxor eius,]gratias ei agendo de conuerſatione Tobiæ in vita.[& dixerunt: Benedicimus te domine Deus Iſrael,quia non contigit nobis,quemadmodum putabamus. Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam]hoc eſt, effectum pietatis tuæ nobis in hac re,& in alijs multis exhibuiſti,[& excluſiſti à nobis inimicum perſequentem nos:] ſcilicet inuiſibilem hoſtem diabolum,qui viros alios noſtræ filiæ occidendo,nos quoq; dire afflixit,contriſtauit & diffamauit. [Miſertus es autem duobus vnicis,] ſcilicet vnico filio ſenioris Tobiæ,& vnicæ filiæ noſtræ, [fac eos domine plenius benedicere te,] vt ſint tibi quotidie gratiores, [& ſacrificium laudis tuæ & ſuæ ſanitatis offerre:]ita vt ſpiritualiter offerant tibi laudes pro ſacrificio legis,& pro beneficio ſanitatis tuæ,id eſt, conceſſæ eis à te,gratias referant tibi.[vt cognoſcat vniuerſitas gentium,]ad quarum notitiam iſta deuenerint,[quia tu es Deus ſolus in vniuerſa terra.Statimque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerent terra foſſam quam fecerant, priuſquam illuceſceret. Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret]id eſt,pararet[conuiuium, & præpararet omnia quę in cibos iter agentibus erant neceſſaria]eis quos intendebat mittere ad Gabelum,ad quem non volebat Tobiam permittere ire.Nam ſubditur: [Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud ſe]quatenus interim mutuo aſpectu gauderēt in domino. [De omnibus autem quæ poſsidebat Raguel,dimidiam partem dedit Tobiæ.]De bonis immobilibus videntur pauca aut nihil habuiſſe in terra illa aliena.[& fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſupererat,poſt obitum eorum Tobię dominio deueniret.]Textus autem tam planus eſt,vt immorari non congruat,ſed ex prędictis docentur coniugati fideles,ne inſtar infidelium abſq; præuia deuotione & oratione conueniant.

Elucidatio Cap.9. Tunc vocauit Tobias ad ſe angelum. *Art.9.*

NVnc recitatur qualiter Gabelus adductus,perſoluit conceſſam ſibi pecuniam. [Tunc vocauit Tobias ad ſe angelum]ſeorſum[ad ſe,quem hominem ęſtimabat, dixitq; ei:]recognoſcendo beneficia eius grata & humili mente: [Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea.Si meipſum tradam tibi ſeruum]hæreditarium, vel vſq;ad ſeptimum annum,ſecundum legem Exo.21.fixam.[non ero condignus]i.ſatis gratus,[prouidentiæ tuæ]circa me & beneficijs mihi per prouidentiam tuam collatis,immo & coniugi meæ & eius parentibus. [Tamen obſecro te,]vt adhuc aliquid plus propter me facias,videlicet[vt aſſumas tibi animalia]quæ portent neceſſaria in itinere,vel te & Gabelum,[ſiue ſeruitia]id eſt, quoſdam ex ſeruis Raguelis,qui ſint ſocij itineris tui.[& vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum,reddasq; ei chirographũ ſuum,& recipias ab eo pecuniam,& roges eum venire ad nuptias.]Iam dictum eſt ſuprà: Eadem Tob. 3. die contigit, vt Sara filia Raguel in Rages ciuitate Medorum audiret improperium. Si ergo & Gabelus habitauit in Rages ciuitate Medorum,in eadem vrbe manebat Raguel & Gabelus? Ad hoc multipliciter reſpondetur. Primo,quod erant duæ vrbes eiuſdem nominis,ſicut in aliquibus regnis ſunt plura oppida,ſiue villagia idem nomen habentia. Secundo,quod Rages non ſolum eſt nomen vrbis , ſed etiam prouinciæ , ſicut Samaria interdum eſt nomen vrbis regni decem tribuum , quandoque patriæ : ſicq́ue vnus iſtorum habitauit in vrbe ſic dicta , alter in ciuitate prouinciæ ſic vocatæ. Tertio,quod ſuprà textus correctus ſic habet: Contigit vt Sara filia Raguel in ciuitate Medorum. Primæ autem reſponſioni conſonare videtur quod ſupra Ra- Tob. 8. phael ait: Manſi apud Gabelum fratrem noſtrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum,quæ poſita eſt in monte Egbatanis,quod addi videtur, ad differentiam alterius Rages. [Scis enim, Tob. 5. quoniam numerat pater meus dies]abſentiæ meæ. [Et ſi tardauero vno die plus,contriſtabitur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius iuramentum ſpernere non poſſum.]Specialiter ſolicitus fuit de patre, magis compatiens ei propter ipſius cęcitatem & ſanctitatem. [Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis]vt eos ædificaret & informaret in via,& decenter comitatus veniret,magiſque ſibi crederetur, [& duos camelos,]forſan vnum pro adducendo Gabelo, alium pro ſe, non ob ſui indigentiam, ſed condecentiam. [in Rages perrexit. Et inueniens Gabelum,dedit ei chirographum ſuum,& recepit omnem pecuniam.Indicauitq́ue ei de Tobia filio Tobiæ omnia quę geſta ſunt. Fecitq́ue eum]puta Gabelum,[ſecum venire ad nuptias]conuiuij Tobiæ, [& fleuit Gabelus]præ gaudio, viſo & oſculato Tobia,[benedixitq́ue Deum, & dixit]Tobiæ, eum benedicendo. [Benedicat te Deus Iſrael]id eſt, abundantiam ſpiritualium temporaliumq́ue bonorum tibi gratioſe cõcedat meritis patris tui,[quia filius es viri optimi;]id eſt,deuotiſsimi Deo,[& iuſti]ad proximos, [& timentis Deum,& eleemoſynas facientis]copioſiſsime,ſecundum vires ſuas. [& dicatur benedictio ſuper vxorem tuam]id eſt,omnes eam noſcentes imprecentur ei bona propter virtutes ipſius, [& ſuper parentes veſtros]vt laudentur propter veſtras probitates, fœcunditates & virtuoſitates,quemadmodum mulier prudens beatificauit glorioſiſsimam virginē propter filium eius,dicendo ad filiũ Luc. 11.

Beatus

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. [& videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum vſq; in tertiam & quartam generationem] i. diuturnitatem vitę, fœcunditatemq; prolis, & proſperitatem longæuam obtineatis à domino. [& ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum,] id eſt, à vero Deo benedicatur poſteritas veſtra. Quid mirū, ſi tam deuote locutus eſt, cum quo angelus ſanctus fuit, & ambulauit tam diu, non ſine inſtructione ſalubri? [Cumq; omnes dixiſſent, Amē,] id eſt, ſic fiat, [acceſſerunt ad conuiuium. Sed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant. [Omnes etenim ædificabantur in angelo, quamuis eum hominem eſſe putabant, quia exemplariſsimus fuit in omni apparatu & verbo. Similiter ſponſus & ſponſa fuerant timorati, ideo abſq; diſſolutione, gula, laſciuia, ibi omnia agebantur cum gaudio ſpiritali, quod cunctis eſt imitandum fidelibus.

Expoſitio Cap. 10. Cum vero moras faceret Tobias. *Art.* 10

DOlor parentum Tobiæ, & reditus eius hic enarrātur. [Cum vero moras] redeundi longiores, quàm itineratio requirebat,] faceret Tobias,] cauſa nuptiarum, propter quas à Raguele detinebatur, [ſollicitus erat pater eius] id eſt, inquietus corde præ cura, & anxius, [dicens: Putas quare moratur filius meus &c. & nemo reddet illi pecuniam?] Ex nimio enim filij ſui amore imaginabatur varias cauſas dilationis reditus ſui, quemadmodum anxiatis moris eſt, & dicere poterat illud Iob 20. Cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. [Cœperunt autem contriſtari nimis, ipſe] Tobias ſenior, [& Anna vxor eius, & cœperūt flere, eo quod die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. [Nam antequam receſſerit ab eis, cō-
Gen 37. putauerunt dies infra quos poſſet reuerti, & apud ipſos reuerſus conſiſtere, infra quos non fuit reuerſus. [Flebat ergo mater eius irremediabilibus lachrymis,] ſicut & Iacob defleuit filium ſuum Ioſeph, nullam conſolationem admittens, [atq; dicebat: Hei mihi fili mi, vt quid te miſimus
Tob. 5. peregrinari, lumē] id eſt, delectabile & iucundum obiectum [oculorum noſtrorum,] prout hoc ſupra fuit expoſitum, [baculum ſenectutis noſtrę.] quod ibi quoq; eſt explanatum, [ſolatium] i. cauſa & materia conſolationis & gaudij [vitæ noſtræ.] Delectabile nanq; eſt, præſentem habere dilectum & adiutorem, & præſertim filium ſapientē, obedientem & virtuoſum, iuxta illud Prou. 10. Filius ſapiens lætificat patrem. Et rurſus 23. Fili, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, & exultabunt renes mei, cum loquuta fuerint rectum labia tua. Itemq;: Exultat gaudio pater iuſti: qui ſapientem genuit, lætabitur in eo. [ſpem poſteritatis noſtræ,] quoniam vnica proles fuit eorum, qui amplius generare nequibant, ideo eo carere fuit grauiſsimum. Nam & parentes quodammodo manent in poſteris ſuis. Hinc Eccl. 30. ſcriptum eſt: Mortuus eſt pater eius, videlicet boni ſapientiſq; filij, & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit poſt ſe. In vita ſua vidit & lætatus eſt in illo, & in obitu ſuo non eſt contriſtatus. Reliquit enim defenſorem domus ſuæ. [Omnia] iam prætacta [ſimul in te vno habentes, non te debuimus dimittere ire à nobis:] ſed potius nuncium quendam miſiſſe, ne maius & charius bonum exponeremus periculo propter minus & vilius bonum. Quod aliquo modo ſic erat, niſi prouidentia Dei aliter ordinaſſet, & inſpiraſſet propter maius bonum ex illa itineratione conſequutum, tam Tobiæ iuniori, eiuſque contorali, quàm ambaborum parentibus, quod fœmina iſta nondum cognouit, ſed poſtea cognito eo gratias egit. [Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari. Sanus eſt filius noſter] vt ſpero. [Satis fidelis eſt vir cum quo miſimus eum.] Fuit itaque Tobias multo conſtantior atque prudentior coniuge ſua, ideo tanquam caput ipſius eam informauit & conſolabatur, & ex diuina inſpiratione ſic loquebatur. Deus etenim eum conſolabatur ſecrete intrinſecus. [Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens, circumſpiciebat & circumibat vias omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. At vero Raguel dicebat ad generum ſuum:] hoc eſt, maritum filiæ ſuæ, iuniorem Tobiam. [Mane hic, & ego mittam nuncium ſalutis tuæ ad patrem tuum] id eſt, virum qui parentibus tuis denunciet te ſanum ac proſperum eſſe. [Cui Tobias ait: Ego noui, quia pater meus & mater mea modo dies computant] abſentiæ meæ, [& cruciatur ſpiritus [id eſt, anima [eorum in ipſis] videlicet animæ amborum. [Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam,] vt diutius ſecum maneret, quia dilexit eum vt proprium filium, non ſolum quoniam gener ſuus fuit, ſed quia tam bonus, & propter virtutes patris ſui, & quia cognatus. [& ille eum nulla ratione vellet audire] id eſt, nulli perſuaſioni Raguelis acquieſcere, ſciens quod parentes ſui non contentarentur, niſi eo reuerſo. Et forſan quia audierat ab angelo, qualiter fel piſcis haberet vim illuminandi oculos, per maculam ſeu albuginem excæcatos, ſperat hoc in patre ſuo fiendum, ſicut iam fuit expertus in coniuge ſua de incenſione cordis & iecoris piſcis. [tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis] id eſt, totius [ſubſtantiæ ſuæ] in rebus mobilibus, [in pueris, in puellis] i. ſeruis & ancillis, forſan

emptitijs,

emptitijs, [in pecudibus]id eſt, ouibus, [& camelis, & in vaccis, & pecunia multa, & ſaluū dimiſit eum à ſe, dicens: Angelus domini ſanctus ſit in itinere veſtro,] vos dirigendo ac protegendo, ſicut & Tobias orauit quando filium à ſe dimiſit, vt patuit. [perducatque vos incolumes, & inueniatis omnia recta circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquam moriar. Et apprehendentes parentes filiam ſuā, oſculati ſunt eā:] vt moris eſt in tali receſſu. [Et dimiſerunt ire, monentes eam honorare ſocero,] id eſt, parentes ſui mariti tanquam proprios parentes, cum maritus & coniunx ſint vana caro. [diligere maritum] & ex filiali dilectione eum timere, iuxta illud Apoſtoli ad Ephe. 5. Vxor autem timeat virum. Princeps quoque apoſtolorum in prima ſua hortatur canonica: Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. [regere familiam] quantum ad agenda in quotidiano obſequio, præſertim in domo, quę tanquam minora, potius ſpectant ad coniugis diſpoſitionem, quę & potius reſidet domi. [Mariti vero eſt, exteriora & maiora diſponere. [gubernare domum] i. ſobolem in directione ad matrem pertinente ac vtenſilia domus. [& ſeipſam irrepræhenſibilem exhibere,] vitando ad minus peccata mortalia & ſcandala, quatenus quæ alios habet regere, increpare, diſponere, ſe in cunctis exhibeat exemplarem, ne ei dicatur: Cura teipſum. Ex his inſtruuntur parentes, qualiter debeant informare filias ſuas dum traduntur ad nuptias. Ipſæ quoque coniuges hic docentur, quid ad earum ſpectet officium, & quam virtuoſe debeant conuerſari, pręſertim vitando omnia impudicitiæ ſigna & opera atq; fœmineas inquietudines, loquacitates & leuitates, vt ſexum vincant virtutibus, conditionemq; moribus.

Tob. 5. — 1. Pet 3. — Gene. 18. — Luc. 4.

Declaratio Cap. 11. Cumq́; reuerterentur, peruenerunt ad Charran. *Art. 11.*

CVmq́; reuerterentur] Raphael & Tobias, eiusq́, vxor cum familia & iumentis, [peruenerunt ad Charran]i. oppidum ſic vocatum, [quæ eſt in medio itinere contra] i. ex oppoſito Niniuę]ciuitatis [vndecima die,]à receſſu de domo Raguelis. Hanc Charran dicunt aliqui eſſe, de qua ſcriptum eſt Act. 7. Tunc exijt Abraham de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran, quæ in Gen. vocatur Aran. [Dixitq́; angelus: Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum]videlicet cæcum, de ſolatum & inopem. [ſi placet itaq; tibi, pręcedamus]Ecce quam humiliter loquitur angelus. [& lento gradu inſequantur iter noſtrum familiæ ſimul cum coniuge tua, & cum animalibus. Cumq́; hoc placuiſſet] Tobiæ, [dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecū de felle piſcis]quod alicubi fuit repoſitum. [erit enim neceſſarium. Tulit itaq; Tobias ex felle illo, & abierunt. Anna autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius, vidit à longe, & ilico cognouit venientem filium ſuum. Nunciauitq́; viro ſuo, dixitq́; Raphael ad Tobiam: Ad vbi introieris domum tuam]i. domum tuæ habitationis, [ſtatim adora dominum Deum tuum, & gratias ei agens,] Vnde elicitur, quod de longe redeuntes, & à ſuis negociationib. reuertentes, mox vt domum ſuam intrauerint, debeant in primis Deū adorare, & gratias ei referre pro beneficijs ſibi in via ab eo exhibitis, [accede ad patrem tuum, & oſculare eum,]pro conſolatione ipſius ex charitate ſyncera, iuxta quod Paulus apoſtolus frequenter in ſuis ſcribit epiſtolis: Salutate inuicem in oſculo ſancto. [ſtatim lini]i. Inunge in oculos eius ex felle iſto. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius]ad videndum vt ante, puta poſt mediam horam, vt paulopoſt tangitur. [& videbit pater tuus lumen cæli.]Natura nanq; operatur ſucceſsiue. Et poterat angelus diuina virtute abſq; naturali medicamine cæcum illuminare, ſed ad gloriam creatoris voluit creaturæ vires oſtendere, & ne præſumamus Deum tentare, quærendo ſupernaturale auxilium, dum habemus per naturam ſubſidium. [& in aſpectu tuo gaudebit. Tunc præcucurrit canis qui ſimul fuerat in via, & quaſi nuncius adueniens blandimento ſuæ caudæ gaudebat. Et conſurgens cęcus pater, cœpit, offendens]i. impingens, [pedibus currere] ex amore filij redeuntis, & ex gaudio de reditu eius. [& data manu]ſua [puero]dirigenti viam ipſius, [occurrit obuiam filio ſuo, & oſculatus eſt eum cum vxore ſua:]id eſt, tam ipſe quam vxor ſua Anna mater Tobiæ. [Cumque adoraſſent Deum]Tobias & eius parentes, [& gratias egiſſent]de reditu, quo conſtat quod domeſtici, ſuſcipientes redeuntem, debeant ſimul cum illo dominum adorare, & gratias agere, [conſiderunt]ad conferendum de peractis in via & expeditione negocij. [Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit]i. expectauit [quaſi dimidiam fere horā]effectum inunctionis illius, [cępit albugo]i. ſubtilis, tenuiſq́; materia fæculenta inſtar pelliculæ, vt eſt in alis veſpertilionis, [quaſi membrana]id eſt, pellicula]oui ex oculis eius egredi. Quam appræhendēs Tobias]iunior, [traxit ab oculis eius]videlicet patris ſui, [ſtatimque viſum recepit] Nam lumen viſuale manſerat in pupilla. Porro, cæcum à natiuitate, in cuius oculis non eſt lumen huiuſmodi, videntē efficere, excedit virtutem totius naturę creatę, quod Chriſtus & multi ſancti poſt eum eccleſiæ filij peregerunt, nulluſque antea legitur peregiſſe. Propter quod cæcus à natiuitate à Chriſto illuminatus, dixit incredulis: A ſeculo non eſt auditum, quia aperuit quis ocu-

Gene. 12. — Rom. 16. — 1. Cor. 16. — 1. Theſ. 5. — 1. Pet. 5. — Ioan. 9.

oculos cæci nati.[Et glorificabant]id eſt,glorioſum,omnipotētem,pium eſſe fatebantur.[Deum ipſe]Tobias[& vxor eius,& omnes qui ſciebant eum]id eſt, fideles qui nouerant eum, vel etiam quidam Gentilium.[Dixitque Tobias:Benedico te domine Deus Iſrael,quoniam tu caſtigaſti me.]Nam humilis Tobias reputauit ſibi plagam cæcitatis pro ſuis eueniſſe peccatis,quę tamen ob alias cauſas euenerat. Nihilominus etiam ad purgationem venialium culparum Tobiæ potuit contigiſſe,& ſic fuit non ſolum exercitatio atque probatio iuſti, ſed & caſtigatio aliqualiter rei.[& tu ſaluaſti]id eſt,curaſti[me]de huiuſmodi plaga,iuxta illud Iob quinto: Percutit,& manus eius ſanabunt. Sicque in Tobia impletum eſt quod ad Hebræos 12.fertur: Omnis diſciplina in præſenti videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris:poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. [Et vidit Tobias filium ſuum. Ingreſſa eſt etiam]domum Tobiæ ſenioris[poſt ſeptem dies Sara vxor filij eius,& omnis familia, & pecora ſana,& cameli,& pecunia multa vxoris.ſed & illa pecunia,quam receperat à Gabelo:]Dicuntque aliqui, ideo Raphaelem ſuggeſiſſe Tobiæ vt præcederent, quatenus Tobias ſenior curaretur antequã vxor filij eius intraret,ne inueniretur ab ea & à venientibus ſecum,in priſtina paupertate,cæcitate & indiſpoſitione. Vel ideo præceſſum ſuggeſſit, vt iuſto deſolato celerius impenderetur ſolatium, & etiam afflictiſſimæ matri Tobiæ. [& narrauit parentibus ſuis omnia beneficia Dei, quæ feciſſet circa eum per hominem] id eſt, angelum in ſpecie hominis apparentem, [qui eum duxerat,veneruntque Achior & Nabath conſobrini Tobiæ,] & etiam alij quidam contribules & vicini ipſius[ad]ipſum[Tobiam, congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat Deus,]id eſt,beneficijs ſibi deſuper exhibitis in ſeipſo & in filio ſuo.[Et per ſeptem dies epulantes omnes]cum ſobrietate &[cum gaudio magno]in domino [gauiſi ſunt:] & forſan introierunt ad Tobiam, antequam vxor filij eius adueniret quamuis hoc poſtea recitetur. Mox enim vt perceperunt eum illuminatum,venerunt. Epulationem autem potuerunt differre vſque ad ingreſſum vxoris filij eius. Poſtremo,per linitionem fellis piſcis, deſignatur amaritudo verę contritionis & compunctionis internæ, qua cordis oculi illuſtrantur, & maculę vitiorum de-
1. Reg. 2. lentur. Patet quoque ex dictis, qualiter dominus pauperem facit & ditat, & poſt deiectionem repente honeſtat. Idcirco in omni aduerſitate in ipſo tanquam in prouidiſſimo atque pijſſimo patre confidendum eſt,conſtanti,fideli,& inſuperabili mente,quia certiſſimum eſt,eum vniuerſa & ſingula conſiderare pleniſſime.

Elucidatio Cap.12.Tunc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum ſeorſum.
Articulus duodecimus.

MAniſeſtatio myſteriorum Dei circa Tobiam,hic aperitur.[Tunc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum ſeorſum,dixitque ei:Quid poſſumus dare viro iſti ſancto qui venit tecum?]Fu-
Tob. 4. it quippe Tobias ſolicitus de mercede ſtatim reddenda operario,prout docuit ſupra.[Reſpondens Tobias,dixit patri ſuo: Pater,quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius?] q.d.Non poſſumus ei condignum rependere præmium.Ad quod probandum,
Tob. 3. commemorat atque enumerat beneficia eis collata per ipſum,quæ omnem pecuniarum exce-
Tob. 6. debant valorem,vt patet in textu,præſertim quia dæmonem à Sara compeſcuit,& ipſum iuniorẽ Tobiam à piſcis deuoratione eripuit,patrique eius viſum recuperauit. Quod quia medicinali-
4. Reg. 5. ter geſtum fuit,non per modum miraculi,quemadmodum Heliſæus curauit Naaman Syrum à lepra,non erat ſimoniacum,pro tali cura temporale quid exhibere.[Sed peto te pater mi, vt roges eum,ſi forte dignabatur,] hoc eſt,quatenus dignetur [medietatem de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere.[Alia namque medietas videbatur bene neceſſaria ipſis.[Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius,tulerunt eum in partem,& rogare cœperunt,vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant,acceptam habere. Tunc dixit]Raphael [eis occulte: Benedicite Deum cæli]qui quamuis ſit omnium rex,creator & Deus,ſpecialiter tamen cognominatur Deus cæli,hoc eſt,omnium cæleſtium orbium & ciuium ſupernorum,ſeu cæli empyri, quod eſt thronus gloriæ
Nehe. 7. 1. Eſd. 9. eius,in quo ipſe omnipotẽs,incircumſcriptibilis Deus, ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur, quia in eo euidentius ſe oſtendit,atque præclarius operatur.Hinc in Eſdra dicitur: Nos ſumus ſerui Dei cæli. Et iterum Eſdras in ſua ait oratione: Quæſo domine Deus cæli fortis.[& coram omnibus viuentibus]vobis præſentibus,ſeu coram quibuſdam de omnibus,& per hiſtoricam horum deſcriptionem coram cunctis fidelibus per fidem, gratiamue viuentibus.[confitemini ei]confeſſione laudis & gratiarum actionis,[quoniam fecit vobiſcum miſericordiam ſuam]id eſt,pietatis ſuæ gratioſos effectus, & beneficia multa ac magna vobis impendit. Etenim ſacramentum regis abſcondere,bonum eſt.hoc quidam de regibus huius mundi exponunt,quod expediat celare eorum ſecreta,quia & ipſi ægrè acciperent,ſi proderentur,& pericula eis ex hoc imminerẽt. Poteſt quoque exponi de rege omnipotente cæleſti cuius ſacramenta, hoc eſt, ſacra ſecreta,

ſdeique myſteria, ſunt indignis, carnalibus, perfidis, incapacibusq; celanda, quemadmodum
Matthæi 7. ait Saluator: Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas veſtras mittatis ante
porcos. Hinc Paulus 2. Cor. 12. fatetur ſe audiſſe arcana verba, quæ nō licet hominibus loqui.
Et denuo 1. Cor. 3. Non potui (inquit) vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. Item-
que 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia eſt enim illi. Vnde
Prouer. 25. inducitur: Gloria Dei celare verbum. [Opera autem Dei] naturalia & ſupernatura-
lia [reuelare] alijs, [& confiteri] cum laude & fidei proteſtatione, [honorificum eſt] hoc eſt, ce-
dens ad honorem & gloriam Dei, dummodo fiat loco & tempore opportuno, & coram capaci-
bus atque docibilibus. Propter quod ait Pſalmiſta pſalm. 9. Confitebor tibi domine in toto
corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. [Bona eſt oratio cum ieiunio.] Quàm verum ſit hoc,
innoteſcit ex eo quod dominus in Euangelio de peſſimo quodam dæmonū genere loquitur:
Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & in ieiuneo. Ieiunium enim mentem ad de- Matt. 17.
uotionem & contemplationem diſponit. Ideo ad orandum efficaciter maxime iuuat, quia vt Marc. 9.
aſſerit Damaſcenus: Oratio eſt aſcenſus mentis in Deum. Hinc ſancti patres tradiderunt duas
eſſe alas orationis, per quas leuatur & volat in cœlum, quæ ſunt ieiunium & eleemoſyna. Vnde Damaſce.
mox ſubditur: [& eleemoſyna bona eſt magis quam theſauros auri recondere:] cum eleemo-
ſyna ſit actus virtutis & miſericordiæ opus, delens peccata, augmentiq; gratiæ & gloriæ prome-
ritoria. Ideo additur: [Quoniam eleemoſyna à morte] culpæ ac gehennæ [liberat] per modum
meritoriæ cauſæ. Deus autem per modum cauſæ effectiuæ, [& ipſa eſt quæ purgat peccata:] ſi-
cut expoſitum eſt plenius ſupra. Propterea Prouerbiorum. 15. fertur: Per miſericordiam & Tob 4.
fidem purgantur peccata. Alibi quoq;: Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit Eccl. 29.
pro vobis ad dominum, Quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum. [& facit
inuenire vitam æternam.] Beati enim miſercordes, quoniã ipſi miſericordiam conſequentur.
[Qui autē faciunt peccatum] in proximum, aut in ſeipſos, [& iniquitatem] in Deum, [hoſtes Matth. 5.
ſunt animę ſuæ,] quia aduerſantur ſuæ ſaluti. Et quod maxime ſibijpſis nociuum eſt, hoc op-
tant & inferunt ſibi, læduntq; & occidunt ſpiritualiter animas ſuas. Ideo fertur Pſalm. 10. Qui
autem diligit iniquitatem, odit animã ſuam. Atque Prouerb. 1. habetur: Vſquequo ſtulti quę
ſibi nociua ſunt, cupient? [Manifeſtabo ergo vobis veritatem, & non abſcondam à vobis occul
tum ſermonem] id eſt, verba alijs prorſus ignota, ſeu res ſecretas ſignificatas per verba. Sępe ete-
nim in ſcripturis accipitur verbū ſeu ſermo pro rę ſignificata. [Quando orabas cum lachrymis, Tob. 12.
& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiū tuum,] ita quod tua oratio fuit prætactis dua-
bus alijs pennata ac decorata, Immo & ex intima compunctione & ſancta affectione procedens,
cuius ſignum erant lachrymæ ei adiunctæ, [& abſcondebas per diem in domo tua & nocte ſe-
peliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino:] non quaſi eam ignoranti, ſed ad impetran-
dum diuinæ pietatis effectum, & ſupplendo tuum imperfectum, atq; ad cognoſcendum ex re-
uelatione diuina quid tecum eſſet agendum. [Et quia acceptus eras Deo] ex prędeſtinatione æ-
terna & conuerſatione virtuoſa, [neceſſe fuit] id eſt, expediens pro Incremento meritorum tuo-
rum ac premiorum, & ad ædificationem multorum, & ad manifeſtationem potētiæ atque cle-
mentiæ Dei, & ad eius gloriam & honorem, prout in præſentiarum iam cernitur. Fuit item ne-
ceſſe ex ſuppoſitione, & per relationem ad finem. [vt tentatio] hoc eſt, aduerſitas [probaret te,]
id eſt, examinaret & probum ac fidelē oſtenderet, tuaque virtuoſitas alijs ſic pateret, vt ædificen Pſalm 33.
tur in te, & quam ſcriptura teſtatur, quod multæ ſunt tribulationes iuſtorum. [Et nunc miſit me
dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael
angelus] Nam Raphael interpretatur medicina Dei, ideo recte ſic vocor, quia ad medendum
tibi ac Sarę ſum miſſus. Siquidem angeli ex ſuis officijs, actibus & proprietatibus nomina ſor
tiuntur, [vnus de ſeptem, qui aſtamus ante Deum] id eſt, Deo iugiter ſumus pręſentes per beati-
ficam fruitionem, & ad eius obſequium ſemper parati. Sicq; aſtare hic ſumitur, non prout di-
ſtinguitur contra aſſiſtere, ſecundum quod ſuperiores ſpiritus angelici, qui ad exteriora mini-
ſteria non mittuntur, dicuntur aſſiſtere, iuxta illud Daniel. 7. Millia millium miniſtrabant ei, &
decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Porro quod ait, vnus ex ſeptem, non deſignat nume-
rum determinatum, ſed indeterminatum, ſeu vniuerſitatem nobis prorſus innumerabilem, quę
in ſcripturis ſeptenario frequenter inſinuatur, ſicut cum Apocal. 1. inducitur: Gratia & pax vo-
bis ab eo qui eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt. De multitudine autem
inæſtimabili angelorum ſanctorum, ſcriptum eſt Iob 25. Nunquid eſt numerus militum eius? &
ſuper quem non ſurgit & ſplendet lumen ipſius? Atq; Apocal. 5. Erat numerus angelorum mil-
lia millium. [Dumq; hæc audiſſent] Tobias & filius eius, [turbati ſunt,] præ vehementi admi
ratione & ſtupore rei tam nouæ ac arduæ, [& trementes, ceciderunt ſuper terram in faciem ſu-
am:] quia ex vehemētia admirationis & timoris, ſequuta fuit & orta in corpore alteratio maxi-
ma harmoniæ & complexionis, & concurſus ſanguinis ad cor, ſicque membra fuerunt infrigi-

data ac tremuerunt,& corpus debilitatum mox corruit. vel etiam,ad reuerentiam Dei ac angeli eius,ſe proſtrauerunt. Sic & Dan.10. ait: Vidi viſionem grandem,& non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me,& emarcui, & iacebā conſternatus ſuper faciē meam. [Dixitq; eis angelus: Pax vobis. Nolite timere] inordinato timore, quia totum pro bono veſtro eſt geſtum. Proprium vero eſt angelis ſanctis,conſolari & confortare eos,quibus gratioſe apparent, qui ex humana fragilitate de angelorum apparitione timere, debilitariq; ſolent. [Etenim cum eſſem vobiſcum] in forma humana vobis apparens,ita quod me hominem eſſe putaſtis,[per voluntatem Dei eram.] ideſt, ſecundum beneplacitum ac diſpoſitionem diuinæ voluntatis vobiſcum verſabar. [ipſum benedicite,& cantate illi. videbar quidē vobiſcum manducare ac bibere:] & vtiq; non indificatorie,ſed vare ac realiter eibum & potū tetigit,ſumpſit, traiecit in corpus aſſumptum,& prout voluit,conſumpſit,non eo modo quo homines,nec conuertit eos in corpus aſſumptum per carnificationem mediante outritiua virtute. Non enim vnitus fuit corpori aſſumpto vt forma ſubſtantialis, ſed tanquam motor. [ſed ego cibo inuiſibili & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.] ſicut & ego in propria natura ac ſpecie ſimplex,incorporeus,inuiſibiliſq; conſiſto. Præterea cibus & potus omniū beatorum,eſt glorioſa viſio Dei,& beatifica fruitio eius,ac delectatio plene contētatiua ac ſatians,quibus ita replentur,vt indeſinenter cupiant eas,vt intelligatur excluſū omne faſtidiū, & taliter cupiant ipſas, vt æternaliter & ſecure habeant eas prꝗſentes. propter qood beatiſſ. Petrus diſſeruit: In quem deſiderant angeli proſpicere. Obiectalis demum cibus beatorum, eſt deitas ipſa,ſeu trinitas adoranda. Potus vero, eſt fons infinitæ ſapientiæ ac opulentiæ eius,iuxta illud Pſal.35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vnde Eſa. 66. dominus loquitur. Ecce ego declino in eos vt flumen pacis.[Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum qui me miſit:] quia iam expedita eſt hæc mea legatio,non quod ad vos veniens,aut vobiſcum exiſtens, ab infinito & incircunſcriptibili Deo diſtem ſiue abierim,ſed quia receſſi à loco,ideſt,cælo empyreo,in quo ipſe ſpecialiter eſſe & habitare aſſeritur, ſicq; illuc redeundo,ac vobis diſparendo,ad ipſum Deum me redire aſſero, quemadmodum de Chriſto quoque cantamus: Egreſſus eius à patre, regreſſus eius ad patrem.[Vos autem benedicite dominum,& enarrate omnia mirabilia eius.] hoc eſt, quædam de omnibus,ſeu omnia vobis exhibita & cognita.[Et cum hęc dixiſſet, ab aſpectu eorū ablatus eſt.] i. eorum viſui ſe ſubtraxit,& repente diſparuit,corpuſque aſſumptū tam poteſtatiue ac ſubito depoſuit ac reliquit,quam poteſtatiue ac celeriter aſſumpſerat illud: quia materia inferiorum in multis, præſertim quo ad motum, obedit angelis ſanctis [& vltrà eum videre non potuerunt. Tunc proſtrati per horas tres in faciē,benedixerunt Deū] deuotiſſime regratiando, laudando,orando ſine diſtractione notabili.[Et exurgentes,narrauerunt omnia mirabilia eis:] ſicut expoſitum eſt.

1.Pet.1.

Ambroſ.

Elucidatio cap.13. Aperiens autem Tobias ſenior os ſuum, benedixit dominum. Art. 13.

GRatiarum actio Tobiæ,hic recitatur. Fuit enim conſuetudo deuotis Iſraelitis, Deo componere atq; depromere canticum ſpirituale pro beneficijs magnis [Aperiens autem Tobias ſenior os ſuum] videlicet ex prædeliberatione & magna loquens deuotione. [benedixit Deum] i. laudauit,[& dixit: Magnus es domine in æternū,] non qoantitate corporea,ſed perſectione infinita,[& in omnia ſecula regnum tuum] magnū eſt,de quo legitur: Pſal. 44. Regnū tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione. Dani. quoque.7.ſatetur: Poteſtas eius poteſtas æterna,quę non auferetur,& regnū eius quod non corrumpetur.Hoc regnū Dei,eſt triumphans eccleſia,& aliquo modo eccleſia militans,quæ non corrūpitur hic in toto,ſed de via transfertur ad patriā. Vnde in Euangelio frequēter vocatur regnū cælorum.[quoniā tu flagellas] miſericorditer per aduerſa,& paternaliter caſtigas in ſeculo iſto tuos electos,[& ſaluas] ab aduerſitatibus eripiendo,& gratiā gloriamq; pręſtando, iuxta illud: Quē diligit dominus,corripit,& quaſi pater in filio cōplacet ſibi. [deducis ad inferos, & reducis:] vt patet in ſuſcitatis multis à mortuis,quorum quidā in mortalibus obierunt peccatis, ſed per diffinitiuā ſententiam nō fuerunt damnati,quidā vero in inferis,hoc eſt, In limbo aut purgatorio erāt,ſicut & Lazarus. Hinc & S. Anna 1. Reg.2. teſtatur: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Deducit quoq; ad inferos, hoc eſt,ad pœnas & tribulationes grauiſsimas in pręſenti,ita vt inferno videātur conformes.[& nō eſt qui effugiat manū,] hoc eſt, omnipotentiā tuā,aut metuendū tuum iudiciū,iuxta illud 1. Mach.2. Manum omnipotētis nec viuus,nec mortuus euadere potero. Ideo nihil ſalubrius nobis,quam vt confugiamus ad miſericordiā eius,cuius poteſtati atq; iuſtitiæ nō valemus reſiſtere [Cōfitemini domino filij Iſrael] cōfeſſione propriæ culpę ac laudis diuinæ,[& in conſpectu Gentiū] inter quas capti eſtis,[laudate Deū,quoniā ideo diſperſit vos inter Gentes quæ ignorāt Deū] per fidē formatam,[vt vos enarretis mirabilia eius.] Illa fuit vna cauſa captiuitatis diſperſioniſq; Iſraelitarū inter Gentiles idololatras,quatenus Iſraelitæ annūciarēt Gentibus magna & mirifica opera ac beneficia Dei,

Mat.13.23.

Pro.3.
Heb 12.
Luc.16.

exhibita

exhibita filijs Iſrael in Aegypto, in mari rubro, in deſerto, & in terra promiſsionis, & rigorem di-
uinæ iuſtitiæ circa inimicos ipſorum. Veruntamen filij Iſrael per ſuos exceſſus meruerunt capi-
taliterq; diſpergi: ſed infinitæ ſapientiæ Deus ex malis noſtris & pœnis elicit multa bona, præter
noſtram intentionem atque notitiam. [& faciatis ſcire eos] puta Gentiles, [quia non eſt alius De
us omnipotens præter eum.] quod euidenter patuit ex hoc, quod dij AEgyptiorum & Chananæ
orum, aliarumq; gentium non potuerunt reſiſtere mirabilibus Dei, & plagis eius, nec ſuos de-
fenſare cultores. [ipſe caſtigauit nos] per captiuitatem & alias pœnas, [propter iniquitates no-
ſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam, clementer ignoſcendo, gratiam & ſalu-
tem præſtando, dummodo pœnitentes æquanimiter toleremus flagella præſentia. [Aſpicite er-
go quæ fecit nobiſcum] hoc eſt, beneficia & flagella eius conſiderate, vt grati ſitis, & emendetis
vos, ne deteriora vobis contingant. [& cum timore] cordis filiali, [& tremore] corporis proce-
dente ex interiori timore redundante in corpus. [confitemini illi] duplici confeſsione prætacta,
iuxta illud Pſalm. 2. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et ad Hebræ. 12. ſcri- Deut 4.
bit Apoſtolus: Seruiamus Deo placentes cum metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis cō-
ſumens eſt. [regemque ſeculorum exaltate in operibus veſtris] hoc eſt, ſublimiter & incompara Mal. 1.
biliter eum honorate non ſolum per verba, ſed multo amplius per opera virtuoſa, quoniam ipſe
teſtatur: Filius honorat patrem, & ſeruus timet dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt ho
nor meus? & ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? De hoc rege ait Apoſtolus 1. Timot. 6. Regi
autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria. [Ego autem in terra captiuita-
tis meæ confitebor illi] corde, ore & opere, [quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in Gentem pec
catricem] iuſte puniendo eandem, præſertim incredulos, qui filios Iſrael crudeliter tractauerūt,
& peruerſa intentione, quamuis iniquos ſunt proſequuti, vt patet, perſertim in libris Regum ac
Iudicum. Frequenter quoque oſtendit Deus maieſtatem ſuam in peccatoribus per magnificos
miſericordiæ ſuæ effectus, impios conuertendo. Hinc ſubditur: [Conuertimini itaque peccato-
res] per veram contritionem, [& facite iuſtitiam coram Deo] per opera ſatisfactoria pro pecca-
tis, ac diuina obſeruanda præcepta, [credentes quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuam,] quā
nulli denegat pœnitenti. Omnia autem oportet ex fide peragere, quia iuſtus ex fide viuit. De- Heb 2. Rom. 1.
nique tempore legis naturæ & etiam legis ſcriptæ, ſuffecit gentilibus ſeruare præcepta legis natu Heb. 10.
ralis, cum fide formata Chriſti venturi: imm[o] ſemper oportuit credere breue illud ſymbolum fi
dei quod ad Hebræ. 11. ponit Apoſtolus: Credere, inquiens, oportet accedentem ad Deum, quia
eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. [Ego autem] ſecundum exteriorem hominem, & vires
ſenſitiuas, [& anima mea] ſecundum vires ſuas ſupremas, id eſt, etiam ego ſecundum interio- Pſal. 83.
rem hominem, [in Deo lætabimur] iuxta illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum
viuum. Non quod caro aut appetitus ſenſitiuus immediate verſentur circa diuinum ſimpliciſsi-
mumque obiectum, ad quod inorganicæ & intellectuales potentiæ ſolum queunt attingere, ſed
quia delectatio partis ſenſitiuę ſeu carnis, modificatur ac regitur ratione & charitate, ſecundum
exigentiam legis diuinæ. Et item, quia lætitia ſpiritualis ac intellectualis magna redundat in par
tem ſenſitiuam & corpus. [Benedicite dominum omnes electi eius,] qui licet ad tempus errent Philip. 4.
pro parte, finaliter tamen non poſſunt perire, [agite dies lætitia] iuxta illud Apoſtoli: Gaudete
in domino ſemper [& confitemini illi. Hieruſalem ciuitas Dei, caſtigauit te dominus in operi-
bus manuum tuarum.] i. propter peccata tua te iuſte puniuit, intelligendo per ciuitatem habita-
tores ipſius, qui frequenter fuerunt pro ſuis correpti ſceleribus. vocaturq; ciuitas Dei, quia ele-
cta à Deo, vt templum Dei eſſet in ea, & cultus ipſius ac ſtudium legis in ipſa vigerent. [Confite-
re domino in bonis] id eſt, in beneficijs eius tibi collatis, atque in actibus virtuoſis, vt benedicas Eſa 29.
ei ore & opere, quo contra dominus loquitur de iniquis: Populus hic labijs me honorat, cor au- Matth 15.
tem eorum longe eſt à me. [& benedic Deum ſeculorum,] id eſt, omnium generationum, perio- Marc. 7.
dorum ac temporum, vt reædificet in te tabernaculum ſuum] id eſt, templum. Ex hoc & ex ver-
bis ſequentibus quidam dixerunt, Tobiam iſta dixiſſe poſt deſtructionem Hieruſalem à Chal-
dæis, ita quod Tobias ſecundum eos loquitur iſta hiſtorice. Sed ex ſcripturis probatur obiiſſe
diu ante deſtructionem Hieruſalem, combuſtionemque templi, vt infra tangetur. Ideo alij di-
cunt eum hic & ſequenti cap. loqui prophetice, & propter certitudinem prophetiæ loqui de futu
ro per modum præteriti. [& reuocet ad te omnes captiuos] tuos, id eſt, quoſdam ex omnibus. De 1. Eſd. 1.
dit autem Cyrus rex Perſarum cunctis Iudæis captis in ſuo dominio, licentiam redeundi ad pro-
pria, vt legitur in Eſdra. [& gaudeas in omnia ſecula ſeculorum] in beatitudine illa cæleſti. [luce
ſplēdida fulgebis] quia poſt reditum à Babylonica captiuitate, aliquando viguit cultus Dei in
Hieroſalem & in templo, multique iuſti ac ſapientes, & ſpiritu prophetiæ fulgentes, fuerunt ibi-
dem, vt Zacharias, Aggæus, Malachias, Eſdras, Zorobabel, &c. Deinde in templo illo oblatus eſt 1 Eſd. 2. 3. Agg. 1.
Chriſtus, lux mundi, de quo Simeon ſanctus dixit: Viderunt oculi mei ſalutare tuum, Lumen ad Zach. 4.
reuelationem gentium. Deinceps Chriſtus ſæpe prædicauit, & multa miracula fecit in templo,

Luc 2. atque poſt eius reſurrectionem & ſpiritusſancti miſsionem, glorioſi apoſtoli prædicauerunt ibi-
Act 2. dem, & primitiua eccleſia erat quotidie in porticu templi, ſicut in Actibus refert Lucas, propter
Act 27. quæ omnia Aggæus templum ſecundum prætulit primo: Magna, inquiens, erit gloria domus hu
Agg 2. ius nouiſsimę, magis quam primæ. [& omnes fines terræ adorabunt te.] i. Deum tuum in te, vel
adoratione duliæ honorabunt ſanctos, qui in te domino miniſtrabant, quod aliqualiter dicitur
eſſe impletum poſt reditum de Babylone, quoniam multi Iudæi per mundum diſperſi, & quidã
Gentiles venerunt frequenter in Hieruſalem adorare dominum, præſertim in ſolennitatibus a-
liquibus legis,. Vnde legitur Act. 2. Erant autem in Hieruſalem habitantes viri religioſi ex om-
ni natione quæ ſub cælo eſt. Plenius autem adimpletum eſt tempore gratiæ, coruſcante Euange-
lio Saluatoris, quando Christiani cum ſumma deuotione viſitauerunt aſsidue vrbem ſanctam &
ſacra loca, quæ & tandem per multos annos pacifice poſſederunt, tuncque implebatur quod ſub
ditur: [Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes:] quia temporalia ac ſpiritua
lia dona domino offerebant, [adorabunt in te dominum, & terram tuam in ſanctificationem ha
bebunt] id eſt, terram ſanctam vocabunt, & præcipue honorabunt, ſicut adhuc vocatur, honora-
tur, & vndiq; viſitatur, pręſertim propter Chriſti myſteria ibi completa. [nomen enim magnum]
id eſt, Deum altiſsimum, inuocabunt in te] de quo Pſalm. 75. Notus in Iudæa Deus, in Iſrael ma-
gnum nomen eius [Maledicti erunt qui contempſerint te] eo quod ſancta ſis, & locus myſterio-
rum miniſtrorumque Dei, [& condemnati erunt qui blaſphemauerint te] negando te eſſe lo-
2. Eſd 6. cum ſacrum, vt tactum eſt. [benedictique erunt qui ædificauerint te] ſpiritualiter aut materiali-
ter. Nam & hi qui in Eſdra leguntur reędificaſſe Hieruſalem, benedicuntur ibidem. [Tu autem
lætaberis in filijs] id eſt, in habitatoribus atque fidelibus [tuis] quaſi mater eorum, ſicut eccleſia
gaudet in filijs ſuis. Ipſaque vrbs ſeu ædificium gaudet metaphorice & materialiter, id eſt, alios
facit vel oſtendit gaudere, & ſua proſperitate per modum lætantis ſe habet, [quoniam omnes be
nedicentur] id eſt, quidam ex omnibus, ſeu omnes electi filij tui, qui fide & opere ſunt fideles.
[& congregabuntur] fide, ſpe & charitate, [ad dominũ: Beati omnes] iam in ſpe & merito, [qui
diligunt te] charitate infuſa, id eſt, filios tuos, ſeu habitatores fideles, [& qui gaudent ſuper pace
tua] id eſt, tuæ tranquillitati ac paci interiori, ſeu etiam exteriori, congratulantur ex charitate.
Præterea ſicut ea quæ in iſto ſequuntur capit. ſpiritualiter & myſtice exponuntur de cæleſti & ſu
na Hieruſalem, ſeu triumphanti eccleſia, ſic prædicta myſtice poſſunt exponi de eccleſia militan
Act. 2. ti, quæ frequenter per Hieruſalem deſignatur. Ad quam venerunt & conuerſæ ſunt nationes ex
toto orbe, & Deum adorauerunt in ea, cuius captiui ſunt, qui à diabolo capti tenentur: ſed dum
pœnitent, ad eccleſiam reducuntur. [Anima mea benedic dominum, quoniam liberauit Hieru-
ſalem ciuitatem ſuam à cunctis tribulationibus eius dominus Deus noſter.] Iſtud videtur qui-
buſdam non poſſe intelligi de eccleſia militanti, quæ vſque ad finem mundi tribulationibus ex-
ercetur, & multo minus de Hieruſalem illa terrena, quæ nunc vſque ab infidelibus detinetur. Id-
circo exponunt hæc de triumphanti eccleſia, quæ nulli ſubeſt aduerſitati. Vnde ſubiungit: [Bea-
tus ero] non ſolum in me, ſed & in ſobole mea, & valde beatus, [ſi fuerint reliquię ſeminis mei ad
videndam claritatem Hieruſalem;] id eſt, ſi poſteritas mea, vel ſaltem reliquię eius perductę me-
cum fuerint ad contemplãdum lucem increatam, quæ totam triumphantem illuſtrat eccleſiam,
& claritatem ciuium ſupernorum, de quo Pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Et Apoc. 21.
Ciuitas non eget ſole neq; luna. Nã claritas Dei illuminabit eam. Iuxta hunc modũ loquendi in
Pſalm. 86. Pſalmo, à militante eccleſia dirigitur ſermo ad eccleſiam triumphantem, ſub eodẽ contextu, dũ
dicitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et paulopoſt ſubditur: Sicut lætantium omnium
Ibidem. habitatio in te, quod de triũphanti exponitur. [Portę Hieruſalẽ ex ſaphiro & ſmaragdo ędifica-
butur, & ex lapide precioſo omnis circuitus murorũ eius.] De quacũq; eccleſia hoc ſumitur, cer
tũ eſt quod per gemmas huiuſmodi deſignentur merita ſeu pręmia electorum, ornamenta virtu
tum, & diuerſa chariſmata gratiæ & ſalutis, vel ipſæ electę virtuoſæ ſeu glorioſæ perſonæ, ex qui-
bus militans ac triumphans conſtat eccleſia. Et poſſunt per portas intelligi merita, per quæ mere
mur intrare in patriam, ſeu ſancti prælati, præſertim apoſtoli. Per muros vero, cuſtodes & muni-
menta ac ſecuritates ſpirituales Hieruſalem, iuxta quem ſenſum ſubiungitur: [Ex lapide candi-
do & mundo] hoc eſt, precioſiſsimis pulcherrimiſque lapidibus ſpiritualibus, [omnes plateæ e-
ius ſternentur] intelligendo per plateas, manſiones cæleſtis Hieruſalem, & choros ac ordines be
Ioan. 14. atorum. Vnde ait Saluator: In domo patris mei manſiones multę ſunt. Sic & 1. Pet. 2. habetur: Ipſi
tanquam lapides viui ſuperædificamini in domos ſpirituales. Atque Apoc. 21. Erat ſtructura mu-
ri eius, videlicet ciuitatis Hieruſalem ex lapide iaſpide. Ipſa vero ciuitas ex auro mundo ſimili
vitro mundo. [& per vicos eius alleluia cantabitur] hoc eſt, inceſſabilis laudatio Dei, per manſio
nes huius Hieruſalem canetur ac reſonabit, iuxta illud Pſalm. 83. Beati qui habitant in domo tua
domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Inſuper poteſt hic locus etiam de militanti expo-
ni eccleſia, quæ quamuis in hac vita, quo ad ſe totam, nõ liberetur à cunctis tribulationibus ſuis,

tamen

tamen quo ad multa membra ipſius, liberatur ita quotidie, & ad cæleſte perducitur regnum, &
multi fideles ad tempus in magna tranquillitate ſeruiunt Deo, ita quod cũ Dauid pſallere que- Pſalm. 18.
ũt: Exquiſiui dominũ, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Nã & de
militante ac primitiua præſertim eccleſia exponitur illud Eſa. 54. Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus Pſalm. 23.
iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſq; in ſempiternum, & ſedebit populus meus in pulchritudine pa
cis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Amplius etiam de militanti eccleſia expo
nitur Eſa. 54. Paupercula tempeſtate conuulſa, Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos, & fun-
dabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, &
omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Quæ omnia doctores catholici, Hieronymus, Hierony-
Haymo, Beda, & alij de militante ac triumphante exponunt eccleſia, ſicut ibidem expoſui. In mus. Haymo.
hac quoq; eccleſia peregrinante dominus indeſinenter laudatur [Benedictus dominus, qui ex- Beda.
altauit eam] Quia vtranq; eccleſiam mirabiliter ſublimauit, maxime triumphantem, [vt ſit reg-
num eius] hoc eſt, regnatio ſeu regimen Dei, [In ſeculum ſeculi ſuper eam, Amen.] Eccleſiam
nanq; vtramq; indeſinenter gubernat. Iam quæritur quo tempore Tobias obierit, & vtrum præ-
dicta de vaſtitate & incendio Hieruſalem ac templi, reductioneq; Iudæorum ad terram ſuam,
locutus ſit hiſtorice vel prophetice. Communiter autem dicunt doctores & expoſitores catho-
lici, quod prophetice, & quod diu obierit ante deſtructionem Hieruſalem à Chaldæis. Dictum
eſt enim in expoſitione iam ſupradicta, quod captus fuit 9. anno Oſeæ regis Iſrael, & 6. anno re- Tob. 1.
gni Ezechiæ regis Iuda, qui regnauit annis 29. vt legitur 4. Regũ, ſicq; poſt captiuitatem Tobię 4. Reg. 20.
regnauit ad minus 22. annis, poſt quem filius eius Manaſſes regnauit annis 55. vt ſcribitur etiam
4. Reg. 21. Poſt Manaſſen regnauit filius eius Amon annis 2. quo mortuo, Ioſias filius eius regna- 4. Reg. 22.
uit annis 31. Poſt ipſum filius eius Ioachim regnauit 11. annis. Atq; poſt Ioachim Sedechias regna 4. Reg. 23. 4. Reg. 24.
uit etiam 11. annis ante deſtructionẽ Hieruſalem, quæ omnia 4. Regum & 2. Paralipomenon li-
bris ſcripta ſunt, qui anni coniuncti, ſunt 132. Tobias vero (vt ſequenti cap. dicitur) vixit annis Tob. 14.
102. qui etiam quando captus fuit, erat tantæ ætatis, quod ex legitima coniuge habuit filium.
Hinc & magiſter in hiſtorijs probat, quod iunior Tobias circa 20. annum Ioſiæ regis defunctus
eſt, etiam dato quod fuerit anni vnius, quando cum patre ſuo captiuus abductus eſt. Ioſephus Ioſe. lib. 10.
quoq; teſtatur: Omne tempus à captiuitate Iſraelitarum vſq; ad duarum tribuum tranſmigrati- ant. Iud.
onem, fuit annorum 130. Hinc ait Iſidorus, quod Tobias prophetiæ ſpiritu plenus, de ſuperna
Hieruſalem multa decantat. Si autem his obijciatur, quod ſecundum hæc liber Tobiæ eſſet in-
ter libros Prophetarum, & inter volumina ſcripturæ canonicæ computandus: Dicendum, quod
non ſequitur: quia nec conſtat, quod ipſemet librum iſtum conſcripſerit: immo ex ſequenti ca-
pitulo magis apparet oppoſitum, nec aliquis authenticorum inuenitur hoc dicere.

Expoſitio Cap. 14. Et conſummati ſunt ſermones Tobiæ. Art. 14.

FElix terminus vitæ Tobiæ ſenioris ac filij eius hic deſcribitur [Et cõſummati ſunt ſermones
Tobiæ] quos dixit poſt ſuam illuminationem, prout præcedenti narratur cap. tamen poſt
verba præſcripta locutus eſt aliqua, ſicut in iſto cap. continetur. [Et poſtquam illuminatus
eſt,] viſum recipiendo Tobias, [vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorũ]
id eſt, filios filiorum Tobiæ filij ſui, viuendo vſq; ad tertiam generationem. [Completis itaque
annis 102. ſepultus eſt honorificè in Niniue] à filio ſuo & poſteris eius. Erat quippe valde famo-
ſus etiam apud illos gentiles, quibus geſta eius & virtutes innotuerunt, & quoniã tam grandæuę
fuit ætatis. [Quinquaginta nanq; ſex annorum] exiſtens [oculorum lumen] i. vſum luminis ocu
lorum, non ipſum lumen pupillæ [amiſit] vt patuit, & dictum eſt ſæpe [Sexagenarius vero rece-
pit] vſum luminis oculorum ſuorum. Vnde elicitur, quod quatuor circiter annis extitit cæcus.
[Reliquum vero vitæ ſuę in gaudio fuit] ſpiritali, atq; in proſperitate & alacritate pręcipua, ſicut
& vita Iob poſt ſuam curationem. Præterea miror, cur magiſter in hiſtorijs dicat Tobiam vixiſſe Iob. 42.
52. annis poſt ſuam illuminationem. & vixiſſe in toto annis 112. cum textus manifeſte aliter dicat.
& cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. In hora autem mortis ſuæ vocauit ad ſe To-
biam filium ſuum, & ſeptem iuuenes filios eius, nepotes ſuos, quorum filij non tanguntur hic,
quia adhuc quaſi infantuli aut puerui fuiſſe videtur [dixitq; eis] ſpiritu prophetico, vt aliqui di-
cunt, vel quia ex verbis alicuius prophetiæ id nouit. [Prope eſt interitus Niniuæ] i. deſtructio vr
bis iſtius, & interfectio ciuium eius propinquat & imminet. [Non enim excidit verbũ domini]
i. prophetia de ſubuerſione Niniuæ prædicta implebitur, & verbum Dei à veritate non euacua-
tur. Primo quippe per Ionam Deus prædixerat Niniuæ ſubuerſionem prophetia comminatio- Ion. 1. 3. 4.
nis, quæ non fuit impleta, quia Niniuitæ pœnituerunt. Miſericordia vero accepta, rurſus graui-
oribus ſe implicuerunt criminibus. Ideo Deus per Naum Prophetam prædixit per prophetiam Naum. 2. 3.
prædeſtinationis (quæ ſemper impletur) vrbis illius vaſtationem. Naum autem propheta fuit an-

te aduentum regis Aſſyriorum, qui populum Iſrael cepit ac tranſtulit, vt dicunt Hebręi, & in pro
logo ſuper Naum inducitur. Porro prophetia prędeſtinationis vocatur, quando aliquid pronun
ciatur, prout in diuina præcognitione, atq; in diſpoſitione prouidentiæ eius conſiſtit, quæ falli
non valet. Prophetia vero comminationis eſt, quæ res prædicitur ſecundum quod eſt in cauſis
creatis, & in meritis hominum, quæ poſſunt mutari, de qua prophetia dominus ait apud Hiere.
18. Repente loquar aduerſus gentem & regnum, vt eradicem & deſtruam illud. Si pœnitentiam
*noſtri. egerit gens illa, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerē ei. Porrò Niniue
deſtructa fuit per Chaldæos, ſed poſtea fuit reædificata. [& fratres * veſtri] ſ. Iſraelitæ, [qui di-
* enim. ſperſi ſunt] per captiuitatem à terra Iſrael, [reuertētur ad eam,] ex licentia Cyri regis Perſarum.
[Omnis * autem] i. tota [deſerta terra eius] ſ. Iſrael, pręſertim regni Iuda, [replebitur] i. compe-
tenter * populabitur ex poſteris redeuntium illuc. [& domus Dei quæ in ea incenſa eſt] ſ. tem-
plum, [iterum reædificabitur] ſub Zorobabel. Vnde conſtat quod loquatur de terra regni Iudæ,
in qua ſitum fuerat templum, & ſicut ex pręcedentis expoſitione cap. patet, iſta loquebatur pro-
phetice de futuro per modum præteriti, quia templū tempore quo iſta dixit Tobias, adhuc ſte-
tit, & poſtea diu. [ibiq; reuertentur omnes timentes Deum] Pro maiori enim parte timorati
Iudæi ex Cyri licentia redierunt, non tamen omnes, quia nec Daniel. Idcirco quod ait, omnes,
intelligendum eſt de generibus ſingulorū, non de ſingulis generum. [& relinquent gentes ido-
la ſua,] quod per apoſtolorum prædicationem fuit copioſe impletum. [& venient in Hieruſalē,
& habitabunt in ea,] videlicet quidam de gentibus. Melius tamen de eccleſia militante accipi-
tur, ſicut & illud quod ſubditur, [& in ea gaudebunt omnes reges terrę,] quod ad literam de vr-
be Hieruſalem non poteſt intelligi. [& adorantes regem Iſrael] i. Ieſum Chriſtum verum Meſ-
ſiam, Deum & hominem in vnitate perſonæ. Quamuis autem quidam gentiles, idololatria ſua
relicta, venerunt cum filijs Iſrael redeuntibus à Chaldæa ad terram ſuam: illi tamen fuerunt tam
pauci, quod propter eos non videtur dictum, relinquent gentes idola ſua. [Audite ergo filij mei
patrem veſtrum. Seruite domino in timore] filiali, [& veritate vitæ, doctrinæ atq; iuſtitiæ,] & in-
quirite vt faciatis quæ placita ſunt ei, [& filijs veſtris mandate] i. præcipite, [vt faciant iuſtitias] i.
opera iuſta, implendo diuina præcepta, [& eleemoſynas] ex charitate & pietate, cum humilita-
te, [vt ſint memores Dei, & benedicant eū in omni tempore in veritate & in tota virtute ſua,] vi
delicet non cū torpore, ſed pleno feruore, & cum poſſe extremo. [Nunc ergo filij audite me, &
nolite manere hic, ſed quacunq; die ſepelieritis matrem veſtram] i. immediatam matrem filij
mei Tobiæ, & auiam veſtram, [circa me in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros, vt exea
tis hinc] celerius, quo conuenienter poteritis. [Video enim, quia iniquitas eius] i. vitiorū eius
congeries, [finem dabit ei] i. requiret vt deſtruatur. [Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ,
Tobias abſceſsit ex Niniue cum vxore ſua, & filijs, & filiorum filijs, & reuerſus eſt ad ſoceros ſu-
os] i. ad parentes coniugis ſuæ. [Inuenitq; eos incolumes in ſenectute bona, & curam eorum ges
ſit, & clauſit oculos eorum,] mox vt expirauerunt, iuxta morem temporis populiq; illius. [& om
nem hæreditatem domus Raguelis ipſe percepit, viditq; quintam generationem filiorum ſuo-
rum. Et completis annis 99. in timore domini] caſto & ſancto, [cum gaudio ſepelierunt eum:]
non quod de morte eius lætati ſint, ſed quia virtuoſe curſum ſuum finiuit, ſicq; gaudio eorum
quidam mœror de ſeparatione tam chari patris admixtus. [Omnis autem cognatio eius, & om-
1. Reg. 2. nis generatio eius, in bona vita & in ſancta conuerſatione permanſit] ad tempus notabile, [ita vt
accepti eſſent tam Deo quàm hominibus bonis, quemadmodum 1. Reg. habetur de Samuele,
quod tam Deo quàm hominibus placuit, & de multis ſanctis euangelicæ legis, vt de beatiſſ. vi-
ris, Clemente, Syluestro, Sebaſtiano, Bernardo & alijs multis, in quibus abundabant non ſolum
virtutes theologicæ & diuinæ, ac dona, ſed & virtutes illæ morales, per quas fit homo homini-
bus gratioſus, amabilis & acceptus, vt ſunt manſuetudo, humilitas, pietas, &c. [& cunctis habitan
tibus in terra] ad quos eorum deuenit cognatio. Sic creator omnipotens magnificat ſuos ele-
ctos, & meritis patrum ſanctorum, multa bona largitur eorum poſteritati, ad laudem & gloriam
ſuijpſius, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM IVDITH ENARRATIO.

PROOEMIVM.

HAEC vocabitur virago. Quanuis hoc nomen virago primæ mulieri ac Gen. 2.
matri omnium noſtrum, tanquam proprium fuit impoſitum ab homine
protoplaſto, quia de viro ſumpta fuit & formata, vnicuiq; tamen mulieri
viriliter agenti iam poteſt competere, & tanto eminentius venerabili atq;
magnanimi viduæ Iudith, quanto inter fœminas virilius egit, quæ tam
fortiſsime agnoſcitur operata, quod etiam ſuparbæ & feroces gentes bar-
baricæ, Perſæ, Medi, Aſſyrij horruerunt conſtantiam eius. Multa narrantur
de viris præclaris, qui amore boni communis ſe magnis expoſuerunt pe-
riculis, & pro liberatione populi ſui ſe dederunt mortis diſcrimini: quibus hæc fidelíſsima fœ-
mina, omni virtute ornata, fide, ſpe, charitate, & boni communis affectu tota ſuccenſa, non im-
merito comparatur. Hæc typus eſt virginis glorioſæ, hæc figura militantis eccleſiæ, quæ ſub lege
Moſaica Euangelicam duxit vitam, immo in vita actiua & contemplatiua perfecta fuiſſe oſten-
ditur, quæ ſua conuerſatione honeſtiſsima, facta eſt exemplar & regula vitæ & caſtimoniæ vidu-
alis, quę ſacerdotibus & principibus plebis ſuæ fuit prudentior atq; conſtantior, cuius præconia
infra in expoſitione libri ſui plenius innoteſcunt. Qualiter autem intelligendum ſit, quod bea- Infra 8.
tus Hieronymus in prologo libri huius adſerit, librum hunc ab Hebræis inter agiographa com- Hierony.
putari, & à Nicena ſynodo in ſanctarum numero ſcripturarũ collocari, ſupra in prooemio ſuper
Tobiam expoſitum eſt.

Expoſitio Cap. 1. Arphaxat itaq; rex Medorum ſubiugauerat gentes multas.
Articulus 1.

BEneficium magnificæ liberationis conceſſæ, filijs Iſrael per venerabilem viduam Iudith, in
hoc libro deſcribitur: ideo præmittuntur præambula quædam ad declarandum, qualiter
facta ſit liberatio illa. [Arphaxat itaq; rex Medorum ſubiugauerat gentes multas imperio
ſuo] quia non ſuffecit ſuæ ambitioni atq; tyrannidi regnare in Media, ſed ad monarchiam quan
dam aſpirans, multas prouincias per armorum violentiam ſubdidit ſibi, nec erat hæres regni Me
dorum, ſed natus ex populo regni illius. Cyrus quippe rex Perſarum, victo Aſtyage auo ſuo re-
ge Perſarum, ipſum Aſtyagem tractauit humane, dans ei regnum Hyrcanorum, i. Parthorum, &
Dario fratri matris ſuæ filiæ Aſtyagis, dedit regnum Medorum ſub ſpe redeundi ad illud, ſeu
rehabendi idipſum, quod & factum eſt. Mortuo autem Cyro, Arphaxat Medus partem regni il-
lius ſibi attraxit, vt tandem toti Mediæ præſideret. atq; in vrbe Egbatanis nomine ſurgens, vr-
bem illam vehementer auxit, reparauit, muniuit, & quaſi inexpugnabiliter confortauit muris,
portis & turribus, præſertim ad reſiſtendum filio Cyri regis, prout hæc in Scolaſtica hiſtoria ple
nius recitantur. Hinc ſubditur: [& ipſe ædificauit ciuitatem potentiſsimam, quam appellauit Eg
batanis,] quam dicitur ædificaſſe, quia præfato modo eam reparauit, auxit & meliorauit, iuxta
quem ſenſum Nabuchodonoſor fertur dixiſſe: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædi- Dan. 4.
ficaui in domum regni? cum tamen Babylon diu ante fuerit ædificata, cum ſcriptum ſit Geneſ.
10. Fuit autem principium regni eius, ſ. ipſius Nemroth, Babylon & Arath. Arphaxat itaq; vrbẽ
illam conſtruxit [ex lapidibus quadratis] vt muri, turres, portæ, & domus exiſterent fortiores,
[& ſectis] vt eſſent pulchriores, [fecit muros eius in altitudine cubitorum ſeptuaginta, & in la-
titudine cubitorum triginta. Turres vero eius poſuit in altitudine cubitorum centum,] quod to
tum miniſterio grauiſsimo gentium quas ſubiugauerat, fecit, ſicut & Nabuchodonoſor Baby-
lonem, cum qua vrbs iſta Egbatanis ſimilitudinem habuit magnam: ſed ad ipſius æqualitatem
& excellentiam non peruenit, cum muri Babylonis leguntur fuiſſe altitudinis centum cubito-
rum, & quinquaginta in latitudine, turres vero ducentorum cubitorum, [per quadrum vero, eo
rum latus vtrunq; vicinorum pedum ſpatio tendebatur] i. vtrunque latus turrium per quadrum
cubitorum protendebatur ſpatio pedum viginti vltra latitudinem murorum. Nam turres erant
figuræ quadrangularis ad æquales angulos, & muri turrium extendebant ſe per ſpatium viginti
pedum, tam extra vrbem quam infra, vltra latitudinem muorurm. [poſuitq; portas eius in alti-
tudine turrium,] ita quod erant centum cubitorum, quemadmodum turres, vt litera videtur ſo-
nare, quamuis aliqui aliter dicant. [& gloriabatur] inaniter, [quaſi potens] i. tam ſuperbe & præ-
ſumptuoſe, ac ſi à ſeipſo habuiſſet potentiam, ſicut Ezech. 29. dominus loquitur Pharaoni: Audi
Pharao draco magne, qui dicis, meus eſt fluuius, & ego feci meipſum. Vel quaſi potens, quia vti-
que potens fuit, ſed non tam ſingulariter, vt putauit. [in potentia exercitus ſui] copioſi [& in glo

Ioſue.17. ria quadrigarum ſuarum]i.in multitudine,fortitudine,ac eminentia ſuorum currunm bellico-
Iudic.4. rum,quia frequenter conſueuerunt olim pugnare,ſtando in curribus,prout ex libris Ioſuæ & Iu
Ioſep. li 11. dicum innoteſcit.[Anno igitur 12.regni ſui]non præſati Arphaxat,ſed 12.anno regni Cambyſis
ant. Iu.ca.1 filij Cyri,de quo ſubditur,[Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ,] qui alio nomine dictus eſt Cam-
1. Eſd 1. byſes,atq; in Eſdra nominatur Artaxerxes vel Aſſuerus, qui regnabat in Ninine ciuitate magna
Ioſep. li.9. [quam ante iam Chaldæi deſtruxerunt,ſed poſtea extitit reparata.]Porro Cyrus adhuc vinens,
antiq. Iud. filio ſuo Cambyſi tradidit regnum Aſſyriorum, cuius regni metropolis Niniue erat. Regnauit
cap.9. autẽ Cambyſes in monarchia ſolnmmodo octo annis. Idcirco quod hic dicitur de 12. anno re-
gni eius,accipitur per incluſionem annorum quibus regnauit, Cyro monarcha patre ſuo adhuc
viuente.[pugnauit contra Arphaxat,& obtinuit]i. vicit[eum in campo magno , qui appellatur
Ragan,]in quo tam magni exercitus poterant collocari,[circa Euphraten & Tigrim]i.inter dno
flumina illa,[& Iadaſon,in campo Erioth regis Elicorum. Tunc exaltatum eſt regnũ Nabucho-
donoſor]huius,tanto aduerſario ſuo deiecto,[& cor eius eleuatum eſt] in ſuperbiam plus quã
ante,non Deo,ſed robori ſuo triumphum illum aſſcribens, cum tamen omnipotens mundi re-
Eſa.10. ctor per ipſum tanquam per ſuum flagellnm caſtigaſſet & occidiſſet violentum illum, tyranni-
cumq; Arphaxat,ſecnndum quod in Eſaia rex Aſſyriorum Sennacherib vocatur virga furoris
Dei & baculus eius[& miſit ad omnes qni habitabant in Cilicia & Damaſco] metropoli regni
Syriæ,iuxta illud Eſa.7. Caput Syriæ Damaſcus.[& Libano, & ad gentes quæ ſunt in Carmelo
& Cedar, & inhabitantes Galilæam, in campo magno Eſdrelon,& ad omnes qui erant in Sama-
ria,& trans flumen Iordanem vſq; ad Hieruſalem,& omnem terram Ieſſe.]Circa hoc oritur quę
ſtio duplex.Prima,quoniam Cyrus pater iſtius fuit monarcha,vnde ait:Omnia regna terræ de-
dit mihi Deus cæli,Monarchia autem nondum ablata fuit Medis & Perſis, ergo Cambyſes im-
1.Eſd. 1. perauit iam & præfuit omnibus regnis his.Secunda eſt, quoniam Samaritani leguntur in lib. 1.
1. Eſd. 3. Eſdræ fauiſſe huic regi,ad qnorum petitionem prohibuit templi reparationem, quod pater ei-
1. Eſd.1.2. ns licentiauit reædificari.Iſte eſt namq; Artaxerxes, cui ſcripſerunt Samaritani , memores ſalis,
1. Eſd. 8. quod in palatio comederant regis.Ad primum horum aliqui dicũt,quod Cambyſes ſeu Nabu-
chodonoſor iſte petijt à pręfatis regnis & populis tributa multo grauiora,quã pater ipſius.Ideo
contradixerunt ei,& nuncios eius remiſerunt vacuos à tribntis & ſine honore, ſicut habetur in
textu.Alij dicunt,quod Cyrus habuit monarchiam in partibns orientalibus, non in occidenta-
libus,inter quas dicunt iſtos in textu expreſſas fuiſſe, reſpectu partium in quibus Cyrus habuit
monarchiam.Ad aliud Lyra reſpondet, quod liber iſte ab Hebræis omnino apocryphus repu-
tatur,quia in hac re & alijs multis non videtur bene conſonus qnibuſdam ſcripturis adnotatis.
Poteſt etiam dici, quod quamuis Samaritani illi fauebant regi huic contra Iudæos, tamen quia
iam tam grauia exegit tributa,fuerunt auerſi,vel quamuis aliqui ſuperiores inter ipſos zelaban
tur pro rege,communes tamen Samaritæ nolnerunt regi ſic ſubijci.vel quod de contradictione
inductum eſt,non refertur ad eos,de quibus obiectio loquitur, qui qnoniam aliorum reſpectu
erant pancisſimi,quaſi non computantur. [Ad hos omnes miſit nnncios Nabuchodonoſor rex
Aſſyriorum,qui omnes vno animo contradixerunt,& remiſerunt eos vacuos, ac ſine honore ab
iecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex ad omnem terram illam] i. contra habitatores
regnorum & prouinciarum illarum[iurauit per regnum ſnum & thronnm] i.per propriam pote
ſtatem & iuriſdictionem,tanquam per ſacra & quædam dignisſima,[quod defenderet ſe de om
nibus regionibus his]i.iniuriam ſibi factam ab illis vindicaret.Nempe ex vehementi ſuperbia,
abiectionem legatorum ſnorum reputauit,quaſi ſuiipſius impngnationem, vel minus dicendo
plus deſignabat per quendam tropum loqnendi,qui liptote nuncupatur.Quidam per Nabucho
donoſor iſtum ſpiritaliter intelligunt diabolnm, qui cum plurimos ſibi ſubiecerit, intumeſcit.
ſed proſequntio hiſtoriæ non videtur ad ſenſum huinſmodi concordare.Non enim per Arpha-
Matth. 12. xat regem poteſt intelligi princeps fidelis,ſed ipſe qnoq; diabolus.Satanas autem (vt ait Salua-
tor)in ſeipſum diuiſus non eſt, vel princeps incredulus,qui non reſiſtit diabolo . Similiter gen-
tes idololatræ,quæ in textu leguntur contradixiſſe Nabuchodonoſor regi,non deſignant plebẽ
fidelinm,nec repugnant,ſed ſubduntur,ſeruiuntq; diabol .

Declaratio Cap.2. Anno tertiodecimo regni Nabuchodonoſor regis.

Articulus 2.

Hic narratur qualiter Nabuchodonoſor iſte per ſuum exercitum præfatas gentes ſibi inobe
diétes vaſtauit,nec eſt difficultas in textn,idcirco nec immorandũ,niſi forſan aliquid dif-
ficultatis occurrerit. [Anno 13.regni Nabuchodonoſor regis,] qui alio nõine vocatus eſt
Artaxerxes & Cambyſes,[20.& ſecũda die mẽſis primi,]qui à Iudæis vocatur Niſan,& eſt Mar-
tius ſeu Aprilis,quia interdũ concurrit cũ Martio,aliquando cũ Aprili, prout ſuper Geneſim &
Exodũ plenius eſt expreſsũ.[factũ eſt verbũ in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorũ]& etiã
Medorum atq; Perſarum, [vt defenderet ſe] i. ipſe rex iuſsit ex parte ſui promulgare ſententiã,
quod vin-

quod vindicaturus ſe eſſet de inobedientibus ſibi, quatenus domeſtici ſui ac ſubditi inciperent ſe parare. [vocauitque omnes maiores natu, & omnes duces & bellatores ſuos, & habuitcum eis myſterium] id eſt, ſecretum [conſilij ſui, dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terrã ſuo ſubiugaret imperio] id eſt, omnes populos ſibi nõdum ſubiectos, præſertim occidentales. Orientales enim ſibi iam magna ex parte obediebant. [Quod dictum cum placuiſſet omnibus] conſiliarijs ſuis, applaudere ſibi volentibus, & quia putabant hoc ſatis faciliter poſſe impleri, ſeque ex hoc ampliores diuitias ac honores conſequuturos. [vocauit Holofernem principem militiæ ſuę,] ſimilem regi ſuo in omni crudelitate & ambitione, vt infra inſinuatur. [& dixit ei: Egredere aduerſum omne regnum occidentis] id eſt, contra omnia regna occidentalis plagę prę-fatæ, quæ reſpectu terræ Aſſyriorum ſunt in parte occidentali. [& contra eos præcipue qui contempſerunt imperium meum] in tantum, quod legatos meos confuſibiliter abiecerunt, vt habe-tur in fine præcedentis cap. [Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq́; vrbem munitam ſub-iugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit duces & magiſtratus virtutis Aſſyriorum] id eſt, poten-tium agminum regis. Impij enim quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, proni ſunt ad inquietudines litium & tumultus. [& dinumerauit viros in expeditione] id eſt, in exercitu ſeu ad conſtituendum ex eis exercitum ad proſequendum regis intentum. [ſicut præcepit ei rex, 120. millia peditum pugnatorum.] ex quo patet, quod nec omnes, nec ſemper pugnabant anti-quitus in quadrigis ſeu curribus, ſed quidã pedeſtres, quidam equeſtres, ſicut & modo. Nã ſub-ditur: [& equites ſagittarios duodecim millia,] qui in ipſo congreſſu pugnabant ſagittando, de inde & aliter. Itaque multo plures erant pedeſtres. Nam & Vegetius lib. de re militari teſta-tur, quod robur exercitus in peditibus ſit conſiſtens. [Omnemque expeditionem ſuam] id eſt, exercitum peditum, [fecit perire in] id eſt, cum [multitudine innumerabilium camelo-rum, cum his] ſcilicet victualibus, quæ exercitibus ſufficerent copioſe,] vt eſſent promptiores ad prælia odum. Nempe vt lib. præallegato ait Vegetius, In caſtris & exercitibus amplius metuen-da eſt fames, quam gladius. [boum quoque armenta, gregeſque ouium, quorum non erat nume rus, frumentum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit. Aurum vero & argentum de do-mo regis aſſumpſit multum nimis. Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus cum quadrigis & e-quitibus, & ſagittarijs, qui operuerunt faciem] id eſt, ſuperficiem [terræ, ſicut locuſtæ,] quæ va-ſtant & deuorant terræ naſcentia, ſic & illi hominum bona. [Cumque pertranſiſſet fines Aſſyrio rum, venit ad magnos montes Angæ, qui ſunt à ſiniſtro Ciliciæ, aſcenditque omnia caſtella eo rum] id eſt aduerſariorum. & [obtinuit omnem munitionem] id eſt, loca munita deuicit. [Ef-fregit autem ciuitatem opinatiſsimam] id eſt, famoſiſsimam, vel vt aliqui habent, opimatiſsi-mam, id eſt opulentiſsimam, nomine [Melothi,] quia (vt dicitur) fuit vrbs negociatorum, ſicut & Tyrus. [prædicauitque omnes filios Tarſis.] id eſt, habitatores & ciues territorij ſic vocati, ſeu maritimos ſpoliauit, [& filios Iſmael, ſcilicet Agarenos, qui erant contra faciem deſerti] id eſt, in locis eremi, ſeu ex eius oppoſito morabantur. [& ad auſtrum terræ Cheleon. Et tranſiuit Eu-phrateo] fluuium paradyſi, quem per latum transfretauit cum ſuis, [& venit in Meſopotamiam, & fregit] i. deſtruxit ſeu debilitauit [omnes ciuitates excelſas, quæ erant ibi, à torrente Mambre vſque quo perueniatur ad mare] mediterraneum, & occupauit terminos eius à Cilicia vſq; ad fi-nes Iaphet, qui ſunt ad auſtrum. Adduxitq́; omnes filios Madiam] i. Madianitas amouit à terra ipſorum & captiuauit, aut ſuo exercitui partim adiunxit ad ſeruiendum, vel adiuuandum, prout infra habetur, quod aſſumpſit ſibi auxiliarios ex gentibus quas deuicit. [& prædauit omnem lo-cupletationem] id eſt, poſſeſsiones & abundantias diuitiarum eorum, [omneſque reſiſtentes ſi-bi,] qui nec iure, ſeu potius violentia belli acquieuerunt ſubijci ei, [occidit in ore gladij, & poſt hæc deſcendit in campos Damaſci in diebus Meſſis,] videlicet bladis maturis, quando maiora potuit ibi damna inferre. Vnde ſubiungitur, [& ſuccendit omnia ſata] id eſt, blada, [omneſq́; ar bores & vineas fecit incidi] i. deſtrui & excidi. Ecce quanta ſcelera ex ambitione naſcuntur, & qualiter iuſtus ac ſapiens Deus punit vnum iniquum per alium. [Et cecidit timor illius] id eſt, timor conceptus ex conſideratione victoriarum & crudelitatum Holofernis, [ſuper omnes in-habitantes terram] occidentalem, qui iſta perceperunt, & ſibi ſimilia fieri metuebant.

Iudith 2.

Eſai. 57.

Vegetius.

Gene. 2.

Iudith 5.

Explanatio Cap. 3. Tunc miſerunt legatos ſuos. *Art. 3.*

NArratur iam, qualiter plurimę gentes neceſsitate & timore compulſę, ſubiecerunt ſe Nabu chodonoſor huic. [Tunc miſerunt legatos ſuos vniuerſarũ vrbiũ & prouinciarum,] infra no minatarũ, [reges ac principes Syriæ ſ. & Meſopotamię, & Syriæ Sobal,] de quibus 1. Paral. 19. lib. habet, & erant multũ bellicoſi, tamẽ terrore deiecti, gratiam petierunt & pacem. [& Lybię at que Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt: deſignat indignatio tua circa nos. melius eſt enim] i. minus horrendum, [vt viuentes ſeruiamus Nabuchodonoſor regi magno, & ſubditi ſimus tibi, quã morientes cum interitu noſtro, ipſi ſeruitutis noſtrę damna patiamur,] i. non ſo-lum efficiamur captiui, ſed vna cũ captiuitate protinus occidamur. Mors nanq; omniũ terribiliũ terribi-

1. Par. 19.

faciem campi magni iuxta Dothaim, & vniuerſis]ſcilicet, Iſraelitis,[per quos viæ tranſitus eſſe
poterat]i. per quos Aſſyrij poſſent venire verſus Hieruſalē,[vt obtinerent aſcēſus montiū, per
quos via eſſe poterat ad Hieruſalem, & illic cuſtodirent, vbi anguſtum iter eſſe poterat inter
montes. Et fecerunt]ſic[filij Iſrael,ſecundū quod conſtituerat eis ſacerdos domini Eliachim.
[Circa hæc oriuntur difficultates, nam ſicut prętactum eſt, Nabuchodonoſor iſte ſeu Cābyſes Ioſe.lib.11.
prohibuit proſequutionem ædificationis templi, ita quod ſub eo muri templi non fuerunt ere- ant.Iu.ca.2
cti,niſi tam alte quod aſtantes poterant ſuper eos appodiare, nec fuit vltra proſequutio facta
vſq; ad annum ſecundum Darij regis, vt patet in Aggæo, nec Hieruſalem fuit reædificata,niſi Agg.1.
poſt aduentum Nehemiæ, quod fuit poſt mortem Nabuchodonoſor huius. Quæritur quo-
que quis fuerit iſte Eliachim pontifex,quoniam Ieſus filius Ioſedech fuit pontifex Iudæorum
toto tempore regni Cambyſis huius,& vſque ad regnum Darij,ſub quo templum fuit conſtru-
ctum & conſummatum, prout Zach.3. legitur. Inſuper habetur in libro Eſdræ, quod ex impe-
rio Cambyſis ſeu Artaxerxis regis, ceſſauerunt Iudæi ædificare : quomodo ergo auſi fuiſſent 1 Eſd.2.
eius exercitui repugnare? Poſtremo, tempore illo Samaritani erant gentiles,& fautores regis
præfati ac hoſtes Iudæorum, vt patet in Eſdra : quomodo ergo miſit Eliachim in omnem Sama 1.Eſd.5.
riam. Propter hæc & alia, quidam Hebræi hunc librum refutauerunt,& inter apocrypha poſue
runt,ſed quoniam iuxta præhabita Nicæna ſynodus librum iſtum ſuſcepit, breuiter reſponden-
dum, quod tempore Nabuchodonoſor huius, templum fuit inceptum, & altare ſuper quod ſa-
crificia offerebantur, conſtructum, cultusque Dei fiebat ibi quotidie, atq; pro templo dicuntur
timuiſſe Iudæi,ne templum violaretur. ſimiliter habitacula miniſtrorum templi,& quędam æ-
dificia ciuitatis erant tunc facta ante Nehemiæ aduentum, ideo metuebant hæc deſtrui. quam-
uis etiam ad iuſſionem Artaxerxis omiſerunt proſequi ædeficium templi, maluerunt tamen ſe
morti exponere, quàm permittere quod prędicta penitus diſſiparent. Vel diſtinguendo tem-
pora & viciſſitudines temporum, mutationesque cordium humanorum, concordantur prędi-
cta. De prętacto demum Eliachim præſule aliqui opinantur, quod fuit Ieſus filius Ioſedech, &
alio nomine ſit appellatus Eliachim, quamuis alij dicant quod fuit filius illius Ieſu, aut alius à
Ieſu præfato miſſus. Præterea quamuis in Samaria tunc manebant gentiles, nihilominus ibi mul
ti ex decem tribubus Iſrael morabantur, ad quos miſit Eliachim [Et clamauit omnis populus
Iſrael ad dominum inſtantia magna] ideſt, cum ingenti feruore & perſeuerantia,[& humiliaue
runt animas ſuas in ieiunijs & orationibus, ipſi & mulieres eorum, & induerunt ſe ſacerdotes
cilicijs,]ex pœnitentia & compunctione, [& infantes proſtrauerunt contra faciem templi do
mini] ideſt, parentes & ſacerdotes proſtrauerunt infantulos ſuos verſus templum, vt Deus per
hoc magis ad miſericordiam prouocaretur, compatiendo interitioni, innocentibus infantibus 2.Par.20.
imminanti, quemadmodum 2.lib. Paral. ſub Ioſaphat rege leguntur viri cum vxoribus & infan-
tibus dominum inuocaſſe in templo. [& altare operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad domi-
nū Deum Iſrael vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuiſio
nem] ideſt, ne ab hoſtibus diſſecarentur, vel ne à ſuis maritis abſtraherentur & violarentur.[&
ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum]darentur[in pollutionem] i. ne ſancta lo-
ca & altare ac vaſa cultus diuini ab infidelibus contaminarentur.[& fierent in opprobriū genti
bus. Tunc Eliachim ſacerdos domini magnus,] quo nomine ſolet pontifex in ſcripturis teſta-
menti vet. deſignari.[circuiuit omnem Iſrael,]vt non ſolū per ſcripta & nuncios, ſed & proprijs
verbis ac perſonali prēſentia populum hortaretur, conſolaretur ac roboraret. [alloquutusq; eſt
eos, dicens : Scitote quoniā exaudiuit dominus preces veſtras,] i. exaudire propoſuit ſiue ex-
audiet,[ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu domini.]Tales enim
preces tam piæ, diuturnæ, ieiunijs decoratæ, ſolent à fonte miſericordiæ exaudiri. [Memores
eſtote Moſis, qui Amalech]i. populum Amalechitarum ſeu regem illum cum populo ſuo,[con-
fidentē] prēſumptuoſe. [in virtute ſua] corporali, [& in potentia ſua]i. robore adiutorij ſui,
ſeu in experientia ſua bellandi,[& in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis,& in curribus & equitibus
ſuis, non ferro pugnando, ſed ſanctis orando prēcibus deiecit.]Sic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael,
ſi perſeueraueritis in opere hoc quod cœpiſtis.[Moſe nanque cum extenſione manuum ſua- Exo.17.
rum orante, prēualuit Ioſue cum populo Iſrael contra Amalechitas, prout Exo.17. legitur. Ve-
runtamen hic multa dicuntur, quæ ibi non habentur, quod ſcilicet Amalech confidebat in ſuis Ioſe.lib.2.
equitibus & quadrigis, ex quo apparet, quod venit cum curribus & multis equitibus, quod an.Iu.ca.2.
conſonat his, quæ libro antiquitatum Ioſephus ſuper hoc refert.] Ad hanc igitur exhortatio-
nem eius deprecantes dominum, permanebant in conſpectu domini, ita vt etiam hi qui offere-
bāt domino holocauſta, præcincti cilicijs offerrēt ſacrificia domino,& erat cinis ſuper capita eo
rum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

Expoſitio cap.5. Nunciatumq́; eſt Holoferni, quod filij Iſrael præparaſſent ſe ad reſiſtendum. Art.5.

Commotio

COmmotio Holofernis in filios Iſrael vitioſa, & beneficia Dei exhibita Iſraelitico populo,
hic narrantur[nunciatúque eſt Holoferni, quod filij Iſrael præparaſſent ſe ad reſiſtendū,
ac montium itinera concluſiſſent, & furore nimio exarſit in iracundia magna. Vocauitque
omnes principes Moab,& duces Ammon]ideſt,maiores Moabitarum ac Ammonitarum,quos
in auxiliarios ſibi aſſūpſerat.[& dixit eis:]hos interrogauit,quia viciniores erāt populo Iſrael.
[Dicite mihi, quis ſit iſte populus qui montana obſidet,]hoc eſt, cuſtodit,cingit, montiumque
que concluſit itinera.[aut quæ & quales, & quantæ ſint ciuitates eorum, quæ etiam ſit virtus]
ideſt,poteſtas[eorum,aut quę ſit multitudo eorum , vel quis]eſt[rex militiæ eorum:]ſed pro
tunc non regebantur per reges,ſed per pontifices.[& quare præ omnibus qui habitant in ori-
ente,]non reſpectu terræ Aſſyriorum,vt dictum eſt,ſed reſpectu terrarum tranſmariuarum ver-
ſus ſolis occaſum.[iſti contempſerunt nos,& non exierunt obuiam nobis,vt ſuſciperent nos in
pace? Tunc Achiur dux omnium filiorum Ammon,]qui ex vicinitate loci,aut propinquitate
originis,quoniam Loth pater Ammonitarum,filius fuit fratris Abrahę patris Hebræorum,vt
Gene. 11. in Geneſi legitur, immo ex ſpeciali prouidentia Dei & ſtudio, valde cognouit hiſtorias Iudæo-
rū.[reſpondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conſpectu tuo de po-
pulo iſto qui in montibus habitat,& non egredietur verbum falſum ex ore meo. Populus iſte
ex progenie Chaldæorum eſt.]Nam Abraham fuit filius Tharæ Chaldæi.[Hic primum in
Gene. 10. Meſopotamia habitauit.] Non ſimpliciter primum, quia primo in Chaldęa māſerunt,deinde in
Meſopotamia, & ibi priusquam in terra iſta montana,]videlicet terra promiſſionis. Hinc Ge-
ne. 11. fertur: Tulit Thare Abraham filium ſuum,& Loth filium filij ſui Aran,& eduxit eos de Vr
Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan.[quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum,
qui erant in terra Chaldæorum.] Vnde ſcriptum eſt Ioſue 24. Trans fluuium habitauerunt
patres veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, ſeruieruntque dijs alienis. quod qua-
liter intelligendum ſit, ibi expoſitum eſt.[Deſerentes itaque cæremonias patrum ſuorum,quæ
in multitudine deorum erant, & vnum Deum cæli coluerunt] ideſt, verum Deum creatorem
cœli,& omnium contentorum in cælo, quod eſt continentia viſibilium & inuiſibilium ſecun-
Damaſce. dum Damaſcenum. qui & pręcepit eis,vt exirent inde,& habitarent in Charran] ideſt,in vrbe
Meſopotamiæ nomine Aran,quę in actis dicitur Charran, in qua habitauerunt ad tempus, &
ibi rurſus præcepit illis Deus,vt ab ea intrarent terram promiſſionis, prout Gene. 13. legitur:
Dixit dominus ad Abraham : Egredere de terra tua, & veni in terram, quam monſtrauero
Act. 7. tibi.[Cumque operuiſſet omnem terram] Chanaan[fames, deſcenderunt in Aegyptum:]pri-
mo ipſe Abraham cum Sara & Loth, ſicut Gene. 12. recitatur. Deinde Iacob cum ſobole ſua:
[illicq; per 400. annos] qui inchoātur à promiſſione facta de Iſaac naſcituro, aut circiter.
[ſic multiplicati ſunt, vt dinumerari eorum non poſſet exercitus:]hoc eſt, difficulter præ mul-
titudine poterant numerari, vt per hyperbolen intelligatur, Nam in lib. Num. bis fuiſſe nume-
Gene. 46. rati leguntur.[Cumque grauaſſet eos rex Aegypti]ſeruitute duriſſima, [atque in ædificationi-
bus vrbium ſuarū in luto & latere ſubiugaſſet eos, clamauerunt ad dominum ſuum. Cumque
eiecissent eos Aegyptij à ſe,& ceſſaſſet plaga]hoc eſt, interſectio primogenitorū ab Aegyptijs
Num. 1. 26. [& iterū vellent eos,]ſcilicet, filios Iſrael [capere, & ad ſuum ſeruitium reuocare]ipſi Aegyptij,
quos pauloante exire celeriter compulerunt ex timore, ne iterum plagarentur propter ipſorum
Iſraelitarum detentionem, vt Exo. 12. & 13. ſcriptum eſt: [fugientibus his] ſcilicet Iſraelitis,
Exo. 14. [Deus cæli mare aperuit,]hoc eſt, mare rubrum diuiſit,[ita vt hincinde aquæ]maris illius di-
uiſi,[quaſi murus ſoli darētur] ſtādo firmiter ſine defluxu, prout Exo. 13. reperitur.[& iſti pede
ſicco fundum maris perambulando tranſierunt. In quo loco dum innumerabilis exercitus
Aegyptiorum eos perſequeretur, ita aquis coopertus eſt, vt non remaneret vel vnus qui factum
poſteris nunciaret. [Egreſſis autem]filijs Iſrael mare rubrum, deſerta Sina montis occurre-
Exo. 14. runt:] ideſt,in via ſua inuenerunt,& intrauerunt deſertum, in quo mons Sinai ſitus eſt. Verun-
tamen in Exodo leguntur, primo intraſſe deſertum Sur, ſed Achior iſte non omnia,ſed quædam
notabiliora commemorat, ſicut & Sanc. Stephanus.[in quibus nunquam homo habitare po-
Exo. 15. tuit, vel filius hominis requieuit] hoc eſt,conueniens habitatio hominum deſertum iſtud non
fuit, quamuis ad tempus ibi manebant paſtores, aut alij quidam. Propter quod ſcriptum eſt
Act. 7 Hiere. 2. Non dixerunt, vbi eſt dominus, qui tranſduxit nos per deſertum, per terram inhabita-
bilem & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, in qua non ambulauit vir, nec habitauit
homo.[Illic fontes amari obdulcati,]hoc eſt, dulces atque potabiles,[facti ſunt eis ad biben-
dum]miraculoſe Moſe lignum in aquam mittente. Vnde Exo. 15. legitur: Venerunt in Ma-
rath, nec poterant bibere aquas de Marath, eo quod eſſent amaræ.[& per annos 40. annonam]
hoc eſt, eſcam videlicet manna[de cælo conſequuti ſunt.]vt Exo. 16. legitur,[Vbicunque in-
greſſi ſunt ſine ſagitta & arcu,& abſque ſcuto & gladio, Deus eorum pro ipſis pugnauit.]Hoc
eſt victoriam ipſis donauit principaliter poteſtate ſua diuina, non virtute armorū, ipſi tamen

inter

interdum armis pugnauerunt,ſed Deo adiuuante præualuerunt.[& dixit:Quotieſcunq; autem
præter Deum ſuum]hoc eſt,Deum patrum eorum qui voluit ſpecialiter coli ab ipſis,& multa ac
magna ſpiritualia beneficia contulit eis[alterum coluerunt.]cultu latriæ,[dati ſunt in prædam
& in gladium & in opprobrium,]vt patet Iudic.1.& 10. [Quotieſcunqne autem pœnituerunt,
dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtendi.Deus enim illorum odit iniquitatem]cum ſit eſſentiali-
ter ſanctus & bonus.Vnde ſcriptum eſt Sap.14.Odio ſunt Deo impius & impietas eius.[Nam &
ante hos annos cum receſsiſſent à via quam dederat illis Deus,exterminati ſunt prælijs à multis
nationibus,& plurimi eorum captiui adducti ſunt in terram non ſuam. Nuper autem reuerſi]
de Babylonica captiuitate ex licentia Cyri regis,[ex diſperſione qua diſperſi fuerant, adunati
ſunt,& aſſcenderunt montana hæc omnia]hoc eſt,ad terram hanc patrum ſuorum montoſam re
uerſi ſunt.¶[Nunc ergo mi domine,perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum in cõſpectu Dei eorũ]
ideſt,diligenter inueſtiga,an in aliquo magno facinore,præſertim in idololatria Deum ſuum iã
offenderunt,nec inde pœnituerunt: & ſi ſic,[Aſſcendamus ad eos debellando, quoniam tradet
Deus eorum eos tibi Si autem non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo,non poterimus re-
ſiſtere illis,quoniam Deus eorum defendet illos,& erimus in opprobrium vniuerſæ terræ. Et fa
ctum eſt,cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt omnes magnates Holofernis,]hæc au-
dientes,[& cogitabant interficere illum,dicentes: Quis eſt iſte qui filios Iſrael poſſe dicat reſi-
ſtere regi Nabuchodonoſori,& exercitibus eius homines inermes & ſine virtute, & ſine peritia
artis pugnæ]quæ ars pugnæ,plus valet in prælijs quàm poteſtas,ſecundum Vegetium. Vnde ſcri Sap. 6.
ptum eſt,Melior eſt ſapientia quam vires,& vir prudens quam fortis.Ideo Salomon Prouer.20.
dixit:Conſilijs tractanda ſunt bella.Veruntamen impij iſti verba Achior male intellexerunt, at-
que mendaciter repetierunt. Non enim dixit filios Iſrael poſſe reſiſtere exercitui Nabuchodo-
ſor regis,ſed quod Deus eorum defenderet eos,& pugnaret pro ipſis, ſi iuſti eſſent.[vt ergo ag-
noſcat Achior, quoniam fallit nos]ſuperbiſsimi iſti fuerunt animo incorrigibiles & prorſus in-
dociles,[aſſcendamus in montana,& cum capti fuerint]à nobis[potentes eorum,]videlicet fi-
liorum Iſrael,[tunc cum eiſdem gladio tranſuerberabitur, vt ſciat omnis gens, quoniam Nabu-
chodonoſor deus terræ eſt.]Circa hoc ſcribit quidam: Non dicunt,Deus cæli,ſed terræ. viden-
tur enim illius erroris fuiſſe,qui dicebat diuinam prouidentiam ad cęleſtia ſe tantum extendere,
ſecundum quod dicitur Iob 22. Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. Hoc
autem nomen Deus impoſitum fuit à prouidentia rerum & gubernatione, ideo Deum terrę di-
cebant,cuius regimen ad plura ſe extendit.Intentio autem regis Nabuchodonoſor & ſui exerci
tus fuit,omnem terram ſuo ſubiugare imperio.Propter quod à ſuis denominabatur deus terræ.
Hæc ille. Cuius verbis non videtur concordare quod ſubditur,[& præter ipſum alius non eſt,] Iudith 6.
ſupple Deus. Vnde videtur fuiſſe eorum error, quod non eſſet deus præter Nabuchodonoſor.
Nam & ſequenti cap.Holofernes ait ad Achior,vt oſtendam tibi,quia non eſt deus niſi Nabucho
donoſor.Superius quoq; dictum eſt: Præceperat Holoferni Nabuchodonoſor rex, vt oẽs deos Iudith 3.
terræ exterminet,vt ipſe ſolus diceretur deus ab his nationibus, &c. Spiritualiter vero per Holo
fernem & bellatores ipſius,ſignificantur tyranni & perſecutores eccleſiæ: per gentes autem quę
legatos ſuos miſerunt ad Holofernẽ ꝓ pace, & conſenſerunt ſubijci imperio eius, intelliguntur
puſilli & imperfecti,qui non valent aliquid magnæ aduerſitatis pro iuſtitia pati,nec mori ꝓ Chri Lucæ 8.
ſto,qui de talibus loquitur,ꝙ tempore tentationis recedũt.Porro per filios Iſrael metuentes, ne
Holofernes faceret Hieruſalem temploq; domini,quod fecerat alijs vrbibus & dijs ipſorum,in-
telliguntur fideles rite conſtantes,qui magis verentur irreuerentiam Dei & ſanctorum ac ſacra
mentorum ipſius,quàm propriam mortem, maluntq; mori quam Chriſtianæ religionis ac fidei
catholicæ conculcationem videre,ideo ſpiritualibus armis,immo & corporalibus quandoq; re-
ſiſtunt. Per Achior demum boni cathechumeni competenter inſtructi, ac fidem tenentes, ſed
nondum baptizati ſignantur,qualis (vt in Actibus legitur)fuit Apollo ille electus,viam Dei edo Acto.18.
ctus,ſciens tantum Baptiſma Ioannis, & cœpit fideliter in eccleſia agere. Acto.19.

Declaratio cap.6.Factum eſt autem cum ceſſaſſent loqui &c.
Articulus 6.

FACTVM eſt autem cum ceſſaſſent loqui] magnates Holofernis ad Achior, vt habetur in
fine præcedentis capitis,[indignatus Holofernes,]magnatibus ſuis conſentiens & applau- Iudith. 9.
dens,[dixit ad Achior: Quoniam propheraſti nobis] Hoc irriſorie ait, [dicens, quod
gens Iſrael defendatur à Deo ſuo:] quando obedit ei in omnibus,[vt oſtendam tibi quoniam
non eſt Deus niſi Nabuchodonoſor,cum percuſſerimus eos omnes, ſicut hominem vnum,] hoc
eſt,ita quod nullus eorum euadat, vel ita faciliter ſicut hominem vnum, [tunc & ipſe cum illis
interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet, & probabis] id eſt, in teipſo experieris,
& tua morte teſtaberis, [quod Nabuchodonoſor ſit dominus vniuerſæ terræ: Tuncque gladius

militiæ meæ tranſiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſpirabis vltra, donec extermineris cum illis.] O quam ſtolidiſsima verba, quia & dato q filij Iſrael & Achior permiſsi fuiſſent occidi ab Holoferne, ex hoc conſequens non fuiſſet, quod Nabuchodonoſor eſſet deus terræ, ſed quod eſſet tyrannus & perſecutor crudelis. Nam & impij in hac vita frequenter præualent contra iuſtos, quos Deus exercet, purgat & coronat per impios. [Porro ſi prophetiam tuam veram exiſtimas, non concidat] hoc eſt, in mœrorem non cadat [vultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinuit, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe. Vt autem noueris, quia ſimul cũ illis hęc experiens, ecce ex hac hora illorũ populo ſociaberis, vt dũ gignas gladij mei pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiacias.] quamuis autẽ Achior credidit ſe vera dixiſſe, nó tamen mirum fuit quod timuit, quoniã ignorauit, an filij Iſrael Deo placerent, & quoniam vidit verba ſua recta intentione prolata, tam peruerſe, ęgre, & erronee eſſe accepta. [Tunc Holofernes præcepit ſeruis ſuis, vt compræhenderent & ducerent eum] ſ. Achior [in Bethuliã,] quæ de vrbibus filiorũ Iſrael fuit Holoferni vicinior, [& traderent eũ in manus filiorũ Iſrael. Et accipientes eum ſerui Holofernis, profecti ſunt per campeſtria, ſed cum appropinquaſſent] ſerui Holofernis cum Achior [ad montana, exierunt contra eos fundibularij] Iſraelitæ, iacentes ſaxa cum fundis, qui montium itinera obſeruabant. [Illi autem] ſerui ſ. Holofernis, [diuertentes à latere montis] ne à fundibularijs læderentur. Holofernes autem iubens ſeruis ſuis perducere ipſum Achior vſq; Bethuliam, putauit quod filij Iſrael non auderent ſuos lędere ſeruos. [ligauerũt Achior ad arborem manibus & pedibus, & ſic vinctum dimiſerunt eum, & reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Porro filij Iſrael ſoluentes eum, duxerunt Bethuliam, atq; in medium populi illum ſtatuentes, percunctati ſunt] i. inquiſierunt, [quid rerum eſſet] i. quam ob cauſam, & ob cuius rei euentũ, [q illũ vinctũ Aſſyrij reliquiſsẽt. In dieb. illis erãt illic principes, Ozias de tribu Simeõ, & Charmi, qui & Othoniel] Circa hoc in Scolaſtica fertur hiſtoria, quod aliqui de Hieruſalẽ miſerant duos ſacerdotes ad Oziam hunc in Bethuliam, ſicut ad conſolandum, dirigendum & cõfortandum ciues Bethuliæ. [In medio itaque ſeniorum & in conſpectu omnium Achior dixit omnia quæ loquutus ipſe fuerat, ab Holoferne interrogatus. Cumq; vniuerſa Achior expoſuiſſet,] qualiter erat interrogatus ab Holoferne, & quid reſpondit eidem, [omnis populus] Bethuliæ hæc audiens, [cecidit in faciem, adorantes dominum:] quia ex verbis Achior cõpuncti fuerunt, & valde accenſi ad inuocationẽ Dei, ſpemq; exauditionis cõceperant, & zelo iuſto zelabãtur ꝑ Dei honore, pro veritatis ac iuſtitiæ manifeſtatione, [& cõmuni lamẽtatione & fletu vnanimes ſuas preces domino effuderũt, dicentes: Domine Deus cæli & terræ, intuere] i. intuẽdo deijce & caſtiga [ſuperbiã eorũ] vt in præſenti puniti, nó amplius peccent, nec cultui diuino valeant aduerſari. Nempe ꝑ deiectione hoſtium boni cómunis, orari poteſt ex zelo iuſtitiæ, & boni cómunis amore, [& reſpice] oculo pietatis [ad noſtram humilitatẽ,] qui ꝓſtrati in toto corde & corpore, nos corã te humiliamus, [& faciẽ ſanctorum tuorũ attende] i. mẽtes fideliũ, ſeu preces & merita patriarcharũ ac prophetarum ſanctorũ, per quos nos exaudire digneris, [& oſtẽde quia non derelinquis præſumentes de te] hoc eſt, ſua pietate & gratia, [& præſumentes de ſe, & de ſua virtute] i. poteſtate ſeu dignitate, [gloriantes] inaniter ac ſuperbe, [humilias] hoc eſt, deijcis, punis & damnas. [Finito itaq; fletu, & per totam diẽ oratione populorum cõpleta, cõſolati ſunt] ipſum [Achior, dicentes: Deus patrum noſtrorum, cuius tu virtutẽ prædicaſti, ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinem] i. recompenſationẽ, [vt eorum magis tu interitum videas. Cũ vero Deus noſter hanc libertatem dederit ſeruis] hoc eſt, liberationẽ ab Aſſyrijs, quam tibi optamus, & affuturam ſperamus, [ſit & tecum dominus in medio noſtri] per gratiam ſpecialẽ, [vt ſicut placuerit tibi, ita cum omnibus tuis conuerſeris nobiſcum] i. inter nos vias & circumciſionem obſeruantiaſq; legis noſtræ accipias, ſi volueris. Nõ enim tenebantur Gentiles ad legis mandata, niſi moralia cum fidẽ Chriſti venturi, ſed ſi voluerunt communicare Iudæis in eſu agni paſchalis, alijſq; quibuſdam cęremonialibus legis, oportebat eos primitus circũcidi, iuxta illud Exod. 12. Hæc eſt religio phaſe: ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit trãſire coloniam, circuncidetur prius omne maſculinum eius: ſi quis autem circunciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. quemadmodum enim modo nullus admittitur ad Euangelicæ legis ſacramenta, niſi baptizatus, ſic nec tunc ad Moſaicæ legis ſacramenta, niſi circunciſus. [Tunc Ozias finito conſilio eius] quo tractauerunt, quid in tam ardua cauſa eis reſtaret agendum, [ſuſcepit eum] videlicet Achior, [in domum ſuam, & fecit cœnam magnam. Et vocatis omnibus presbyteris] hoc eſt, ſenioribus ſeu ſacerdotibus [ſimul, expleto ieiunio, refecerunt. Poſtea conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctẽ intra eccleſiam] i. in ſynagoga [orauerunt.] Habebant nanq; in ſingulis vrbibus ſuis ſynagogas, in quibus vacabant orationi, deuotioni, lectionique legis & prædicationi, & omnes pariter orauerunt, vt communis oratio exaudibilior eſſet. Non enim ſolet pia communitatis repelli oratio. Vnde 2. ad Corinth. 4. ait Apoſtolus: Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.

Explanatio Cap. 7. Holofernes autem altera die, &c. *Art. 7.*

ANguſtia & coarctatio filiorum Iſrael ex obſidione Aſſyriorum, hic deſcribuntur: [Holofernes autem altera die] i. die ſequenti poſtquam tradidit ipſum Achior Iſraelitis, [præcepit excercitibus ſuis] fuit autẽ vnus totalis exercitus, ſicut & vnus princeps militiæ, ſed diuiſus fuit in aliquas turmas. [vt aſcenderent contra Bethuliam] in alto contra montes locatam. ideo ait, aſcenderunt. Voluitq; ſtatim indignationem, crudelitatem & comminationem ſuam implere. Indignanter quoq; accepit, quod ſerui ſui fuerunt à fundibularijs Iſraeliticis fugati. [Erãt autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia] Supra legitur, quod erant duodecim millia equitum ſagittariorum, ideo auctus videtur numerus equitum, vel equites nõ erant ſagittarij oẽs. [præter pręparationes] i. præter turbam & numerum [illorum virorũ, quos occupauerat captiuitas] i. quos cepit & in auxiliarios ſumpſit. [& adducti fuerant de ꝓuincijs & vrbibus vniuerſæ iuuentutis] i. omnium iuuenũ, quos ſic in ſuum redegit obſequiũ. [Omnes parauerunt ſe pariter ad pugnam cõtra filios Iſrael, & venerunt per crepidinem] i. ſummitatem ſeu extremitatem [mõtis vſq; ad apicẽ] i. ſummitatẽ loci, [qui reſpicit ſuper Dothaim] hoc eſt, locum ſeu oppidum ſic vocatum. [à loco qui dicitur Belma, vſq; ad Chelmon qui eſt contra Eſdrelon. Filij autẽ Iſrael vt viderunt multitudinẽ illorum,] quam in alto loco illo poterant cernere, [proſtrauerunt ſe ſuper terram,] humiliter deprecantes diuinum auxilium, ſine quo ſciuerunt ſe nequaquam poſſe illis reſiſtere, & nihilominus quod in ipſis erat agentes, [mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orantes, vt Deus Iſrael oſtenderet miſericordiam ſuã ſuper populum ſuum. Et aſſumentes arma ſua, ſederunt per loca quę anguſti itineris tramitẽ] hoc eſt, ante viæ callem compendioſum, [dirigunt inter mõtoſa,] hoc eſt, inter loca montana oſtendunt, ſiue rectificant. [& erant cuſtodientes ea] ne Aſſyrij per ea ad Bethuliam ſeu alia oppida ſua poſſent accedere. [Porro Holofernes dum circumiuit per gyrũ] Bethuliæ à remoto, [reperit quod fons qui influebat in aquęductum illorum] qui in Bethulia erãt, ad quos aqua fontis illius per aquæductum illum currebat. Hoc, vt magiſter in hyſtorijs addit, inuenit per auiculas quę bibebant aquam de alueo, & per latentes rimulas aquęductus. [& incidi pręcepit aquęductum illorum] ne per eum aqua in vrbem illam decurreret, [Erant tamen non longe ab vrbe fontes, ex quibus] ciues Bethuliæ [furtim] hoc eſt, ſecrete, ne ab Aſſyrijs notaretur, videbantur haurire aquam ad refocillandum] ardorem & ſiccitatem ſitis ſuæ, magis quam ad potandum. [Sed filij Ammon & Moab] qui oderunt Iſraelitas, [acceſſerunt ad Holofernem] cupientes ei placere, [& dixerunt: Filij Iſrael non in lancea, nec in ſagitta confidunt] hoc eſt, tibi opponunt ſe, non ex confidentia armorum, ſed locorum ſuorum. ideo ſubditur: [Sed mõtes defendunt illos,] quia propter loca illa montoſa difficile eſt illos accedere, & oporteret nos diu in obſidione manere. [& muniũt] hoc eſt, protegunt ac confortant, [illos colles in præcipitio] i. in magna altitudine [conſtituti. vt ergo ſine congreſſione pugnæ poſsis eos ſuperare, pone cuſtodes fontium, vt non hauriant ex eis, & ſine gladio interficies eos, aut certe fatigati, tradent ciuitatem ſuam, quam putant, in montibus poſitam, ſuperari non poſſe. Et placuerunt verba hæc Holoferni, & coram omnibus ſatellitibus eius. Et conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes. Cumque cuſtodia iſta] fontium [per dies viginti eſſet expleta, defecerunt ciſternæ] hoc eſt, aquæ ciſternarum, [& collectiones aquarum] quæ ex fontibus ſolebat acquiri. [Tunc ad Oziam congregati ſunt omnes viri] id eſt, ciues Bethuliæ, [dicentes: Fœminæ & iuuenes & paruuli, omnes ſimul vna voce dixerunt: [Iudicet Deus inter nos & te] hoc eſt, iuſtitiam ſuam oſtendat in eo, qui inter nos culpam habet in cauſa hac, [qui feciſti in nos mala] id eſt, afflictionem hanc induxiſti ſuper nos tuo conſilio imprudenti, [nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs] tractando cum eis, vt nos in ſeruos ſuſciperẽt. [Et propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum] hoc eſt, propter iſtam rebellionem Deus iam quaſi dedit nos poteſtati ipſorum, ſicut res datur pro precio. [Et ideo non eſt qui adiuuet, cum proſternamur ante oculos eorum] id eſt, ipſis ſcientibus & non circumuallantibus, corruamus in mortem, [in ſiti] id eſt, ex potus defectu: [& perditione magna. Et nunc congregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt, vt ſponte] hoc eſt, ſine diuturniore reſiſtentia [tradamus nos Holoferni. Melius eſt enim vt captiui benedicamus dominum viuentes.] Et ſic habebant adhuc aliquam confidentiam euadendi mortem, ſi ſe traderent Holoferni. Parua tamen fuit ſpes iſta: quàm moriamur, & ſimus opprobrium omni carni, cum videamus vxores noſtras, & infantes noſtros mori ante oculos noſtros. Conteſtamur hodie cælum & terram] hoc eſt, omnem creaturam, ſeu angelos & homines in teſtimonium ſumimus, & cum atteſtatione tali rogamus. Conteſtamur quoq; ſic: [Et Deum patrum noſtrorum qui vleiſcitur] id eſt, vleiſcendo vitia noſtra punit, [nos ſecundum peccata noſtra, vt tradatis ciuitatem in manus militiæ Holofernis, vt ſit finis noſter] id eſt, mors [breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate ſitis. Et cũ hęc dixiſſent, factus eſt fletus & vlulatus magnus in Eccleſia ab omnibus, & per multas ho-

Iudic. 2.

Hh 2 ras

ras vna voce clamauerũt ad dominũ, dicentes: Peccauimus, iniuſte egimus. Tu qui pius es, in tuo flagello vindica iniquitates noſtras:] hoc eſt, per teipſum ſeu angelico miniſterio corrige nos. [& noli tradere confitentes te] i. nos fideles qui te confitemur verum Deum, [populo qui ignorat te.] iuxta hunc modum dixit rex Dauid: Melius eſt mihi incidere in manus domini, (multæ enim ſunt miſerationes eius) quam in manus hominum. [vt non dicant inter gentes] i. ne increduli inter ſe dicant: [Vbi eſt Deus eorum?] i. iam apparet quod Deus eorum non curat de eis, nõ poteſt eis auxiliari. ac ſi dicant, pro tuo honore zelamus, & ſi non vis nos exaudire propter nos, ſaltem propter teipſum & tuiipſius honorem & gloriam nos exaudi, ne blaſphemeris à perfidis & iniquis, ſicut per Eſaiã teſtatus eſt: Propter me ego faciã vt nõ blaſphemer. Ezec. quoq; 39. Nõ propter vos, ego faciam, notum ſit vobis, ſed propter nomẽ ſanctum meum. [Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgens Ozias infuſus lachrymis, dixit: Aequo animo eſtote fratres] ſperando in domino, [& hos quinq; dies expectemus à domino miſericordiam.] ideo exprimit quinq; dies, quoniam aqua quam habebant, quæ vix per vnam diem ſuffecit ad ſatietatem, non videbatur vltra quinq; dies poſſe ſeruire, quamuis parciſsime ſumpta. [Forſan enim indignationem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo. Si autẽ tranſactis quinq; diebus non venerit adiutorium nobis] à Deo, [faciemus hæc verba quæ loquuti eſtis] vrbem tradendo. De hac præfixione quinq; dierum reprehenditur iſte Ozias ſequenti capitulo, vt ibi patebit.

1. Reg. 24.

Eſai. 48.

Declaratio cap. 8. Et factum eſt. *Art. 8.*

EXhortatio, oratio & conſilium venerabilis viduæ Iudith, hic referuntur: [Et factum eſt cum audiſſet hæc verba] Oziæ, qui dixit, quod traderet vrbem poſt quinq; dies, niſi interim veniret auxilium. [Iudith vidua de tribu Ruben] cuius ſtirps in textu deſcribitur, [& vir eius Manaſſes in diebus meſsis mortuus eſt. Venit enim æſtus ſuper caput eius,] ex quo ardore ſolis fuit intus accenſus, & ęgritudinem incurrit lætalem. ſicut & quarti Regum quarto legitur de filio Sunamitidis ſuſcitato per Heliſæum. [& ſepultus eſt cum patribus ſuis. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus & menſibus ſex.] Voluit enim deinceps in vidnali caſtimonia Deo ſeruire. [Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi cubiculum ſecretum.] & in ipſo cubiculo oratorium, vt ſequenti patet capitulo: & camerula illa fuit etiam oratorium eius. [in qua cum puellis] i. ancillis, aut cognatis, [clauſa morabatur.] ita quod raro exiuit domum, ſoli Deo vacans in loco abſtracto, & virorum vitans aſpectus, familiaritates, colloquia, conuiuia, & cæteras laſciuiæ occaſiones, non ſolũ ne ipſa ad carnalia incitaretur, ſed ne appeteretur ab alijs. [& habens ſuper lumbos ſuos cilicium] pro carnis edomatione, maiorisq; gratiæ impetratione, [ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ,] quibus in viduitate permanſit. Maritatis autem mulieribus non liceret ſic ieiunare ſine cõſenſu mariti, [præter ſabbata & neomenias] hoc eſt, exordia menſium, quia in primo die cuiuslibet menſis fuit quædam feſtiuitas legis, vt in Leuit. 23. & Deu. 5. patet. Vnde Pſal. 80. Buccinate in neomenia tuba, in inſigni die ſolennitatis veſtræ. [& feſta domus Iſrael] ſ. feſta, Paſchale & Tabernaculorum, & Hebdomadarum ſeu Penthecoſtes, quæ erant feſta legis præcipua. [Erat autem eleganti] i. venuſto [aſpectu nimis,] habẽs pulchritudinem corporalem, moralẽ & ſpiritualem. [Cui vir ſuus reliquerat diuitias multas & familiam copioſam:] ſicq; eius continentia fuit magna, & multum laudabilis, quia inter tot incitamenta libidinis, quæ ſunt, iuuentus, pulchritudo, opulentia, & multitudo virorum præſentium, manſit tam caſta. [& hæc erat in omnibus famoſiſsima, quoniam timebat dominum valde] filiali timore, qui perfectam & feruidam charitatem includit, facitq; hominem coram Deo cuſtoditum, ſolicitum, & irrepræhenſibiliter cõuerſantem: quia vt Salomõ loquitur, Qui timet Deum, nihil negligit. [Nec erat qui loqueretur de illa verbum malũ:] quia Deo atq; hominibus ex ſuo exẽplari & ſancta cõplacuit vita. tales quoqꝫ erant beatiſsimi Ioannis Baptiſtę parentes, incedentes in omnibus iuſtificationibus domini ſine querela. [Hæc itaq; cum audiſſet,] hoc eſt, ſedens in domo ſua percepiſſet, [quoniam Ozias promiſiſſet, quod tranſacta quinta die traderet ciuitatẽ Aſſyrijs] quia vt apparet, non aderat, quando Ozias protulit ea. Nam ſubditur: [miſit ad presbyteros Cambri & Charmin,] vt venirent ad ſe, quia inuita proceſsit in publicum. [Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod eſt verbũ, in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyrijs, ſi intra quinq; dies non venerit vobis adiutoriũ?] Q. d. illicitum eſt. Cur nõ direxit ſermonem ad Oziam? Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ nondũ erat pręſens, quibus obijci poteſt, quod infra in iſto capitulo, Ozias & presbyteri leguntur ei pariter reſpõdiſſe. Ad quod dici poteſt, quod interim forſan aduenit. Vel ſi cum presbyteris venit, tamen presbyteros primo affatur, quoniam ſacerdotum fuit etiam ipſum Oziam ſuper hoc increpare. [Et qui eſtis vos qui tentatis dominum?] quaſi dicat, merito eſſetis nimis prudentes ad hnc, nec aliquo modo vos decet. [Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet] i. exauditionem mereatur à pietate diuina. [ſed potius qui irã excitet, & furorẽ accẽdat] i. rigorẽ diuinæ mereatur iu

Iudith. 9.

1. Tim. 5.

Eccl. 7.

Luc. 1.

ſtitiæ

ſtitię in vindicta: quia tentare Deum, eſt graue peccatum. Nēpe præfigere tempus, infra quod, ſi
Deus nó ſubuenerit, ceſſetur ab eius inuocatione cótra perfidos, eſt infra tempus ꝓpria liberta-
te determinatum velle experiri diuini ſuccurſum, ſubſidij, alioqui incredulis ſubiugari, etiā in
deſtructionē cultus diuini, quēadmodum fuit in iſto caſu. ſi enim aduerſarij obtinuiſſent Bethu
liam, de facili obtinuiſſent ac deſtruxiſſent Hieruſalé. Et ſi obijciatur ꝙ Hieremias propheta cō- Hierē 39.
ſuluit Sedechiæ regi, vt traderet vrbē Hieruſalē Nabuchodonoſor regi: Dicendū quod cōſuluit
hoc, non in deſtructionē vrbis & templi ac cultus diuini, ſed pro conſeruatione illorū, quia ſcie
bat ꝙ ciuitas & templum deſtruerentur à Chaldęis, niſi ſpōte eiſdem traherentur. [Poſuiſtis vos Iob 35.
tempus miſerationis domini] hoc eſt, tempus infra quod Deus clementer ſubueniat, [& in arbi
trio] i. iudicio veſtro, [diē conſtituiſtis ei. ſed quia patiens eſt dominus] i. longanimiter ferens
offenſam, nō ſtatim vlciſcens. Patientia aūt & virtutes morales quę circa paſsiones verſantur, nō
competunt Deo, quo ad paſsionum ordinationem, ſed quantum ad operis conformitatem. [in
hoc ipſo] i. de culpa hac [pœniteamus:] & ex humilitate connumerat ſe eis, qui rei erant in illo
peccato. [& indulgentiam eius cum lachrymis poſtulemus,] vt ſit vera contritio ex intimo cor-
dis fundo proueniens. ſic enim placatur, inuenitur q́; Deus, iuxta illud Deut. 4. Cum quæſieris
dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris eum, & tota tribulatione
animæ tuæ. [Et ideo humiliemus illi animas noſtras] i. ad Dei honorē, recognoſcamus humili-
ter proprias culpas. [Non enim quaſi homo Deus ſic comminabitur, i. non ex impetu paſsionis,
neq; vt mox inferat vltionem. [neque ſicut filius hominis ad iracundiam prouocabitur, cum ſit
ſimplicisſima, & prorſus immaterialisſima mens inuariabilis in æternum, qui per Malac. 3. prote
ſtatur: Ego dominus, & non mutor. De quo & Baalā loquitur: Non eſt Deus quaſi homo vt men Num. 23.
tiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. [& in ſpiritu * contrito] hoc eſt, corde compuncto, [& * conſtitu
humiliato ſeruientes illi,] quia ait per Eſaiam: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & con- ti hūiliato.
tritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? [Dicamus flentes domino, vt ſecundum ſuam vo Eſaiæ 66.
luntatem ſic faciat nobiſcum miſericordiam ſuam.] Hoc enim Deo gratisſimum eſt, vt rationa-
lis creatura propriam voluntatem plenarie creatori ſuo reſignet, mactet & offerat. ſic nanq; Chri Matt. 26.
ſtus paſsione inſtante exorans, non mea, inquit, ſed tua voluntas fiat. [ſit ſicut cor noſtrum con-
turbatum eſt,] hoc eſt, vehementer perterritum, contriſtatum, afflictum. [in ſuperbia eorum] i.
ex ambitioſa & arroganti inuaſione, comminatione, obſidione Aſſyriorum iſtorum. [ita de no-
ſtra humilitate gloriemur in domino] hoc eſt, de liberatione noſtra humiliter poſtulata à Deo,
[quoniam non ſumus ſequuti peccata patrum noſtrorum, qui derę liquerūt Deum ſuum] idola
adorando, ſanguinem innocentem fundendo, aut occidendo prophetas, aut conſimilia perpe-
trando facinora. ideo merito in Deo noſtro confidimus, quod ab hoſtibus iſtis nos eruet, ſicq́;
verba hæc protulit Iudith, non populum ſuum laudando ſimpliciter, ſed ad augendum ſibi ac
populo ſpem in Deo, ſicut & Ezechias anguſtiatus à rege Aſſyriorum, inuocans dominum: Ob
ſecro, ait, memento quomodo coram te ambulauerim in veritate & corde perfecto. [pro quo 4. Reg. 20.
ſcelere dati ſunt in gladiū, & in rapinam inimicis ſuis. Nos aūt alterum Deū neſcimus] per fidē &
cultum, [præter ipſum:] quia nec alius Deus eſt. [expectemus humiles conſolationē eius.] Non
enim repellet in ſempiternū dominus, quia & abiecit, & miſerabitur ſecundum multitudinem
miſericordiarū ſuarum, vt Threnorū 4. loquitur Hierem. [Et exquiret ſanguinē noſtrum de af-
flictionibus inimicorū noſtrorū,] hoc eſt, tribulationes nobis illatas ab hoſtibus, vindicabit in
ipſis, eos affligendo, vt iuſtum eſt. [& humiliabit] i. deijciet, [omnes gentes quæ inſurgunt con-
tra nos, & faciet illas ſine honore dominus Deus noſter.] Hæc fuerunt verba bonæ fiduciæ, non
prophetiæ, vt æſtimatur, quāuis paulopoſt euenerint. [Et nunc fratres, quoniā vos qui eſtis preſ-
byteri in populo Dei,] hoc eſt, ſacerdotes & ſeniores, & ex vobis pendet anima illorū] i. ſalus &
proſperitas animarum ipſorum ex veſtra ſalubri eruditione, virtuoſaq́; conuerſatione, pro ma-
gna parte dependet, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes
in ea. Hinc per Hieremiā dominus aſſerit: Quia ſtulte egerunt paſtores, & dominū nō exquiſie Hiere. 10.
runt, ꝓpterea omnis grex eorum diſsipatus eſt, [ad eloquiū veſtrum corda illorū erigite:] hoc
eſt, veſtra ſalubri exhortatione corda ipſorū ad Deum reducite, vt confidant in ipſo. [vt memo-
res ſint, quia tentati ſunt patres noſtri] i. multipliciter impugnati ab inuiſibilibus ac viſibilibus
inimicis, [vt probarentur, ſi vere colerent Deum ſuum] i. quatenus per aduerſa pateret, an Deo
conſtanter atq; fideliter adhærerent. Vnde & Iudic. 3. legitur: Dimiſit dominus Chananęos, vt in
eis experiretur Iſraelem, vtrum audiret mandata domini an non. [Memores eſſe debent, quoni
am pater noſter Abraham tentatus eſt:] iuxta illud Gen. 22. Tentauit Deus Abraham. [& per
multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt.] Nam ex cariſtia perrexit ex terra Cha-
naan in Aegyptum, & ibi ablata eſt ei propria vxor, & puteos eius abſtulerunt aut repleuerunt Pa Gene. 12.
læſtini, quæ omnia leguntur in Geneſi. [ſic Iſaac] qui exhibuit ſe paratum, vt offerretur Deo in Gene. 26.
holocauſtum. [Sic Iacob, & Moſes, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes Gen. 22. Gen. 34.

Exo.16.32. tranſierunt fideles.]ſic ait Paulus,quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cæ-
Act.14. lorum.[Illi autem qui tentationes nõ ſuſceperunt cum timore domini] i.qui aduerſitates & im
pugnationes non tolerauerunt patienter ac timorate, aut prauis ſuggeſtionibus non reſtiterunt
idonee,[& impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra Deum protulerunt]
aduerſus ipſum murmurando,ſeu ipſum tentando,aut culpã retorquendo in ipſum,[extermina
ti ſunt ab exterminatore]i.interfecti Deo præcipiente,& eius ſententiam angelo bono aut malo
exequente. Etenim in Numeris peruerſi filij Iſrael leguntur dixiſſe: Vtinam mortui eſſemus in
Num. 14. Aegypto,vtinam pereamus,& nõ inducat nos dominus in terram iſtam,ne cadamus gladio.Pro-
pter quod Deut.1.Moſes loquitur eis:Noluiſtis aſſcendere,ſed increduli ad ſermonem domini
murmurati eſtis atq; dixiſtis: Odit nos dominus. Hinc dominns dixit ad Muſen: Vſquequo mul
titudu hæc peſsima murmurat contra me?In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. [& à ſerpẽ
Num, 14. tibus perierunt]ſecundum illud Num. 21. Immiſit dominus in populum ignotos ſerpentes. Ab
infernalibus quoq; ſerpentibus tales peccando ſpiritaliter necabantur.[Et nos ergo non vlciſca
mur nos pro his quæ patimur]ex impatientia aut diffidentia, nec peccemus in Deum contra ip-
ſum murmurando,ſeu quaſi volendo vindicare iniurias noſtras, per offenſam & inhonorationẽ
Num.21. ipſius Dei,derogãdo iuſtitiæ eius,aut aſſcribendo ei impatiẽter noſtras miſerias.[ſed reputantes
peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe,]ita vt fateamur ex corde,quod peccando merui-
mus pati aduerſa his grauiora.[flagella domini,quaſi ſerui qui corripimur à domino]i. caſtiga-
tiones iſtas Deo permittente aut ordinante atq; volente nobis inflictas. [ad emendationem, &
non ad perditionem noſtram eneniſſe credamus:]vt ſcilicet per temporales pœnas purgati,tor-
menta euadamus æterna:vel etiam à præſenti perſecutione eripiamur, dominum inuocando,&
quæ illata ſunt,æquanimiter ſuſtinendo.[& dixerunt illi Ozias & presbyteri,] qui exhortatio-
nem & increpationem fœminæ patienter & humiliter ſuſceperunt,propter virtuoſitatem ipſius,
quia & ipſa ex zelo iuſtitię,charitatis feruore,& ex inſpiratione diuina humiliter,non iactanter,
fuit locuta. [Omnia quæ loquuta es, vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla repræhenſio.
Nunc ora pro nobis dominum,quoniam mulier ſancta es & timens Deum. Et dixit illis Iudith:
Sicut quod loqui potui,Dei eſſe cognoſcitis]i.verum atq; ſaluhre,[ita quod facere diſpoſui,p-
bate]i.ſuo tempore conſiderate, & nunc interim expectate, donec per effectum propoſiti mei
penſeris,[ſi ex Deo eſt,& orate vt firmum faciat Deus conſilium meum]i. illud perficiat, & ad
ſalutarem ducat effectum. [Stabitis vos ad portam nocte iſta,& ego exeam cum Abra mea]i.cũ
ancilla mea,[& orate,vt ſicut dixiſtis,diebus quinq; reſpiciat dominus populum ſuum. Vos au
tem nolo vt ſcrutemini actum meum]i.non interrogetis à me quid agere velim.[& vſq; dum re
nunciẽ vobis]quid egerim vel per meipſam,ſiue per alium. [Nihil aliud fiat, niſi oratio pro me
ad dominũ Deum noſtrũ. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudę]i. vnus de principalibus & recto
Ioan. 3. ribus tribus ſeu populi Iudæ, ſecundum quod Nicodemus vocatur princeps Iudæorum. [Vade
in pace,& dominus ſit tecum in vltionem inimicorum noſtrorum:]i. infligendo per te hoſtibus
noſtris iuſtam punitionem in vindictam iniquitatum eorum aduerſum nos. Ex iſto capitulo ac-
cipere poſſumus multa moralia & optima documenta.Nempe in primis ex iſto informantur ca-
pitulo viduæ vniuerſæ,vt quamuis formoſæ,iuuenes,nobiles,diuiteſq; conſiſtant,attamen in vi-
duali caſtimonia perſeuerent,& quo appetibiliores fuerint,eo plus vitent occaſiones laſciuiæ ac
ſcandala aliorum,& corpus ſuum in ſpiritus redigãt ſeruitutem,aſpero(aut etiam cilicino)veſti-
1.Cor 9. tu,ieiunijs,orationibus,diſciplinis, vigilijs.Inſuper hic docemur,ne Deum aliquo modo tente-
Iob 13. mus,ſed in ipſo vſq; ad finẽ,etiã ſi nos occiderit,cõfidamus,& dũ Dei miſericordiã imploramus,
ipſum nequaquã verbis aut actibus ſeu negligentia offendamus. In omni quoq; neceſsitate, tri-
bulatione,anguſtia in ſpiritu cõtrito & humiliato dominum inuocemus. Cuncta demum aduer
Dan.3. ſa cum inuicta patientia amplectamur humiliter, confitentes quod peccata noſtra multo maiora
mereantur ſupplicia:neq; nos vlciſcamur,nec contra dominum vllatenus murmuremus, ſicque
1.Cor.10. ſanctorum patrum exempla conſiderantes,eadem totis viribus imitemur,& proximos,vt pro no
bis aſsidue orent,pulſemus.

Expoſitio Cap.9. Quibus abſcedentibus &c. *Art.9.*

ORatio Iudith hic introducitur. [Quibus abſcedẽtibus,Iudith ingreſſa eſt oratoriũ ſuum]
Iudith. 8. quod erat in ſuperioribus,vt patuit præcedenti capitulo,[& induens ſe cilicio,poſuit cine
rem ſuper caput ſuũ.]Dicunt aliqui,ꝙ prętercilíciũ quo fuit ſupra nudũ corpus veſtita,eti
am iam veſtiuit ſe cilicina veſte exterius. [& proſternens ſe domino,]cui ſe humiliauit veſtitu &
cinere,corde & corpore,[clamauit ad dominum]ex vehemẽti affectionis ſuæ ardore, [dicens:
Domine Deus patris mei Simeon,]ex quibus verbis apparet,ꝙ fuit de tribu Simeonis,cũ přece
denti ſit dictum capitulo,ꝙ fuit de tribu Ruben. Ad quod nonnulli reſpõdent,quod fuit de tri-
bu Ruben,ex parte patris,atq; ex tribu Simeonis ex parte matris, quod & in Scholaſtica affirma
tur hi-

tur hiſtoria.contra quod arguit quidam ſatis prolixe. Primo,quoniam mulieres non debebant
coniungi viris alterius tribus. Secundo quia Ruben ad quem reducitur generatio Iudith,non vi
detur fuiſſe Ruben patriarcha filius Iacob,ſed alius,quoniam inter patriarcham & Iudith multo
plures fuerunt generationes, quàm præcedenti capitulo inducũtur. Tertio,quia nec in Geneſi, Iudith. 8.
nec 1. Paralip.1.ſcribitur aliquis filiorum ipſius Ruben vocatus fuiſſe Simeon,ſicut in præceden
ti capitulo. Ad quæ omnia faciliter poſſet reſpondere, qui prȩfatam reſponſionem vellet tenere. Ibidem.
Reſpõdendo ad primum, quod mulieres quæ non ſucceſſerunt in hæreditate paterna,poterant
contrahere cum viris tribuum aliarum,ſicut Dauid de tribu Iuda ſumpſit Michol de Beniamin
tribu. Ad ſecundum,quod non omnes,ſed quædam præcipuȩ generationes ipſius Iudith in aſ- 1.Reg. 18.
ſcendendo ponuntur Cap. præcedenti. Ad tertium,quod Simeon ille filius Ruben mediatus aut
immediatus, binomius fuit. Denique prætactus, dicens ipſam Iudith fuiſſe de tribu Simeonis
ex parte patris & matris, in argumentationis ſuæ proceſſu affirmat, quod Iacob cito poſtquam Iudith 8.
Eſau quadragenarius duxit vxores, perrexit ad Meſopotamiam, & quadragintaocto annorum
fuiſſe videtur dum genuit Ruben. Circa quod dico, quod Iacob erat octoginta annorum aut
circiter, quando ad Meſopotamiam eſt profectus. ſiquidem Gene.37. legitur ipſe Iacob filium
ſuum Ioſeph præ cæteris dilexiſſe, quia in ſenectute ſua genuit eum. Rurſumque Gene. 47. fer-
tur, qualiter Iacob ingreſſus Ægyptum, locutus ſit Pharaoni: Dies peregrinationis vitæ meæ
ſuper terram, centumtriginta anni ſunt parui & mali,& tunc Ioſeph nondum erat quadragenari
us: triginta nanque fuit annorum, quando à Pharaone conſtitutus eſt princeps Aegypti, vt habe-
tur Gene. 41. Deinde fluxerunt ſeptem anni fertilitatis, quibus euolutis primo anno cariſtiæ ve-
nerunt fratres eius ad eum, quibus ſecunda vice ad ſe reuerſus locutus eſt: Biennium eſt quod
cœpit eſſe fames: adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poteſt nec meti. & tunc erat tri- Gene. 45.
ginta nouem annorum. Moxq; miſit pro patre ſuo, qui tunc fuit centum triginta annorum, ſicq;
in natiuitate Ioſeph fuit nonagenarius. Porro in Meſopotamia habitauit annis viginti, quæ om-
nia patent in Geneſi, & dato quod Ioſeph fuiſſet natus in vltimo illorum viginti annorum, tamẽ
pater eius fuiſſet ſeptuagenarius, quando Meſopotamiam eſt ingreſſus. Ioſeph autem natus fuit Gene. 50.
quartodecimo circiter anno habitationis Iacob in Meſopotamia, vt in Geneſi patet. Vnde conclu Gene. 28.
ditur, quod Iacob fuerit circiter ſeptuagintaſex annorũ, quando venit ad Meſopotamiam. [qui
dediſti illi gladium in defenſione alienigenarũ.] id eſt, ad vlciſcendum ſtuprum quod alienige-
næ ſeu infideles Chananæi commiſerunt in filia Iacob. [qui violatores extiterunt in coinquina-
tione ſua] id eſt, ſua pollutione corruperunt Dinam filiam Iacob. Vnde ſubiungitur, [& denu-
dauerunt femur virginis in confuſionẽ.] & ſumitur hic plurale pro ſingulari, quoniã ſolus Sichẽ Gene. 34.
filius Emor illam corrupit. Vel ideo ait pluraliter, violatores, quoniam aliqui adiuuerunt eum
ad perpetrandum hoc ſcelus. [& dediſti mulieres eorum in prȩdam, & filios eorum in captiuita
tem, & oẽm prædam in diuiſionem ſeruis tuis] videlicet filijs Iacob, [qui zelauerunt] i. per amo-
rem ſequuti ſunt [zelum tuum] i. feruorem tibi placentem contra iniuſtitiam. Videtur quaſi to- Ibidem.
tum iſtud repugnare ſcripturæ canonicæ, quoniam Iacob redarguit vltionem præfatam, dicens
Simeoni & Leui: Turbaſtis me, & odioſũ feciſtis habitatoribus terrȩ huius. In extremis quoq;
agens, valde abhorruit illam vindictam, dicens: Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia. In cõ-
ſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo oc-
ciderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Vnde elicitur, ꝙ non zelo Deo placenti
ſeu zelo Dei, ſed ex furore & indignatione illud fecerunt. Ad iſtud magiſter in hiſtorijs breuiter Gen. 49.
dicit: Iudith non commendauit factum Simeonis, quod deteſtatus eſt Iacob, ſed vltionem factã
à domino per manus ipſius. Alius quidã prolixius reſpondens: In illo (Inquit) facto duo fuerũt, Gen. 34.
videlicet zelus vlciſcendi ſtuprum, & illud fuit iuſtum & licitum, quia non habebat iudicem qui
vellet factum punire, cuius author erat princeps ciuitatis & populus eius fautor, & ſic loquitur
hic Iudith. Alius eſt modus vlciſcendi, qui fuit malus & proditorius, In quantum filij Iacob tranſ Ibidem.
greſſi ſunt pactum habitum cum Sichemitis, & ſic reprȩhendit illud Iacob. Verum iſta reſponſio
non videtur idonea. Primo, quoniã iuxta prætacta factum illud non ꝓceſſit ex zelo Dei, ſed ex
indignatione atq; rancore. Secundo, quia tam opus illud, quam modus operis, vitioſi fuerunt.
Opus nanq; ex praua ꝓceſſit radice, nõ ex iuſto zelo, vt patuit, & modus fuit fraudulentus. Ter- Rom. 10.
tio, q̃a poſt initũ fœdus nequaquã licuit filijs Iacob illam facere vltionẽ, nec potuerũt ad hoc ha Hierony.
bere zelũ Dei ſecundũ ſcientiam poſt initũ pacis pactũ: quod totũ patet ex verbis Hieronymi, Gene. 34.
affirmantis: Significauit Iacob nõ ſui fuiſſe cõſilij, ꝙ Simeõ & Leui ipſum Emor & Sichẽ filium
eius viros ſibi fœderatos interfecerunt, & cõtra ius pacis & amicitiarum ſanguinem effuderunt
innocentẽ, & crudelitate quaſi furore rapti, muros hoſpitæ vrbis euerterũt. Inſuper ꝙ dicitur fili
os Iacob nõ habuiſſe iudicẽ, qui factũ vellet punire, nõ apparet. quãuis enim Emor erat rex Sichi
morum, nõ tamẽ totius terrȩ illius, & ſic habuit ſuperiorẽ, ad quem potuiſſet referri. Vnde Ioſue Ibidem.
11. ſcriptum eſt: Aſer inter omnia regna antiquitus primatũ tenebat. Prȩterea, quamuis iudicẽ ta-

 lem non

Gene. 34. lem non habuiſſent,tamen poſtquam Emor & Sichem tam magnam præbuerunt èmendam & ſa
tisfactionem, & pacis conditioné inierũt cum Iacob & filijs eius,ac circũciderunt ſe, nõ licuit fi-
lijs Iacob illam exercere vindictam.Propter quod ipſe Iacob aſſeruit,ſurorem eorũ & indignati
4.Reg 17. onem eſſe maledictionis,quia tam pertinax fuit furor eorum,atq; tam dura ipſorum indignatio,
ꝙ poſt tanta beneuolentię ſigna,ſatisfactionisq; dona oblata,& inita pacis pacta, nõ fuerãt emol
liti. Amplius,reſpõſio ex Scholaſtica hiſtoria introducta,videtur obſcura: quoniã vltio eius non
videtur cõmendanda fuiſſe ſecundum ꝑdicta,niſi forſan quo ad diuinum iudiciũ,quoniã Emor
Ibidem. &Sichem nõ videntur vere pœnituiſſe de ſcelere illo:ſicq; quantũ ad hoc,iuſta fuit illa vindicta,
4.Reg 25. quamuis Simeõ & Leui nõ recte ex zelo laudabili,ſed ex furore & indignatione executi ſint eã.
Iuxta quẽ modũ iuſta fuit Iudæorũ exterminatio,punitio, captiuatio facta per Aſſyrios & Chal-
dæos,quamuis Aſſyrij &Chaldęi ex vitioſa radice inflixerint talia filijs Iſrael,ſicq; aliquo modo
Pſal. 9. videntur verba Iudith poſſe ſaluari. [Subueni, quæſo te domine Deus meus, mihi viduæ,] qui
(teſte Pſalmiſta)pater es orphanorum,iudexq; viduarum,de quo iterum dicitur Pſal.145. Pupil-
lum & viduam ſuſcipiet.[Tu enim feciſti priora] i. priſtinas dediſti victorias filijs Iſrael deſcri-
Exo. 17. ptas in lib.Moſis,Ioſue 10.Iudic.7.8.11.4.Reg.19.2.Para.20.[& illa poſt illa cogitaſti]i.vnũ poſt
aliud facere decreuiſti.Omnia tamen ſimul in ipſo æternitatis inſtanti pleniſsime cognoſcis,co-
gitas,intueris,nõ ſucceſsiue vnum poſt aliud,& hoc factum eſt quod ipſe voluiſti,quia omnipo-
tens es.ideo ait Propheta Pſal.134.Omnia quęcũq; voluit dominus,fecit in cęlo & in terra.[Om
nes eñ vię tuę paratę ſunt]i.à te ꝑdiſpoſitę ſunt tuę actiones, atq; in ꝓmptu habes agere omnib.
modis tibi placẽtibus,&exhibere actus quoſcunque volueris,[& tua iudicia]i.iuſta & iudicialia
opera tua,[in tua ꝓuidẽtia poſuiſti]i.in pręordinatione & libertate ſapiẽtiæ atq; potẽtiæ tuæ,ita
ꝙ quicquid forinſecus agis & iudicas,ex certa & æterna ꝓuidentia procedit. Vnde & Paulus ad
Ephe.1. Omnia(inquit)operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. [Reſpice caſtra Aſſyriorũ
nunc]i.exercitus iſtos Aſſyriorum oculo tuæ iuſtitię per iuſtam eorũ punitioné intuere,inquan-
tum ſunt hoſtes boni cõmunis ac cultus diuini. [ſicut tunc caſtra videre Aegyptiorum dignatus
es,quando poſt ſeruos tuos armati currebant]dum ſ.filij Iſrael, Moſe duce,exierunt Aegyptum.
[Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum]i.per diſtrictam vindictam oſtendiſti te impios illos aſpicere,
ſecundum illud Exo.12. Et ecce reſpiciẽs dominus ſupra caſtra Aegyptiorum per colũnam ignis
& nubis,interfecit exercitũ eorum.[& tenebrę fatigauerũt eos]i.affligebantur Aegyptij ex hoc,
quod nubes tenebroſa ſtetit inter eos & filios Iſrael, ita ꝙ tota nocte Iſraelitas accedere nõ vale-
Exo. 14. bant,iuxta quod in Exod.fertur: Tollens ſe angelus domini, qui filios Iſrael præcedebat,abijt
poſt eos,& cum eo pariter columna nubis inter caſtra Aegyptiorum & caſtra Iſrael, & erat nubes
tenebroſa,ita vt ad ſe inuicem toto noctis tẽpore accedere nõ valerẽt.[Tenuit pedes eorũ abyſ-
ſus,& aquę operuerunt eos]i.aqua maris rubri diuiſi ad prioré refluens locum,impediuit pedes
Aegyptiorum à ꝓceſſu.[ſic fiant iſti,]puta Aſſyrij,[domine qui confidunt in multitudine ſua,&
in curribus ſuis,&in cõtis]i.perticis præacutis ferro ſeu cuſpide, quas loco haſtarum ruſtici por
Ioſue 7. tant.[& in ſagittis ſuis,& in lanceis ſuis gloriantur.& neſciunt quia]i. ꝙ [tu ipſe]verus, omnipo-
Iudic.8. tens & omnia intuens[es dominus Deus noſter,qui conteris bella ab initio]i.ab antiquis tempo
ribus cõtriuiſti bellatores iniquos,& bella eorũ caſſaſti,ſicut in Ioſue & Iudic lib.narratur.[& do
minus nomen eſt tibi,] quia tu propria poteſtate & authoritate vniuerſis & ſingulis dominaris,
cuius reſpectu omnis creatura dominans,eſt inſtrumentum & ſerua,imbecillis,dependens,exi-
gua.ideo ait Pſal.65.Qui dominatur in virtute ſua in ęternum. Vnde per Eſa.42.teſtatur:Ego do
minus,hoc eſt nomen meum.[Erige brachium tuum]i.omnipotentiam tuam ſublimiter per ef-
fectus tuos oſtende.[ſicut ab initio, & allide virtutem eorum in virtute tua] i. propria poteſtate
confringe poteſtatem atq; exercitum Aſſyriorum. [cadat virtus eorum in iracundia tua]i. in ri-
gore iuſtitiæ tuæ.[qui promittunt ſe violare ſancta tua]i.iactanter præſumunt ꝙ ſacra tẽpli con-
taminabunt ac deſtruent.[& polluere tabernaculum nominis tui]i.templum tuę maieſtati depu
tatum ſeu inchoatum.[& deijcere gladio ſuo cornu altaris tui. Fac vt gladio proprio eius ſuper-
1.Reg.8. bia amputetur]i.ſuperbum caput Holofernis amputetur manu mea ipſius mucrone,[Capiatur la
queo oculorum ſuorum in me] id eſt, incauto ſuo intuitu ſic afficiatur ad me, vt id fiat occaſio
ſuæ interſectionis [& percuties eum ex labijs charitatis meę]id eſt,per verba labiorum meorũ,
quæ ex charitate filiorum Iſrael pronunciabo,facies eum ſeu permittes decipi,atq; corruere ſeu
occidi,vt ſpero.Hæc enim dixit ex bona fiducia,non ex certitudine abſoluta. Veruntamen circa
hæc eſt pręcipua difficultas,quę & in ſequentibus quoq; occurrit. Videtur etenim Iudith optaſſe
ac poſtulaſſe,ꝙ Holofernes eam intuẽdo,accenderetur libidinoſo eius amore & carnali affectu,
quatenus ſic deceptus,perimeretur ab ea in lecto aut camera. Alium aũt ad mortale peccatum ex
ꝓpoſito incitare,ſeu velle inducere,eſt mortale peccatũ, & charitati Dei ac proximi directe cõ-
trarium,quantumcũq; hoc vltrà ordinetur ad cõmendabilem finẽ:immo bonus finis,eſt appetẽ
dus & exquirendus ſeu obtinẽdus per ꝓportionata & licita media. Ad iſtud dicẽdum videtur, ꝙ
Iudith

Iudith. quæ erat virtuoſa & prudens matrona, non intendebat Holofernem inducere ad libidi-
noſum amorem aut concupiſcentiam vitioſam, ſed ad concupiſcentiam talem ac tantam, quod
acciperet eam ad ſuam familiaritatem, vel optaret habere eam & accipere coniugem, non quod Deut. 30.
ipſa intenderet cũ ipſo contrahere, quod nec voluit nec licuit ei, videlicet Holoferni. Circa hoc
refert Lyra poſitionem quorundam, dicentium quod Iudith non peccauit in prædicta oratione
& ſua compoſitione, quoniam aliud intendebat, & aliud præuidebat. Intendebat quippe ſic gra-
ta fieri Holoferni, quod poſſet familiariter eſſe cum ipſo ad eius interitum perpetrandum, quod
ei licitum erat, quoniam fuit aduerſarius Dei & boni communis ac cultus diuini. Præuidebat au Exod. 5. 6
tem amorem Holofernis illicitum circa ſe. Nõ tamen propter hoc debuit dimittere bonum prę- 7. 8. 9.
dictum, ſicut nec Deus dimittit peccatorem punire, quamuis videat eum ex hoc deteriorari, vt
patuit in Pharaone. ſed contra poſitionem hanc obijcit prætactus expoſitor, quoniam eadem eſt
intentio finis, & eorum quæ ſunt ad finem, quando appræhenduntur vt ordinata ad finem, ſicut
mobile eodem motu mouetur in medium & terminum. Iudith autem intendebat mortem Ho-
lofernis, tanquam finem intentum, ad quem intẽdebat pertingere per priuatam familiaritatem:
& hanc familiaritatem intendebat per ardorem concupiſcentiæ Holofernis in ipſam, & ſic inten
debat eũ inducere ad peccatũ mortale, ſed qui vult poſitionẽ iſtam, quæ ſatis probabilis reputa
tur, defendere, dicere habet, quod Iudith non intendebat familiaritatem illam Holofernis ac-
quirere per vitioſum ardorem concupiſcentiæ ſenſualis in ipſam, ſed per concupiſcentiam talẽ
ac tantam, qua cuperet eam ducere in vxorem, & quamuis ipſa facillime poterat conijcere, quod
Holofernes eam vitioſe appeteret, non tamen ob hoc debuit procurationem familiaritatis illi-
us vitare, ſicut qui ab vſurarijs accommodat ad vſuram, non peccat, quamuis ſciat quod illi non
mutuabũt ſibi ſine vſura, quoniam ipſe non intendit eos ad vſuram inducere, ſed proprię neceſ-
ſitati conſulere: & ſic malo illorum vtitur ad bonum ſuum, ſicut & Deus ex malis aliorum elicit
multa bona. Hinc in ſecunda ſecundæ, quęſt. 78. loquitur Thomas: Nullatenus licitum eſt alium
ad peccandum inducere, ſed malo ac peccato alterius vti in bonum, eſt licitum. Nam & Deus vti-
tur peccatoribus in bonum, dum ex eorum malis elicit bona. Hinc Auguſtinus Publicolæ ſuſci-
tanti, an liceat vti iuramento iurantis per falſos deos, reſpondit, quod vtens iuramento ita iuran- Auguſtin.
tis, non ſe ſociat peccato illius, ſed bono eius pacto, quo fidem ſeruauit: peccaret autem, ſi illum
induceret ad iurandum per falſos deos. [Da mihi in animo conſtantiam,] ne fœminea inſtabili-
tate aut mollitie ſeu formidine vincar aut flectar, [vt contemnam illum] non inquantum homo
eſt & in officio conſtitutus, ſed in quantum iniquus eſt ac tyrannus, hoſtis diuini cultus, fideliſq;
populi, [& virtutem] id eſt, abuſum poteſtatis [eius, vt euertam illum. [Sic enim de iuſto canta- Pſal. 14.
tur: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Et iuſtus fatetur: Deſpexit oculus me- Pſal. 19.
us inimicos meos. [Erit enim hoc memoriale nominis tui] i. opus cõmemoratione digniſsimũ,
in quo omnipotentiæ ac ſapientiæ atq; iuſtitiæ tuæ, excellentia relucebit ac recoletur, imo lauda
bitur, [cum manus fœminæ deiecerit eum] i. tam ſuperbum, crudelẽ ac ſuperbiſsimũ hominem,
cui nullus virorum ſeu principũ poteſt aut audet reſiſtere, vnde apertiſsime innoteſcit, hoc eſſe
opus prouidentiæ tuę iuſtiſsimæ, quæ ſuperbos humiliat, & tam arrogantiſsimum, tam confuſi-
biliter (vt confido) calcabit. Vnde Abimelech videns ſe per mulierem lætaliter vulneratum, di- Iudic. 9.
xit armigero ſuo: Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur quod à fœmina inter-
fectus ſim. [Non enim in multitudine eſt virtus tua domine] i. poteſtas tua nõ conſiſtit in copio-
ſo exercitu, ſicut poteſtas regis terreni ſita eſt in multitudine adiuuãtium eum, ſed tu ex te & per
te omnipotens es, & tua poteſtate potes dare triumphum tam bene per vnum, ſicut per multos,
quemadmodum 1. Reg. 14. Ionathas ait: Non eſt domino difficile ſaluare in multis vel in paucis.
Secundi quoq; Paral. 14. Aſa rex: Domine, inquit, non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis
auxilieris, an in pluribus. [neq; in equorum viribus voluntas tua eſt] i. beneplacitum tibi nõ eſt
in fortitudine equorum, ſed in ſpe & deuotione tuorum fidelium, iuxta illud Pſalm. 146. Non in
fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. ideo Prou. 21. aſſeri
tur: Equus paratur ad diem belli, dominus autẽ ſalutem tribuet. [Neq; ſuperbi ab initio placue- Eſa 14.
runt tibi] immo in prima ętate mundi ſuperbos gigantes, & in principio creationis ſuperbientes
angelos deieciſti: [ſed humilium & manſuetorum tibi ſemper placuit deprecatio] cum Eccl. 35.
ſcriptum ſit: Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, atq; Pſal. 149. Exaltabit manſuetos in ſalu-
tem. Hæ nanq; duæ virtutes Deo præcipue placent, & inuicem ſunt germanæ, ac tantæ excellen-
tiæ, vt eas Chriſtus potiſsime commendauerit à ſe eſſe diſcendas: Diſcite, inquiẽs, à me, quia mi- Matt. 11.
tis ſum & humilis corde. Vnde & diuinus Dionyſius in epiſtola ad Demophilum ſcribit, Moſes, Dionyſius
Dauid & Ioſeph maximam apud dominum gratiã inuenerunt, quoniam manſueti fuerunt. [De Num. 12.
us cęlorum, creator aquarum, & Deus totius creaturę,] cuius poteſtati nullus poteſt reſiſte- Pſal. 131.
re, [exaudi me miſerã deprecantẽ] i. afflictã & populo meo intime condolentẽ, ac periculo ma- Eſai. 55.
gno expoſitã, niſi ſuccurras: quã cũ pulcherrima ſim, me impij illi in primis fœdaret: & de tua mi Gen. 44.
& 45.

ſericordia

ſericordia præſumentem.]quia per te facere ſpero, quod meis viribus me poſſe implere diffido.
[Memento domine teſtaméti tui]i.pacti quod cum patribus noſtris iniſti, quibus & promiſiſti,
quod poſteritati eorum ad te confugienti ſuccurreres, & memor ſis obſeruantiæ ac religionis te
Ex.20.38. ſtamenti, quod per Moſen nobis mandaſti, vt eas conſerues. [& da verbum]efficax, ſapientiale
Leu 19.20. & bene ſonans, [in ore meo]dando mihi gratiam ſic loquendi, quod propoſitum meum ſortia-
Deut.7 4. tur effectum, [& in corde meo conſilium corrobora]vt bene iudicẽ de agendis. [vt domus tua]
Pſal.88.111 videlicet templũ, [in tua ſanctificatione]i.in ſancto cultu tuo & in conſecratione, [permaneat]
1 Mac.2. nec violetur per impios. [Et omnes gentes agnoſcãt]per victoriam nobis tua virtute pręſtandã.
Exo.20. [Quoniã tu es Deus, & alius nõ eſt pter te]i. quod tu ſolus ſis verus Deus, immo quod nullus ha-
Deut.32. beat eſſe plenum atq; perfectum, niſi tu, cuius comparatione omne creatũ eſſe, eſt velut non eſſe.
Eſa.43.

Expoſitio cap.10. Factum eſt autem cum ceſſaſſet clamare ad dominum.
Articulus 10.

QValiter Iudith ſe ornauit, & Holoferni occurrit, hic recitatur. [Factum eſt autem cum ceſ-
ſaſſet clamare ad dominum]i.orationem ſuam compleſſet, in qua clamauit potius feruo-
re deuotionis, quam altitudine vocis, [ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad domi
num, vocauitq; Abram ſuam]i.ancillam non qualemcũq;, ſed valdè electam, quam nouerat alijs
ancillis prudentiorem & conſtantiorem ac multum fidelem. Vel dicitur Abra, quia paulo poſt,
eam libertati donauit. [Et deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimẽ
Gen.38. tis viduitatis ſuæ.]Viduas enim decet humilis, ſimplex, non curioſus veſtitus. Vnde in Gen. legi
tur, Thamar depoſuiſſe veſtimenta viduitatis. [Et lauit corpus ſuum]forſan in balneo, vt capaci-
us fieret vnctionis. [Et vnxit ſe myrrho optimo]i. vnguẽto odorifero facto de myrrha. [Et diſcri
minauit]i. diuiſit & ornate diſtinxit, [crines capitis ſui]per diſcriminalia ſeu pectines, de quibus
Eſa.3. legitur. [Et impoſuit mitram ſuper caput ſuum]i. ſertum quoddam caput decorans. [Et in
duit ſe veſtimentis iucunditatis]i. veſtibus quibus in magnis ſolennijs vtebatur, vel viro ſuo vi-
uente ſolebat aliquando vti, ſiue in nuptijs, & cõſimilibus iucundis negocijs. [Induitq; ſandalia
pedibus ſuis[i. calceamẽta pulchra, in quibus ſolent celebrare papa & præſules. [aſſumpſitq; dex
traliola]i. dextræ ornamenta, [& lilia]i. ornamenta ad caput pendentia, inſtar liliorum formata,
[& in aures]i. aurium ornamenta, [& annulos,]qui ponuntur in digitis, [& omnibus ornamen-
tis ſuis ornauit ſe.]Cui etiam dominus contulit ſplendorem,]augendo gratioſe eius decorem.
[Quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat] i. ex magnitudine
charitatis populi ſui, quẽ cupiuit à periculo liberare, & ex plenitudine deuotionis, qua affectauit
cultum Dei in ſuo conſeruare vigore. [Et ideo dominus in illa hanc pulchritudinem ampliauit,
vt incomparabili decore omnium oculis appareret. Impoſuit itaq; Abræ ſuæ aſcopam]i. menſu-
ram ſeu vtrem vini, [& vas olei]i. vaſculum cum oleo, [& polentam] i. ſubtilem farinam aut ci-
bum inde confectum. Vel eſt genus leguminis. [& lapates]i. cibos de oleribus, vel ſecundum
quoſdam de ficubus factos. [& panem & caſeum,]vt his interim veſcerentur, non gentiliũ eſcis.
[& profecta eſt. Cumq; veniſſent ad portam ciuitatis]Bethuliæ, [inuenerunt expectantẽ Oziam
& presbyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eam, ſtupentes, mirati ſunt nimis pulchritudinẽ eius]
Ozias & ſacerdotes. [Nihil tamen interrogãtes, eam dimiſerunt, dicentes: Deus patrũ noſtrorũ
det tibi gratiã]i. pſperum ſucceſſũ in exequutione tui ppoſiti, [& omne conſiliũ tui cordis ſua
virtute corroboret, & glorietur ſuper te Hieruſalem, & ſit nomen tuum in numero ſanctorũ. Et
dixerunt hi qui illic erant, oẽs vna voce, fiat fiat. Iudith vero orans dominũ, tranſiuit per portas.
Factum eſt aũt cum deſcenderet montẽ] qui erat extra & prope Bethuliam, [circa ortũ diei oc-
currerunt ei exploratores Aſſyriorũ]i. obſeruatores qui per gyrũ vrbis obſeruabant, ne quis de
vrbe effugeret, [& tenuerunt eam, dicentes: Vnde venis, aut quo vadis? Quæ reſpõdit: Filia ſum
Hebræorũ. Ideo ego fugi à facie eorũ, quoniã futurum agnoui, ꝙ dẽtur vobis in deprædationẽ]
i. veſtræ voluntati exponantur ad deprædandũ. [pro eo ꝙ contẽnentes vos, noluerũt vltro]i. ſpõ-
te[tradere ſeipſos]in manus veſtras, [vt inuanirent miſericordiã in cõſpectu veſtro. Hac de cau-
ſa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciẽ principis Holofernis, vt indicem illi ſecreta illorum,
& oſtendam illi, quo aditu]i. acceſſu[poſsit obtinere eos, ita vt non cadat vnus de exercitu eius.
Et cum audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius, & erat in oculis eorũ ſtupor, quo
niam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam: Conſeruaſti animam tuã, eo
ꝙ tale reperiſti conſilium, vt deſcenderes ad dominum noſtrũ. Hoc aũt ſcias, quoniã cum ſtete-
ris in conſpectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſſ. in corde ipſius.]Circa hęc, dubia duo occur-
Hierony. runt. Primũ, an licite ita ornauit ſe. Et videtur ꝙ non, cũ ſancti patres teſtẽtur, ꝙ vir aut mulier or
Bernard. nate ſe veſtiẽs ſeu adornãs, & ſuo ornatu oculos hominũ in ſe ꝓuocans, etiam ſi nullũ damnũ in-
de ſequatur, tamẽ æternum ſuppliciũ patietur, quia venenũ prębuit, ſi fuiſſet qui biberet. ꝙ enim
ſic agit,

ſic agit, alios, quantum in ſe eſt, ſcandalizat. Et væ homini per quem ſcandalum venit. Aliud Matt.18.
eſt, an mentita ſit, & mentiendo peccauerit, proferendo verba iam tacta. Et videtur euidenter
eſſe mentita & peccaſſe, falſum ſcienter & ex propoſito proferendo. Ad primum horum videtur Iudith 9.
dicendum, ſecundum prætacta in præcedenti articulo, quod ornatus ille excuſetur à culpa, quia
ſic decorauit ſe, vt poſſet congruenter appeti ab Holoferne in coniugem, & hoc vltra retulit ad
populi ſui liberationem. Quamuis talia non ſint paſsim ad imitationem trahenda, ſicut nec alia
multa quæ in ſcripturis leguntur, & ex inſpiratione diuina proceſsiſſe creduntur, nec aliter excu-
ſarentur. Ad aliud quidam reſpondent, quod Iudith myſtice ſit loquuta. Alij dicunt, ſecundum
quod litera ſonat, quod mentita ſit mendacio officioſo, venialiterque peccauit. Quibus obijci
poſſet, quia mendacium officioſum eſt, quod eſt alicui vtile & nulli nociuum. Hæc autem verba
Iudith referebantur ab ea ad Holofernis deceptionem, immo & interfectionem. Verum adhuc
poſſet reſponderi, quod Holofernes promeruit ſic decipi & occidi, atque vtilius ei fuit tolli de
medio, quàm viuendo diutius tot crimina perpetrare. Videtur quoq; dici poſſe, quod ironice ſit
loquuta, ſecundum quod 3. Reg. Michæas ait ad Achab: Aſcende & vade proſpere, & tradet do- 3. Reg 22.
minus in manu regia. & tales loquutiones ſunt etiam in ſcripturis frequentes, tamen vt probabili-
ter dicitur, non oportet ipſam Iudith à veniali mẽdacio excuſari. [Duxeruntque illam ad taber-
naculum Holofernis. Cumq; intraſſet ante faciẽ eius, ſtatim captus eſt in oculis ſuis] id eſt, mox
vt eam vidit, vulneratus eſt concupiſcentia, quæ fuit ei deceptionis & mortis occaſio. [dixerũtq;
ad eum ſatellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras habet mulie-
res, vt non pro his merito pugnare debeamus contra eos?] quaſi dicant, non ſunt Hebræi iſta tam
aſpernandi, quin dignum ſit nos contra eos pugnare, eo quod vxores eorum ac filiæ ſint tam
pulchræ. Iſtud fuit & vnum malum, præter intentionem venerabilis Iudith, ex eius ornatu ſecu-
tum, quod ſcilicet Aſſyrij ex ea ſic decorata, amplius accendebantur ad inuadendum Iudæos, & ad
violandum eorum filias & vxores. [Videns itaq; Iudith Holofernem ſedentem in conopeo] i. in
throno ſeu ſolio ſuo, ad cuius ſedis magnificẽtiam & ornatum fuit appenſum ſubtiliſsimũ rete,
ſericumue reticulum, defendens aduerſus muſcarum & culicũ morſum. [Quod erat ex auro &
byſſo, & purpura, & ſmaragdo, & lapidibus precioſis intextum,] i. inſertum. [Et cum in faciem
eius intendiſſet, adorauit eum] adoratione dulci. Vel ex ſimulatione, vel ex poteſtatis ipſius cõ-
ſideratione, quia non eſt poteſtas niſi à Deo: immo ad procurandam ſibi beneuolentiam eius in Rom.13.
interitum ipſius, [proſternens ſe ſuper terram. Et eleuauerunt eam ſerui Holofernis, iubente do
mino ſuo.]

Explanatio cap. 11. Tunc Holofernes dixit ei: Aequo animo eſto.

Articulus II.

RESponſio Iudith ad Holofernem, hic ſcribitur. [Tunc Holofernes dixit ei: Aequo animo
eſto, & noli pauere in corde tuo:] iam per cõcupiſcentiam victus, cœpit molliter loqui, cu
piens fœminæ complacere [quoniam ego nunquam nocui] i. læſi, [viro qui voluit] abſq;
omni reuiſu [ſeruire Nabuchodonoſor regi. Populus autem tuus, ſi non contempſiſſet me, non
alleuaſſem lanceam meam ſuper eum: Nunc autem dic mihi, qua ex cauſa receſsiſti ab illis, & pla
cuit tibi vt venires ad nos. Et dixit Iudith: Sume ancillę tuę verba, quoniam ſi ſequutus fueris ver
ba ancillę tuę, faciet rem perfectam dominus tecum.] i. perfectum opus iuſtitię faciet in te, inter-
ficiendo te per me. hæc fuit intentio Iudith: Quæ tamẽ per verba hæc dedit Holoferni intellige-
re, quod Deus daret ei perfectam victoriam de Hebræis. Intendebat nanq; eũ decipere, ſecun- Ioſ. 8.
dum quod in bello iuſto licet vti inſidijs, vt Ioſue oſtendit, ac in Iudicum libro patet ſimile. Nam Iudic. 20.
& verbis obſcuris licitum eſt veritatem celare, non autem mentiri. [Viuit enim Nabuchodono-
ſor rex terræ] non totius terrę, ſed magnæ partis ipſius, intelligendo per terram, habitatores eius.
[Et viuit virtus eius quæ eſt in te,] i. poteſtas eius tibi cõmiſſa viget, [& operatur per te ad corre-
ptionem omnium animarum errantium] i. ad caſtigandum & emendandum quoſdam de omni
genere peccantium, circa quos Holofernes & rex eius erant flagellum diuinæ iuſtitiæ. Dicuntq; Gen. 42.
aliqui ipſam Iudith dixiſſe hæc verba iurando, ſicut conſuetudinis eſt ſcripturæ, per hanc formã
verborum, Viuit dominus, iurare. Et ſic Ioſeph legitur per ſalutem Pharaonis iuraſſe. Sed contra
hoc obijcit quidã, quod Iudith nõ excuſaretur à falſo iuramento, quod eſt mortale peccatũ, quę ob
iectio nõ apparet idonea. quod enim mox ſubditur, ad cuius aſſertionẽ verba illa inducuntur, eſt
verum, videlicet, [quoniã non ſolũ homines ſeruiunt ei per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant il- Hiere. 27.
li] quod de hominibus certũ eſt. De beſtijs vero, verificatur eo modo, quod per Hieremiam &
Ezechielẽ prędixit: Inſuper & beſtias agri dedit ei, ſeu beſtię agri obediẽt illi, videlicet Nabucho
donoſor regi Chaldæorũ. Dicunt aũt beſtiæ obtẽperare homini metaphorice. [Nunciãtur enim
induſtria] i. ſolertiã [animi tui vniuerſis gentibus] i. quibuſdã de omnibus, [& indicatũ eſt omni
ſeculo, i. cunctis habitãtibus nunc in mundo,] i. quibuſdã de cunctis, vt ſit diſtributio accõmoda

atque

atque loquutio hyperbolica. [quoniam tu ſolus bonus & potens es in omni regno eius]id eſt, præcipue bonus in tuo officio, & potens in ciuili regimine, ac ſummus poſt regem, conſtitutis enim in officio publico ſolet attribui bonitas dignitatis, quamuis vitioſi exiſtant, ſicut & Paulus apoſtolus in Actis ait iudici incredulo: Non inſanio, optime Feſte. [& diſciplina tua]id eſt, infor
Acto. 26. matio ſeu increpatio primitiua circa rebelles. [omnibus prouincijs prædicatur, nec hoc latet quod loquutus eſt Achior.]cuius verba ſupra habentur. [Nec illud latet, quod iuſſeris ei eueni-
Iudic. 5. Iudic. 6. re:]quod itidem continetur ſupra. [Conſtat enim, Deum noſtrum ſic peccatis offenſum]à populo noſtro, [vt mãdauerit]id eſt, inſinuauerit, [per prophetas ſuos ad populum] Hebræorum, [quod tradat eum]aduerſarijs, [pro peccatis ſuis.] Hoc ſimpliciter eſt verum, ſi referatur ad tempora præcedentia, ſeu ſubſequentia tempus Iudith, non autem videtur verificari pro tempore illo. [Et quoniam ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuum filij Iſrael, tremor tuus ſuper ipſos eſt] id eſt, in eis eſt tremor ex conſideratione excellentiæ & iracundiæ tuæ aduerſus eos.] Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ] id eſt, præ ſiccitate ſitis quam patiuntur ex carentia aquæ ſeu potus, iuxta quem modum loquendi fertur Pſal. 108. Caro mea immutata eſt propter oleum, id eſt, ex defectu olei. [iam inter mortuos computantur]id eſt, quaſi mortui ſunt, ſicut de homine agonizante dicimus, quod ſit mortuus homo. Vnde & 1. Reg. 20. Dauid fatetur: Ego & mors vno tantum gradu diuidimur. Iſta ad literam ita erant. [Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & ſanguinem eorum bibant] Quod Leuit. 7. prohibetur. Iſtud interdũ ab obſeſsis ſeu in neceſsitate conſtitutis legitur factum. Non autem legitur quod filij Iſrael ad literam hoc egerint, quod tamen ſpiritualiter bene egerunt, beſtiales motus extirpando, & contritione de illis concepta, quaſi poculo ſe replendo, aliqui autem dicunt eam in his & ſequentibus verbis mentitam. Gloſſa vero ait, quod loquuta ſit non adulterie neq. mendaciter, ſed my-
Num. 5. ſtice atque prophetice. [Et ſancta domini Dei ſui, quæ Deus præcepit non contingi]id eſt, vaſa ſacra templi, quæ tangere non licebat, niſi templi miniſtris, vt quidam exponunt. Vel primitias & decimas ſacerdotibus ac Leuitis deputatas. [in frumento, vino & oleo hæc cogitauerunt impendere]id eſt, in proprium vſum redigere, vel alienigenis dare ſeu commutare pro frumento, vino & oleo, [& volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere] ſcilicet ſacra vaſa, quod ad literam verum non fuit. Porro, in neceſsitate poterant decimæ & primitiæ comedi ab alijs, quam à templi miniſtris, quemadmodum Dauid & exiſtentes cum eo, comederunt panes propoſitionis, vt 1. Reg. volumine narratur. [Ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt quod in per
1. Reg. 21. ditionem *tradantur.]Quod ſecundum ſuperficiem literæ ita non fuit, tamen ſpiritualiter eti-
* dabũtur am iuſti in hac vita perditionibus, id eſt, damnis & tribulationibus ac mortibus exponuntur. [quod ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis]id eſt, per modum fugientis veni ad te, ſeu mente receſsi à peccatis eorum. [Et miſit me dominus hæc ipſa nunciare tibi:] quia à Deo inſpirata eſt Iudith, vt veniret ad Holofernem. [Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te, &
* ſuum exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi, quando eis reddet peccatum * eorum]id eſt, quando infliget eis debitam pœnam pro eorum peccatis, videlicet in particulari ac vniuerſali futuro iudicio, quantum ad impœnitentes. [& veniens nunciabo tibi,] ſi Deus hoc iuſſerit mihi. Vel, nunciabo tibi mentis meæ conceptum. [ita vt]ego[adducam te per mediam Hieruſalem. Et habebis omnem populum Iſrael, ſicut oues, quibus non eſt paſtor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam mihi hæc dicta ſunt per prouidentiam Dei.]Ironice dicit hoc, vel figuratiue, vel quia per appræhenſionem imaginariam poterat Holofernem ſic ducere. ſiue vt quidam dicunt, officioſa mendacia protulit. [Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne:] qui accepit ea ſecundum quod ſonuerunt, & pro ipſo eſſe fauorabilia videbantur. [Et mirabantur ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterum] hoc eſt, ſerui Holofernis mutuo loquebantur: [Non eſt talis]id eſt tam perfecta [mulier ſuper terram in conſpectu]id eſt, apparatu venuſtateque morum. [in pulchritudine, & in ſenſu]id eſt, ſententioſitate [verborum] quaſi dicant: Digna eſſet coniugio principis noſtri. [& dixit ad illam Holofernes: Bene fecit, qui miſit te ante populum, vt des illum tu in manibus noſtris. Et quoniam bona eſt promiſsio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus]quod promittis, [erit & Deus meus.]Hoc videtur dixiſſe ex quadam emollitione circa mulierem, cuius amore extitit victus ad complacendum eidem. Aliàs magnum non reputabat filios Iſrael ſuperare. [& tu in domo]id eſt, familia ſeu palatio [Nabuchodonoſor] regis [magna eris:]videlicet coniunx aut concubina mea.

Expoſitio cap. 12. Tunc iuſsit eam introire, vbi repoſiti erant theſauri eius.

Articulus 12.

NVNC recitatur, qualiter vſque ſecretum cubiculi Holofernis perducta ſit Iudith. [Tunc iuſsit eam introire vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſsit illic manere eam, & conſtituit quid

quid daretur illi de conuiulo ſuo.] Ex quo patet quod valde honorauit eam, & de eius fidelitate non dubitauit. [cui dixit Iudith: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui,] ſ. de cibarijs tuis, in quibus ſunt aliqua lege prohibita. [ne veniat ſuper me offenſio] hoc eſt, ne Deum meum offendam, & offenſus non reuelet mihi, quando daturus ſit populum. [Ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. cui Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta, quid tibi faciemus? Et dixit Iudith: Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc] victualia, [quæ mecum portaui ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea] i. per obſequium manus meæ ſeu virtutis operatiuæ, [ea quæ cogitaui:] quod fuit impletum, quia antequàm omnia illa comedit, Holofernem occidit. [Et induxerunt illam ſerui eius in tabernaculum, quo præceperat, & petijt, dum introiret,] hoc eſt, quando incepit ab Holoferne recedere ad locum theſaurorum eius, rogauit Holofernem, [vt daretur ei copia] i. libertas & facultas, [nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi dominum:] vt inſtante aurora, oraret deuotius ſola cum ſua ancilla. [Et præcepit] Holofernes [cubicularijs ſuis, vt ſicut placeret] i. ipſa Iudith ad placitum ſuum, [exiret & introiret] locum ſibi deputatum, [& adoraret] vbi & quãdo vellet, Deum ſuum [per triduum] poſtquàm intendebat dormire cum illa. [& exibat noctibus in vallẽ Bethuliæ,] quæ fuit extra vrbem illam non longe, [& baptizabat] i. lauabat ſe, ſcilicet manus, faciem, ſeu plura membra [in fonte,] qui erat ibi, vt mundior oraret ſecundum conſuetudinem Iudæorum, & pulchrior remaneret ob cauſam præhabitam. [& vt aſſcendebat] de fonte, [orabat dominum Deum Iſrael, vt dirigeret viam ſuam, ad liberationem populi ſui, & introiens munda] i. non inquinata cibis gentilium, aut aliqua legis irregularitate [manebat in tabernaculo] theſaurorum Holofernis, [vſq; dum acciperet eſcam ſuam in veſperum.] Vnde apparet quod ieiunabat illis diebus vſq; de ſero. [Et factum eſt in quarto die] ab exitu Iudith de Bethulia, [Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis] ſolennem, volens poſt cœnam cum Iudith vniri. Et aliqui putãt, quod voluit eam accipere coniugem. [Et dixit ad Vagao Eunuchum: Vade & ſuade,] i. informa ſeu induc Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.] Ex quibus verbis videtur inſinuari, quod voluerit eam ſecum de cætero detinere quaſi vxorẽ. [Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, vt fœmina irrideat virum, agendo vt immunis] i. incognita & non humiliata à viro; [tranſeat ab eo. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella] forte putauit eam adhuc virginem eſſe, [introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith reſpondit: Quæ ego ſum, vt contradicam domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum,] i. quædam de omnibus illis [faciam] quantum ad aliqua, ſ. veniendo ad menſam eius, & manducando cum ipſo, atq; intrando cubiculum eius. [Quicquid autem placuerit illi,] de præambulis ad dormiendum cum ipſo, [hoc mihi erit optimũ omnibus diebus vitæ meæ] i. erit mihi occaſio & medium exequendi, in eo quod cupio, ſ. interficiendi eum ſecrete in ſuo cubiculo. [Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem eius. Cor autem Holofernis concuſſum eſt] i. repente impletum motu concupiſcentiæ prædominantis & ardore libidinis, ſtatim vt Iudith vanit ad eius præſentiam. [Erat enim ardens in concupiſcentia eius. Et dixit ad eã: Bibe nunc, & accumbe,] hoc eſt, comede [in iucunditate, quoniam gratiam inueniſti coram. Et dixit Iudith: Bibam domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis:] i. nunquam fui tantum honorata honore mundano, ſeu à principe tam potente, vt modo. Et hoc ad literam potuit eſſe verum. Et præſertim, inquantum honoratio illa fuit ei diſpoſitio valde propinqua ad exequendum ſuum intentum in Holoferne, fuit præcipua ſublimatio ſua. Ipſa tamen tam reuerenter, & quaſi fauorabiliter loquebatur, quatenus Holofernes nequaquam ſe obſeruaret ab ea. [Et accepit] ipſa Iudith [& manducauit & bibit coràm ipſo] Holoferne, [ea quæ parauerat ei ancilla eius, Et iucundus factus eſt Holofernes ad eam] i. ex eius præſentia, præſupponens, ſe mox fruiturum obiecto tam concupito, [Bibitque vinum multum nimis, quantum] vna die [nunquam biberat in vita ſua.] Quod fecit ex immoderata lætitia. Et quia impetus paſsionis ſuæ concupiſcentiæ, & ardor libidinis mentem eius obcæcauerũt, ita quod ſine diſcretione ingurgitauit ſe.

Declaratio Cap. 13. Vt autem ſero factum eſt. Articulus 13.

DEſcribitur hic decapitatio Holofernis [Vt autem ſero factum eſt,] finita iam cœna, [feſtinauerunt ſerui eius ad hoſpitia ſua,] hoc eſt, tentoria in quibus repauſabant. [Et concluſit Vagao oſtia cubiculi,] Holoferne & Iudith exiſtentibus in cubiculo, [& abijt. Erant autem omnes] videlicet Holofernes & ſerui eius [fatigati à vino,] id eſt, valde inebriati ſeu Ingurgitati, [Eratq; Iudith ſola in cubiculo cum Holoferne. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus, hoc eſt, grauiter dormiens. Dixitq; Iudith puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret] an aliquis adueniret, quatenus ſibi hoc inſinuaret. Hoc dixit Abræ

ſuæ, antequàm introiuit in cubiculum Holoſernis. Vel egreſſo Vagao eunucho, aperuit oſtium
cubiculi, & pauliſper egrediens, dixit iſtud ancillę ſuæ. [Stetitq; Iudith ante lectum Holoſernis,
orans cum lachrymis, & labiorum motu in ſilentio, dicens: Confirma me Deus Iſrael, & reſpice
in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Hieruſalem ciuitatem tuā erigas &c.
hoc eſt, ab Aſſyriorum iſtorum inuaſione eripias, & eam exaltes, ſeu reædificari perfectius facias.
Eſa. 29. as. Quemadmodum enim Eſaias, Hieremias, Ezechiel prænunciauerunt vrbis illius deſtructi-
Hier. 16. onem, ante Babylonicam captiuitatem, ſic prædixerunt eius reparationem poſt reditum ab ea-
19. 21. dem captiuitate futuram. [Et cum hæc dixiſſet, acceſsit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli.
Eze. 4. 12. 15 Et pugionem eius exoluit,] id eſt, enſem paruum bis acutum Holoſernis, diſſoluit. [Cumq; eua
Eſa. 62. 65. ginaſſet illum, appræhendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Deus in hac hora, & percuſ
66. ſit bis in ceruicem] hoc eſt, collum eius. [& abſcidit caput eius.] Vnde conſtat quod fortiter viri-
Hiere. 46. literq; percuſsit. [& abſtulit conopeum eius,] videlicet ipſius Holoſernis, de quo conopeo di-
50. Eze. 28. 56. ctum eſt ſupra, quod ſecum portauit, vt infra eluceſcit. [Et euoluit corpus eius truncū,] hoc eſt,
Iud 10. corpus Holoſernis capite truncatum traxit à lecto in terram, vt patet ſequenti capitulo, quate-
Iud. 16. nus cubicularius, ingreſſurus ante alios cubiculum, maiori concuteretur horrore, viſo cadaue-
Iud. 15. re. [Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holoſernis ancillæ ſuæ, & iuſsit vt mitteret illud in
peram ſuam, & exierunt duæ ſecundum conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem ſuam.] hoc
eſt, quaſi ad orandū in valle Bethuliæ, ſicut iā ante ſecerūt noctibus tribus, [& tranſierūt caſtra]
id eſt, tentoria ac militiam Aſſyriorum pertranſierunt, ita quod exploratores ſeu vigiles Aſſyri-
orum eas non acceſſerunt, nec interrogauerunt, quoniam data fuit libertas exeundi ad oratio-
nem ipſi Iudith ab Holoſerne, ſaltem per tres noctes, & forſan non viderunt eam. [Et gyrantes]
id eſt, circueuntes [vallem] Bethuliæ, venerunt ad portam ciuitatis remotiorem à circuniacente
Aſſyriorum exercitu, [& dixit Iudith à longe cuſtodibus murorum:] quibus præ gaudio accla-
mauit, certa, quod ab Aſſyrijs audiri non poſſet: [Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus]
per ſpecialem effectum miſericordiæ atque potentiæ ſuæ. ideo ſubditur: [Qui fecit virtutem in
Iſrael] id eſt, per me fœminam Iſraelitam, fecit magnum & potentem effectum. [Et factum eſt
cum audiſſent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis] ac cæteros principales, [& con
curreruntad eam omnes à minimo vſque ad maximum, quoniam ſperauerunt] id eſt, timue-
runt pauloante, [eam iam non eſſe venturam,] Sicque ſperare, quod propriè ſumptum, eſt præ-
ſtolatio de bono futuro, ſumitur hic multum impropriè pro timere. Itaque timuerunt eam non
eſſe reuerſuram, ſed ab Aſſyrijs detentam & violatam, aut ob ſuam renitentiam interfectam. [Et
accendētes luminaria, congyrauerunt] i. in circuitu ſteterūt, [circa eam vniuerſi] cupientes noua
audire in tam arduo caſu. [Illa autem aſcendens in eminentiorem locum,] vt videretur & audi-
retur à cunctis, [iuſsit fieri ſilentium. Cumq; omnes tacuiſſent, dixit Iudith: Laudate dominum
Deum noſtrum, qui non deſeruit ſperantes in ſe] videlicet nos, qui in tanto periculo cum fidu-
cia inuocauimus eum. [& in me ancillam ſuam adimpleuit miſericordiam ſuam,] i. multiplicē
effectum ſuæ pietatis copioſe exhibuit mihi, [& interfecit in manu mea,] i. per obſequium ma-
nuum mearum, quarum vna tenuit comam Holoſernis, alia intulit ictum, [hoſtem populi ſui in
hac nocte. Et proferens de pera caput Holoſernis, oſtendit illis, dicens: Ecce caput Holoſernis
principis militiæ Aſſyriorum. Ecce conopeum illius] quod fuit expanſum ante lectum ipſius, ad
— 31. 9. repellendū muſcas & culices, [in quo recumbebat] id eſt, inſra quod iacebat [in ebrietate ſua.]
Deinde iurat ſe intactam rediſſe, ſicut patet in textu qui planus eſt. [Vniuerſi autem adorantes
dominum] cum laude & gratiarum actione, quemadmodum iam Iudith admonuit, [dixerunt:
Benedixit te dominus in virtute ſua,] id eſt, in omnipotentia ſua multiplicauit in te dona & be-
neficia ſua, per quæ fecit te benedictam, atq; ab omnibus benedicendam, [quia per te ad nihilū
redegit inimicos noſtros] id eſt, cœpit redigere, & mox plenius rediget. Iam enim præſuppone-
bant ſe præualituros exercitui, cuius princeps fuit occiſus. [Porro Oſias princeps populi Iſrael,
dixit ad eam: Benedicta es tu filia à domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus] diuiſim ac-
ceptis, [ſuper terram] exiſtentibus tempore illo. Veruntamen an tempore illo non fuerit aliqua
mulier in hoc mundo ſanctior quàm hæc Iudith, videtur incertum, nec Oſias ſcire hoc potuit
ſine reuelatione diuina. Sed conſtat quod quantum ad ſpecialia quædam beneficia, & quo ad
Eccl. 44. aliqua bellica geſta, fuerat pro tunc præ cæteris mulieribus benedicta. Quomodo de quolibet
ſancto dicitur confeſſore: Non eſt inuentus ſimilis illi. [Benedictus dominus, qui creauit cęlum
& terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum noſtrorum] id eſt, ad vulneran-
dum & amputandum caput principis inimicorum noſtrorum, [quia hodie,] id eſt, in hac no-
cte, [nomen tuum] id eſt, teipſam [ita magnificauit] per præclariſsimos actus, quos fecit per te,
& ad quos agendos te inſpirauit, direxit, corroborauit, [vt non recedat laus tua de ore hominū,
qui memores fuerint virtutis domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter
anguſtias tribulationum generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri. Et dixit
omnis

omnis populus, Fiat, Fiat.] ſicut videmus impletum. [Porro Achior vocatus venit.] Gentilis nanq; & incircumciſus exiſtens, non ſe ingeſsit in populum Dei, niſi vocatus. [Et dixit ei Iudith: Deus Iſrael, cui teſtimonium dediſti quod vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea. Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus] i. horrore concuſſus ex tam inopinato & arduo facto, [præ pauore] id eſt, admiratione & quadam formidine, [cecidit in faciem ſuam ſuper terram.] Tales etenim vehementes paſſiones partis ſenſitiuæ fiunt cum grandi & immoderata alteratione corporalis naturæ, ſicq; debilitatem inducunt & caſum, [& æſtuauit anima eius] id eſt, ad anxietatem, ſudorem, ecſtaſim quandam deuenit anima, quia & omnipotentiam ac prouidentiam Dei in iſto intuebatur negocio. [Poſtea vero quando reaſſumpto ſpiritu recreatus eſt] id eſt, rationis iudicio & viribus paulatim recuperatis, [procidit ad pedes eius] videlicet Iudith, [& adorauit eam adoratione duliæ, propter eminentiam virtuoſitatis ac ſapientiæ ſuæ. [Et dixit: Benedicta tu à Deo tuo] id eſt, à Deo vero, & ad eius honorem & laudem, [in omni tabernaculo Iacob,] id eſt, tota poſte- Pſal. 17.
ritate Iacob patriarchæ, [quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum.] id eſt, geſta tua Eſa. 10.
perceperit, [magnificabitur Deus Iſrael ſuper te,] id eſt, Deus omnipotens magnifice laudabi- Ezech. 17.
tur ex conſideratione beneficiorum quæ contulit tibi. Et mirabilium quæ fecit per te. Ecce quã Dan. 4.
infinita eſt perfectio prouidentiæ ac ſapientiæ Dei. Qui cuncta tam præclare diſponit, & ſuper- Luc. 14.
bos humiliat, immo eos qui animoſius ſe extollunt, confuſibilius deijcit.

Expoſitio Cap. 14. Dixit autem Iudith ad omnem populum.
Articulus 14.

CONgreſſus Hebrçorum contra Aſſyrios, hic recitatur. [Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, Suſpendite caput hoc ſuper muros*veſtros] in ſignum diuini * noſtros
ſubſidij, & vt capitis huius intuitione concipiatis maiorem contra hoſtes audaciam, quemadmodum 2. Mach. 15. fertur de Iuda Machabæo: Suſpendit autem caput Nicanoris in ſumma arce, vt eſſet manifeſtum ſignum adiutorij Dei. [Et erit cum exierit ſol] de hemiſphærio inferiori ad hemiſphærium ſuperius, ſcilicet valde mane. [vnuſquiſque] aptus ad prælium, ſcilicet vir qui ſit viginti annorum, prout deſcribitur Numerorum 1. [accipiat arma ſua, & exite cum
impetu,] id eſt, audacter & cito, quaſi nihil timentes, [non vt deſcendatis*deorſum] eundo tar- * ſeorſum
de & timide, [ſed quaſi impetum facientes. Tunc exploratores, neceſſe erit, vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam. Cumq; duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis,] quoniam ſine ſcitu, nutu & diſpoſitione principis militiæ, non audebant prælium inchoare aut gerere, [& inuenerint eum truncũ,] id eſt, capite truncatum, [decidet ſuper eos timor.] Cumq; cognoueritis fugere eos, ite poſt eos ſecuri] de victoria, [quoniam dominus conteret eos ſub pedibus veſtris. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael] id eſt, magnificum illum effectum Dei, [relicto gentilitatis ritu] id eſt, cultu Idolorum [credidit Deo] id eſt, legem Moſis acceptauit, credens contentis in ea. [Et circuncidit carnem præputij ſui] id eſt, circuncidi fecit ſecundum legis tenorem. [Et appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſsio generis eius.] Præterea quæri poteſt, qualiter licuit Hebræis ipſum Achior ad ſuam communionem ita ſuſcipere, cum in Deuteronomio 32. iuſſerit dominus: Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Dei in æternum. Reſpondetur, quod
illud præceptum diſpenſationem admiſit ex inſpiratione diuina in certis perſonis, propter ea- Ruth. 4.
rum præcipuam deuotionem & beneuolentiam circa Deum legis & populũ eius, ſicut in Ruth Moabitide, & iſto Achior Ammonite, prout Thomas in prima ſecundæ magis declarat. [Mox autem vt orta eſt dies.] Hic refertur, qualiter executi ſint filij Iſrael iuſsionem Iudith, nec eſt difficultas in litera, idcirco nec immorandum. [Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.] Vel ad tentoria Aſſyriorũ, intelligendo plurale per ſingulare. [Porro hi qui in tabernaculo erant Holofernis, ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes, & ſonitum facientes cum motu pedum,] ac alijs ſignis, [inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret] id eſt, cum induſtria exexcebant reſonantiam quandam. [Nullus enim audebat tabernaculum virtutis Aſſyriorum] id eſt, ædem, cameram ſeu cubiculum regis aut principis Aſſyriorum, [pulſando aut intrando] per ianuam, [aperire. Sed cum veniſſent duces, qui ſingulis præerant aciebus, & tribuni] qui dicuntur præfuiſſe mille viris, [dixerunt cubicularijs,] qui confidentius intrant cubilia dominorum ſuorum: [Intrate, & excitate illum. Quoniam egreſsi mures de cauernis] id eſt, latibulis ſuis, [auſi ſunt nos prouocare ad prælium.] tam aſpernanter locuti ſunt Aſſyrij de Iſraelitis ex magnitudine elationis, ideo metuerunt ab his, quos pro nihilo reputabant, deijci. [Tunc Vagao ingreſſus cubiculum eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis. (Suſpicabatur enim illum cum Iudith

dormire) ſed cum nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet, acceſsit proximans ad cortinam. Et eleuans eam, videnſq; cadauer abſq; capite Holofernis in ſuo ſanguine tabeſactum] i. infectum atq; fœdatum, [iacere ſuper terram, exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua, & ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam. Et exiliuit foras ad populum, & dixit: Vna mulier Hebræa fecit confuſionem,] i. confuſibile homicidium, occidendo principem noſtrum [in domo regis Nabuchodonoſer] i. in populo eius. [Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo. Quod cum audiſſent principes virtutis] i. exercitus ſeu acierum [Aſſyriorum, ſciderunt veſtimenta ſua] præ dolore. [Et intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, [& turbati animi eorum valde. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum,] audientes enim principem ſuum eſſe occiſum à muliere Hebræa, non confidebant ſe poſſe reſiſtere viris Hebræis contra ſe venientibus & armatis.

Declaratio Cap. 15. Cumq; omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet.
Articulus decimusquintus.

FVga & debellatio Aſſyriorum hic deſcribuntur: [Cumq; omnis exercitus] Aſſyriorum [de-
collatum eſſe Holofernem audiſſet, fugit mens] i. vſus rationis quo ad multa. [& conſilium
ab eis] ita quod non conferebant, nec inquirebant de modo reſiſtendi Hebræis, qui reſpe-
ctu Aſſyriorum paucisſimi erant, ac vlciſcendi tam confuſibilem mortem principis ſui. [Et ſolo
tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt] i. ſugam pro remedio ac ſubſidio aſſumpſe-
runt, [ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite relictis omnibus euadere
feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierant. Sic enim timor prædominans &
perturbatio obtenebrauerant corda eorum, nec egerunt, quemadmodum 1. Macha. 2. exercitus
Ionathæ narratur feciſſe: Qui cognoſcens Ionatham dominum ſuum periſſe, hortati ſunt ſe mu-
tuo ad reſiſtendum hoſtibus ſuis ſuper ſe venientibus, & ipſos hoſtes verterunt in fugam. [Fu-
gientes] Aſſyrij [per vias camporum & ſemitas collium] fugientes enim de bello diuiſim, per
diuerſas fugiunt vias. [Itaq; filij Iſrael vlulantes] i. alte clamantes, [poſt ipſos] Aſſyrios fugien-
tes. [Et quoniam Aſſyrij non adunati in fugam ibant præcipites] i. huc illucq; ruentes ſeu vacil-
lantes, [filij autem Iſrael vno agmine] i. pariter adunati [perſequentes] Aſſyrios [debilitabant]
vulnerando aut occidẽdo, [omnes quos inuenire potuiſſent. Miſitq; nuncios Ozias per omnes
ciuitates & regiones] i. per terras 12. tribuum [Iſrael. Omnis itaq; regio] illa [omniſq; vrbs electã
iuuentutem] i. elegantes robuſtoſq; iuuenes bellatores [armatam miſit poſt eos] i. ad inſequen
dum Aſſyrios, [& perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſq; peruenirent ad extremitatem finium
Iudith. 4 ſuorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſsi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam abſtu-
lerunt. Hi vero qui victores reuerſi ſunt,] ab inſecutione Aſſyriorum, [omnia quæ erant illorũ]
quæ ſcilicet Aſſyrij fugientes reliquerunt in campis atq; tentorijs, [abſtulerunt. Ioachim autem
ſummus pontifex] qui ſupra vocatus eſt Eliachim, ſecundum probabiliorem opinionẽ. [venit
in Bethuliã cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith.] Naturale nanq; eſt homini, liben-
ter videre eos, qui magna & mira atq; inſolita operantur. Nam & in ipſis authoribus mirabilia
geſta eorum quodãmodo conſpiciuntur, ſicut effectus in ſua cauſa. Similiter homines eminen-
ter ſapientes & ſancti, libenter videntur, ſicut & cætera quæ magnæ excellentiæ ſunt: [Quæ cum
exiſſet ad illũ, benedixerunt] i. laudauerũt illam omnes, videlicet pontifex & ſacerdotes, [vna]
i. conſona [voce dicentes] ſeu vno verbo alterius approbante & confirmante:] Tu gloria Hieru-
ſalem] i. obiectum, cauſa & materia gloriæ & honoris ciuitatis Hieruſalem, & habitatorũ ipſius,
quoniã eruiſti eam & templum ac habitantes in ea à magnis periculis, & à violatione diuini cul-
tus. Sic quoq; [tu] es [lætitia Iſrael] i. Iſraeliticæ plebis, quam nunc magnifice lætificaſti. [Tu ho-
*noſtri. norificentia populi * tui] i. cauſa & materia honoris & ſublimationis tuorum conciuium, pro-
pinquorum & amicorum. [Quia feciſti viriliter, non muliebriter, & gratiam ſic agendi accepi-
ſti à domino, & conſortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaueris] vidualem, ex charita-
te, hoc eſt, Dei intuitu & amore, ſine quo nihil eſt meritorium apud Deum [& poſt virum tuum
alterum neſcieris] cum tamen ſis iuuenis, pulchra, opulenta, nobilis, & multam familiã habens.
[Et ideo manus domini conſortauit te] ad faciendum opus tam magnum. [Et eris benedicta
in æternum] i. in eccleſia militante laudaberis vſque in finem mundi, atque in triumphante ec-
cleſia eris perpetue glorioſa. [Per dies autem triginta vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à po-
pulo Iſrael. Porro vniuerſa quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt,] i. cuncta quæ Iudith
& populus certe aut probabiliter cognouerunt proprie pertinuiſſe ad Holofernem & vſum
ipſius, dederunt Iudith in auro & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, &
tradita ſunt illi omnia à populo] tanquam victrici principis tanti, & procuratrici totius vi-
ctoriæ.

Elucidatio Cap. 16. Tunc cantauit canticum hoc domino Iudith.

Articulus 16.

Finaliter introducitur hic laus & gratiarum actio Iudith, quam obtulit Deo in recognitio-
nem beneficiorum ſuorum ac tanti triumphi. Conſuetudo autem fuit Iudæis, de magnis be-
neficijs atq; victorijs canticum Deo offerre. [Tunc cantauit canticum hoc domino Iudith,
dicens: Incipite domino in tympanis] i. cum talibus muſicis inſtrumentis incipite Deum lauda
re, quatenus ex melodia muſicorum, prouocemini ad deuotionem maiorem, et eadem ratione
[cantate domino in cymbalis.] Porro tympanum eſt pellis ſeu corium ſuper lignum extentum
ex vna parte, & ſignificat carnis caſtigationem ac mortificationem, ſpiritualemq; iucunditaté,
in tali virtuoſo exercitio conſiſtentem. Cymbalum vero eſt muſicum inſtrumentum, ex permi-
xtis metallis ſonum reddens acutum, Per quod vnanimis plurima pſalmodia, ſeu laus Deo ob- Galat. 5.
lata, exprimitur. Idcirco qui carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigit, atq; cum alijs Pſal. 150
concorditer pſallit, ſpiritualiter cantat domino Deo in cymbalis, iuxta illud Ro. 15. Vnanimes
vno ore honorificetis Deum, [modulamini] i. cantate illi, [pſalmum nouum] i. recens præconi
um pro nonis beneficijs iſtis. [Exultate] ſpirituali lætitia, [& inuocate nomen eius] i. ex intimo
cordis affectu ipſum orate. [Dominus conterens bella] i. bellatores et bella iniuſta cótra popu-
lum ſuum inſurgentia deſtruens, dando victoriam ſuis fidelibus, ſicut Exod. 14. & 17. Ioſue 6. 8.
10. 11. Iudic. 1. 6. 14. libriq; 1. Reg. 5. 7. 8. 2. Reg. 21. 2. Par. 25. & 1. Macha. 3. & 5. copioſe deſcribitur.
Inuiſibilium quoq, hoſtium tentamenta & prælia, facit ſuperari ac deſtrui, iuxta illud Roman.
16. Deus conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. [Dominus nomen eſt illi, qui poſuit ca
ſtra ſua] i. tentoria ſeu exercitus ſuos, vel angelorum ſubſidia, de quibus Iohel. 2. Multa (inquit)
ſunt nimis caſtra Dei, fortia & facientia verbum eius. Vnde viſis angelis ſibi obuiantibus, Iacob
ait Gene. 32. Caſtra Dei ſunt hæc [in medio populi ſui, vt eriperet nos manu omninm inimico-
rum noſtrorum] viſibilium & inuiſibilium, iuxta illud Pſalm. 90. Angelis ſuis mandauit de te, vt
cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. De quibus & 4. Reg. 6. loquitur Heliſæus: Plures nobiſcum
ſnnt quàm cum illis, i. cum prauis hominibus. [Venit Aſſur] i. exercitus Aſſyriorum cum princi-
pe ſuo, ex montibus ab aquilone] i. per loca montoſa à plaga ſeptentrionali ſecundum vnum re-
ſpectum, vt tactnm eſt ſupra. [& in multitudine fortitudinis ſuæ, cuius multitudo obturauit tor-
rentes] eos terra replendo aut epotando per ſe & per ſua iumenta. [Dixit ſe incenſurum fines
meos] i. oppida, villas, caſtella terræ promiſsionis. [Et iuuenes meos occiſurum gladio, infantes
meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. Deus autem omnipotens] qui ait Hiere. 49.
Quis ſimilis mei, & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo? [nocuit] id
eſt, læſit [eum] ſecundum antiquam grammaticam, [& tradidit in manus fœminæ] principem
Aſſyriorum. [Et confudit eum] i. confuſibiliter fecit occidi. [Non enim cecidit potens eorum
à iuuenibus] i. Holofernes princeps & potentior, inter ſuos. Quemadmodum enim naturale ro
bur corporis præcipne conſiſtit in corde, ſic fortitudo exercitus in principe militiæ. Hinc libro
de re militari ait Vegetins: Quòd ſicut cor eſt in medio corporis, ſic princeps militiæ eſſe debet
in medio ſni exercitus. Itaq; potens ille non cecidit à iuuenibus, i. interfectus non eſt manu iu-
uenum, qni in bellis frequenter ſe exponunt periculis, vt magnum aliquid agere videantur, &
probitatem oſtendant. Vnde 2. Reg. 8. Abner dixit ad Ioab: Surgant pueri & ludant coràm no-
bis, quorum vnuſquiſq; defixit gladium ſuum in latus contrarij. Et vocatus eſt locus ille agar
fortium. [Nec filij Titan percuſſerunt eum:] Filij Titan dicuntur quidam Græcorum valde ex-
cellentes in viribus, qni interdum vocantur Titanes. Titan quoq; nonnunqnam pro ſole accipi
tur. A qno dicuntur Titanes, quaſi mundum ſua proprietate illuminantes, idcirco inepta vide-
tur expoſitio intelligentinm per filios Titan, filios gigantis ſiue gigantum De quibus & ſubdi- Iudith 8.
tur: [Nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi. Sed Iudith filia Merari] cuius genealogia ſupra
deſcripta eſt, [in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum] hoc eſt, per pulchritudiné traxit eum in laque- Iudith 10.
um mortis, iuxta ſenſum introductum, ex qua expoſitione patet ſenſus verborum ſequentium:
Exuit ſe veſtimento viduitatis, vſq; ibi, [amputauit ceruicem eius pugione] i. gladio breui pun
genti. [Horruerunt per ſe conſtantiam eius] hoc eſt, horror inuaſit corda Perſarum, ex conſide-
ratione conſtantiæ Iudith, qnæ tantum principem auſa fuit inuadere. [& Medi audaciam eius.]
Hi Perſæ & Medi fuerunt in Aſſyriorum exercitu, qui cum ſtupore timuerunt tam horrendam
ſui principis mortem à fœmina attentatam. [Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum] hoc eſt, acies
eorum miſerabiliter clamauerunt, ſicut in quartidecimi fine capituli legitur: Factus eſt clamor
incomparabilis in media caſtra eorum. [Quando apparuerunt humiles mei] hoc eſt, filij Iſraël,
præſertim habitatores Bethuliæ ad Deum humiliter clamitantes [areſcentes in ſiti] hoc eſt, aridi
præ potus inopia. [Filij puellarum compunxerút eos,] i. filij Iſrael ex Hebræis puellis nati, ſimul
vulnerauerunt & punxerunt fugientes Aſſyrios. [Et perierunt Aſſyrij in prælio à facie domini
mei] hoc eſt, ab aſpectu & adiutorio Dei occiſi ſunt Aſſyrij, in illa impugnatione eis ab Hebræis

illata.[Hymnum cantemus domino,hymnum nouum cantemus Deo noſtro. Adonai domine
magnus es tu,]Adonai,eſt nomen Hebraicum,quod interpretatur dominus. Sicq; duo hæc no
mina idem ſignificant. Et vnum eſt expoſitiuum alterius, ſicut cum dicitur, Abba pater:atq; vt
Marc.14. aſſerit Gloſſa,Adonai eſt vnum de decem nominibus Dei apud Hebræos. Præterea aliqui libri
Roma.8. habent,Adonai domine Deus. Et ſic magiſter in hiſtorijs ponit, addens: Super hoc canticum
Gal.4. Hierony. inuenis,quod dicit Hieronymus ſuper Pſalmum 8.Domine dominus noſter.Quia cum in He-
Pſalm.8. bræo legitur domini geminatum, ſicut hic,Adonai domine Deus, primum eſt τετραγράμματον,
apud Hebræos ἄῤῥητον, hoc eſt, ineffabile:Secundum verò eſt nomen domini commune.Itaq;
Adonai domine, magnus es tu, non corporis quantitate, ſed incircunſcriptibili maieſtate, &
prorſus infinita perfectione.[Et præclarus in virtute tua] hoc eſt, excellentiſsimus poteſtate &
1.Tim. 6. ſanctitate,ac in teipſo ſuperſplendidiſsimus & ſuperpulcherrimus,inacceſsibilem lucem inha-
bitans.[Tibi ſeruiat omnis creatura tua, quia dixiſti,& facta ſunt:miſiſti ſpiritum tuum, & cre-
ata ſunt,] id eſt,imperium effudiſti, ſeu Spiritusſancti poteſtatem in opus procedere voluiſti,
iuxta illud Pſalm. 32. Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
[Et non eſt qui reſiſtat voci tuæ,] hoc eſt,tuo imperio,quo abſolute vis aliquid fieri. Nullus
quoq; poteſt verbis diuinarum iuſsionum de iure reſiſtere, quibus tamen de facto multi reſi-
ſtunt.[Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis.]quando tu iuſſeris iuxta illud Pſal.103.
Qui reſpicit terram,& facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. [Petræ ſicut cera li-
queſcent ante faciem tuam]hoc eſt,ex maieſtatis tuæ præſentia & præcepto. Quod tamen im-
minente futuro generali iudicio,maxime fiet per ignem conflagrationis, ſecundum illud Pſal.
96.Ignis ante ipſum præcedet. Itemq; Pſalm. 68. Montes ſicut terra fluxerunt à facie domini.
Hinc fertur Iob 9.Qui tranſtulit montes,& neſcierunt hi quos ſubuertit. Qui commouet ter-
ram de loco ſuo,& columnæ eius concutientur. Eccleſiaſtic. quoq; 16. ait: Ecce cælum & cæli
cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & omnia quæ in eis ſunt, in conſpectu Dei commouebun-
tur,montes ſimul & colles,& fundamenta terræ,& cum conſpexerit illa Deus, tremore concu-
Dani.12. tientur. [Qui autem timent te] filiali timore, perſeueranter vſq; in finem. [magni erant apud
Matt.15. te per omnia.] Quia fulgebunt ſicut ſol in regno ſuo, & nihil deerit eis. [Væ genti inſurgenti
ſuper genus meum,] id eſt, contra filios Iſrael, & nunc contra Chriſtianos iniuſte ſe erigenti.
[Dominus enim omnipotens vindicabit in eis] peccata eorum contra fideles commiſſa, iuxta
illud Deute.32. Quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur,& vindictam retribuet in hoſtes
eorum.[In die iudicij]generalis ac particularis[viſitabit illos]viſitatione pœnæ & condemna
tionis.De qua loquitur Sophoniæ 1. Viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur, & viſi-
tabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. De qua viſitatione loquitur Eſa.24. Poſt dies multos
viſitabuntur:Quia damnati poſt quancunq; ſeu quantumlibet longam durationem punientur.
[Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum] Iuxta illud Eſa. 66. Vermis eorum non mori-
etur,& ignis eorum non extinguetur.Ideo ſubditur:[Vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiter-
num:]& de igne illo nulla eſt dubitatio, quin verè ſit corporalis,& acerrimè puniens, ſed non
conſumens. Porro de verme communiter dicitur, quod ſit ſpiritualis,videlicet remorſus ſyn-
Haymo. dereſis. Verum quia hic dicitur, Dabit ignem & vermes in carnes eorum: aliqui,vt Haymo &
eum ſequentes,de corporalibus,edacibus,horrendiſsimis ac monſtruoſiſsimis vermibus iſtud
exponunt.De quo nuper plenius ſcripſi ſuper illud Eccleſiaſtici 7. Humilia valde ſpiritum tu-
um,quoniam vindicta carnis impij,ignis & vermis:idcirco hoc loco pertranſeo. Amplius vene-
randa hæc Iudith,ac populus non laudibus tantum,ſed & ſacrificijs Deum honorauerunt, ſicut
ſubiungitur:[Et factum eſt poſt hæc,omnis populus]i. quidam de omnibus, præſertim maio-
res ac bellatores poſt victoriam,[venit ad Hieruſalem,] vbi erat locus ſacrificiorum, [ad orare
dominum]quem in omni loco poterant adorare,ſed adorare cum ſacrificijs non licebat,niſi in
templo,niſi ex inſpiratione & diſpenſatione diuina. [Et mox vt purificati ſunt omnes.] ſecun-
dum legem.De purificatione autem redeuntium à bello,legitur Numero 31.qui purificabantur
aſperſione aquæ luſtrationis,de qua iterum Numerorum 19. habetur.[obtulerunt holocauſta,]
quæ ad diuinæ maieſtatis honorem totaliter incendebantur,in ſignum,quod rationalis creatu-
ra debet ſe totam Deo offerre,ac diuino mancipare obſequio,[& vota]i. votiuas ſeu ſpontane-
as hoſtias,[& repromiſsiones ſuas]i.oblationes quas facere promiſerunt. De quibus omnibus
in Leuitico legitur.[Porro Iudith vniuerſa vaſa]i. arma [bellica Holofernis,quæ dedit illi po-
pulus,& conopæum,[de quibus iam dictum eſt,[obtulit Deo]totius victoriæ donatori,in reco
gnitionem & iugem commemorationem beneficiorum ipſius.Propter quod ſubditur:[in ana-
thema obliuionis]id eſt,ad condemnationem & excluſionem immemorationis beneficiorum
tantorum. Fecit enim ea ſuſpendi vel reſeruari in templo, vt filij Iſrael ea intuendo, memores
ſemper eſſent beneficiorum iſtorum.[Erat autem populus iucundus ſecundum faciem ſancto-
rum] id eſt, ſpiritali lætitia,ſecundum apparatum hominum virtuoſorum, & ſicut in faciebus

ſanctorum virorum ſolet ex interiori ſynceritate & iucunditate interna, iucunditas quædam fo-
rinſecus ac claritas relucere. [Et per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum cum Iu-
dith. Poſt dies autem illos vnuſquiſq; redijt in ſua. Et Iudith magna facta eſt in Bethulia,] quia
creuit quotidie in ſapientia & virtute, & in honore habebatur præcipuo. [Et præclarior erat vni
uerſæ terræ Iſrael] id eſt, clariſsima mulierum Iſraelitarum tempore illo. [Erat autem virtuti ca
ſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virũ omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Ma-
naſſes vir eius. Erat autem feſtis diebus procedens cum magna gloria.] non vtiq; cum faſtu &
pompa, ſed ex deuotione, & pro Dei honore, qui eam ſic exaltauit, & cuius gratia conſiderabạ-
tur in ea. Proceſsit autem cum decenti ornatu atq; familia, prout decuit excellentiam. & glori-
abatur in domino. [Manſit autem in domo viri ſui annis centum & quinq;,] non quod tot an-
nis habitauerit in domo mariti defuncti, ſed tamdiu, quod peruenit ad annos vitæ ſuæ centum
& quinq;. [Et dimiſit Abram ſuam liberam,] id eſt, liberauit, immo & locupletauit eã abunde,
quam dilexit vt filiam, iuxta illud Eccleſiaſtici 33. Seruus fidelis ſit tibi dilectus quaſi anima tua,
& quaſi filium tracta eum. [Et defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia, luxitq; eam po-
pulus diebus ſeptem,] ſicut Eccleſiaſtici 23. ſcriptum eſt: Luctus mortui, dies ſeptem. Luctus au
tem fatui & iniqui, omnes dies vitæ eorum. [In omni autem ſpatio vitæ eius non fuit qui pertur
baret Iſrael,] hoc non poteſt intelligi, ſicut ſonat, cum ea viuente Aſſyrij grauiſsime perturba-
uerint Iſraelem. Sed ſenſus eſt, quod in ſpatio vitę eius poſt præfatam victoriam nullus genera-
lem perſecutionem Iſraelitico intulit populo. [Et poſt mortem eius multis annis.] Et hoc me-
ritis ſanctæ fœminæ huius. [Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſan-
ctorum & feſtiuorum dierum accipitur & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentem
diem.] atq; vt in Scholaſtica hiſtoria fertur, Cambyſa eſt vocata, à Cambyſe ſeu Nabuchodono
ſor rege, ad Dei honorem, ac impij regis confuſionem. Præterea conſtat, hanc magnanimem,
caſtam & feruidam Iudith, fuiſſe figuram virginis glorioſæ atq; Eccleſiæ. Holoſernem autem
& eius exercitum, deſignaſſe diabolum & angelos tenebrarum, qui ſemper impugnant Eccle-
ſiam. Beatiſsima autem Maria virgo prorſus deuicit diabolum, ſicut de ea Deus prædixit illi ini
quo: Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum. Et quanta Chriſtifera Gene. 3.
virgo & ſancta Eccleſia in omni virtute & gratia pulchriores exiſtunt, tanto plus impius ille eas
ſubuertere niſus eſt. Sed ipſæ proſtrauerunt eum proprio pugione ipſius, dum tentamenta illi-
us penitus confutantes, per ea ſibijpſis meruerũt coronam, & illi procurauerunt confuſionem,
cunctis quoq; fidelibus formam reſiſtendi dæmonibus oſtenderunt ita, quod fideles exemplis
& documentis virginis benedictæ, & almæ matris Eccleſiæ ſuccenſi ac roborati, fugauerunt &
vicerunt dæmones tentatores, ſuamq; victoriam Deo cum omni humilitate, laude, gratiarum-
que actione, & ſacrificio Euangelicæ legis attribuerunt & obtulerunt. Precioſiſsimas demum
opes, id eſt, animas deceptas, quas abſtulerunt Holoferni, id eſt, diabolo, incorporauerunt do-
mino Ieſu Chriſto in anathema obliuionis, quatenus nunquam obliuiſcamur beneficiorum
Saluatoris. Sed & virgini benedictæ optime conuenit laus illa: Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia
Iſrael, tu honorificentia populi tui. Poſtremo de præfato Nabuchodonoſor ſeu Cambyſe in hi-
ſtorijs recitatur: Cambyſes poſt prædicta cum grandi exercitu intrauit & vaſtauit Aegyptum,
& abominatus religionem Aegypti, cæremonias eius ac templa depoſuit, ædificauitq; vrbem
Babylonem in Aegypto: à qua dum regrederetur, ægrotauit ac ferebatur ceruici-
bus regum, & mortuus eſt in Damaſco, reddente illi quod meruit
iudice ſummo, qui eſt ſuper omnia Deus
ſublimis & benedictus.
Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM HESTER ENARRATIO.

PROOEMIVM.

Eccl. 26. SIcut ſol oriens in mundo in altiſsimis Dei, ſic mulieres bonę ſpecies in ornamentum domus ſuæ. Poteſt hoc verbum de ſancta & ſpecioſiſsima Heſter conuenienter exponi, cuius domus fuit ſynagoga ſeu familia Iudæorum. Itaq; ſicut ſol claritatis ſuæ ſplendore tenebras fugat, terram fœcundat, ac totum venuſtat ſenſibilem mundum, & reddit eum viſibilem: ſic electiſsima Heſter deſolatiſsimum populum ſuum à nebulis triſtitiarum eripuit, ſuiſq; precibus ac beneficijs exhilarauit, & de paupere fecit ditiſsimum, atq; virtutibus ſuis, ſapientia & doctrina ornauit, populum illum ad creatoris amorem & cultum ſuccendit, & ab extrema aduerſitate ad maximam proſperitatem
Eſa. 9. perduxit. Et omnia iſta per eam egit omnipotens, cuius ſapientiæ non eſt finis, & cuius potentia
Pſal. 146. nec terminum habet neque menſuram, qui & infirma elegit, vt per ea operetur maxima bona,
1. Cor. 1. quemadmodum in hiſtoria libri iam exponendi monſtratur.

Expoſitio Cap. I. In diebus Aſſueri regis. Articulus primus.

LIber Heſter inter ſcripturas computatur Canonicas, atq; in ordine Agiographorum reponitur. Accidit quoq; hiſtoria iſta poſt reditum filiorum Iſrael à Babylonica captiuitate, & primo iſto narratur capitulo, qualiter Aſſuerus rex ſuam repudiauit vxorem. Secundo, qualiter puellam nomine Heſter, natione Hebræam, duxit in coniugem. Deinde qualiter per eandem procurata ſit liberatio Iudæorum à mortis periculo. [In diebus Aſſueri, qui regnauit ab India vſq; Aethiopiam, ſuper centum viginti ſeptem prouincias.] Aſſuerus iſte rex fuit Perſarum atq; Medorum, quem aliqui dicunt fuiſſe octauum poſt Cyrum regem, qui monarchiam obtinuit, omiſsis duobus Magis, id eſt, ſapientibus, qui poſt Cambyſen filium Cyri regis regnaſſe dicuntur ſeptem menſibus tantum, vt quidam hic ſcribit, quod non apparet idoneè dictum, quia (vt magiſter in hiſtorijs narrat) primus illorum duorum ſapientum regnauit menſibus ſeptem, & poſt eum frater ipſius modico tempore, ita quod duratio regnationis eorum non ſe extendebat ad annum vnum. Huius opinionis, quod ſcilicet Aſſuerus fuit octauus poſt Cyrum, fuit author Scholaſticæ hiſtoriæ, dicens quod poſt duos Magos illos regnauit Darius filius Hyſtaſpis, vnus ſeptem ſapientum ſeu Magorum, qui poſt regem iudicabant & adminiſtrabant regnum Perſarum. Poſt Darium, filius eius Xerxes, poſt quem filius eius Artaxerxes, poſt hunc filius eius Xerxes ſecundus, cui ſucceſsit Sogdianus, & Sogdiano Darius, cognomento Nothus, huicque Dario Artaxerxes, alio nomine Aſſuerus, ſub quo contigit hiſtoria Heſter. Alij dicunt, quod
Ioſe. lib. 11. Aſſuerus iſte fuit quartus poſt Cyrum, quod Ioſephus ſenſiſſe videtur 11. libro antiquitatum,
an. Iu. ca. 6 affirmans poſt Cyrum regnaſſe filium eius Cambyſen, poſt Cambyſen Darium filium Hyſtaſpis, qui Darius non fuit de ſemine Cambyſis. Poſt Darium autem filium eius Xerxen, poſt Xerxen filium eius Artaxerxen. Quidam vero opinantur, quod Aſſuerus iſte ſucceſsit immediatè Cyro regi Perſarum, vel ſaltem Cambyſi filio Cyri. Præterea Nicolaus de Lyra poſitiones has recitans, dicit quod tertia veri ſimilior videatur, & addit quod Rabbi Salomon vno loco dicit Aſſuerum hunc immediate Dario ſucceſsiſſe, & tamen ſuper Danielem tenet, quod Cambyſes fuit medius rex inter ipſos. Ratio autem quæ mouit Lyram ad reprobandum duas primas poſitiones, eſt, quoniam præſuppoſuit, quod Mardochæus captus fuit cũ Iechonia rege Iuda, quod
Heſter 2. infra dicit patere: ſicq; per durationem Babylonicæ captiuitatis, & per tempora quibus præfati reges Perſarum regnauerunt, probat quod Mardochæus primo anno regni Aſſueri fuit ad minus ducentorum quinque annorum, & adhuc alij multi anni eſſent addendi. Non eſt autem probabile, quod tam diu vixerit, aut in tanta ætate facere potuiſſet, quæ legitur infra feciſſe. Secundam quoque poſitionem redarguit, quia ſecundum eam Mardochæus in principio regni Aſſueri fuiſſe centum quinquaginta ſex annorum, immo & plurium. Itaq; tertiam ſequens poſitionem, dicit quod Mardochæus in principio regni Aſſueri fuit circiter centum annorum. Verum Rabbi Paulus omnia iſta argumenta Lyræ conatur caſſare vna ſolutione. Lyra nanque ſe fundat in eo, quod ſequenti habetur capitulo, Erat autem vir Iudæus in Suſis ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis de ſtirpe Iemini, qui translatus fuerat de Hieruſalem, eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat. In hac authoritate hoc relatiuum, Qui, Lyra refert ad Mardochæum, quod RABBI PAVLVS dicit poſſe referri ad Cis proauum Mardochæi, velut ſi dicamus, Dauid fuit

uid fuit filius Ieſſe filij Obeth, filij Booz, qui cótraxit cum Ruth Moabitide, relatiuum hoc, qui, refertur ad Booz, non ad Dauid. Veruntamen iſta ſolutio Rabbi Pauli, non inuenitur idonea, quamuis tamen quod ait de relatione relatiui, poſsit ſaluari, ſumendo prꝫinducta verba ſecundum ſe, tamen ſi attendantur verba ſequentia, veritatem nõ habent, quia ſecundo capitulo poſt præallegata verba immediate ſubiungitur, qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine Heſter vocabatur. Quo conſtat, quod vtrunq; hoc relatiuum, qui, ſeu vnum repetitum, ad Mardochæum ſit referendũ. Sed his obuiare videtur, quod magiſter in hiſtorijs refert. Erat tunc in Suſis Iudæus vocabulo Mardochæus de tribu Iemini, qui deſcenderat de tranſmigratione Iechoniæ, hic erat nutritius Heſter. Ex quibus verbis apparet, quod per natiuitatem deſcenderit de aliquo tranſmigrato cum Iechonia, præſertim cum Gloſſa eiuſdem hiſtoriæ dicat, deſcenderat de tranſmigratione non immediate, ſed per ſucceſsiones, quia pater eius, vel auus vel proauus deſcenderat. Ad quod dicendum, quod in Scholaſtica hiſtoria in libro correſpondente 4. Regum 24. manifeſte habetur, quòd Nabuchodonoſor tranſtulit cum Ioachim ſeu Iechonia in ſumma quaſi decem millia, inter quos erant Mardochæus & Ezechiel. Et ſic magis ſtandum videtur textui, quàm Gloſſæ illius, & præſertim textui libri huius canonici. Itaq; veriorem puto primam poſitionem, quam magiſter in hiſtorijs ſequitur, & quod Ioſephus aliquos omiſit. Nam ſecundus Xerxes quem omiſit, regnauit duobus menſibus, Sogdianus vero quem omiſit, menſibus ſeptem. Quid autem de Mardochæo ſenſerit Ioſephus, in libro antiquitatum non repperi, niſi quod vndecimo libro antiquitatum narrat Darium regem ſcripſiſſe Samaritis, Zorobabel & Ananias & Mardochæus legati Iudæorum vos accuſant, quod tamen de iſto Mardochæo non arbitror dictum, ſed de alio quodam ad Iudæam à Babylone reuerſo, ad quam Iudæam Mardochæus non redijt, niſi forſan dicatur ad tempus redijſſe, & rurſus in Babylonem reuerſus. Verum iuxta hęc remanet quæſtio, qualiter potuerit Mardochæus tam diu vixiſſe, & in ſeuectute tam magna egiſſe quæ infra de eo narrantur. Ad quod faciliter poterit reſponderi, ſi ad omnipotentiãm Dei reſpiciatur, qui per Mardochęum voluit Iſraelitico populo ſubuenire, immo infra tempus Euangelicæ legis leguntur quidam vixiſſe vſq; ad quadringentos annos, ſicut in Chronicis Martini recitatur de quodam, qui ob ſenium vocabatur Ioannes de Tempore. Et nuper in ducatu Hollandiæ quidam, qui ſupra centum multis annis vixiſſe aſſeritur. Tamen de his quæ infra certitudinem ſunt, non conuenit multum aſſertorie loqui. Itaq; in diebus Aſſueri [quoniam ſedit in ſolio] i. regio throno [regni ſui,] tanquam receptus & roboratus, [Suſa ciuitas] regni Perſarum [regni eius exordium fuit] i. caput atq; metropolis. [Tertio ergo anno imperij ſui fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris ſuis] i. miniſtris [fortiſsimis Perſarum & Medorum inclytis ac pręfectis prouinciarum coram ſe, vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, centum & octoginta diebus.] Circa hoc dicit quidam, non eſſe veriſimile, quod homines, præſertim qui à remotis venerunt, tot diebus vacauerint: ideo dicit, hos centum octoginta dies eſſe referendos ad tempus præparationis conuiuij, nec exhibuiſſe regem populo ſuo, niſi conuiuium ſeptem dierum, de quo ſubditur: [Cumq; implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſis, à maximo vſque ad minimum, & ſeptem diebus iuſsit conuiuium præparari in veſtibulo horti & nemoris.] Sed iſtud ineptiſsime dictum cenſeo, præſertim cum nec authoritate, nec idonea ratione probetur, & textus manifeſte dicat oppoſitum. Nec mirum, quod ad inſtantiam tanti regis vacauerint tot diebus, cum interim gratis lautiſsime reficerentur. Nec verum eſt, nec vllam apparentiam habet, quod præparatio conuiuij durauerit centum octoginta diebus, cum omnia neceſſaria haberentur copioſe, immo copioſiſsime ad manum, cum in textu dicatur, quod exhibuit iſtud conuiuium, vt oſtenderet diuitias regni ſui. Inſuper textus euidenter inter conuiuia iſta diſtinguit, tam quo ad locum, quàm quantum ad tempus, & item quantum ad inuitatos. De primo namq; conuiuio ait, fecit grande conuiuium multo tempore, ſcilicet 180. diebus, nec fit mentio ibi de ſpeciali loco, deinde tractat de conuiuio ſeptem dierum, nec in deſcriptione primi conuiuij vlla fit mentio de præparatione conuiuij, ſed de exhibitione duntaxat: immo in deſcriptione conuiuij ſeptem dierum, fit verbum de præparatione conuiuij, & nihilominus exponitur hoc de conuiuij exhibitione, ergo potius primum. Rurſus, deſcripto primo conuiuio, adiungitur: Cumque implerentur dies conuiuij, & conſequenter tractat de ſecundo conuiuio, quod affirmat ſeptem duraſſe diebus. Iterum primum conuiuium aſſerit factum cunctis principibus & pueris regis fortiſſimis Perſarum & Medorum inclytis & præfectis prouinciarum. Secundum vero conuiuium aſſerit factum omni populo in ciuitate Suſis inuento. Et hæc omnia etiam Ioſephus libro antiquitatum Iudaicarum vndecimo proteſtatur, qui etiam ſcribit, quod Rex miſit per omnes prouincias, denuncians, vt opera relinquerent, & multis diebus pro eius imperio lætarentur: quo aperte ac manifeſte patet, quod diu vacabant. Quibus concordat omnino Shcolaſtica hiſtoria, quæ fatetur primum conuiuium factum eſſe in domo illa mirabili, de qua legitur

Ioſe. lib. 11. an. Iu ca. 6.

Ioſe lib 11. an. Iu. ca. 3.

Heſter 4 5. 6. 8. 9.

Ioſe. lib. 11 an. Iu. ca. 6

non tamen ſine horum conſilio voluit ad vltionem procedere, quia Ira oculum cordis excęcat. Seneca.
Propter quod Seneca: Nihil (inquit) volo tibi iraſcenti licere, quoniam tibi irato omnia licita
eſſe videntur, quæ ſcilicet ira perſuadet. [qui videbant faciem regis [id eſt, familiariores ei fue-
runt, & magis contubernales, [& primi poſt eum reſidere ſoliti erant.] ſiue in eadem, ſiue in alia
menſa, & in conſilijs & conſimilibus cauſis, [cui ſententiæ Vaſthi regina ſubiaceret. Reſpondit-
que Mamuchan,] qui inter ſeptem ſapientes in litera vltimo ponitur. [audiente rege atq; prin-
cipibus: Non ſolum regem læſit regina,] derogando regis honori, & hoc publice coram cunctis,
per quod ſcandalizauit quamplurimos, & eius exemplo fœminæ ſpernent maritorum ſuorum
præcepta, niſi ipſa tam acriter puniatur, quod cæteræ matronæ inde terreantur, & à conſimili
compeſcantur. Et hoc eſt quod prolixe narratur in textu qui planus eſt. [Placuit conſilium eius]
id eſt, eunuchi iſtius [regi & principibus,] vt ſcilicet regina Vaſthi vltra non ingrederetur ad re-
gem, ſed regnum illius, [id eſt, communionem in regno conuenientem vxori regis, altera quæ
melior eſt illa, accipiat, & cunctæ vxores deferant maritis ſuis honorem. Hinc rex omnibus ſuis
prouincijs ſcripſit, Viros eſſe principes & maiores in domibus ſuis. Vnde & iuxta Apoſtolica do
cumenta, vir caput eſt mulieris. Et viri eſt, inſtruere ac dirigere coniugem in agendis, ac erran- Ephe. 5.
tem corripere. Hinc Gene. 3. legitur dictum primæ mulieri à domino: Sub viri poteſtate eris, & 1. Cor. 7.
ipſe dominabitur tui. Ideo & beatiſsimus princeps Apoſtolici chori, in prima ſua Canonica ait:
Similiter mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. 1. Pet. 3.
Veruntamẽ principatus viri in vxorem, non eſt per omnia, ſicut principatus ſerui ad dominum, Gene. 18.
vt etiam docet Philoſophus, immo in multis ad paria iudicantur: ſed in principalibus & arduis
rebus ac cauſis, vir principalior eſt. nam & ſexus fœmineus eſt ſexus ſubiectionis. Et communi-
ter viri in naturalibus & iudicio rationis atq; conſtãtia cordis, perfectiores ſunt fœminis, quan-
uis interdum contingat oppoſitum. Poſtremo quidam ſpiritualizant iſtam hiſtoriam, intelligen
tes Chriſtum per Aſſuerum, de qua expoſitione ſuperſedere melius puto.

Expoſitio Cap. 2. His itaq; geſtis, poſtquam regis Aſſueri indignatio deferbuerat.
Articulus ſecundus.

HIC deſcribitur, qualiter Heſter facta eſt coniunx regis. [His itaq; geſtis, poſtquam regis
Aſſueri indignatio deferbuerat,] id eſt, feruere deſijt, & miteſcere cœpit cor eius circa ab
iectam vxorem. Ira enim, ſicut & cæteræ paſsiones appetitus ſenſitiui, fit cum corporali
transmutatione: qua ſedata, ſedatur & paſsio ſaltem à vehementia ſua, & ſpecialiter generatur
cum ſanguinis ebullitione, fellis euaporatione, inflammationeq; choleræ: quibus ceſſantibus,
ira miteſcit. [recordatus eſt Vaſthi] prioris vxoris, [& quæ feciſſet] id eſt, inobedientiam eius,
[& quæ paſſa eſſet,] videlicet libellum repudij ſeu repudiationem, & cœpit in corde ſuo eius in-
obedientiam quodammodo excuſare, propter cauſam in præcedenti articulo introductam: ſic-
que apparuit ei, quod vltra condignum eſſet punita, quod non videbatur regiam decere maie-
ſtatem, ad quam conſtat præcipue ſpectare clementiam, iuxta illud Prouerb. 20. Roboratur cle-
mentia thronus regis. quanuis autem in præcedenti capitulo dictum ſit, quod regi Aſſuero pla-
cuit eunuchi conſilium de Vaſthi abiectione, Ioſephus tamen vndecimo antiquitatum libro Ioſe. lib. 11.
enarrat, quod conſilium eunuchi rex grauiter tulit, detentus amore vxoris, & reminiſcens ipſius an. Iu. ca. 6.
decorem, & triſtabatur quod propter irreuocabile ſuum edictum eam non potuit reuocare. Id-
circo in ſolicitudinibus & mœrore permanſit: quem videntes amici nimio mœrore confectum,
perſuadebant vt amorem priſtinæ coniugis, & amorem nil profuturum deponeret, & quæreret
per vniuerſam terram virgines decoras, ex quibus pulchriorem haberet vxorem, arbitrantes ſic
poſſe extingui prioris cupidinem, alia introducta, & deſiderium à muliere proiecta ſubtractum,
paulatim poſſe ad cohabitantem conuerti. Hoc eſt ergo quod ſubditur: [Dixeruntque pueri] id
eſt, familiares & chari, [regis atq; miniſtri] domeſtici ſiue præcipui: [Quærantur regi puellæ vir-
gines ſpecioſæ, & tradantur in domo fœminarum, [ad vſum regis deputatarum, [ſub manu Egei
eunuchi.] Eunuchus in ſcripturis quandoque accipitur pro caſtrato, & ſic videtur hic accipi. In- Heſter 1.
terdum vero pro continente & probo in moribus, ſicque ſumitur præcedenti capitulo, cum di-
cuntur ſeptem eunuchi in conſpectu regis miniſtraſſe. [qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierum
regiarum,] quæ vſui regis deputantur, quibus ille eunuchus habuit prouidere de ornatu & vi-
ctu atque cuſtodia, [& accipiant mundum muliebrem] id eſt, apparatum ad ornatum, & corporis
mundificationem pertinentem, [& cætera ad vſus] fœminarum ad cultum earum, [neceſſaria. Et
quæcunq; inter omnes regis oculis placuerit] præ cæteris, [ipſa regnet pro Vaſthi. Placuit ſermo
regi, & ita vt ſuggeſſerant, iuſsit fieri. Erat autem vir Iudæus in Suſis ciuitate, vocabulo Mardo-
chæus, de ſtirpe Iemini] de qua & Saul 1. Reg. 19. fuiſſe aſſeritur, [qui translatus fuerat,] hoc præ-
cedenti articulo expoſitum eſt, [nutritius Heſter,] quam defunctis Heſter parẽtibus, adoptauit
in filiam.

Heſter 2. Ioſep. li. 11. an. Iu. ca. 6. in filiam. nam filia fuit fratris ſui Heſter, inter cæteras puellas tradita eunucho, ſecundum Ioſephum, de Babylonia fuit adducta, & Mardochæus eius amore ſequutus eſt eam, & ſic habitauit in Suſis, [quæ placuit ei,] puta eunucho, [vt acceleraret mundum muliebrem] i. mox feſtinauit eam ornare, habens ſpem firmam, quod rex eam eligeret in vxorem.
Ibidem. Nam vt Ioſephus conteſtatur, Gratia vultus ſui reſpicientium delectabat magis aſpectum, [& traderet ei partes ſuas] i. ea quæ ad eius pertinebant decorationem, [& ſeptem puellas ſpecioſiſsimas] i. valde pulchras, minus tamen quàm Heſter. [& tam ipſam quàm eius pediſſequas ornaret atq; excoleret] i. valde exquiſite componeret, cupiens eius promotionem, & vt ipſe per hoc conſequeretur fauorem illius. [Quæ noluit ei indicare populum & patriam ſuam. Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret.] Iudæi quippe tunc erant ibi captiui, & à multis contempti, ac ſingularis religionis.
Ibidem. [Cum autem veniſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem:] ad quieſcendum cũ illo, intrabant ſucceſsiue, ſeu quælibet die ſuo. Vnde Ioſephus ait: Per ſingulos dies ad concubitum vnam regi mittebat. [expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant] ſ. in balneationibus, vnctionibus, aromatumq; applicationibus, & veſtimentorum decore, [menſis duodecimus vertebatur,] quia per integrum annum præparabantur ad regis coniunctionem, [ita duntaxat, vt ſex menſibus vngerentur oleo myrtino] i. humore, gutta ſeu lachryma fluente de arbore quæ myrtus vocatur, cuius oleum carnem mundificat. [& alijs ſex menſibus quibuſdam pigmentis] i. confectionibus, [& aromatibus vterentur] ad reddendum corpus fœminæ magis ſuaue & molle ad tactum, ne quid inconuenientis odoris inueniretur in aliqua. [ingredientesq; ad regem] de die in palatium, [quicquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens, accipiebant] ab aliquo à rege ad hoc deputato, [& vt eis placuerat, compoſitæ] i. ad proprium libitum excultæ & decoratæ [de triclinio] i. aula ſeu palatio fœminarum, [ad regis cubiculum tranſiebant: & quę intrabat veſpere, egrediebatur mane, atq; inde in ſecundas ædes] i. manſiones [deducebantur, quæ ſub manu Suſagari eunuchi erant, qui concubinis regis præſidebat.] Aliqui opinantur quod rex vniuerſas puellas ſecum dormientes duxit vxores, & tamen concubinæ vocentur, tanquam coniuges ſecundariæ, minusq; principales, ſicut Gen. 30. Zelpha & Bala quandoq; vocantur vxores Iacob, aliquando concubinæ. Alij magis tenent oppoſitum. nam & gentiles pro magna parte concubitum ſimplicis fornicationis non reputabant peccatũ: immo vt dictum eſt Iudith 12. Fœdum fuit apud Aſſyrios, vt fœmina irrideat virum, agendo vt immunis tranſeat ab eo. [Euoluto autem tempore, inſtabat dies in quo Heſter intrare debebat ad regem, quæ non quæſiuit muliebrem cultum.] Non enim aſpirabat ad regis complacentiam atq; coniugium, vt infra patebit: ideo commiſit ornatum ſuum eunucho. Hinc ſubditur: [Sed quæcunq; voluit Egæus eunuchus, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formoſa valde & incredibili pulchritudine, omniumq; oculis gratioſa & amabilis videbatur.] quod totum ex diuina prouidentia factum eſt, vt per eam populus Iſrael liberaretur. Ecce qualis artifex eſt omnipotẽs Deus, & quàm pulcher pulcherrimus, incomparabiliter pulcher & ſuperpulcherrimus, atq; ad intuendum ſuperdelicioſiſsimus, infiniteq; gratioſus, ſuperamabilis eſt ille in ſemetipſo, & ad fruendum ſuperdulciſsimus, qui in tam modica corporis parte, in fragili vaſculo, in mortali materia viliq; gleba tantã pulchritudinem, amabilitatem & delectabilitatem conſtituit. Deniq; pulchritudinem illam corporalem mirabiliter venuſtauit & auxit ſupernaturalis pulchritudo mentis, in donis gratiæ ac virtutum, redundans ac reſplendens in corpore: pulchritudo quoq; moralis, in venuſtiſsimis moribus, apparatu & compoſitione exteriori conſiſtens. [Ducta eſt itaq; ad cubiculum regis menſe decimo, qui vocatur Tebeth] i. Ianuarius apud nos. Non vtiq; decimo menſe ſuæ expolitionis & præparationis ad regis acceſſum, ſed decimo menſe ſeptimi anni regni Aſſueri. [Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres:] vel diuiſim vel coniunctim acceptas, loquendo de maritali affectu. Et quia tantam virtuoſitatem, pudorem & honeſtatẽ conſiderauit in puella, [poſuit diadema regni in capite eius. Fecitq; eam regnare loco Vaſthi, & iuſſit conuiuium præparare permagnificum cunctis principibus & ſeruis ſuis:] quod ſecundum Io-
Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 6. ſephum, Scholaſticamq; hiſtoriam, durauit per integrum menſem. [Et dedit requiem in vniuerſis prouincijs] i. à ſubditis ſuis non exegit ſolita tributa, ſiue obſequia anno illo aut circiter. Vel ſenſus eſt, quod fecit eos ad tempus à manualibus ceſſare laboribus, puta per menſem, cum Ioſe-
Ibidem. phus dicat, quod pręcepit eis feſta pro ſuis nuptijs celebrare [ac dona largitus eſt] ſuis officiatis, cognatis, amicis, domeſticis, [iuxta magnificentiam principalem] i. regalem & imperialem, videlicet liberaliter valde, quod eſt contra præſidentes, qui in nuptijs ſuis aut ſobolis ſuæ, grauant ſubditos ſuos exactionibus ſeu munerum exhibitionibus quas requirunt. [Cumq; ſecundo quęrerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis.] Cur iam poſt initum cum Heſter connubium, virgines quęrebantur? putant quidam quod ad concubinatum, alij dicunt quod ipſa Heſter nequaquam volente prodere genealogiam ſuam, rex ſimulauit ſe velle ducere aliã, & ſimulatorie fecit virgines quęri, quatenus ſic extorqueret à coniuge genus ipſius.

Ad quod

Ad quod referunt quod ſequitur. [Nec dum prodiderat]i. manifeſtauerat [Heſter patriam & populum ſuum iuxta mandatum eius]Mardochæi. [Quicquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Heſter, & ita cuncta faciebat,vt eo tempore ſolita erat,quo eam paruulā nutriebat,] in quo patent humilitas & obedientia Heſter. Quidam verò paululum promoti, mox intumeſcunt, & obedire deſpiciunt ſuis parentibus aut magiſtris,ſeu his à quibus ſunt inſtituti. [Eo igitur tempore quo Mardochæus ad ianuam regis morabatur, irati ſunt duo eunuchi regis, volueruntq́; inſurgere in regem,& occidere eum]cuius rei cauſa neſcitur,niſi quod ſerui ſæpe ex indignatione,ambitione,traditione machinantur in mortem principis ſui, quemadmodum patet 3.Reg. 15.16. & 4. Reg. 15. vbi reges Iſrael à ſeruis ſuis occiſi leguntur. [quod Mardochæum non latuit,]Dicunt nonnulli, quod eunuchi audiente Mardochæo, contulerunt de regis interfectione in lingua,quam putabant non intelligere Mardochæum. Ioſephus verò dicit, quod vnus eunuchorum habuit ſeruum Iudæum,cognoſcentem domini ſui inſidias,& retulit Mardochæo,[ſtatimq́; nunciauit reginæ Heſter, & illa regi ex nomine Mardochæi. Quæſitum eſt, & inuentum, & appenſus eſt vterq; in patibulo.] & ita rex ſapienter proceſsit, non ſtatim incaute credendo, ſed examinando negocium.[Et iuſsit rex vt in libro memoriali ſcriberetur, vt pro vita ſua aliquid repenſaret ei.Mandatumq́; eſt hiſtorijs]i. in libris hiſtorialibus ſcriptū. [& annalibus traditum coram rege.]Annales vocantur libri hiſtorici, in quibus ſcribuntur quæ ſingulis contingunt ſub regibus,vt reges talia recolendo,ex memoria præteritorum cautè ſe habeāt per conſiderationem præteritorum,ac prouidentiam futurorum. Circa capitulum iſtud aliqua poſſent inquiri: An ſcz. regi licuit ſuam ſic abijcere coniugem, cum inſeparabilitas dicatur eſſe de ratione matrimonij,& an illa repudiata atq; viuente,licuit ei ducere aliam. Item an licuit ipſi Heſter cū rege gentili contrahere, cum hoc fuerit prohibitum lege. Et an fuerit vera vxor regis,cum diſpar cultus impediat matrimonium contrahendum,dirimatq́; contractum. Ad quæ longum eſt plenariè reſpondere. Breuiter autem tangendo dici poteſt, Non oportere Aſſuerum excuſare à culpa, ipſamque Heſter ex diuina præordinatione ac diſpenſatione contraxiſſe cum illo,ſicut Samſon cum Philiſtæa,vt patet Iudic.14. vbi habetur quod res illa agebatur à domino. Et Salomon adhuc bonus cum filia Pharaonis, vt patet 3.Reg.3. Horum autem magiſtralis diſcuſsio, ad quartum ſpectat ſententiarum.

Ioſe. lib.11. an. Iu.ca.6

Deut.7.

Elucidatio Cap. 3. Poſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman. Artic. 3.

CApitulo iſto deſcribitur,qualiter Aman exaltatus à rege, procurauit ab eodem populum Iudæorum morti adiudicari.[Poſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadathi,qui erat de ſtirpe Agag]regis Amalechitarum,quos Saul vaſtauit, & quorum regē iam nominatum,Samuel propheta conſcidit in fruſta, vt 1. Reg.15. legitur,[& poſuit ſolium eius ſuper omnes principes,quos habebat]i. ſuper cæteros,qui ſub ipſo rege præerant populo,ſicut Pharao exaltauit electum Ioſeph. Et ſic Aman fuit primus poſt regem. Veruntamen infra legitur, quod Aman fuit animo & gente ſeu genere Macedo. Ex quo apparet quod non fuit Amalechita. Ad quod reſpondebitur ibi.[Cunctiq́; ſerui regis flectebant genu,& adorabant Aman. Sic enim iuſſerat eis Imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu.] ad reuerentiam Aman, [neque adorabat eum]ne honorem Deo debitum, homini exhiberet: quia vt dicitur, Aman ſuperbiſsimus voluit ſibi non ſolum duliæ,ſed & latriæ adorationem impendi. Siquidem cultus duliæ poterat ei exhiberi,tanquam perſonæ excellenti in officio regiminis conſtitutæ. Aman autem ſuper hominem impijſsimè ſe extollens, voluit adorari vt Deus: quemadmodum Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, videlicet Cambyſes, & Caius Imperator, vt legitur. [Quod cum audiſſet] quod ſcilicet Mardochæus eſſet Iudæus,[nec ſe adoraret, iratus eſt valde.]Oderat enim Iudęos,à quibus cognouit progenitores & prædeceſſores ſuos fuiſſe occiſos. Hinc ſerui regis annūciauerunt ipſi Aman de Mardochæo,[cupientes ſcire,an Mardochæus perſeueraret in ſententia]i. in reſponſione qua ſe dixit eſſe Iudæum,& ideo non poſſe ſe hominem adorare. Et quoniam ſerui regis nouerant Iudęos eſſe exoſos, hinc Aman cupiebat ſcire ex quadam curioſitate, an Mardochæus auderet hoc euidenter fateri, ipſo Aman ſciente aut audiente. [Et pro nihilo duxit in vnum]videlicet[Mardochæum mittere manus ſuas]vltrices, [magiſq́; voluit omnem Iudæorum perdere nationem, quæ erat in regno Aſſueri menſe primo,cuius vocabulum eſt Niſan] apud Iudæos , & apud Latinos Aprilis , quamuis interdum concurrat partim cum Martio. [miſſa eſt ſors in vrnam, quæ Hebraice dicitur Phur] i. ipſe Aman inuidioſus ſortilegus, miſit ſortem in vas quoddam,quod vrna vocatur,ad ſciendum per ſortis oraculum, [quo die]menſis [& quo menſe gens Iudæorum deberet interfici,& exiuit]per ſortis oſtenſionem [menſis duodecimus,qui vocatur Adar]ſecundum Hebræos,& Martius ſecundum Latinos. Exiuit quoque per ſortem tertiuſdecimus dies menſis eiuſdem. Hæc fecit Aman ex vehementi indignatione & ira nequiſsima,tantam volens exercere vindictam in totū populum Iudęorum,propter vnius

Gen. 41.

Heſter 15.

Iudit. 2.
Exod. 17.
1.Reg.15.

Kk delictum,

delictum,ſecundum ſuum iudicium.·quod tamen re vera non fuit delictum,ſed virtus.Superbi
enim iniuriam ſibi factam,quamuis paruam,reputant valde grauem.·idcirco in vlciſcendo exce
dunt menſuram,& agunt contra Iuſtitiam.Deniq; ſciens ſe apud regem audientiam habere præ
cipuam,præſupponit ſe faciliter acquiſiturum à rege iudicium mortis contra Iudæos. [Dixitq;
Aman regi : Eſt populus per omnes regni tui prouincias diſperſus, nonis vtens legibus & cære-
monijs,]colendo vnum ſolum Deum,non deos,quos ab antiquis temporibus coluerunt Gen-
tiles.Nihilominus lex Iudæorum à tempore Moſis vſq; ad Aſſuerum perdurans , non fuit peni-
tus noua,quamuis Aman ſic dixerit,ad inflammandum regem contra Iudęos.[Inſuper & ſcita]
i.decreta[regis contemnens.]Vnde dicitur plebiſcitum. [Et optime noſti quod non expediat
regno tuo] ſ.bono communi & paci, [vt inſoleſcat] i. contra ſolitum legum regni tui ſe habeat,
[per licentiam]i.permiſſionem manendi in vita & obſeruantia ſua. [Si tibi placet,decerne] i.
iudica,[vt pereat]i.occidatur, [& decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ] i. cu-
ſtodibus theſaurorum tuorum. Hoc addidit Aman , vt videretur multum zelari pro rege & pro
pace communi,cuius nouerca & corruptrix,ſolet eſſe diſsimilitudo ac diſpar cultus. Et ne rex
retraheretur à ſententia mortis in Iudæos dictanda,propter damnum tributorum quæ ſibi à Iu-
dæis dabantur [Tulit ergo annulum quo vtebatur,]non ſolum ad manus ſuæ ornatum , ſed itẽ
ad literas ſigillandas,ſicut tunc moris fuit.In annulis demum talibus fuit ſignum , formatum ad
imprimendum & ſignandum epiſtolas.[de manu ſua,& dedit eum Aman ,]vt iuxta ſuum con-
ceptum dictaret & ſigillaret ex nomine regis literas mortis cõtra Iudæos. Credidit Aſſuerus ni-
mis impio Aman,non inquirens accuſationis veritatem. Facilitas aũt credulitatis, decipit mul-
tos, & in præſidentibus periculoſa eſt ſubditis,etiam bonis. [Vocatiq; ſunt ſcribæ] i. ſcriptores
[regis.]Scriba enim frequẽter accipitur pro ſapiente ſeu doctore,vel legiſperito.[& literæ miſ
ſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias regni eius, vt occiderent omnes Iudæos à pu-
ero vſq; ad ſenem]i.vniuerſos,etiam infantulos atq; decrepitos.[& mulieres,]i. cunctas perſo-
nas fœminei ſexus.Et vt proniores eſſent gentiles hoc facere,dabatur facientibus illud licentia
diripiendi ac retinendi bona Iudæorum,quos trucidarent.ideo ſubditur.·[& bona eorum diri-
Exod.17. perent.·ſic quippe filij Iſrael vaſtauerunt Amalechitas , tamen contra præceptum Dei, peperce-
runt pecoribus Amalech,ſicut 1.Reg.15.fertur.[ſtatimq; in Suſis]metropoli regni, [pependit edi
ctum]i.ex diſpoſitione Aman,appenſum eſt decretum in ſcriptis de Iudæorum interitu, ne rex
Ioſe.lib.11. ſuam reuocaret ſententiam,ſicut nec eam de Vaſthi abiectione reuocare audebat. Hoc loco po
an.Iu.ca.6 nit Ioſephus formam epiſtolæ prætactæ ex nomine regis cunctis eius prouincijs miſſæ, quæ in-
Heſter 13. fra continetur.[rege & Aman celebrante conuiuium,]tanquam rem communitati ſaluberrimã.
Ioſe.lib.11. ordinaſſent,[& cunctis Iudæis qui in vrbe Suſis erant,flentibus.]immo vt Ioſephus ſcribit, etiã
an.Iu.ca.6. ciuitas turbabatur,vtpote Iudæis captiuatis compatiens.

Expoſitio Cap. 4. Quæ cum audiſſet Mardochæus,ſcidit veſtimenta ſua.

Articulus quartus.

REfertur hic qualiter Mardochęus Heſter reginam induxit ad intercedendum coram rege
pro liberatione plebis Iudaicæ.[Quæ cum audiſſet Mardochæus , ſcidit veſtimenta ſua,]
vt moris fuit Iudæis,immo & quibuſdam gentilibus,ſicut Iob 1.& 2.ipſe Iob & amici eius
leguntur veſtimenta ſua ſcidiſſe.[& indutus eſt ſacco]i. aſpera ſaccinaq; veſte,in ſignum contri
tionis,ſpargens cinerem capiti[ad humiliandum ſe coram Deo,quaſi puluerem ſe recognoſcẽs
ac cinerem.[& in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat,oſtendens amaritudinem animi
ſui.·]præſertim quia penſabat ſe eſſe occaſionem tanti periculi,ac deſolationis dijudicationisq;
Vbi ſupra. populi ſui,[& hoc eiulatu vſq; ad fores]i.ianuas[palatij gradiens.Non enim erat licitum,indu-
tum ſacco aulam regis intrare.]Vnde ſecundum Ioſephum,vſq; ad aulã peruenit, & ante ipſam
ſtetit,quam cum tali habitu ingredi,fuit prohibitum,ne huiuſcemodi veſtis,aut ſic veſtitus, mi
ſerabilisq; apparens,horrorem incuteret regi,aut eius magnificentiæ derogaret. [In omnibus
quoq; prouincijs,oppidis ac locis,ad quæ crudele regis dogma]i. præfatum edictum quaſi do-
ctrinaliter & apparenter dictatum.[peruenerat,planctus ingens erat apud Iudæos , plurimis ſac
co & cinere pro ſtrato vtentibus]ad impetrandum auxilium Dei,iuxta illud Hier.6.Accingere
cilicio,conſpergere cinere.[Ingreſſæ ſunt autem puellæ Heſter & eunuchi]i.pediſſequæ eius,&
cubicularij qui erant caſtrati.Et apparet, quod iſti ſecrete nouerunt Mardochæũ & Heſter eſſe
cognatos.[nunciaueruntq; ei.·Quod audiens]Heſter, [conſternata eſt]i. mœrore oppreſſa, [&
miſit veſtem Mardochæo, vt indueret eam.·]ſicq; honeſtè veſtitus,aulam intraret, quam accipe-
re noluit Mardochæus,quia nondum finitum fuit malum illud pœnale , propter quod euaden-
dum,induerat ſaccum [quã accipere noluit. Accitoq; Athach eunucho præcepit vt iret ad Mar-
dochæum,& diſceret,cur hoc faceret. Ingreſſusq; Athach, inuenit eum in platea ciuitatis,qui in
dicauit per eunuchũ ei]ſ.Heſter reginæ,[omnia quæ acciderant]in hoc caſu, [vt intraret ad re-
gem,& deprecaretur pro populo ſuo:]de quo faciendo excuſat ſe,quia edictum fuit, quod qui
cunq; non

cunq; non vocatus ingrederetur atrium regis, mox moreretur, niſi rex auream virgam quam tenebat in manu, ad ſic introeuntem extenderet pro ſigno clementiæ. Hinc addidit: [Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta diebus non ſum vocata ad eum?] Habuit enim extra & alia multa deliciarum ſuarum obiecta, & Deus omnipotens deuotæ reginæ prouidit de tali continentia & quiete. [Quod cum audiſſet Mardochæus, rurſus mandauit Heſter] reginæ, ſolita authoritate loquens ad eam increpatoriè & audacter, certus quod ipſa virtuoſa domina patienter, non indignanter acciperet. [dicens, Ne putes quod animã tuam tantum liberes, quia in domo es regis præ cunctis Iudæis] id eſt, noli putare quod à ſententia mortis contra Iudæos promulgata, præſerues propriam vitam duntaxat per hoc, quod facta es contubernalis & coniunx regis, & ideo non cures pro populo tuo rogare. [Si enim nunc ſilueris,] non rogando regem pro tuis, [per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi,] id eſt, Deus alijs modis ac vijs, eis (vt ſpero,) ſuccurret, [& tu & domus tua peribitis,] id eſt, Deus iuſto iudicio permittet te, & domeſticos ſeu cognatos tuos occidi, eo quod neglexeris populo tuo in tanto periculo ſubuenire. [Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnum perueneris] id eſt, conſors & contoralis regis effecta ſis, [vt in tali tempore parareris?] id eſt, vt diſponaris venire ad prætactam ruinam in tempore perſequutionis iſtius, in quo deſeris tuos. Vel ſenſus eſt. Quis nouit &c. ac ſi dicat: quamuis occulta ſint Dei iudicia, forſitan tamen idcirco imperatrix & regina facta es, quatenus ex præordinatione diuina pares te ſuccurrere nobis. [Rurſumq; Heſter Mardochæo mandauit: Congrega omnes Iudæos] vtriuſq; ſexus. [& orate pro me,] vt communitatis oratio mihi proſperum mereatur ſucceſſum. [Non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus:] Niſi eo modo quo ieiunantes ſolent non manducare, videlicet ſolum ſemel in die, vel tam parcè & ſobriè comedatis in die, vt quaſi nil reputetur: ſicut de eo qui parum comedit, dicimus: Nihil manducauit. [& ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.] ſicq; ancillæ iſtæ videntur fuiſſe fideles, & forſan conuerſæ per ſuam reginam. [& tunc ingrediar ad regem] ſperandoq; Deus miſericorditer mecum diſponet, & mentem regis mihi propiciam exhibebit, [contra legem faciens] intrando ad regem inuocata, id eſt, non vocata, [tradens me morti,] id eſt, periculo mortis pro liberatione populi mei, niſi Deus gratioſe prouideat & ſuccurrat. [Iuit itaq; Mardochæus] ad exequendum reginæ præceptum.

Explanatio Cap. 5. Die autem tertio induta eſt Heſter regalibus veſtimentis.

Articulus quintus.

EXordium petitionis Heſter reginæ hic recitatur. [Die autem tertio induta eſt Heſter regalibus veſtimentis:] & ſic regem acceſsiſſe videtur tertio die ſuæ ieiunationis & orationis,
orantibus adhuc pro eã, & ieiunantibus cunctis Iudæis in Suſis manentibus. Ipſa quoq; in
lugubri veſte orauit ac ieiunauit, qua depoſita, ornauit ſe precioſiſsimis atq; pulcherrimis quæ
habuit veſtimentis. Propter quod infra legitur, quod circundata eſt gloria ſua, & depoſuit veſti Heſter 15.
menta ornatus ſui, quia & communia ornamenta ſeu quotidiana veſtimenta, quamuis precioſa
& decora, depoſuit. Veſtimenta quoq; lugubria, in quibus interiori ornatui, ſcilicet compuncti
oni, orationi, ieiunationi vacauit. [& ſtetit in] id eſt, à camera ſua proceſsit vſq; ad atrium [domus regiæ, quod erat interius contra baſilicam] i. ex oppoſito regiæ aulæ. [At ille ſedebat ſuper
ſolium ſuum in conſiſtorio] id eſt, loco iudicij, vbi ad iudiciũ ſtatur [palatij contra oſtium domus,] in qua rex ſedit, ex qua potuit eam videre, & antequam venit ad illum locum, iuit per ianuas multas, ſecundum quod infra legitur: Ingreſſa cuncta per ordinem oſtia, &c. [Cumq; vi- Heſter 15.
diſſet] rex [Heſter reginam ſtantem, placuit oculis eius.] Erat enim pulcherrima, ſpecioſiſsimè
quoq; veſtita, roſeo colore vultu perfuſa, gratis ac nitentibus oculis pallens, ſicut infra legitur. Ibidem.
[& extendit contra] id eſt, verſus [eam virgam auream] pro ſigno clementiæ & amoris. [quam
tenebat in manu, quæ accedens, oſculata eſt ſummitatem virgæ] ad reuerentiam regiæ digni- Ibidem.
tatis. Eratq; virga illa ſceptrum regis. Sed his contrariari videtur, quod infra legitur: Cumq; ele-
uaſſet rex faciem, & ardentibus oculis furórem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallo- Ioſe. lib. 11.
rem colore mutato, laſſumq; ſuper ancillam reclinauit caput. Ioſephus quoq;: Rex (inquit) aſpe an. Iu. ca. 6
xit eam aſperius, iracundoq; vultu, & tunc appræhendit reginam membrorum debilitas, & ſu-
per ancillas quæ propè latera eius erant, repente collapſa eſt. Et ſimili modo, magiſter in hiſto- Heſter 10.
rijs refert. Et reſpondendum, quod ea quæ in iſto libro habentur ab eo loco, Dixitq; Mardo- Hieronym.
chæus, A Deo facta ſunt iſta: non habentur in Hebręo, vt dicit Hieronymus, & infra patebit, ſed Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 6
in editione vulgata ſunt, & ex Ioſepho ſumpta. Idcirco dicendum pro horum concordia, quod
rex primo aſpectu viſa regina, fuit contra eam commotus, eo quod non vocata veniſſet: ſed viſa
eius diſcoloratione, verecundia, debilitatione, declinatione, rex ſubito fuit animo alteratus, & Heſter 15.
reginæ compaſſus, timens de morte eius improuiſa, prout hoc infra plenius enarratur. ſicq; regi
na cum conſolata fuiſſet & roborata, ex verbis regis oſculata eſt virgam. [Dixitq; ad eam rex:

Quid vis Heſter regina? Quæ eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiam regni mei partem petieris, dabitur tibi] à me. Quamuis enim fuit regina, regnum tamen pertinebat ad regem, nec ſine regis ſcitu & voluntate regina poteſt vrbem aut partem regni alienare, aut alteri dare. At illa reſpondit: Si regi placet, obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium quod paraui] per miniſtrantes. Ideo regem inuitauit, vt cum factus eſſet rex potu ſolito more hilarior, proponeret ei ſuam petitionem. Ipſum quoq; Aman inuitauit, quia in eius præſentia voluit eum regi accuſare, vt rex contra præſentem magis incitaretur. Aliqui verò dicunt, quod ideo, vt alij principes incitarentur odio & inuidentia contra Aman, eo quod ſic honoraretur præ ipſis, etiam à regina: ſed hoc, vt apparet, fuiſſet culpabile, nec apparentiam videtur habere. [Venit itaq; rex & Aman ad conuiuium] reginæ, quæ tunc regem rogauit, vt die ſequenti, ipſe & Aman rurſus ad ſuum venirent conuiuium, quod ſic Deo ordinante peractum eſt, vt interim cor regis magis af-
Pſal. 7. ficeretur ad Mardochæum, quàm ad Aman, & Ipſe Aman ſibijpſi foueam in quam caderet, præ-
Eccl. 11. pararet. [Egreſſus eſt itaq; Aman,] à præſentia regis ac reginæ, [illa die lætus & alacer,] ex tanta ſua proſperitate, vt æſtimauit, in die bonorum non exiſtens memor malorum, nec prouidus pe-
Eccl. 18. riculorum ſibi euenire potentium. Propter quod non impleuit quod ſcriptum eſt: Sapiens in omnibus metuit. [Cumq; vidiſſet Mardochæum, non ſolum non ſibi aſſurrexiſſe, ſed nec motum de loco, indignatus eſt valdè] reputans ſe ſic paruipendi ab illo, quod ſuperbiſsimus ferre non potuit, ſed vehementer Iratus fuit. Ira nanque eſt appetitus vindictæ propter paruipenſionem iraſcenti illatam, ſecundum philoſophum. [Et diſsimulata ira,] quam per ſigna monſtrare,
Prouer. 12. inhoneſtum ac ſtultum eſt, iuxta illud Eccleſiaſtici 7. Ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et iterum Salomon loquitur: Fatuus ſtatim indicat iram ſuam. Qui autem diſsimulat iniuriam, callidus eſt. [Reuerſus eſt in domum ſuam] & expoſuit ſuis omnem ſuam proſperitatem, addens quod quā diu videret Mardochæum Iudæum ſibi odioſiſsimum ante fores palatij, miſerum ſe arbitraretur. Moxq; de conſilio amicorum & coniugis fecit erigi trabem, id eſt, crucem ſeu patibulum quinquaginta cubitorum, quatenus procuraret à rege ipſum Mardochęum ſuſpendi in eo, & ſic lætus ad conuiuium iret. Nam paſsio iræ ſicut à triſtitia inchoatur, ſic vltione illata, ad delectationem ſecundum philoſophum terminatur. [Placuitq; ei conſilium] tanquam ſuæ paſsioni atq; inuidiæ conſonū, [& iuſsit parari crucem excelſam] Circa hæc quæritur: An ne peccauerit Mardochæus, nullum penitus exhibendo honorem huic Aman. Et videtur quod immo, quia hoc fuit contra regis præceptum, & habuit ſpeciem mali, ſcandalizatiuum quoq; extitit aliorum, immo & inflammatiuum ipſius Aman ad perſequendum Iudæos. Inſuper Mardochæus licitè poterat aliquam ſaltem reuerentiam facere Aman, in aſſurgendo ſeu alio modo abſq; deroga-
1. Pet. 3. tione honoris ſoli Deo exhibendi. Et ſecundum Apoſtolica documenta, obediendum eſt do-
Ephe. 6. minis etiam dyſcolis, & ducibus à rege miſsis, quamdiu non tranſcendunt limites ſuæ authori-
Tit 3. Heſter 5. tatis in præcipiendo. Ad hæc poſset quis dicere iuxta præhabita, quod Mardochęus ita ſe habu-
R. Paulus. it. quia Aman voluit adorari & honorari vt Deus, ſecundum quod Lyra ad hoc allegat Gloſſam Hebraicam, ſed hoc R. Paulus multipliciter reprobat. Non enim, vt apparet, voluit altius honorari, quàm rex Aſſuerus, qui non voluit adorari vt Deus, & ſi voluit ſibi vſurpare honorem diuinum, derogaſſet regio honori, quod ex timore Aſſueri auſus facere non fuiſſet. Hinc addit Rabbi Paulus, quod Gloſſa illa non tenetur vt authentica ab Hebręis. Et quod ſint duæ Hebręorum opiniones, cur Mardochęus noluit flectere genua coràm Aman. Vna dicentiū, quod Aman gerebat ad collum ſuum idolum quoddam, ideo noluit eum odorare, ne adorare illud idolum vi-
Deut. 23. deretur. Alia, quia Deus præcepit filijs Iſrael in Deuter. ne obliniſcerentur iniuriæ eis ab Amalechitis illatæ. Et quoniam Aman fuit de ſtirpe illorum, noluit ſigna amicitiæ aut reuerentię ipſi
Heſter 13. Aman oſtendere. Veruntamen gloſſæ Hebraicæ conſonat, quod infra Mardochęus in oratione loqoitur Deo: Cuncta noſti & ſcis, quia non pro ſuperbia fecerim hoc, vt nō adorauerim Aman ſuperbiſsimum. Libenter enim pro ſalute Iſrael etiā veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſ-
R. Paulus. ſem, ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem ex-
Heſter 10. cepto Deo meo. Verū ad hoc R. Paulus reſpondet, illud nō haberi nec recipi ab Hebręis, qui de iſto libro nō habent, niſi vſq; ad decimum cap. incluſiuè. Veruntamē mihi apparet, quod his nō obſtantibus, Mardochęus potuiſſet licite aliquē exhibere honorē Aman in aſſurgendo, vel ſimi-
Deut. 23. li modo, nec ex Deuter. illud fuit ei illicitum, quia dominus iuſsit, ne obliuiſcerentur filij Iſrael
1. Reg. 15. expugnare Amalechitas, quod iā fuit impletū per Saul & Samuelē. Propterea nō videtur, qualiter Mardochæus excuſetur de hoc, quod nullā voluit facere reuerentiā impio Aman, niſi dicatur quod ex occulto inſtinctu ſpiritus ſancti ſe ita habuerit, per quē modū plurima excuſantur,
Iudic. 16. Auguſtinus. quæ aliàs fuiſſent illicita: ſicut quod Samſon cū Philiſtęis occidit ſeipſum. Et quędam fœminæ ſanctę ſubmerſerunt ſe, ne à perfidis violarentur, prout libro de ciuitate Dei Auguſtinus declarat. Hinc dicendum apparet, quod Deus qui voluit arrogantiam huius Aman per Mardochæum & Heſter deijcere, mouit cor Mardochæi ad talem rigorem & irreuerentiam circa Aman.

Declaratio

Declaratio Cap. 6. Noctem illam rex duxit inſomnem.
Articulus ſextus.

EXaltatio Mardochæi hic deſcribitur:[Noctem illam] antequam rex & Aman comederunt
primo cum Heſter,[rex duxit inſomnẽ] Deo ſic ordinante pro ſublimatione Mardochęi. Heſter 5.
Vnde Ioſephus ait: Deus malignam ſpem Aman deridebat. Nam regi ſomnum per illam Ioſe. lib. 11.
abſtulit noctem, qui rex nolens in ocio vigilias perdere, ſed ad gubernationem ſui principatus an. Iu. ca. 6
eas habere, ſcribam iuſsit libros offerre. hoc eſt, quod ſubditur: [Iuſsitq; ſibi afferri hiſtorias]
i. libros hiſtoriales[& annales priorum temporum]quod ſupra expoſitum eſt.[quę cum illo prę Heſter 3.
ſente legerentur, ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptũ erat quomodo nunciaſſet Mardochę-
us inſidias eunuchorum, regem Aſſuerum iugulare]i. occidere[cupientium.]& cum ſcriba vo-
luiſſet legendo procedere, detinuit eum rex, vt Ioſephus addit,[& ait rex: Quid pro hac fide]i. Ioſe. lib 11.
fidelitate mihi à Mardochæo exhibita, [honoris ac præmij conſecutus eſt Mardochæus? Dixe- an. Iu. ca. 6.
runt illi ſerui eius: Nihil omnino.]His videtur obuiare, quod infra ſcriptum eſt: Præcepit ei, ſc. Heſt. 12.
Mardochęo rex, vt in aula palàm moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Ad quod pote-
rit reſponderi, quod munera illa reſpectu beneficij tanti, tantoq; regi exhibiti, modica erant, & Ioſe. lib. 11.
quaſi nullius momenti, ideo nil recepiſſe aſſeritur. Ioſephus tamen refert Aſſuerum interrogaſ- an. Iu. ca. 6
ſe, an aliquid ſcriptũ eſſet in libris qui legebantur de remuneratione Mardochæo facta. Reſpon
ditq; ſcriba: Nihil. Et tunc rex iuſsit ſcribam tacere, & interrogauit quæ ſit hora noctis, & audi-
ens quod diluceſceret, iuſsit vt ſibi nunciarent, quem amicorum ante aulam inuenirent. hoc eſt
quod ſequitur:[Statimq; rex: Quis eſt, inquit, in atrio? Reſponderunt: Aman ſtat in atrio] Nam
ſolito * manius venit, vt ſuggereret regi de ſuſpendio Mardocdæi. Verùm vt Salomon ait: Non Prouer. 21.
eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum, qui diſsipat conſilia mali-
gnorum, ne poſsint implere manus eorum quæ cœperant. Dixitq; rex: Ingrediatur. Cumq; eſſet
ingreſſus, ait]rex[illi]ſcz. ipſi Aman:[Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat] ho-
nore præcipuo?[Cogitans Aman, quod nullum alium rex, niſi ſe, vellet honorare:]quia iam ſæ-
pe fuit expertus fauorem regis ad ſe. Et quia ſuperbi reputant ſe honore prædignos, & frequen
ter æſtimant ſe tales ac tantos ab alijs reputari, quales & quanti reputantur à ſeipſis, cum longè
ſit aliter.[reſpondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui veſtibus regijs, & imponi ſu
per equum, qui de ſella regis eſt]i. quem rex ſolet equitare. Vnde in Scholaſtica hiſtoria dici-
tur, ſuper equũ regis. Ioſephus quoq; narrat ipſum Aman dixiſſe: Induatur veſte tua, quem ho- Ioſe. lib. 11.
norare deſideras.[& accipere regium diadema] Ex hoc Lyra concludit, quod Aman aſpiraue- an. Iu. ca. 9
rit ad regnum, ſed R. Paulus contradicit, & dicit non eſſe intelligendum, quod homo ille quem
rex vellet honorare, accipiat regium diadema, ſed quod equus ille qui de ſella regis erat, eſſet
de illis, qui conſueuerunt regium diadema portare, quando rex equitauit in illis. Huic autem
obiectioni repugnat, quod ſubditur[ſuper caput ſuum]ſicq; magiſter in hiſtorijs refert. Quod
autem Aman aſpirauit ad regnum, apparentiam habet ex hoc, quod infra Aſſuerus rex proteſta
tur: Qui ſcz. Aman in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt, vt regno nos priuare niteretur Heſter 16.
& ſpiritu. Nam Mardochęum & Heſter expetiuit in mortem, vt illis interfectis, inſidiaretur no-
ſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas. Idem apparet ex eo, quod inſe- Heſter 12.
rius denuo legitur, Aman voluit nocere Mardochæo pro duobus Eunuchis regis, qui fuerant
interfecti.[& primus de regis principibus ac tyrannis]i. maioribus ac fortibus. Olim enim di-
cebatur tyrannus, rex, aut princeps fortis, à † tyro, quod eſt fortis. Nunc verò vocatur τυραννος,
violentus & irrationalis, qui ſequitur voluntatem, non rationem. [teneat eius equum. Dixitq;
rex: Fac, ſicut dixiſti. Mardochæo Iudæo ſumpta ſtola]i. regia veſte[& equo]dicũt aliqui, quod
rex tacuit de regio diademate, quia nõ videbatur ſibi competere, quod alter à rege vteretur di-
ademate regio. Sed his obuiare videtur, quod rex dixit ad Aman: Caue, ne quicquã de his quæ Heſter 8.
locutus es, prætermittas. Infra quoq; habetur, quod Mardochæus egrediens de conſpectu re-
gis, coronam auream portauit in capite.[Tulit itaq; Aman ſtolam & equum] ad faciendum iu-
xta regis præceptum. Et ſicut Ioſephus refert, Cum inueniſſet Aman Mardochæum ſaccum in- Ioſe. lib. 11.
dutum, & iuſsiſſet eum ſacco exutum, circundari purpura, Mardochæus putans ſibi illudi, dixit an. Iu. ca. 6
ad Aman: Peſsime omnium hominum, ſic noſtram calamitatem derides? Veritate autem cogni
ta, acquieuit. Expleto demum regis præcepto, Aman feſtinauit ire in domum ſuam, lugens &
operto capite, ex confuſione atq; triſtitia.[Narrauitq; amicis & vxori: Cui reſponderunt ſapien
tes, quos habebat in conſilio, & vxor: Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus, ante quem ca-
dere cœpiſti]i. humiliari & dehonorari,[non poteris reſiſtere ei. Vnde apparet, quod iſti noue- Gen. 15. 36.
runt aliquid de libris & hiſtorijs Iudæorum, quorum libri erant tranſlati ad aliam linguam. Vel 13. 22. 26.
ex Iudæorum inter ſe commorantium relatione. Atq;(vt dicunt Hebræi) legerunt quod filij Iſ- Deut. 1. 32.
rael comparantur ſtellis cæli & pulueri terræ, vt patet ſæpe in Geneſi & Deuteronomio. Ideoq; Num. 13. Exod. 32.

dixerunt,dum incipiunt cadere,proſternuntur & ſuppeditantur vt puluis: dum verò incipiunt præualere,exaltantur vt ſydera.Hoc recitatiuè commemoro.

Explanatio Cap. 7. Intrauit itaq; rex & Aman vt biberent cum regina. Articulus 7.

FOrma petitionis Heſter reginæ hic ponitur.[Intrauit itaq; rex & Aman,vt biberent cum re
gina.]immo vt etiam manducarent cum ea,ſed per vnum deſignatur vtrunq;, ſicut & nomi
ne comeſtionis,communiter ipſa quoq; potatio inſinuatur. [Dixitq; ei rex: Quæ eſt petitio
tua Heſter?Reſpondit: Si inueni gratiam in oculis,ô rex,dona mihi animam meam pro qua ro-
go]id eſt,vitam meam conſerua,atque à mortis laqueo eripe, [& populũ meum pro quo obſe-
cro,]id eſt,ad inſtantiam meam præſerua à mortis periculo iam propinquo,niſi ſubuenias, po-
pulum de quo nata ſum,& cuius membrũ exiſto. [Traditi enim ſumus ego & populus meus, vt
cooteramur,iugulemur & pereamus. Atq; vtinam in ſeruos & ſamulas venderemur]id eſt, ven-
ditio iſta eſſet eligibilior,quàm ſic iugulari [eſſet tolerabile malum.]quia tolerabilior eſt mors
ciuilis,videlicet ſeruitus, quàm mors corporalis, & generalis etiam paruulorum ac fœminarũ.
[& gemens tacerem]id eſt,habendo patientiam, & ſuſtinendo pro culpa mea, etiam meipſius
deiectionem à regali excellentia ad ſtatum ancillarem,quia inuitè propono querimoniã.Nunc
Gen. 2. autem hoſtis noſter eſt,cuius crudelitas redundat in regem. Vir nãq; & vxor ſunt vna caro.ideo
Heſter 1. 6. occiſio vxoris redundat in virum. Heſter autem fuit pars populi, quem Aman procurauit mor-
ti adiudicari. Dictum eſt quoq; ſupra,quod Aman aſpirauit ad regnum, & cogitauit mala in re-
Exo. 6. gem. Poterat item rex emolimenta pecuniarum, & commoda conſequi ex Iudæorum venditi-
one,ſeu occupatione in ſeruitijs regis,quemadmodum in Aegypto ſeruierant Pharaoni, idcir-
co eorum occiſio regi damnoſa fuiſſet. [Hoſtis & inimicus noſter peſsimus iſte eſt Aman,] qui
aduerſatur vitæ noſtræ ac regno. [Quod ille audiens,ilico obſtupuit]id eſt,præ admiratione rei
inſuſpicatæ,territus fuit valdè,& quaſi defecit,[vultum regis ac reginæ]iratum[ferre non ſuſti-
nens,]ex pauore & confuſione. [Rex autem ſurrexit, & intrauit in hortum arboribus conſitũ,]
id eſt,ornatũ & complantatum,pro refrigeratione iracundiæ ſuæ, & ne in impetu iræ ferret ſen-
tentiam. [Aman quoq; ſurrexit,vt rogaret Heſter pro anima,]id eſt, pro vita[ſua]conſeruanda.
Nam rege ſurgente,regina etiam ſurgens ex debilitate, quam incurrit ex immoderata ſuæ tene-
ritudinis alteratione,proiecit ſe ſuper lectum,ad repauſandum. [Intellexit enim à rege ſibi pa-
ratum malum,]id eſt,ex diſpoſitione & ira regis, conſiderauit ſibi imminere periculũ mortis.
Ira enim non habet miſericordiam,nec erumpens furor. Et impetum concitati ſpiritus ſuſtine-
Prou. 27. re quis poterit? Atq; vt iterum Salomon faſſus eſt: Quemadmodum hilaritas regis eſt quaſi ros
Prou. 19. ſuper herbam,ſic iracundia eius eſt tanquam fremitus leonis,& nuncius mortis. [Qui]rex [re-
Ioſe. lib. 11. uerſus,repperit Aman ſuper lectulum corruiſſe,in quo,] id eſt, ſuper quem [iacebat Heſter]cũ
an. Iu. ca. 6. veſtibus. Dicunt aliqui,quod Aman ex debilitatione corruit ſuper lectum,quia ex tantis & tam
inopinatis aduerſitatibus & obſtupeſactione ac formidine debilitabatur in corpore. Ioſephus
Ibidem. vero ait,quod procidit ſuper lectum,rogans reginam. [& ait rex]ex ſuſpicione: [Etiam reginã
vult opprimere,me præſente] id eſt,ſtrangulare, vt quidam exponunt, vel violenter cognoſce-
re. Vnde Ioſephus narrat regem dixiſſe: Peſsime omnium, vxori meæ violentiam inſerre cona-
ris? [& ſtatim operuerunt faciem eius,]tanquam protinus condemnandi, & iam quaſi conde-
mnati ad mortem. Sic enim in aliquibus terris, ſolent damnatis ad mortem oculi operiri. [Di-
Idẽ vbi ſu- xitq; vnus de eunuchis: En lignum]hoc eſt, patibulum [quod parauerat]Aman [Mardochæo,
pra. ſtat in domo,] id eſt, inſra ſepta domus: [Aman.] Iſte eunuchus,fuit vnus eorum qui fuerunt
pro Aman vocando ad menſam reginæ,& viderat illud patibulum,ac petiuit, cui eſſet paratum.
Cui reſpondit vnus ſeruorum,quod Mardochæo, vt Ioſephus refert. [Cui dixit rex: Suſpendi-
te eum in eo]id eſt,ligno per manus tortoris. [Suſpenſus eſt itaq; Aman.] in qua re patet falla-
cia proſperitatis mundanæ,incertitudo & inſtabilitas fauoris humani,præſertim principũ mun
s. Pet. 5. danorum,& qualiter Deus ſanctus & iuſtus,ſuperbis reſiſtat, qui mentem Aſſueri affecit,& ver
tit ad beneplacita ſibi in iſto negocio, quemadmodum ſcriptum eſt Prouerb. 21. Cor regis in
manu Dei eſt: quocunq; voluerit,inclinabit illud. Eſtq; impletum in Aman illud Eccleſiaſtici
27. Facienti nequiſsimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non cognoſcet vnde illi adue-
nit illuſio. Et quod ait Pſalm. 9. In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eo-
rum. Illud quoq; Prouerb. 26. Qui fodit foueam,incidit in eam. Et qui voluit lapidem,ad eum
Ioſe. lib. 11. reuertetur. Hinc Ioſephus circa hæc ſcribit: Contigit mihi mirari in iſto ſapientiam Dei,quod
an. Iu. ca. 6 non ſolum malitiam Aman puniuit,ſed quod excogitata ab eo contra alium tormenta,in ipſum
conuertit,& cæteros hoc ſentire permiſit, quoniam qui contra alium moleſtus fuerit, hæc in ſe
primum cognoſcat parata.

Expoſitio

Expoſitio Cap. 8. Die illo dedit rex Aſſuerus Heſter regina.
Articulus 8.

Liberatio Iudæorum, ad inſtantiam Heſter facta, hic recitatur. [Die illo Aſſuerus rex dedit
Heſter reginæ domum Aman] cum facultatibus, quibus ipſe Aman priuari promeruerat
in ſe & in ſobole ſua, vtpote reus criminis læſę maieſtatis. [& Mardochęus ingreſſus eſt an-
te faciem regis] tanquam amicus & ſucceſſurus in loco, dignitate, principatuq; Aman. [Cófeſſa
enim eſt ei,] ſcilicet regi [Heſter, quod eſſet patruus ſuus. Tulitq; rex annulum, quem ab Aman
recipi iuſſerat, & tradidit Mardochęo,] Dederat quippe rex annulum ſuum Aman ad ſignandũ,
quem abſtulit ei, dum eum à priſtina dignitate depoſuit, & contulit Mardochęo ad eoſdẽ vſus,
ad quos datus fuerat ipſi Aman. [Heſter autem procidit ad pedes regis, & locuta eſt: Obſecro,
vt nouis epiſtolis veteres literæ Aman] factæ de Iudęorũ occiſione, [corrigantur] id eſt, repro-
bentur & reuocentur. Reſponditq; rex Heſter reginę & Mardochęo: [Scribite Iudęis, ſicut vo-
bis placet ex regis nomine.] Hanc authoritatem rex dedit coniugi ſuæ & eius patruo, quoniam
de eorum iuſtitia, prudentia, fidelitate fuit certificatus. [Accitiſq; ſcribis & librarijs regis] id eſt
dictatoribus atq; ſcriptoribus epiſtolarum ac librorum vocatis, [epiſtolæ ſunt ſcriptę, vt Mardo Ioſe. lib. 11
chęus voluerat, & miſſæ per veredarios] id eſt, nuncios, qui ſecundum Ioſephum equites erant. an. Iu. ca. 6
Harum epiſtolarum formam ponit Ioſephus in hoc loco quæ infra continetur. [Quibus] vere Heſter 16.
darijs [imperauit rex, vt conuenirent] id eſt, alloquerentur [Iudęos per ſingulas ciuitates, & in
vnum pręciperent congregari] ipſos Iudęos, [vt ſtarent pro animabus ſuis] id eſt, pro defenſio-
ne vitæ ſuę, [& omnes inimicos ſuos, cum coniugibus & liberis, & vniuerſis domibus,] id eſt, fa
milijs ſeu cognatis, [interficerent] inferendo illis, quod illi decreuerant inferre ipſis Iudęis.
[Et conſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies] id eſt, decimus tertius menſis duode Heſter 9.
cimi, nomine Adar, quo die iuſſerat Aman Iudęos occidi. Sicq; ordinante diuina iuſtitia, eo die
proſtrauerunt Iudęi aduerſarios ſuos, quo aduerſarij ipſos occidere decreuerunt, [ſummaque
epiſtolę] id eſt, tenore & ſentẽtia epiſtolarum pręd ictarum [ſummatim] id eſt, breuiter [fuit,] Heſter 16.
quarum ſententia infra diffuſe habetur, [paratos eſſe debere Iudæos ad capiendam] immo & ex
ercendam [vindictam de hoſtibus ſuis] fautoribus Aman, cuius edictum exequi intendebant.
Deniq; epiſtolæ illæ materialiter erant multæ, ſed vna in forma & ſenſu fuit, hoc eſt, vna in ſpe-
cie. [Egreſsiq; ſunt veredarij celeres nuncios perferentes] i. veloces ambaſiatas ſecum portan-
tes. [Mardochæus autem de palatio & de conſpectu regis egrediens, fulgebat veſtibus regijs hy
acinthinis] i. purpurei coloris, [& aerinis,] hoc eſt, coloris aerij clari & albi. [coronam auream
portans in capite, amictus pallio ſerico atq; purpureo.] In tali apparatu, decore, & gloria fecit
eum rex egredi, vt cunctis pateret authoritas & poteſtas ſibi commiſſa, tamen aurea illa corona
in precioſitate & forma à diademate regis diſtabat. [Omniſq; ciuitas exultauit atq; gauiſa eſt,]
hoc eſt, tota vrbs Suſis, niſi forſan paucis fautoribus Aman exceptis. Vel omnis, id eſt, quælibet
ciuitas regis, ad quam rumor horum deuenit. Nouerant enim ſuperbiam Aman, & Mardochæi
virtutem. Ideo de illius deiectione, & huius promotione gloriabantur, in quibus verificatum
eſt illud Prouerb. 27. In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus. Cum impij ſumpſerint prin
cipatum, gemẽt populus. [Iudæis autem noua lux oriri viſa eſt,] id eſt, copioſa materia iucun-
ditatis & clarificatio oculorum. Ideo vndiq; multipliciter lætabantur, [In tantum, vt plures] id
eſt, multi gentilium & idololatrarum, [eorum religioni & cæremonijs iungerentur,] id eſt, ad
Iudaiſmum conuerterentur, colentes de cętero verum Deum per obſeruantias cęremonialium
præceptorum, immo & moralium & iudicialium mandatorum, percipientes quod Deus Iſrael
ſic ſubueniſſet populo ſuo, eiuſq; aduerſarios trucidaſſet tam inopinatè atq; celerrimè. [Gran-
dis enim cunctos] Aſſuero [ſubiectos Iudaici nominis terror inuaſit] ita quod nomine Iudæo-
rum audito, perterrebantur, quorum Deum credebant ſummum & omnipotentem.

Declaratio Cap. 9. Igitur 12. menſis, quem Adar vocari ante iam diximus 13. die.
Articulus 9.

Exequutio vltionis, quam Iudæi in hoſtes ſuos exercuerunt, hic narratur, nec eſt difficultas
in textu. Primo enim exprimitur tempus, quo vlti ſunt ſuam iniuriam in eos, qui concorda-
uerunt, iuxta voluntatem Aman, occidere ipſos Iudæos, & eorum diripere opes. [Fama
Mardochæi creſcebat quotidie,] quia virtuoſe & ſapienter regebat, & reſpublica præ ſolito
proſperebatur ſub eo, [& diuulgabatur,] quod erat patruus reginæ, ipſumq; regem ſua fidelita-
te præſeruaſſet à morte: ideo principes & præfecti prouinciarum, extollebant Iudæos timore
Mardochæi, [quem principem eſſe palatij poſt regem] vel magiſtratum curiæ, [& plurimum
poſſe cognouerant,] quia rex honorauit & habuit eum vt patrem, [ita vt in Suſis,] metropoli

regni, [quingentos viros Iudæi occiderint, extra] i. præter & vltra, [decem filios Aman, quos
cum occiderunt, prædas de eorum ſubſtantijs agere noluerunt] i. nihil de poſſeſsionibus occi-
ſorum conuerterunt in proprium vſum, quod fuit honeſtum, ne ex cupiditate, non æqnitate, vi
derentur ſe vindicare. [Qui] ſcilicet rex [dixit reginæ: Quid vltra poſtulas? Cui illa: Detur Iudę
is poteſtàs, vt ſicut hodie fecerunt, ſic & cras faciant in Suſis] ſolum. In ipſa etenim vrbe plures
& potentiores fuerunt aduerſarij Iudæorũ, in qua & Aman perſonaliter habitauit. Ideo Heſter
rogauit ibi fieri vltionem per duos dies, & factum eſt ita. In cæteris verò vrbibus percuſſerunt
aduerſarios ſuos tertiadecima die menſis Adar. [& quartadecima die cædere deſierunt,] ita
quod illa die neminem occiderunt. Iuxta quem ſenſum in Suſis ceſſauerunt percutere quin-
tadecima die menſis iam ſupradicti, ſcz Adar. [Scripſit itaq; Mardochęus omnia hęc] in libro
iſto, cuius author eſt ipſe, quanuis vocetur liber Heſter, quia principalius tractat de ea, & ipſa
principalior fuit in procuratione liberationis Iudęorum. [& literis compræhenſa, miſit ad Iudę
os per totum Aſſueri imperium, vt quartamdecimam & quintamdecimam diem menſis Adar
pro feſtis ſuſciperent,] id eſt, de cætero feſtiuos haberent, in memoriam beneficiorum Dei, &
victoriæ eis conceſſæ, [quia in ipſis] diebus [ſe vlti ſunt de inimicis ſuis,] id eſt, quartodecimo
die menſis illius ceſſauerunt ab vltione Iudæi extra Suſis habitantes. Iudęi autem in Suſis habi-
tantes, ceſſauerunt ab vltione quintadecima die: ideo voluit Mardochęus vtrunq; diem haberi
ſolennem, [vt vacarent epulis,] ſobriè tamen, & gaudio ſpirituali Deo regratiantes atque con-
niuijs moderatis. Conſequenter ponitur recapitulatio prædictorum. [Aman enim filius Ama-
dathi &c. atq; ex illo tempore] inſtitutionis ſolennitatis iſtius, [dies iſti] feſtiui, ſcilicet quar-
tusdecimus & quintusdecimus menſis Adar, [appellati ſunt] à Mardochæo & ſequacibus eius,
Heſter 5. [Phurim, id eſt, ſortium, eo quod Phur, id eſt, ſors in vrnam miſſa fuerit,] non à Iudæis, ſed ab
Aman, vt ſupra expoſitum eſt. fuitque vna ſors in communi, ſed duæ in particulari, vt tactum eſt
ibi. Ideo hic dicitur dies ſortium in plurali, & additur, quia tũc ſors, in ſingulari. itaq; dicti ſunt
dies ſortium ab euentu, nõ propriè à materia. Et quia ſors illa fuit occaſio vltionis ſeu victorię,
Ioſe. lib. 11. de qua principaliter fuit iſta celebritas. Veruntamen Ioſephus refert, quod Iudæi vocant hos di
an. Iu. ca. 6. es conuerſatores, quia videlicet in eis de mœrore grauiſsimo in gaudium ſunt cõnerſi, vel quia
tunc pariter conuerſantur in epulis & ferculorum mutuis tranſmiſsionibus ac donorum largi-
tionibus. [Suſceperunt itaq; Iudęi ſuper ſe] id eſt, concorditer obligauerunt ſe ad celebrandũ
hos dies. Conſenſus enim exigitur ad nouę legis ſeu iuſsionis robur, authoritatem & ratifica-
tionem. [Iſti ſunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio, & cunctę quę in toto orbe ſunt pro
uinciæ, celebrabunt,] id eſt, Iudæi habitantes in cunctis prouincijs mundi, quod per hyperbo-
len dictum eſt. [Scripſeruntq; Heſter & Mardochæus etiam ſecundam epiſtolam, vt omni ſtu-
dio dies iſta,] id eſt, ſolennitas duorum dierum iſtorum, [ſanciretur] id eſt, firmiter ſeruaretur,
[in poſterum,] durante curſu veteris teſtamenti. [Et miſerunt] epiſtolam iſtam ſecundam [ad
omnes Iudæos] imperij Aſſueri, [vt haberent pacem] internam cum Deo, & pacem externam
inter ſe inuicem & cum gentilibus, inter quos verſabantur, nõ ſe extollendo aut inſoleſcendo,
eo quod regina & princeps palatij eſſent, de natione eorum, [& ſuſciperent veritatem,] acquie-
ſcendo veritati, doctrinæ atq; iuſtitiæ. Vel vt quidam exponunt, accipiendo hunc librum inter
libros canonicos ſacræ ſcripturæ, [obſeruantes etiam ieiunia atq; clamores] id eſt, memoriam
ieiuniorum & clamoroſarum orationum, quibus poſtulauerunt auxilium Dei aduerſus pericu
R. Paulus. la eis ab Aman parata, antequam præualuerunt modo prætacto. Porro Rabbi Paulus dicit iſtud
ab Hebræis ita exponi, quod Heſter & Mardochæus ordinauerunt, vt Iudæi ante ſolennitatem
hanc ſortium, vacarent orationibus & ieiunijs, pro gratia deuotionis, & ad recordationem,
quod Heſter, Mardochæus & alij Iudæi, orando & ieiunando clamauerunt ad dominum, pro
cauſa prædicta. [ſuſciperentque, vt obſeruarent omnia quæ libri huius, qui vocatur Heſter, hi-
ſtoria continentur.] id eſt, crederent & approbarent vniuerſa, quæ in libro hoc, qui intitulatur
liber Heſter, ſunt ſcripta.

Expoſitio Cap. 10. Rex verè Aſſuerus. Articulus 10.

DEns qui nullum bonnm deſerit irremuneratum, Aſſuero regi magnam contulit proſperi
tatem terrenam, pro pietate ſua circa Iſraelitas, & pro iuſtitia quam in aduerſarios eorum
exercuit. An vero fuerit tandem ad verum Deum ab idololatria per Heſter & Mardochę
um conuerſus, neſcitur, quãuis infra ſatis monſtretur habuiſſe notitiam quandã veri Dei & pro
uidentiæ ac indicij eius, beneficiorũ quoq; ipſius. [Rex verò Aſſuerus omnem terrã & cunctas
maris inſulas fecit tributarias] i. ſub tributo ſibi deſeruientes, quod per modũ hyperbolici ſer-
monis eſt intelligendum, ad inſinuandũ quod valdè magnã terræ partẽ & plurimas inſulas, non
tamen ſimpliciter omnes ſibi ſubiecit, intelligendo per terrã & inſulas, habitatores earum. [cu
ius fortitudo,] qua inimicis rebellibusq; præualuit, [& imperiũ] ſuper ſubiectos, [& dignitas]
monarchica,

monarchica,[atq; ſublimitas qua Mardochæum exaltauit, ſcripta ſunt in libris Medorum atq;
Perſarum]quorum ſpecialiter hęreditarius rex fuiſſe refertur. ideo illi geſta illius ſpecialius ac
diffuſius habebant deſcripta.[& quomodo Mardochæus ſecundus à rege,]i. primus poſt regẽ,
in ordine principum,[fuerit & magnus apud Iudæos]authoritate, ſapientia, bonitate,[quærens
bona populo ſuo]quia ſolicitus fuit pro communi populi ſui bono,[& loquens quæ ad pacem
ſui ſeminis pertinerent.]ſicq; Deus per eum conſolabatur Iudæos diſperſos. Hucuſq;, ſeu vſq;
ad hæc verba incluſiue, liber Heſter in Hebræo habetur. Idcirco Hieronymus mox ſubiungit: Hierony.
[Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſsi. Hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta repperi in
editione vulgata:]i. tranſlatione inuenta & publicata, cuius author ignoratur,[quæ Græcorum
lingua & literis]i. ſermone & libris[continentur, & interim]i. medio ſpatio,[poſt finem libri
iſtius hoc capitulum ferebatur]i. pars huius capituli exprimebatur, videlicet verba immediate
ſequentia. Dixitq; Mardochæus,[quod iuxta noſtram conſuetudinem obelo, i. veru prænota-
uimus]i. ante hæc verba poſuimus ſimilitudinem veru ſeu virgulę, ad innuendum quod iſta ſe-
quentia non ſunt authentica ſeu canonica, ſed transfodiuntur, hoc eſt, ab Hebręis non recipiun
tur, immo tanquam ſuperflua abſcinduntur à canone ſcripturarum.[Dixitq; Mardochęus]poſt
ipſius Aman ſuſpenſionẽ & ſuam promotionem,[à Deo facta ſunt iſta.]Tunc nanq; intellexit
viſionem, quam ante habuerat, per rerum euentum & euidentiam facti: idcirco nõ fuit prophe-
ta ex viſione huiuſmodi, quia intelligentia eſt opus in viſione.[Recordatus ſum ſomnij quod Dan. 10.
videram, hæc eadem quæ iam geſta ſunt ſignificantis, nec eorum quicquam irritum fuit]i. nihil
horum quæ vidi in ſomnio illo, inane fuit aut caſſum. Vidit autem in ſomno paruum fontem,
qui paulatim videbatur creſcere & augeri atq; exuberare in fluuium, & conuerti in lucem & ſo-
lem. Vidit quoq; duos dracones & duas gentes. Et per fontẽ paruum ſignificata eſt Heſter, quæ
creuit ſapientia, virtute, authoritate & fama, ita quod inſtar lucis ac ſolis lætificauit & clarifica-
uit populum ſuum, hoc eſt quod dicitur:[Paruus fons qui creuit]in imaginaria viſione,[in flu-
uium, & in lucem, ſolemq; conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit, Heſter eſt]i. ipſam
Heſter deſignat.[duo dracones ego ſum & Aman]per ſignificationem & proprietatẽ, ita quod
comparamur draconibus, non tamen conformiter: quoniam ille dicitur draco, per poteſtatis
ſuæ abuſum, & venenatam impietatem, aliorumq; peſtiferam infectionem: Ego autem per po-
teſtatis valorem & charitatis feruorem. Draco enim eſt ignea fera. Sic Chriſtus ſignificatur per
leonem, ratione fortitudinis, & diabolus, ratione ferocitatis.[gentes quæ conuenerant]cum
vno dracone,[hi ſunt qui conati ſunt delere nomen Iudæorum]puta fautores ipſius Aman, vo-
lentes vitam & memoriam Iudæorum omnino extinguere,[Gens autem mea, Iſrael eſt]i. Iſrae-
liticus populus me ſequens draconem.[quę clamauit ad dominum, & ſaluum fecit dominus po
pulum ſuum]ab inſidijs Aman.[& fecit ſigna magna atq; portenta]inter gentes, deijciendo A-
man cum ſuis, & nos humiles exaltando. [& duas ſortes eſſe præcepit]i. partes ſeu euentus vel
diſtinctiones,[vnam populi Dei]videlicet Iudæorum fidelium, [& alteram cunctarum genti-
um]hoc eſt, infidelium Idololatrarum.[Venitq; vtraq; ſors in ſtatutum ex illo iam tempore co
ràm Deo vniuerſis gentibus]i. ex decreto diuini iudicij quęlibet gens accepit ſuam mercedem,
& ſaluata eſt vna, quæ clamauit ad dominum, ac perdita altera, ideo ſubditur:[Et recordatus eſt
dominus populi ſui]id eſt, oſtendit ſe memorem Iudæorum, eos piè exaudiendo.[ac miſertus
hæreditaris ſuæ]hoc eſt, hæreditariæ plebis ſuæ, de qua ait per Eſaiam decimo nono: Hæredi- Hier. 51.
tas mea Iſrael.

Declaratio Cap. II. *Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra.*
Articulus II.

HOc capitulum vndecimum modicè differt à præcedenti, quia eiuſdem ſomnij deſcriptio Heſter 10.
eſt. Itaq;[Anno quarto regnantibus Ptolemæo]rege Aegypti [& Cleopatra]coniuge, at-
tulerunt Doſitheus & filius eius hanc epiſtolam Phurim] i. ſortium. [vidit ſomniũ Mar- Ibidem.
dochęus]quod præcedenti articulo expoſitum eſt, ſed hic aliqua verba adduntur.[Erat autem Heſter 9.
Mardochæus de eo numero captiuorũ, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor cum Iechonia rege
Iudęæ]prout ſuprà expoſitum eſt. Et ex iſto patet verum eſſe quod dictum eſt ibi, videlicet Mar
dochæum cum Iechonia fuiſſe captum.[Et hoc eius ſomnium fuit: Apparuerũt] in ſomno ima
ginaria viſione [voces]id eſt, clamores,[& tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio
magna ſuper terram,]per quæ omnia præfigurabatur tempeſtas, inquietudo, & vehementia tri
bulationis imminentis populo Iudæorum in regno Aſſueri ſub tempore Mardochęi & Aman.
Talia quoque apparuerunt non imaginariè tantum, ſed verè realiter in natiuitate Alexandri
regis, ad præſignandum vehementiam tribulationum imminentium orientalibus regnis atque
prouincijs ab Alexandro tunc nato. [Et ecce duo dracones magni, paratiq; contra ſe in præli-
um] ſcilicet Mardochæus & Aman, iuxta præhabitam in præcedenti articulo expoſitionem, Heſter 10.
ad quorum

[ad quorum clamorem]contra ſe inuicem,[cunctæ concitatæ ſunt nationes]i.quędã de omni-
busregni, præſertim Aſſueriadhærentes impio Aman. [vt pugnarent contra gentem iuſto-
rum]i.Iudæos veri Dei cultores occiderent.[Fuitq; dies illa]i.tempus deſignatum per ſomni-
Heſter 3. um illud,[tenebrarum]i.triſtitiarum,[& diſcriminis]i.periculi,[tribulationis & anguſtiæ,& in
gens formido ſuper terram:]& hoc primo in populo Iudæorum,promulgato edicto de eorum
Heſt. 7.8.9. occiſione:poſtea autem in fautoribus Aman, miſſo decreto, quod à Iudæis eſſent interimendi.
Heſter 4. [Conturbataq; eſt gens iuſtorum]ſcz. Iudæorum[timentium mala ſua]i. aduerſa eis inſtantia,
prout dictum eſt iam plenius.[& præparata ad mortem]i.tradita & expoſita periculo mortis ex
Heſt. 8. 9. machinationibus Aman.[Clamaueruntq, ad Deum, & illis vociferantibus]in oratione, fletu,
& gemitu,[fons paruus creuit in fluuium maximum] i. humilis Heſter, origo conſolationis &
gaudij Iudæorum,exaltata eſt valdè & exaudita à rege in tantum,quod toti populo ſuo impetra
uit abundantiam exhilarationis,pacis & proſperitatis.Hinc ſubditur[Lux & ſol ortus eſt]i.He
Heſter 10. ſter ſurrexit,& iucunditatem ac clarificationem procurauit Iudæis,quod & de Mardochæi ele-
uatione poteſt intelligi, quo exeunte de regis conſpectu cum regijs veſtibus , coronaq; aurea,
viſa eſt Iudæis lux noua oriri.[humiles exaltati ſunt]ſ.Heſter,Mardochæus & Iudæi,qui ad De
um humiliter confugerunt,[& deuorauerunt inclytos] quia penitus ſuperauerunt principem
Aman,& filios ac fautores ipſius.[quod cum vidiſſet Mardochæus]in ſomno & viſione imagi-
naria,quam tamen tunc non intellexit.Nam ſubditur:[& ſurrexiſſet de ſtratu]i.lecto ſuo[cogi
tabat quid Deus facere vellet,& fixũ habebat in animo] id quod vidit, tenens pro certo , quod
futurorum eſſet præſagium,& ardua deſignaret:ideo fuit[cupiens ſcire quid ſignificaret ſomni
um:]quod Deus ſibi oſtendit diu antequam res deſignata euenit,quatenus ea impleta, Mardo
chæus certius noſceret id ex diuina prouidentia contigiſſe.

Elucidatio Cap. 12. *Morabatur autem eo tempore in aula regis.*
Articulus 12.

CONſequenter in hoc duodecimo capitulo recitatur,qualiter Mardochæus ſignificauit Aſ-
Heſter 2. ſuero inſidias eunuchorum,prout ſupra eſt conſcriptum.[Morabatur autem]Mardochæ-
us[eo tempore in aula regis cum eunuchis regis , qui ianitores erant palatij,] & in primo
palatij limine præſidebant.[Cumq; intellexiſſet cogitationes eorum]per ſigna & facta quędam
Ibidem. exteriora,vel per verba alterius linguæ,quam illi putabant Mardochæum non intelligere, ſicut
Ioſe. lib. 11. an. Iu ca. 6 ſupra patuit,vbi ex Ioſepho allegatum eſt,quod ſeruus vnius eunuchorum illorum, natione Iu
dæus,reuelauit id Mardochæo, cui ille non credens,caute perſonaliter conſiderauit & obſerua
uit conatus eorum,ſecundum quod ſubditur:[Et curas diligentius peruidiſſet,didicit quod co
narentur in regem Artaxerxen]id eſt,Aſſuerum[manus mittere]violentas ad occidendum.[Et
nunciauit ſuper eo regi,]i.de hac re ſignificauit Aſſuero veritatem per Heſter reginam. [Rex
Heſter 1. autem quod geſtum erat,ſcripſit in commentarijs]id eſt,ſcribi fecit in libris memorialibus , in
quibus continebantur res dignæ memoria,[datis ei]ſcilicet Mardochæo[pro delatione]id eſt,
accuſatione eunuchorum,[muneribus]quod qualiter intelligendum ſit,in expoſitione ſuperi-
Heſter 3. orum eſt expreſſum.[Aman verò glorioſiſſimus] id eſt, honoratiſſimus & famoſiſſimus erat,
Heſter 4. [coram rege]Aſſuero,qui fecit eum talem ac tantum,videlicet ſummum poſt ſe, [& voluit no-
Heſter 5. cere Mardochæo & populo eius,]procurando eorum occiſionem, [pro duobus eunuchis] ſu-
pra dictum eſt , quod voluit eos occidere , quoniam Mardochæus non flectebat genua coram
ipſo Aman.Hic vero innuitur alia cauſa,quia videlicet Aman ægrè tulit,quod Mardochæus ac-
cuſauit eunuchos regi,& occaſio fuit interfectionis illorum,qui erant amici Aman,atq; (vt ali-
qui opinantur)cupiebant promotionem ipſius Aman in regem.

Elucidatio Cap. 13. *Rex maximus Artaxerxes.*
Articulus 13.

CApitulum præſens includit epiſtolam,quam miſit Aman ex nomine regis Aſſueri de occi-
dendis Iudæis, orationemq; Mardochæi. Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit, & ſumptum
Ioſe. lib 11. an. Iu. ca. 6. eſt iſtud ex Ioſepho,qui vndecimo antiquitatum libro hanc ponit epiſtolam, quaſi de ver
bo ad verbũ,ſicut habetur hic,& inſertum ac additum fuit editioni ſeu tranſlationi vulgatæ,cu-
ius author neſcitur.[Rex maximus Artaxerxes]alio nomine Aſſuerus,pro tũc monarcha,[ab In
dia vſq; Aethiopiam &c. Cum plurimis gentibus imperarẽ,& vniuerſum orbem meæ ditioni]
i. imperio,ſubiugaſſem]quod per hyperbolen dictum eſſe,tactum eſt ſæpius. Non enim occi-
dentalibus & citramarinis præfuit regnis.[volui nequaquã magnitudine abuti potentiæ,] Hoc
enim eſſet tyrannicũ,abuti potentia.Propter quod Prouerb.28.inducitur:Leo rugiens, & vrſus
eſuriens,

eſuriens,princeps impius ſuper populum pauperem. Itemq́; : Dux iodigens prudentia, multos
opprimet per calumniam. Iſtud pulchrum prooemium præmiſit impius Aman ex nomine regis, Ibidem.
ne Iudæorum occiſio crudelitati aſcriberetur.[ſed clementia & lenitate]i.manſuetudine,[gu-
bernare ſubiectos.]Roboratur namq; clementia thronus regis,& manſuetudo maximè coode- Prou. 20.
cet præſidentes,quoniam ira excæcat & obruit oculum mentis,quem oportet in præſidentibus Deut. 6.
eſſe perlympidum & tranquillum ad efficaciter iudicandum,[vt abſq; vllo * timore]inordina- * terrore
to,[vitam ſilentio tranſigentes,]i.quietè pertranſientes,[optata cunctis mortalibus pace frue-
rentur.]Omnia enim naturaliter appetunt ſuo modo pacem. nam & motus tendit ad quietem,
& bella ordinantur ad pacem:& ſicut grauia deorſum, leuia verò ſurſum quieſcuot, ſic appeti-
tus bumanus quieſcit in pace.ſic & Apoſtolus 1.Tim.2.effatur: Obſecro fieri orationes,vt quie-
tam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Nihilominus quidam ex corruptione natu-
ræ ſeu babitu vitioſo vel ſuggeſtione iniqua ad ioquietudinem inclinantur, Eſaia dicente : Im-
pij quaſi mare feruens quod quieſcere ooo poteſt.[Quærente autem me à conſiliarijs meis,quo Eſa.57.
modo boc poſſet impleri,vnus qui ſapientia & fide]id eſt,fidelitate[cæteros præcellebat.] Hoc
Amau ex nomine regis ſcripſit de ſeipſo,cum tamen in vitioſis & paſsionatis nó ſit vera pruden
tia,quæ eſt virtus,neq; ſapientia ſalutaris,quamuis poſsit eſſe in eis verſutia quædam,& ſchola-
ſtica noticia,ac infirmis cognitio,[indicauit mibi in toto orbe terrarum populum eſſe diſper-
ſum &c. Quod cum didiciſſemus,videntes vnam gentem rebellem aduerſus omoe hominum
genus &c.iuſsimus vt deleantur,quateons nefarij]hoc eſt,deteſtabiles & nominatione indigni
homines vna die ad inferos deſcendentes]quantum ad animas, quarum immortalitatem mul-
ti gentilium crediderunt ſeu cognouerunt,[reddant]i.auferre deſiſtant,[imperio noſtro]i.ſub
ditis noſtro dominio & nobis,[pacem quam turbauerant,]Ecce ſceleratiſsimus iſte Amao,qui Iob 36.
apparenter dictauit iſtam epiſtolam,& ſuam colorauit ferocitatem atq; inuidiam,quem in boc Prou. 5.
multi vſq; in præſens ſequuntur, qui ſub ſpecie boni & optimi , mala & peſsima tegunt, propo- Pſal. 7.
nunt & practicant. Ideo ſimulatores & callidi,ſpecialiter & enormiter prouocaot iram Dei, &
illuſores Deus illudet,corruentq́; fallaces in laqueum,quem alijs texunt. Sequitur oratio Mar-
dochæi,[Mardochæus autem deprecatus eſt dominum,] poſt promulgationem epiſtolæ præ-
ſcriptæ & decreti,[memor omnium operum eius,]in generali, vel quorundã de omnibus , ſeu
operum naturæ & gratiæ ac gloriæ,ſicq́; ait Pſalmiſta Pſal.142. Memor ſui dierum aotiquorum,
meditatus ſum in omnibus operibus tuis. Specialiter vero conſiderauit Mardochæus opera &
beoeficia Dei,Iſraelitis ab antiquis diebus exhibita,[& dixit:Domine Deus rex omnipotens]
de quo loquitur Eſa.33. Dominus legifer noſter, dominus iudex noſter, dominus rex noſter.
Cui dicitur Hiere.10.Non eſt ſimilis tui domine,magnus es tu,& magnum nomen tuum in for
titudine. Quis non timebit te ô rex gentium? [in ditione tua,]i. in tua poteſtate atq, dominio,
[cuncta ſunt poſita]cum ſis vniuerſorum creator,cuius conceptioni, iuſsioni ac nutui neceſſa-
rio ſubeſt,& paret omnis natura creata iure creationis & authoritate creantis,& non eſt qui poſ
ſit reſiſtere tuæ voluntati] qua vis aliquid abſolute & volitione exiſtente in te , quæ nunquam
ab effectu ſibi placito impeditur,ſicut per Eſai 46.teſtatus es: Cooſilium meum ſtabit, & omnis
voluntas mea fiet.Et rurſus Iob 41. dicit:Quis reſiſtere poteſt vultui meo?omnia enim quę ſub
cælo ſunt,mea ſunt.[ſi decreueris]i.deliberaueris,[ſaluare Iſrael]i.Iſraeliticam plebem ab im
minente periculo,nullus poterit impedire,& continuo liberabitur à te.[Tu feciſti cælum & ter
ram,& quicquid cæli ambitu continetur , dominus omnium es] autboritate & iure creationis,
conſeruationis,gubernationis & finalis diſpoſitionis,ideo cunctis ineſt obedientialis potentia
ad obediendum tibi tam naturaliter quàm ſupernaturaliter,nec limitatur tua poteſtas immen-
ſa ad oaturalem curſum ac ordinem rerum. [Cuncta noſti & ſcis, quia non pro]i. ex[ſuperbia]
vel pro obtinenda excellentia aliqua,[& cõtumelia]alicui inſerenda,[fecerim hoc,vt non ado
rarem Aman ſuperbiſsimum,&c.]Iſtud ſupra expoſitum eſt.[Et ounc domine Deus Abraham Heſter 3.
miſerere populi tui,quia volunt nos inimici noſtri]ſcilicet Aman & ſui, [perdere, & hæredita-
tem tuam delere.Ne deſpicias partem tuam,]id eſt,Iſraeliticam plebem, quæ eſt parua in homi
num vniuerſitate,[quam]plebem ad tuum cultum præ cæteris gentibus elegiſti. [redemiſti ex Exo. 12,14.
Aegypto] in patribus ſuis ſub Moſe. Vel, quam,cuius patres ſic redemiſti. Interdum enim lo-
quitur ſcriptura de pluribus ſeu diuerſis,quaſi de vno aut eiſdem.[Exaudi deprecationem me-
am,& propicius eſto ſorti & funiculo tuo]id eſt,populo tibi ſequeſtrato ac partito,ſicut per ſor
tem venit alicui pars de toto, quod tameo ex tua prouidentia, non fortuitu factum eſt ita. [Et
conuerte luctum noſtrum in gaudium,]eripiendo nos de imminẽte aduerſitate,[vt viuentes]
vita oaturæ & gratiæ,[laudemus oomen tuum]oominatum, id eſt, teipſum,[domine]gratias
referendo,[& ne claudas ora canentium]te,id eſt,ora noſtra te laudantia in hymnis & pſalmis,
in lege & prophetis , non permittas claudi per mortem violentam nobis certiſsime imminen-
tem,niſi tu pie ſuccurras.

Expoſitio

Expoſitio Cap. 14. Heſter quoq; regina confugit ad dominum, Articulus 14.

FOrma orationis Heſter reginæ hic ponitur. [Heſter quoq; regina conſugit ad dominum]
i. ad implorandum miſericordiam,ſubuentionemq; Dei ſe conuertit.Itaq; mentis conuer
ſione,non loci mutatione,ad Deum incircunſcriptum vbiq; præſentem confugitur. [& pro
vnguentis varijs,] quibus aliquando vtebatur, non ex carnali affectu, ſed neceſsitate,ne regem
offenderet,cui propter commune bonum populi ſui placere habebat,[cinere & ſtercore imple-
uit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs] i. capiti ſuo ſuperiecit cinerem, & corpus ſuum
proſtrauit in terram,nec ab immunditijs illud more ſolito lauit,& forſan luto aut alia vili mate-
ria illud liniuit,pro maiore ſui humiliatione, ad impetrandum auxilium pietatis diuinæ,[om-
niaq; loca in quibus ante lætari conſueuerat:]Infra habetur in fine huius capituli, quod non ſit
lætata in palatio regis,niſi in Deo Iſrael:Ideo ſenſus eſt, Omnia loca in quibus ante lætari con-
ſueuerat,i.ſigna alicuius læticiæ demonſtrare,ſeu per modum lætantis ſorinſecus ſe habere. Po
teſt quoq; exponi de ſpirituali iucunditate,quam in actibus habuit virtuoſis,ſed hac vice inten
ta ſuit doloribus.[crinium laceratione compleuit,] præ dolore extrahendo, pro parte capillos
1.Eſd. 9. capitis ſui,quemadmodum & Eſdras vel Nehemias ſe feciſſe teſtantur. Compleuit autem ſic lo
ca illa,i. præ ſolito occupauit, vt ſit hyperbolicus ſermo. [& deprecabatur dominum Deum Iſ-
rael,dicens:Domine mi]per ſpecialem deuotionem mei ad te, & per gratioſam prouidentiam
tui ad me,[qui rex noſter es ſolus,]quia pro nunc non habemus proprium regem terrenum. Et
tu ſolus rex noſter es per ſpiritalem gubernationem,regendo nos intus per fidem & gratiam ac
directionem internam. Vnde ait Pſalmiſta Pſal.73.Deus autem rex noſter ante ſecula. Et Pſal.
22.Dominus regit me,& nihil mihi deerit. [adiuua me ſolitariam]i. humana conſortia euitan-
tem,& tibi quantum mihi poſsibile eſt in ſecreto vacantem, atq; eorum de quibus nata ſum, ſo
cietate priuatam.[& cuius præter te nullus auxiliator eſt alius]i.in iſto periculo nullus mihi po-
teſt efficax adiutorium præbere, niſi tu per modum tibi placentem,[periculum meum in mani-
bus eſt,]i.de proximo imminet,& quaſi tam præſens & certum,ſicut id quod manu tenetur,ni-
ſi tu aliter ordines.[Audiui à patre meo,quod tu domine tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus,] i.à
cæteris nationibus ſeparaſti, Iſraeliticum populum,mancipando eum tuo obſequio.Iuxta illud
Deute.7.Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper ter-
ram.[& patres noſtros ex omnibus retro maioribus noſtris,] i. patriarchas Abraham, Iſaac, Ia-
cob applicuiſti tibi,relictis prædeceſſoribus,progenitoribusque eorum, qui idolis ſeruierunt.
Ioſue 24. Hinc ſcriptum eſt Deuteronom. 10.Patribus tuis cóglutinatus eſt dominus,& elegit eos. Ioſue
quoq; in fine libri ſui ait: Trans fluuium(inquit)habitauerunt patres veſtri, Thare pater Abra-
ham,& Nachor,ſeruieruntq; dijs alienis.[vt poſsideres hæreditatem ſempiternam.]i.quatenus
Iſraeliticum populum haberes tibi iugiter ſeruientem,& à te gratioſe poſſeſſum,ſicut Deut.2. 3.
4.7. & 11. legitur ſæpe.[Peccauimus in conſpectu tuo.] hoc Heſter loquitur in perſona populi
ſui,connumerando ſe tranſgreſſoribus ex humilitate,quia ſuit membrum plebis illius. Et ſimi-
1.Eſdr.9. li modo loquitur Eſdras:Peccata noſtra creuerunt vſque ad cælum.[& idcirco tradidiſti nos in
manus inimicorum noſtrorum.Coluimus enim deos eorum,] puta gentilium, quibus nos tra-
4.Reg.17. didiſti captiuos, quoniam multi ex filijs Iſrael fuerunt idololatræ, quando ab Aſſyrijs & Chal-
24. 25. dæis capti fuerunt,& ante frequenter,temporibus Iudicum.[Et nunc non eis ſufficit, quod du-
Hiere.50. riſsima nos opprimunt ſeruitute]in captiuitate,quæ eſt mors ciuilis. [ſed robur manuum ſuarũ
Iudic.1. 3. & 10. idolorum potentiæ deputantes]i. poteſtatem quam habẽt à te Deo vero, à quo omnis poteſtas,
Rom.13. ſuis dijs atque ſimulacris aſſcribentes tanquam datoribus poteſtatis, [volunt tua mutare pro-
miſſa] i.volunt nos priuare tuæ pietatis effectibus, quos nobis pœnitentiam agentibus promiſi
ſti,dicens Deute.30.Si ad cardines cæli fueris diſsipatus, inde retrahet te dominus Deus tuus,
ſi conuerſus fueris ad eum,in toto corde tuo.[& delere hæreditatem tuam,]i. plebem Iſraeliti-
cam omnino extinguere,cuius poſteritatem promiſiſti vſq; in finem ſeculi conſeruare, dicens
per Hieremiam 31.Hæc dicit dominus,qui dat ſolem in lumine diei,ordinem lunæ & ſtellarum
in lumine noctis: Si defecerint leges iſtæ coram me, & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit gens co-
ram me cunctis diebus.[& claudere ora te laudantium,]interficiendo tuos cultores,[atq; extin
guere gloriam templi & altaris tui]i.cultum ſacrificiorum tuorum,qui fit in templo tuo, & ob-
Iudith 3. ſequium quod tibi ibidem impenditur, impedire, ſicut tempore Iudith Holofernes conatus
eſt facere. [vt aperiant ora gentium,]dando eis occaſionem & materiam blaſphemandi te & cæ
remonias tuas. [& laudent idolorum ſortitudinem,] aſſcribendo eis victoriam, qua præualent
nobis,cum tamen ex tua promiſsione,immo & efficientia id contingat propter noſtra peccata,
[& prædicent carnalem regem in ſempiternum]id eſt,regem nos omnino extinguentem & au-
ferentem,commendent perpetue & inter deos transferendum annuncient, tanquam qui opti-
me fecerit nos tollendo,quia ſuperſtitioſos & turbatores pacis communis nos aſſerunt.[Ne tra
das domine

das domine ſceptrum tuum]i. regiam poteſtatem ſuper nos, [his qui non ſunt]i. impijs & ſce-
leratiſsimis hominibus, qui protinus morientur, & ſpiritualiter nihil ſunt, ac comparatione fi-
delium, virtuoſorumq; hominum, nullius ſunt momenti, ſecundum quod Apoſtolus ad Gala-
tas 6. ait: Qui ſe putat aliquid eſſe, cum nihil ſit. [ne rideant ad ruinam noſtram, ſed conuerte
conſilium eorum ſuper eos]i. læſionem quam ſuo conſilio machinantur nobis infligere, fac eis
infligi. Sic & propheta orauit Pſalm. 53. Auerte mala inimicis meis, in veritate tua diſperde eos,
vt impleatur in eis illud Eccle. 27. Facienti nequiſsimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur. [&
eum qui cœpit in nos ſæuire, diſperde]i. ipſum Aman qui cœpit in nos crudeliſsimè agere, con
tere. Hoc zelo iuſtitiæ eſt petitum contra hoſtes boni communis atq; diuini cultus, & vt in præ-
ſenti puniantur, & per mortem ſublati, ceſſent ſibi damnationem peccando augere. [Memento
domine]i. per effectum declara te memorem noſtri in bono, [& oſtende te nobis,] per gratio-
ſam exauditionem & illuminationem internam, [in tempore tribulationis noſtræ,]ſicut dixiſti
Pſal. 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, [& da mihi fiduciam,]i. mentis conſtantiam & confiden
tiam plenam in te, [rex] Iudæorum qui tibi fideliter confitentur, [& vniuerſæ domine poteſta-
tis]i. dominator, dator & conſeruator omnium poteſtatũ, quæ reſpectu tuæ maieſtatis ſunt ſer-
uitutes & imbecillitates [tribue ſermonem compoſitum]i. ornatum ac audienti benè placen-
tem, [in ore meo:]non ob laudem & gloriam meam, ſed propter liberationem populi tui. [in
conſpectu leonis]i. Aſſueri regis, qui ob eminentiam ſuæ poteſtatis ac regiæ dignitatis leo vo-
catur, & quia ex inſtigatione Aman crudele edictum contra Iudæos emiſit. [& transfer cor ipſi- Heſter 3.
us in odium hoſtis noſtri]ita vt odiat ipſum Aman, inquantum tam impius eſt, non inquantum
eſt homo, quod non eſt charitati contrarium, de quo fertur Pſal. 138. Perfecto odio oderam il-
los. [vt & ipſe pereat]i. temporaliter puniatur per mortem, [& cæteri qui ei conſentiunt] ad in-
terficiendum nos, quoniã morte digni ſunt, non ipſe tantum, ſed & conſentientes eidem, quos Roman. 1.
ignorantia non excuſat. [adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, niſi te
Domine, qui habes omnium ſcientiam, & noſti quia oderim gloriam iniquorum]id eſt, vanam
eorum gloriationem, ambitionem, iactantiam, [& deteſter cubile incircumciſorum & omnis
alienigenę]id eſt, idololatrę, ſicut lex continet, & quantum in me eſt, quamuis propter rationa- Num. 18.
biles cauſas illud admittam. ideo additur: [Tu ſcis infirmitatem meam:] quia per me, ſine fa-
uore regis, nequeo plebi meæ ſuccurrere. [& neceſsitatem meam,]qua compellor regi miſceri,
quæ in hoc coniugio cauſa eſt diſpenſationis, [& quod abominer ſignũ ſuperbiæ & glorię meæ,
quod eſt ſuper caput meum:]i. regium diadema, quod eſt ſignũ excellentiæ atq; honoris mei,
[in diebus oſtentationis]meæ, quando procedo in publicum, vt oſtendatur populo pulchritu-
do & eminentia mea. [& deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ:]quo quid ſordidius inueni-
tur? [& non portem illud in diebus ſilentij mei:]dum permittor in ſecreto thalami mei Deo va
care in tranquillitate, ſilentio, & contemplatione, quoniam fœmineam quoq; loquacitatem ab Heſter 5.
horreo. [& quod non comederim in menſa Aman,]eundo ad eius conuiuia, ſicut frequenter o-
ptauit, quamuis ex neceſſaria cauſa bis inuitauerim eum ad menſam meam. [nec mihi placuerit
conuiuium regis:]propter cibos qui in eo ponuntur, lege prohibitos, & propter varias pompas,
diſſolutiones & apparatus ibi admixtos. [& non biberim vinum libaminum,]i. ſacrificiorum, Heſter 2.
videlicet vinum idolis immolatum. [& nunquã lætata ſit ancilla tua, ex quo huc translata ſum]
à terra Babyloniæ, vt dictum eſt ante, [niſi in te domine Deus Abraham,]qui licet ſis omnium Act. 10.
Deus, tamen ad Moſen es locutus: Hæc dices filijs Iſrael, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Exod. 3.
Iacob miſit me ad vos. Hoc nomen eſt mihi in æternum. [Deus fortis ſuper omnes:]quia ſolus
omnipotens, & infinitè vniuerſis potentior. [exaudi vocem illorum qui nullam aliam ſpem ha-
bent,]quàm in te, ſeu nullum in quo confidant, niſi te domine. [& erue me à timore meo]i. à pe
riculo quod timeo, & ab iſto timore quo affligor. Ecce quàm deuota, feruens & profunda ora-
tio, & ô quanta ex his probatur fuiſſe huius electæ reginæ perfectio, quæ in tanta opulentia, ho
norificentia & frequentia conſtituta, tam virtuoſe, timoratè & ordinatè ſe habuit, quæ omnem
gloriam mundi, voluptatem, dignitatem, vanitatesq; ſeculi tam pleniſsimè ſpreuit, ita vt nun- Ioan. 3.
quam niſi in Deo ſit gloriata in regali palatio: nonne ſpiritus vbi vult ſpirat, & omnipotens cor-
da ſuorum vbiq; iuxta placitum ſuum immutat, afficit & gubernat? Quid ad hæc nos puſilli di-
cemus, qui ex leui & volatili verbo, ſigno aut facto inaniter gloriamur aut pueriliter conturba-
mur, & ſumus vt puluis quem proijcit ventus à facie terræ? Inſtruamur ergo perfectione virtu- Pſalm. 1.
tum fœminæ huius ſanctæ, & qui gloriatur, in domino glorietur: nec oſtentari, apparere, famari 1. Cor. 1.
optemus, neq; in veſtitu aut ornamentis vnquam lętemur. In omni quoq; tribulatione confugi 2. Cor. 10.
amus ad Deum, & reos nos eſſe ex cordis intima compunctione confiteamur, ac diuinam com- Pſal. 142.
mendemus iuſticiam. Poſtremo, quod ſancta hæc Heſter ſic commemorat ſuas virtutes, fecit
ad DEI honorem, & noſtram ædificationem, præſertim ad augendam confidentiam ſuam
in Deo.

Expoſitio Cap. 15. Et mandauit ei (haud dubium quin Heſter) Mardochæus.
Articulus decimuſquintus.

Heſter 5. 4. EA quæ ſcripta ſunt tertio & quarto capitulis, hic plenius recoluntur. [Et mandauit ei haud]
Heſter 3. id eſt, non [dubium quin Heſter] reginæ [Mardochæus] per eunuchum, vt ſcriptum eſt ſu-
pra, [vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo ſuo] captiuo, [& pro patria ſua] i. pro
populo patriæ, ne & habitantibus in Iudæa, Aman tandem induceret vaſtitatem & læſionem, ac
cultus diuini deſtructionem. [Memor (inquit) eſto dierum humilitatis tuæ,] id eſt, parui & hu-
milis ſtatus tui, in quo eras quando te enutriui. ideo ſubditur. [quomodo nutrita ſis in manu
mea,] id eſt, ſub diſpoſitione regiminis mei, qui te corporaliter ſpiritualiterq; nutriui in timo-
re Dei, deuotione & ſcripturis te inſtruens. [die autem tertio depoſuit veſtimenta ornatus ſui]
i. veſtimenta quotidiani ornatus, vel lugubria ornamenta, quibus ſe ſpiritaliter decorauit, oran
do & ieiunando. [circundata eſt gloria ſua] i. precioſioribus ac pulchrioribus ſuis veſtimẽtis ac
ornamentis. [Et aſſumpſit duas famulas, & ſuper vnam] quæ præcedebat, [innitebatur] i. modi
ce appodiabat, [quaſi præ delicijs & nimia teneritudine corpus ſuũ ferre nõ ſuſtinens, i. portare
nõ valens, quaſi onus proprij corporis deferre, teneritudini ac delicijs eius opponeretur. [Alte-
ra autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum] id eſt, in terram, [indumen-
ta ſuſtentans.] Ex hac cauda veſtimentorum virtuoſæ Heſter, non excuſantur vanæ & fatuæ fœ-
minæ, quæ veſtibus nimium longis vtuntur. Nam illa ex neceſsitate quadam, cum tædio cordis
abſque omni complacentia vana, talibus veſtibus vtebatur. Legitur autem 2. Reg. 13. quod filiæ
ſancti Dauid eximij regis, veſtibus induebantur talaribus, vſque ad talos pertingentibus. Hoc
vtiq; conſideratione & imitatione digniſsimum eſt. [Ipſa autem roſeo vultu colore perfuſa, gra
tis ac nitentibus] id eſt, ſplendentibus [oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contra-
ctum] id eſt, conſtrictum. Quemadmodum enim delectatio cor dilatat, ſic timor, dolor, triſtitia
contrahunt illud. Veruntamen diſpoſitio cordis ſolet relucere & apparere in facie, præſertim in
oculis, iuxta illud Eccleſiaſtici 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſen-
ſatus, tamen per gratiam & virtutes poteſt, qui triſtis & timens eſt, vultum & viſum quaſi iucun-
dum prætendere & monſtrare. Virtus enim moralis reprimit paſsionem, & gratia vincit natu-
ram. Ratio quoque ſenſitiuo appetitui dominatur, immo & multi per induſtriam vel verſutiam
ſciunt cordis diſpoſitionem celare in facie, & ſigna oppoſitæ diſpoſitionis oſtendere, [Ingreſſa
ergo cuncta per ordinem oſtia, ſtetit contra regem,] id eſt, ex oppoſito verſus faciem eius. [vbi
ille reſidebat indutus veſtibus regijs, auroq; fulgens & precioſis lapidibus,] vt ſic ſuo apparatu
intuentibus, incuteret reuerentiam, & timorem regiæ ac imperatoriæ maieſtatis. Vnde ſubiun-
gitur: [Eratq; terribilis aſpectu. Cumq; eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris
indicaſſet, regina corruit,] quia vehementia paſsionis vehementis timoris, valdè debilitat cor-
pus, potiſsimum in tenerrima muliere, facitq, ſanguinem à membris ad cor decurrere, & ſic pal-
lorem generat ac tremorem. propterea ſubditur: [& in palliorem colore mutato, laſſum ſuper an
Ecclеſ. 15. cillam reclinauit caput. Conuertitq, Deus ſpiritum] id eſt, indignationem ſeu animum regis in
Prouer. 21. manſuetudinem. Ipſe enim omnipotens immutat cor principum terræ, atque vt allegatum eſt,
Cor regis in manu Dei eſt, & quocunq; voluerit, inclinabit illud. Nam & omnipotenti Deo pro
prium prohibetur, immediatè agere in apicem volũtatis. Hinc ait & Ioſephus: Rex, vt arbitror,
Ioſe. lib. 11. voluntate Dei mentem mutauit [& feſtinus ac metuens,] ne regina deficeret, aut mali quid pa-
ao, iu. ca 6 teretur, [exilijt de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandieba-
tur: Quid habes Heſter? Ego ſum frater tuus, noli metuere, non morieris. Non enim pro te, ſed
pro omnibus,] id eſt, pro cæteris cunctis præter te, [lex hæc conſtituta eſt,] id eſt, præceptum, vt
nullus intret ad me non vocatus. Quaſi dicat, diſpenſare poſſum in lege hac, & diſpenſo. [Cum-
que illa reticeret, tulit auream virgam, & poſuit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eam, & ait:
Cur mihi non loqueris? Quæ reſpondit: Vidi te domine quaſi angelum Dei] videlicet in gran-
di ſplendore, terribiliq; aſpectu, ſicut angeli ſolent hominibus apparere. [& conturbatum eſt
cor meum præ timore gloriæ tuæ] id eſt, regiæ maieſtatis, quam offendere, eſt ſibijpſi mortis pe
riculum procreare, iuxta quod Salomon ait, Prouerbiorum 26. Sicut rugitus leonis, ita & terror
regis: Qui prouocat eum, peccat in animam ſuam. [Valdè enim mirabilis es domine] id eſt,
multum excellens, ita vt mirum ſit, quod vnus homo ita præmineat cæteris, quod tamen ex di-
uina ordinatione procedit. [& facies tua plena eſt gratiarum,] id eſt, pietate redundat in eos, qui
bus ſe vult exhibere propicium, ſicut & Iacob ait ad Eſau Gene. 33. Sic vidi faciem tuam, quaſi
Auguſtin. viderim vultum Dei. Circa quod loquitur Auguſtinus: Vtrum verba Iacob pauentis ac pertur-
bati vſq; ad adulationem hanc proruperunt, an ſine peccato hæc dici potuerunt? & forſan quod
Pſalm 81. immo, quia & dij gentium dicti, & iudices & prælati dij vocantur, de quibus præcipitur, Dijs
Exod. 21. non detrahes: ſic & in propoſito dici poteſt, quod Heſter ſecundum pium intellectum tam eom

mendatoriè

mendatoriè potius quàm adulatoriè locuta ſit regi. [Cumq́; loqueretur, rurſus corruit]ex pa-
uore,non ex ſimulatione,[& penè exanimata eſt]id eſt,ſine anima quaſi effecta ex virium defe
ctione,quod Deus ſic ordinauit,vt rex magis afficeretur reginæ,& eius magis acquieſceret pre-
cibus,videns in ea tantam teneritudinem,erubeſcentiam,& reuerentiam circa ſe , ſicq́; metue-
ret eam quocunq; modo granare. Vnde ſubiungitur: [Rex autem turbabatur, & omnes mini-
ſtri eius]qui aderant,[conſolabantur eam.]

Declaratio Cap. 16. Rex maximus Artaxerxes.

Articulus 16.

SIcut prędictum eſt,in iſto libro à decimo capitulo multa ſunt,quæ non habentur in Hebręo, Heſter 11. 12. 13.
ſed in editione vulgata,ſecundum Hieronymum.Per editionem vulgatam,quidam intelli- Heſter 14.
gunt translationem Septuaginta interpretum,quæ tempore Hieronymi per eccleſias publi- 15. 16.
cè legebatur,& maximè fuit diuulgata. Alij per editionem vulgatam intelligunt editionem,cu- Hieron.
ius author neſcitur,& ſine nomine ſui interpretis quinta editio appellatur. Itaq; iſta quæ in He-
bræo non habentur,dicunt aliqui à Ioſepho alijsq́; ſcriptoribus eſſe excogitata , & editioni vul- Ioſe. lib.11. an.Iu.ca.6
gatæ eſſe addita & inſerta, hoc eſt , translationi Septuaginta interpretum. Vel ſecundum alios,
editioni,cuius author neſcitur,ita quòd illa addidit ea editioni ex Ioſepho & alijs. Certum eſt Heſter 13.
enim,quod forma epiſtolæ ſupra poſitæ,forma quoq; epiſtolæ quæ hic in iſto habetur capitulo,
continentur de verbo ad verbum vndecimo antiquitatum Ioſephi libro.Porro Hugo de ſancto
Victore in expoſitione Prologorum Bibliæ,& alij quidam affirmant,quod ipſi Septuaginta in-
terpretes fecerunt iſtas additiones. Vtraq; autem opinio ad propoſitum ſuum probandum tra-
hit,quod in Prologo huius libri ait Hieronymus:Librum Heſter editio vulgata laciniosis hinc Hieroay.
inde funibus trahit,addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri , ſicut ſolitum eſt ſchola-
ribus diſciplinis, ſumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit, qui iniuriam paſſus eſt,
vel ille qui iniuriam fecit. Præterea conſtat, Ioſephum valdè diu poſt Septuaginta fuiſſe inter- Ioſe.lib.11. an.Iu.ca. 6
pretes. Ideo qui per vulgatam editionem,intelligunt translationem Septuaginta, & quod Se-
ptuaginta fecerunt iſtas additiones,non poſſunt defendere, quod epiſtola in iſto capitulo ſcri- Heſter 13.
pta, & quæ ſuperius continetur, ſint ſumptæ ex Ioſepho, immo dicere habent, quod Ioſephus
ſumpſerit eas ex translatione Septuaginta. Eſt autem epiſtola huius capituli multum notabilis, Ibidem.
& etiam plana,ideo non oportet expoſitioni ipſius prolixè inſiſtere. [Rex maximus Artaxerxes
ab India &c.]Hoc ſupra expoſitum eſt. [Multi bonitate principum & honore qui in eos colla-
tus eſt]id eſt , dignitate eis à principibus conceſſa , vel honoratione ab inferioribus ſeu alijs eis
exhibita.[abuſi ſunt in ſuperbiam:]extollendo ſe de ſua promotione. [& non ſolum ſubiectos
regibus]ſcilicet bonos & obedientes,[nituntur opprimere,ſed datam ſibi gloriam] id eſt, ex-
cellentiam,[non ferentes]cum modeſtia & quiete,[in ipſos qui dederunt, moliũtur inſidias:]
id eſt , reges vel principes à quibus promoti ſunt , conantur obruere , ſicut Decius Cæſar adhuc
miles honoratus à Philippo Imperatore , aſpirauit ad Imperium , & interfecit dominum ſuum,
quod & 4. Regum 15. quidam feciſſe leguntur. [Nec contenti ſunt nõ gratias agere beneficijs,]
id eſt,benefactoribus pro eorum beneficijs.[& humanitatis in ſe iura violare,] id eſt,contra de
bitum pietatis & gratitudinis agere,reddendo mala pro bonis. [Sed Dei quoq; cuncta cernen- Rom.13.
tis arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiam,]id eſt,putant ſe poſſe iudicium Dei euadere, vel ne-
gando prouidentiam veri Dei,vel tam intimoratè peccando, ac ſi putarent Deum non eſſe iudi
caturum actus eorum. [& intantum veſaniæ] id eſt,ad tantum inſipientiæ exceſſum[prorum-
punt,vt eos qui credita]id eſt,commiſſa[ſibi officia diligenter obſeruant, mendaciorum * fu- *cuniculis
niculis]id eſt,falſis & ſubtilibus accuſationibus [conentur ſubuertere ,]id eſt, deijcere aut ne-
care,[dum aures]interiores[principum ſimplices] id eſt, doloſitate & duplicitate carentes, ac
columbina ſimplicitate ornatas.[& ex ſua natura alios exiſtimantes] id eſt, putantes alios eſſe ta
les, quales ipſi ſunt,ſcilicet ſimplices , non doloſos, neq; mendaces. Siquidem qualis quiſq; eſt,
taliter iudicat,& tales eſſe alios faciliter ſuſpicatur. Propter quod Prouerbiorum 14. ſcribitur:
Innocens credit omni verbo. Iob quoq; 15. Sonitus(inquit)terroris ſemper in auribus impij,&
cum pax ſit,ille inſidias ſuſpicatur. Veruntamen ſimplicitati debet aſſe adiuncta grandis diſcre-
tio atq; noticia diuerſitatis diſpoſitionum morumq; hominum , vt incautam credulitatem deui
tent,cum Eccleſiaſtici 19. ſcriptum ſit: Qui citò credit, leuis corde eſt, & minorabitur. [callida
fraude decipiunt]ſicut 1. Machabæorum 7. & 9. legitur feciſſe Alchimus, inflammando Deme
trium regem contra Iudam Machabæum.[Nec putare debetis,ſi diuerſa iubeamus, ex animi no
ſtri venire leuitate,ſed pro qualitate & neceſsitate temporum, vt Reipublicæ poſcit vtilitas, fer-
re ſententiam.]id eſt,determinare quid ſit agendum aut euitandum. Oportet nanq; ſecundum
diuerſitatem locorum,cauſarum & temporum,& iuxta diuerſam diſpoſitionem hominum, mu
tare decreta,& innouare ſtatuta,& ſi quid ex errore proceſsit,corrigere. Et vt manifeſtius quod
dicimus,intelligatis:Aman filius Amadathi,animo & gente Macedo,pietatem noſtram ſua cru-

delitate cõmaculans,] id eſt, diffamans, dum ex nomine noſtro crudelia promulgat præcepta: [qui in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt,] id eſt, eleuatus eſt, [vt regno nos priuare niteretur & ſpiritu,] id eſt, vita. Cætera huius epiſtolæ verba ex præhabitis clara ſunt, aut per ſe plana. Sed quæritur hic, an Aman fuit Macedo, id eſt, de prouincia Macedoniæ, & videtur quod ſic ex verbis prætactis, quibus iam dictum eſt, quod fuit Macedo, non tantum animo, ſed etiã gen-

Heſter 3. Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 6 te. Oppoſitum huius videtur ex ante dictis patefieri, vbi habetur, quod fuit de ſtirpe Agag & Amalechites, quod & Ioſephus proteſtatur: Ad iſtud quidam reſpondet, quod Aman dicitur Macedo per ſimilitudinem, quia Macedones iam rebellabant imperio Perſarum, & Alexander Macedo abſtulit eis monarchiam, ad Græcos transferens eam. Cui reſponſioni obijcitur, quod tempore Aſſueri Macedones nondum cœperunt Perſarum imperio rebellare, ſed Alexander rex Macedo incepit & compleuit illam rebellionem multis annis poſt mortem Aſſueri, ſicut ex Ioſepho & Scholaſtica hiſtoria, & ex geſtis Alexandri ac alijs Chronicis, hiſtorijsq́; probatur. Deniq;, ad inſinuandum, quod per ſimilitudinem fuerit Macedo, ſufficeret dicere, quod fuit animo Macedo. Quod autẽ fuerit natione Macedo, videtur ex eo quod in epiſtola iſta Aſſuerus adiecit: Hoc cogitans ipſe Aman, vt illis, ſcilicet Mardochæo & Heſter, interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas. Nam ſi fuiſſet Macedo ſolum per ſimilitudinem, non per nationem, non curaſſet regnum Perſarum in Macedones, qui ſunt Græci, transferre. Itaq; potius reor, quod ex vno parente fuerat Amalechita, & de genere Agag regis, atq; ex alia parte de regno Macedoniæ. Quod verò in fine huius epiſtolæ legitur, [Omnis prouincia & ciuitas quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps,] ſcilicet feſti ſortiũ, referendum eſt ad Iudæos, qui in prouincijs Aſſueri manebant. Quod ſi Iudæi tam ſolennem ac perennem habuerunt memoriam de ſua liberatione à temporali corporaliq́; morte, quàm indeſinentem & celeberrimam debemus habere memoriam de liberatione noſtra ſpirituali à morte peccati & infernalis ac æternalis ſupplicij, facta per incarnationem & paſſionem vnigeniti filij Dei, qui cum patre æterno & adorando paracleto Spiritu ſancto, vnus eſt vniuerſorum creator & dominus, & ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN ESDRAE LIBRVM PRIMVM, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

Malach. 2. LEX VERITATIS FVIT IN ORE EIVS. VERBVM HOC Malachiæ, ad literam ſcriptum de Leui filio Iacob patriarchæ, conuenienter accipitur de Eſdra ſacerdote ex ſemine Leui nato, qui idoneus factus imitator præfati Leui patris ſui, in pace & æquitate ambulauit cum Deo, & multos auertit ab impietate. Fuitq́; lex Moſis, quæ eſt lex ſummæ & incommutabilis veritatis, in corde, ore ac opere Eſdræ. In corde vtiq;, per aſſiduam memoriam & amorem, interiorisq́; hominis directionem, ſecundum legis tenorem, ſecundum quam cogitationes & affectiones ſuas direxit. In ore, per aliorum informationem: atq; in opere, per ſanctam conuerſationem. Deniq; ipſe

Iudic. 18. Acto. 7. 1. Eſd. 1. Nehe. 1. Eſdras ſcriba velox legem recuperauit, & populum Iſrael gubernauit, qui populus, defunctis Moſe ac Ioſue, fuit vſq; ad tempus Saul gubernatus per iudices, deinde vſq; ad Babylonicam captiuitatem per reges. Poſt modicum verò à captiuitate eadem, per ſacerdotes, inter quos erant Eſdras & Nehemias.

Expoſitio Cap. 3. In anno primo Cyri regis Perſarum.
Articulus primus.

EXordium libri huius, cum fine ſecundi Paralipomenon libri coincidit, vt intuentibus conſtat. Vnde & Eſdras editor libri iſtius, illius quoq; libri creditur author. itaq; ait: [In anno primo Cyri regis Perſarum,] quod non eſt intelligendum de primo anno vitæ Cyri iſtius, neque de primo anno ſimplicis & particularis regni eius, ſed de primo anno regni eius imperialis monarchici. Cum enim vnà cum Dario ſuo auunculo deſtruxiſſet monarchiam Chaldæorum, & eorum metropolim Babylonem vrbem euertiſſet, Darius tenuit Monarchiam annis du-

4. Reg 25. 2. Par. 36. obus. quo mortuo, Cyrus monarcha effectus, primo ſuæ monarchiæ anno dedit Iudęis à Nabuchodonoſor rege Babyloniæ transmigratis & captis, licentiam redeundi ad propria, ſicut ſubiungitur: [vt cõpleretur verbum domini,] prolatum [ex ore Hieremiæ, ſuſcitauit dominus ſpiritum

ritum

ritum Cyri regis Perſarum,]hoc eſt,mentem eius inſtigauit inſpiratione occulta,interna,& etiam per quędam exteriora,ſicut tangetur.[& tranſduxit vocem]id eſt,denunciationem fecit per ſcripta & nuncios,[in omni regno ſuo,]id eſt,per totam ſuam monarchiam. Hinc ſubditur:[etiam per ſcripturam]id eſt,epiſtolas[dicens:]Prædixerat autem dominus Hierem.25.& 29. Cum cœperint impleri in Babylone 70. anni,id eſt, 70. annis completis à tempore tranſmigrationis ſeu captiuitatis Iudæorum à Chaldæis,viſitabo vos & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonũ, vt reducam vos ad locum iſtum,de quibus annis fit mentio apud Zachariã & Danielem, quamuis computatio annorum illorum,à diuerſis diuerſimodè aſsignetur, ſicut in Scholaſtica hiſtoria ſatis habetur. Erantq́; anni illi impleti,Cyro monarcha effecto, ideo dominus volens verba & promiſſa ſua per Hieremiam prænunciata, implere, excitauit & mouit cor Cyri ad dandum præfatam redeundi licentiam. Ad quod etiam fuit inductus, quia Iudęi captiui oſtenderunt ſibi librum Eſaiæ prophetæ,& quadrageſimum quintum caput libri eiuſdem, in quo & nomen ipſius Cyri fuit tam diu ante expreſſum, & reædificatio ciuitatis Hieruſalem de Cyri licentia fienda,clariſsimè prophetata his verbis: Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius appræhendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam, ipſe ædificabit ciuitatem meam. Porrò de templi reædificatione non in capitulo iſto,ſed immediatè præcedente, dominus prædixit per Eſaiam,quadrageſimo quarto. Qui dico Cyro,paſtor meus es: & templo ædificaberis. Hæc autem per annos ducentos & decem,per Eſaiam fuerũt prædicta,vt Ioſephus ſcribit.[Hæc dicit Cyrus rex Perſarum:]Sicut magiſter in hiſtorijs recolit, poſt mortem Darij regis Medorum,Cyrus monarchiam tenuit orientis. Eratq; rex Perſarum atq; Medorum, quia Darius ille non habuit filium, & quamuis regnum Medorum fuerat maius ac honorabilius regno Perſarum, Cyrus tamen poſuit ſolium monarchiæ in Perſide, quoniam Perſæ ſublimauerant eum primo in regem.[Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli]cuius prouidentiæ cuncta ſubduntur terrena. Hoc tamen per hyperbolen dictum eſt, ad inſinuandum quod valde magna regna erant ei ſubiecta in oriente, non tantum ſimpliciter omnia regna terræ,immo nec abſolutè omnia regna orientis.[& ipſe præcepit mihi,]per inſpirationem internam, & per prophetam ſuum prænunciauit,[vt ædificarem ei domum,]id eſt,templum,[in Hieruſalem,]id eſt,in loco vbi ante ſita fuit Hieruſalem, & vbi iam rurſus conſtruetur ex mea licentia,[quę eſt]quantum ad fundum ſuum,& citò erit[in Iudæa. Quis eſt in vobis]id eſt,inter vos,[de vniuerſo populo eius?]id eſt,ex numero Iudæorum.[ſit Deus illius cum eo]per aſsiſtentiam gratioſam. [Aſcendat in Hieruſalem]id eſt,ad locum quo ſtetit,[& ædificet domum Dei Iſrael]id eſt, quicunq; natus eſt ex populo Iſrael;oſtendat ſe eſſe cultorem Dei cæli, aſcendendo ad Iudæam,ad reædificandum templum. Nec ſolum dedit licentiam ædificandi templum, ſed & ipſam vrbem Hieruſalem,quam cœperunt reædificare antequam templum. Hanc autem gratuitam relaxationem captiuitatis Iudæorum Deus per Eſaiam prædixit his verbis: Ipſe captiuitatem meam dimittet,non in precio,neque in muneribus.[Ipſe eſt Deus qui eſt in Hieruſalem]id eſt,Deus cæli vrbem Hieruſalem elegit in locum præcipuum cultus ſui, & templi,ac ſacrificiorum,& ita quamuis incircunſcriptus ſit,& præſens vbiq;,ibi tamen eſt per ſpeciales effectus.[& omnes reliqui in cunctis locis vbicunq; habitant,]id eſt, Iudæi qui vel nolunt, aut nequeunt ad Iudæam reuerti, [adiuuent eum,]id eſt,eos qui aſcendunt illuc,[viri de loco ſuo,] id eſt, reſidui illi hoc faciant ex locis habitationum ſuarum in imperio meo, [argento & auro, & ſubſtantia, & pecoribus] id eſt,dando eis in ſubſidium expenſarum in via, vel reædificationis templi,& vrbis Hieruſalem,aliquid de ſuo argento & auro,ac cæteris facultatibus ac iumentis, [excepto quod voluntariè offerunt in templo Dei, quod eſt in Hieruſalem,] id eſt. præter dona quæ ex propria deuotione voluerint ad templi reædificationem, ſiue ad ſacrificia Dei ibi fienda offerre. Inſuper quod dictum eſt,& omnes reliqui adiuuent eum, poteſt intelligi de Gentilibus, inter quos habitabant Iudæi, quibus Gentilibus Cyrus iuſsit, vt Iudæos in hac cauſa iuuarent. Nam Ioſephus ait: Tunc ſcripſit ſuis ducibus illius terræ vicinis, vt aurũ conferrent & argentum ad templi renouationem, inſuper ad immolanda pecora. Refert quoq; Ioſephus Cyrum ita ſcripſiſſe, quoniam maximus rex orbis terrarum me regem conſtituit, credo hunc eſſe, quem gens Iſrael adorat. Is enim & nomen meum per prophetas prædixit, quoniam templum eius ædificaturus eſſem in Hieruſalem. [Et ſurrexerunt:]omnes[principes patrum] id eſt,præcipui patres & maiores ſeniorum, [de Iuda & Beniamin, & ſacerdotes & Leuitæ,] id eſt,qui nati fuerunt ex tribu Iuda,tribuq́; Beniamin,atq; ex tribu Leui. Hæ etenim tribus erant, & manſerant ſub regibus Iuda,diuiſo regno Iſraelitico ſub Roboam filio Salomonis, & pariter captę fuerunt. De hoc Ioſephus ſcribit: Conuocans Cyrus clariſsimos Iudæorum qui in Babylone,id eſt,in terra Babyloniæ habitabant,dixit ſe concedere Iudęos remeare ad propria,& reædificare ciuitatem Hieruſalem & templum.[& omnis cuius ſuſcitauit Deus ſpiritum, vt aſcenderet ad ædificandum templum domini,quod eſt in Hieruſalem] i. quilibet de præfatis tribus

Zach. 1. Dan. 9. — Eſa. 45. — Ibidem. — Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 1. — 1. Eſd. 3. — Eſa. 45. — Hiere. 31. — Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 1. — Idem, vbi ſuprà. — 3. Reg. 12. — Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 1.

tribubus Iſrael,cuius mentem Deus inſtigauit, vt aſſcenderet ad ædificandum templum. [vni-
uerſiq; qui erant in circuitu] Iudęæ, vel in circuitu Iudæorum pergentium illuc, [adiuuerunt
manus eorum in vaſis argenteis & aureis,in ſubſtantia]victualium,[& iumentis & ſupellectili]
id eſt,maſſariato,hoc eſt,talia clinodia & ſubſidia illis præſtando : quod quidam exponunt de
Iudæis in Babylonia remanentibus amore vxorum,quas ibi acceperāt,& ſobolis quam ibi pro-
Idem, vbi ſupra. creauerant, ac poſſeſsionum quas ibi habebant. Quidam verò exponunt,dicentes, quod Genti
les de mandato Cyri talia dederunt Iudæis pergentibus. Ioſephus quoq; ait, quod dum Iudæi
veniſſent,omnes amici regis iuuabant eos,& conſerebant ad templi renouationem,alij aurum,
alij argentum,alij equos & multitudinem iumentorum. [Rex quoq; Cyrus protulit] hoc eſt,
exhibuit, [vaſa templi domini,] quæ fuerunt inſtrumenta & vtenſilia cultus diuini in templo à
Salomone conſtructo,[quæ tulerat Nabuchodonoſor de templo Hieruſalem]id eſt,ex templo
3.Reg. 6.7. inibi ſito. Aſportauit autem ea ſecum,partim quādo captiuauit Ioachim regem, & partim dum
4 Reg 24. 4.Reg 25. Iechoniam abduxit,reliqua dum templum combuſsit, prout 2. Paralipom. vltimo,& 4. Regum
2.Par.35.36 libris deſcribitur.[& poſuerat ea in templo Dei ſui]in vrbe Babylonis, & ſic iuxta ſuam ſectam
ea quodammodo honorauit,ponendo ea in loco ſolenni & ſacro,deputandoq; ea cultui ſecun
dum ſuam æſtimationem diuino. Balthaſar verò filius filij eius deputauit ea cultui ſuo, biben-
do ex eis cum ſuis,vt habetur Daniel.5. Propter quod meruit regno priuari ac vita, & aliqui opi
nantur quod Iudæi retulerunt hoc Cyro,idcirco libentius ea remiſit. [Protulit autem ea Cyrus
Ioſe. lib.11. rex per manum Mithridatis,] qui ſecundum Ioſephum fuit cuſtos theſaurorum ipſius, [& annu
an.Iu.ca.1. merauit ea Saſebbaſar principi Iudæ] hoc eſt, theſaurarius ille ſub certo numero aſsignauit &
tradidit vaſa illa viro nomine Saſebbaſar principi Iudæ, id eſt, vni de principalibus tribus ſeu
populi Iudæ,ſeu duci redeuntium ad Iudæam. dicuntq; aliqui, quod Saſebbaſar ille fuit Dani-
el:alij, quod fuit Zorobabel,quod magis conſonum videtur ei,quod in fine huius capituli legi
Exo.25.26. tur: Vniuerſa tulit Saſebbaſar,cum his qui aſſcendebant de tranſmigratione Babylonis in Hie-
Ibidem. ruſalem. Daniel quippe cum eis non redijt,ſed Zorobabel. [Et hic eſt numerus eorum: Phialæ
aureæ triginta,phialæ argenteæ mille.]Phialæ erant vaſa,in quibus vinum libationis ſuſum con
ſiderabatur,an eſſet aptum ad ſacrificia. [cultelli] quibus carnes hoſtiarum diuidebantur, [vi-
ginti nouem ſcyphi aurei,triginta ſcyphi argentei ſecundi] id eſt.inferioris dignitatis, valoris,
& vſus.[410.vaſa alia mille.] In ſcyphis recipiebatur ſanguis hoſtiarum,præſertim in ſcyphis ar
genteis. In aureis verò ſcyphis (vt fertur) portabatur ſanguis ſacrificiorum quorundam intra
ſancta ſanctorum in feſto expiationis.[Omnia vaſa aurea & argentea quinque millia quadrin-
genta. Vniuerſa tulit Saſebbaſar cum his qui aſſcendebant de tranſmigratione Babylonis in
Hieruſalem.]Certum quod numerus prædictorum vaſorum iam numeratorum, non conſtituit
tantam ſummam. Secundo,pręter illa fuerunt alia multa minus forſitan precioſa, quæ omnia ſi-
mul fuerunt tot millia ac centenaria.

Ioſe. lib 10 Poſtremo,de Cyro iſto rege Perſarum multa in Ioſepho & Scholaſtica hiſtoria, chronicisq;
an Iu ca.14 leguntur,qui & triginta annis fertur regnaſſe, ac monarchiam annis duodecim tenuiſſe, qui cū
Item lib.11. grandiuſculus eſſet,& à pueris ludentibus eſſet factus eorum rex, inobedientes pueros dirè cor
cap.1.2.3. rexit,& interdum plagauit, quod puerorum parentes ægrè ferentes, conqueſti ſunt regi Aſtya-
gi auo Cyri,qui iuſſerat puerum ipſum mox natum occidi,ſed Deo ordinante fuit conſeruatus
in vita. Cumq; rex puerum Cyrum ad ſe vocatum argueret, cur pueros ita plagaſſet, reſpondit
intrepidè ſe hoc feciſſe,non vt puerum,ſed vt regem: quo audito, miratus eſt rex, & ſigna quæ-
dam generis ſui conſiderauit in eo. Tandem cum Cyrus monarcha regas plurimos expugnaſ-
ſet,à regina Maſſagetarum nomine Thamari, victus eſt & occiſus: quæ caput ipſius Cyri abſci-
ſum,proiecit in vas humano ſanguine plenum,dicens cum inſultatione, Satiare nunc ſanguine,
quem ſemper ſitiſti. Circa illud, [Surrexerunt principes patrum de Iuda,]ait quidam,quod tri-
bus Iuda, & Beniamin, & Leui, non tantum peccauerunt,ſicut aliæ tribus Iſrael per Aſſyrios ca-
Ezech. 16. ptæ:ſed hoc non videtur conſonare ſcripturis, quoniam per Ezechielem dominus ait ad Hieru
ſalem,per quam,ſecundum omnes expoſitores,ad literam intelligit populum regni Iuda, & pręe
ſertim habitatores Hieruſalem: Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, ſed vi-
ciſti eas,ſcilicet Sodomam & Samariam ſceleribus tuis,& certum eſt, quod per Samariam intel
ligat regnum decem tribuum,cuius Samaria fuit metropolis. Idem patet in Ezechiele ſub ſimi-
Ezech.23. litudine Oollæ & Oolibæ. At verò poteſt hoc loco per Cyrum allegoricè dominus Ieſus Chri-
ſtus verus mundi monarcha intelligi, qui deſtructo regno diaboli,ædificauit per ſeruos ſuos ec
Ioan. 5. 8. cleſiam,& faſſus eſt ſe omne quod habet & eſt, accepiſſe à patre, quod per ſcripturas euangeli-
10.15. ſtarum vniuerſo orbi notificauit,& vaſa Dei abducta,reduxit,electos,qui à diabolo erant ſedu
cti,vitiorumq; vinculis irretiti,reducendo ad gratiam ac ſalutem.

Expoſitio Cap. 2. Hi ſunt autem prouinciæ filij, qui aſcenderunt de captiuitate. Articulus 2.

HIC particularius deſcribuntur reuerſi de Babylone. [Hi ſunt autem prouinciæ filij] hoc
eſt, habitatores Babyloniæ, vel vt quidam dicunt, Iudęæ. Porro nati & commorati in territorio aliquo, appellantur filij eius: [qui aſcenderunt de captiuitate] id eſt, de terra captiuitatis ſuæ, puta de Babylonia, [quam] hoc eſt, cuius captiuitatis plebem, vel quam plebem
captiuam, [tranſtulerat Nabuchodonoſor in Babylonem, & reuerſi ſunt in Hieruſalem, & in
Iudam.] Vnuſquiſque in ciuitatem ſuam,] id eſt, ad loca in quibus antea ſteterant vrbes Hieru- 4 Reg.25.
ſalem, & alia oppida regni Iuda à Chaldæis deſtructa. Quamadmodum enim aues diligunt ſuos nidos, & bruta ſua latibula, ſic homines ſua loca natiua. Vnde Laban ait ad Iacob: Ad tuos ire Gene.31.
cupiebas, & deſiderio tibi fuit domus patris tui. Hinc hortatur Apoſtolus: Non deſerentes collectionem noſtram. [qui venerunt cum Zorobabel] & cæteris qui exprimuntur in textu, vide- Heb. 10. Nehem. 1.
licet: [&] cum [Ioſua, Nahemia, Saraia &c.] & iſte Nehemias eſt alter ab eo, de quo infra habetur, & fuit dux populi poſtmodum. [Numerus virorum populi Iſrael] reuerſorum à Babylonia Eccl. 49.
terra, eſt, qui in litera ſubditur. Scriptura autem computat viros, qui ſcilicet ad minus viginti annorum extiterant, potentes ad bella procedere. [Filij Phares] ex tribu Iuda [duo millia &c.] planus eſt textus, niſi quod multa ponuntur hic nomina, quæ poſſunt eſſe nomina tam virorum ſeu
patrumfamiliarum quàm vrbium. nec conſtat, qualiter potius ſint ſumenda. Nam & ciues habitatoresq; vrbium, earum filij nuncupantur, ſicut & ipſæ ciuitates vocantur filiæ regni, ſiue prouinciæ. Conſequenter inducitur numerus & Genealogia ſacerdotum. [Sacerdotes] ſupple fuerunt hi [filij Iadaia in domo] hoc eſt, familia [Ioſuæ, nongenti &c.] Leuitæ, qui erant ſacerdotibus inferiores ac ſubſeruientes, [fuerunt filij Ioſuæ &c. Cantores filij Aſaph,] qui fuit vnus 3.Reg.6.
principalium cantorum, à Dauid in tabernaculo domini inſtitutorum, vt primo libro Paralipo.
fertur, cuius poſteri erãt cantores, [centum viginti octo] & vnus eorum principalis fuit cantor,
qui pſalmos Dauid cantabant ac laudes diuinas, potiſsime tempore ſacrificiorum. [filij ianitorum] hoc eſt, cuſtodum portarum templi ſeu atrij eius [Nathinæi,] qui erant (vt legitur) ſucceſſo
res Gabaonitarum, portantes ligna & aquas ad locum cultus diuini, quod officiu impoſuit eis
Ioſue. [Filij ſeruorum Salomonis trecenti nonaginta duo.] Omnes Iſraelitæ tempore Salomo- Ioſ.9.
nis exiſtentes, fuerunt ſerui ipſius. Sed quoniã præcipua Salomonis occupatio extitit circa templum, ſaltem ad tempus, ideo ſpecialiter ſerui Salomonis vocantur, qui ad cuſtodiam ac reparationem ædificiorum templi fuerunt ordinati. [Et hi qui aſcenderunt &c.] Hic numerantur reliqui, qui certificare non poterant ſe eſſe de ſemine filiorum Iſrael, & quidam eorum vtebantur
ſacerdotali officio, vel poſſe ſe vti putabant. Vnde & de filijs ſacerdotum dicuntur in litera. [Hi Exod. 29.
quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ,] hoc eſt, Hiſtoriam fidedignam, in qua linea generati- Leuit. 8.
onis eorum contineretur, [& non inuenerunt, & eiecti ſunt de ſacerdotio] id eſt, prohibiti ſunt
fungi ſacerdotali officio, ad vitandum periculum ſeu diſcrimen, quoniam iuſſum fuit à Deo in
Exodo atque Leuitico, ne quis ſacerdotali fungeretur officio, niſi de ſemine Aaron oriundus.
Vnde nea in nouo teſtamento permittitur quis celebrare miſſam, niſi probare poſsit eſſe ſe ordinatum. [& dixit Atherſata eis, vt non comederent de ſancto ſanctorum] hoc eſt, cibos præcipuè ſanctos, videlicet ad eſum & vſum ſacerdotum ſolummodo deputatos, vt erant aliquæ partes hoſtiarum pro peccato pacificarumq; oblationum, [& panes] propoſitionis, [donec ſurgeret ſacerdos doctus atque perfectus] id eſt, tam eminenter eruditus, virtuoſus ac ſapiens, quod
Deus ſuper re hac eum certificaret per reuelationem, ſeu alio modo. Præterea Atherſata iſte di- Num. 8.
citur Nehemias fuiſſe. Nam infra narratur Nehemias iſtud iuſsiſſe, atque vt fertur, Atherſata interpretatur relaxatus, quoniam de conſilio ſapientum Hebręorum relaxatus fuit bibere vinum
regis, cuius (vt infra habetur) fuit pincerna. Nam & Daniel deſcribit. quod ipſe Daniel & ſocij Dan. 1.
eius rogauerunt eunuchum, ne cogerentur bibere de vino, vnde bibebat rex, ne contaminarentur. Deinde ponitur ſumma prædictorum & aliorum, qui eis fuerant ſociati. Nam & de aliis tribubus Iſrael quidam redierunt cum tribus tribubus iam præfatis. Nempe quando populus re- 4 Reg.25.
gni Iudæ captus eſt à Chaldęis, multi ex regno Iſrael in regno Iudæ commorabantur, qui manus
euaſerunt Aſſyriorum, & ſub Ezechia rege conuerterunt ſe ad cultum Dei, & habitare cœpe- 4.Reg.17.
runt in terra Iuda, & hi capti fuerunt cum populo Iudæ ab ipſis Chaldæis.

Expoſitio Cap. 3. Iamq; venerat menſis ſeptimus. Articulus 3.

REparatio templi & altaris hic recitatur, qualiter ſcilicet ſint incepta [Iamq; venerat ſeptimus menſis] primi anni regreſsionis in Hieruſalem, qui menſis dicitur correſpõdere noſtro Septembri, & partim Octobri, [& erant filij Iſrael in ciuitatibus ſuis. Congregatus

eſt ergò omnis populus,] à captiuitate reuerſus,[quaſi vir vnus] hoc eſt, voluntate concordi ad inſtaurandum altare ac templum, de quibus Hieremiæ trigeſimo ſecundo dominus prædixit: Dabo eis cor vnum & animam vnam. [in Hieruſalem, & ſurrexit Ioſue filius Ioſedec, & fratres
Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 2. eius ſacerdotes,] Iſte Ioſue eſt Ieſus filius Ioſedec, tunc pontifex Iudæorum, vt Ioſephus refert, vndecimo libro antiquitatum, de quo Zachariæ tertio legitur: Audi Ieſu ſacerdos magne. [& Zorobabel filius Salathiel,] qui duo erant principales in iſto negocio atq; in populo illo. [& fratres eius, & ædificauerunt altare Dei.] hoc fuit altare holocauſtorum in atrio factum ſub dio, quia templum nondum fuit inceptum, & primo cœperunt altare conſtruere, vt poſſent quotidie ſacrificia immolare. [Collocauerunt autem altare ſuper baſes ſuas] id eſt, ſuper conuenientia fundamenta. [deterrentibus eos per circuitum populis terrarum] id eſt, gentibus, & præſer
4. Reg. 17. tim Samaritanis, quos in terra decem tribuum collocauerant reges Aſſyriorum, qui communiter fuerunt aduerſarij Iudæorum. [& obtulerunt ſuper illud holocauſtum domino] ſacerdotes [manè & veſperè.] hoc fuit ſacrificium iuge & quotidianum, quo offerebatur quotidiè agnus
Num. 28. anniculus, id eſt, vnius anni de manè, & item de veſperè, ſicut ſcriptum eſt in Numerorum libro,
Ibidem. in quo dominus ait: Hęc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos duos quotidie, in holocauſtum ſempiternum. [feceruntq; ſolennitatem tabernaculorum, ſicut ſcri-
Leuit. 23. ptum eſt,] in Leuitico, quæ incepit quintadecima die ſeptimi menſis, quia ibidē legitur, à quintodecimo die menſis huius ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus. Qualiter autem illa ſolennitas celebrabatur, eodem capitulo & etiam infra in iſto volumine continetur.
Num. 29. [& holocauſtum diebus ſingulis per ordinem ſecundum præceptum] Dei, in Leuitico & Nu-
Leuit. 23. meris, vbi de his ſacrificijs agitur. [opus diei in die ſuo] id eſt, ſacrificium fiendū quolibet die præfixo. [& poſt hoc holocauſtum iuge] id eſt, quotidianum, quod nullo die omittebatur propter quæcunq; ſacrificia alia immolanda. [tam in Calendis,] id eſt, neomenijs ſeu menſiū exordijs, [quàm in vniuerſis ſolennitatibus domini, quæ erant conſecratæ] id eſt, in præcipuis feſtis legis, videlicet paſchæ, pentecoſtes, tubarum, expiationis & tabernaculorum, de quibus in Le-
Leui. 16. 23. uitico & Numerorum libro ac Deuteronomio frequenter fit mentio. [& in omnibus] diebus,
Nu 10. 28. [in quibus vltrò offerebatur munus domino,] id eſt, ſponte ex deuotione vltra debitum fiebat
Deut. 16. à plebe oblatio. [A primo die menſis ſeptimi cœperunt offerre holocauſtū domino.] tunc enim erexerunt altare, ante cuius erectionem non poterant immolare. [Porro templum Dei necdum fundatum erat. Dederunt autem] principales inter Iudæos [pecunias latomis] id eſt, lapidum ceſoribus, [& cæmentarijs,] qui cum cæmento muros ſeu parietes ex lapidibus conſtruebant. [Cibum quoque,] videlicet blada, [potum & oleum] dabant [Sidonijs Tyrijsque] id eſt, viris operarijs de Sidone & Tyro, [vt deferrent,] id eſt, apportarent [ligna Cedrina de Libano] monte, in quo creſcunt. [ad mare Ioppen] id eſt, vſque ad ripam maris mediterranei, iuxta quam ſita eſt vrbs nomine Ioppe antiqua, quæ à Iaphet filio Noę perhibetur fundata, vbi eſt portus mediter-
Ioſe. lib. 11. an. Iu. ca. 2. ranei maris. [iuxta quod pręceperat Cyrus rex Perſarum,] qui (Ioſepho teſte) iuſſit de ſuo ſum-
3. Reg. 5. ptus in omnibus fieri. Sic & tertio Regum libro legitur Salomō dediſſe blada & oleum Hiram,
2. Par. 2. regi Tyri, quatenus ſerui ipſius adducerent pro conſtructione templi ligna cedrina & abiegna, ſecundum quod Paralipomen. libro ſecundo additur. Et de vino quod dedit Hiram regi. [Anno autem ſecundo aduentus eorum] à Babylone, [ad templum Dei] id eſt, ad locum templi nondum tunc incepti, [cœperunt] ædificare templum [Zorobabel & Ioſue &c. & conſtituerunt Leuitas à viginti annis & ſupra] id eſt, qui erant ad minus viginti annorum, [vt vrgerent opus do-
Num 5. mini] id eſt, ſolicitarent ædificium templi. In libro Numerorum legitur dominus pręcepiſſe nu-
Num. 8. merari Leuitas à trigeſimo anno vſque ad annum quinquageſimum, ad portandum & faciendum ſibi iniuncta. Alio loco Numerorum habetur: Hæc eſt Leuitarum à viginti quinque annis & ſupra, ingredientur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis. Quomodo ergo licuit iſtis conſtituere Leuitas à viginti annis? Ad quod dicendum videtur, quod iſti Leuitæ dicuntur poſiti, ad ſolicitandum ſtructuram templi. Si autem faciebant cętera opera Leuitarum, forſan ex diſpenſatione ſic factum eſt, quia pauci erant adhuc. [Stetitq́ue Ioſue] pontifex, [& filij eius, & fratres eius, quaſi vir vnus,] id eſt, ordinatè atque concorditer, [vt inſtarent ſuper eos qui faciebant opus in templo Dei] id eſt, in loco templi, hoc eſt, ad dirigendum operarios ipſos ad agendum
Num. 26. viriliter. [Fundato igitur templo, ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo] id eſt, ſacerdotalibus veſtimentis induti, [cum tubis,] quarum vſus fuit in cultu & obſequio Dei, & in Iubilæo, & dicebantur tubæ ſacerdotales, de quibus Ioſue ſexto habetur. Fuerunt quoque tubæ, quarum vſus fuit in bellis, & aliæ tubæ ad populum conuocandum, ſicut in libro Numerorum. [& Le-
Nu 21. 29. 2. Reg. 6. uitæ filij Aſaph in cymbalis] id eſt, cum talibus muſicis inſtrumentis, de quibus prædictum
1. Reg. 29. eſt. [vt laudarent DEVM per manum Dauid regis Iſrael,] id eſt, ſecundum ordinationem Dauid regis laudarent dominum in pſalmis à Dauid compoſitis.

[Et concinebant in hymnis & confeſſione domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſe-

num miſericordia eius ſuper Iſrael] id eſt, in pſalmis & laudibus alijs ac ſpiritualibus canticis,
pariter cecinerunt,omnipotenti gratias agendo de templi ſundatione. [Omnis quoque popu-
lus] Iſrael ibi præſens,[vociſerabatur clamore magno in laudando dominum, eo quod funda-
tum eſſet templum domini. Plurimi etiã de ſacerdotibus & Leuitis,& principes patrum,] id eſt
præcipui inter patres,[& ſeniores qui viderant templum prius] à Salomone conſtructum,[cum 3.Reg 6.
fundatum eſſet,] non quod fuerint quando illud templum ſundabatur, ſed cum ſundatum, id
eſt,firmiter collocatum eſſet in ſuo vigore ſubſiſtens, [& hoc templum,] id eſt,templi huius ſe-
cundi fundamenta,[flebant voce magna,]tum ex recordatione deſtructionis illius primi cele-
berrimi templi,tum quia templum iſtud ſecundum ſundatum, videbatur parui momenti,reſpe
ctu templi prioris,nec apparebat,quod vnquam pertingeret ad notabilem venuſtatem & glori-
am comparatione templi prioris. Hinc per Aggæum dominus ait conſtructoribus templi ſecun Agg. 2.
di: Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prius ? & quid vos videtis
hanc nunc? Nunquid non ita eſt,quaſi non ſit in oculis veſtris? & ibi conſequenter dominus con
ſolabatur eos,dicendo: Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ magis quàm primæ,quod,ſi-
cut ibi expoſitum eſt,impletum eſt per Chriſti præſentiam, oblationem,prædicationem, mira-
culoſasq; actiones in templo ſecundo.

Elucidatio Cap. 4 Audierunt autem hoſtes Iuda & Beniamin.

Articulus 4.

MOdo deſcribitur,qualiter aduerſarij Iudæorum procurauerunt prohibitionem reædifi-
cationis templi & ciuitatis Hieruſalem. [Audierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin,] i.
Samaritani habitantes in terra decem tribuum, hoſtes Iudæorum reuerſorum de Baby-
lone, qui erant ex tribu Iudæ ac Beniamin , & etiam Leui. [quia filij captiuitatis] id eſt,præfati
Iudæi ante diu in captiuitate detenti,& iam inde relaxati atq; remiſsi,[ædificarent templum do
mino Deo Iſrael , accedentes ad Zorobabel & ad principes patrum , dixerunt eis: Aedificemus
vobiſcum,quia ita vt vos, quærimus Deum veſtrum] id eſt, Deum Iſrael colimus,ſicut & vos. Le
gitur quarto libro Regum, quod cum Salmanaſar rex Aſſyriorum captiuaſſet & abduxiſſet de- 4.Reg.17.
cem tribus Iſrael,poſuit in terra earum gentes diuerſas, quibus idola ſua colentibus Deus miſit
leones, qui deuorauerunt multos ex eis. quo cognito,rex Aſſyriorum iuſsit illuc adduci vnum
de ſacerdotibus Iſrael à ſe captis, vt doceret gentes illas colere Deum. Sicq; receperunt circun-
ciſionem & Moſis libros , Deoq; Iſrael ſacrificauerunt. & cum hoc coluerunt deos & idola ſua.
Hinc dicunt: [Ecce nos immolauimus victimas] id eſt, hoſtias Deo Iſrael,[à diebus Aſſarhad-
don regis Aſſur , qui adduxit nos huc.] Legitur quarto Regum libro, quod mortuo Sennache- 4.Reg.19.
rib,ſucceſsit ei in regno Aſſarhaddon filius eius. Iam autem inductum eſt,quod Salmanaſar rex
Aſſyriorum,pater ipſius Sennacherib,captis filijs Iſrael,collocauit in terra eorum gentiles, Quo 4.Reg.17.
modo ergò dicunt,Ecce nos immolauimus victimas ex diebus Aſſarhaddon regis Aſſur,qui ad
duxit nos huc. Ad hoc quidam reſpondet,quod ſacerdos fuit miſſus ab iſto Aſſarhaddon, & cũ
ipſo ſacerdote multos gentiles idem rex miſit ad inhabitandum territorium decem tribuum.
Quod dictum pro parte verificatur. nempe vt magiſter in hiſtorijs refert, Salmanaſar paucos ad
duxit gentiles ad inhabitandum Samariam. Aſſarhaddon autem poſtea miſit multò plures, po-
puluitq; terram illam. Veruntamen ſacerdos miſſus fuit ab ipſo Salmanaſar, nec poterat tanta
dilatio aduentus ſacerdotis differri vſq; Aſſarhaddon regem, videlicet per totum tempus regni Ioſe. lib. 9.
Sennacherib. Immo ſecundum Ioſephum nono libro antiquitatum , Salmanaſar miſit non vnũ an. Iu.c.14.
tantummodo ſacerdotem,ſed plures. [Et dixit eis Zorobabel & Ioſue,& reliqui principes. Non
eſt nobis & vobis, vt ædificemus domino Deo noſtro] i. vobis non conuenit ſocietas aut cõmu-
nio vel ius ædificandi nobiſcum templum Deo noſtro,[ſed nos ipſi ſoli ædificabimus domino]
templum,[ſicut præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.] Cyrus enim (vt patuit ſupra) dedit Iudæ- 1.Eſd.1.
is,non gentibus,licentiam conſtruendi templum Deo , quamuis alijs dederit licentiam adiu-
uandi Iudæos. Iſti autem peruerſa intentione voluerunt ſe Iudæis ædificantibus commiſcere,
vt ſcilicet in ſocietate eorum admixti , eos plus impedirent, quia familiaris inimicus eſt effica-
cior ad nocendum , & quia erant idololatræ, eorum ſocietas fuit Iudæis vitanda. [Factum eſt
ergò vt populus terræ] Samariæ & circumiacentium regionum , [Impediret manus populi
Iudæ ,] id eſt, Iudæorum ædificantium , [& turbaret eos in ædificando :] faciendo eis di-
uerſas moleſtias, ſeu impediendo adductionem lignorum , & conſimilium , ad ædificia ne-
ceſſariorum. [Conduxerunt quoque aduerſum eos conſiliatores] id eſt, quoſdam indu-
xerunt pecunijs,[vt deſtruerent conſilium eorum,] id eſt, vt ipſi conſiliatores ſuis perſuaſioni-
bus impedirent Iudæorum conſiliũ ab ædificationis proſequutione. [omnibus diebus Cyri re-
gis Perſarum, & vſq; ad regnum Darij regis Perſarum] id eſt, vſque ad ſecundum annum impe-
rij Darij huius, de quo infra dicetur, quis & quorum filius fuit. Hinc Aggæi 1. habetur: In anno
ſecundo

Ioſe. lib. 11. ſecundo Darij regis, &c. His conſonat quod Ioſephus narrat, dum mitterent templi fundamen-
an. Iu. ca. 2. ta, omnes in circuitu gentes, præſertim Chutæi, id eſt, Samaritani, petebant ſatrapas, vt impedi-
rent Iudæos, ne ciuitatem & templum inſtaurarent: qui pecunijs corrupti, fecerunt ſic, quod
Cyrus circa bella occupatus neſciuit. [In regno autem Aſſueri] ipſe eſt rex Artaxerxes, [in prin
cipio regni eius, ſcripſerunt] præfatæ gentes, [accuſationem aduerſus habitatores Iudæ & Hie-
ruſalem] id eſt, contra Iudæos commorantes in terra Iudeæ, & vrbe Hieruſalem. At verò quis fu
erit iſte Aſſuerus, habet difficultatem propter opinionum varietatem, & potiſſimum propter
diuerſitatem nominum regis eiuſdem, & coincidentiam nominũ regum diuerſorum. Frequen
ter enim rex habuit nomina multa, & rurſus diuerſorum regum nomina erant eadem ſepe, ſicut
Heſter 2. & adhuc ſunt. Itaq; aliqui putauerunt, quod Aſſuerus cui nunc dicitur ſcripta accuſatio contra
Iudæos, fuit is qui Heſter accepit vxorem: quod Lyra teſtante, etiam R. Salomon tenet, & verũ
eſt, quod Ioſephus recitat Aſſuerum illum à Græcis Artaxerxen vocari. Dicit quoq; quod voca-
Ioſe. lib. 11. tus ſit Cyrus. Veruntamen Ioſephus ait, quod Aſſuerus iſte non fuit qui ipſam Heſter accepit,
an. Iu. ca. 6 ſed dinante, videlicet quod fuit Cambyſes filius Cyri immediatus, qui Cyrus dedit redeundi
Iudit 1. 2. licentiam, & hoc expoſitores catholici ſunt ſequuti, & verum cenſetur. Et Cambyſes ille in li-
bro Iudith, Nabuchodonoſor nuncupatur. Opinio autem Rabbi Salomonis, paulò poſt erro-
nea oſtendetur. [Et in diebus Artaxerxis] id eſt, Cambyſis, [ſcripſit Beſellam,] id eſt, vir ſic vo-
catus, [Mithridates & Tabeel] i. alij viri ſic dicti, principes Samaritanorum, [ad Artaxerxen re-
Ioſe lib. 11. gem Perſarum,] videlicet Cambyſen, qui Cyro ſucceſsit in regno & monarchia. [Epiſtola autẽ
an. Iu. ca 7. accuſationis ſcripta erat Syriace] i. verbis Syrorum, [& legebatur ſermone Syro,] i. eodem ſer-
mone quo extitit ſcripta, ita quod non legebatur audientibus per interpretem in alia lingua,
quoniam audientes illi nouerant Syriacam linguam. [Rehum, Beel, Theem,] tria ſunt nomina,
Circa quod ſcribit quidam: Expoſitores noſtri dicunt cõmuniter, quod ſint tria nomina pro-
pria hominum ſcribentium iſtam epiſtolam, quod dictum ex ignorantia Syri ſermonis proce-
dit. Nam ſecundum proprietatem linguæ illius, Rehum eſt propriũ nomen, alia duo ſunt nomi-
na appellatiua ſui officij. Beel enim dominũ ſignificat vel magiſtrum. Theem ratiocinationem.
Ratiocinatio autem vno modo ſignificat computum, alio modo prolationem verborũ. Eſt igi-
tur ſenſus, quod Rehum fuit vel magiſter vel dominus computi. Hæc ille. Cuius obiectioni poſ
ſet faciliter reſponderi, quod in multis linguis eadem nomina ſunt appellatiua & propria, ſicut
in Latino, Leo, amator, amicus & conſimilia, & frequenter in eadẽ propoſitione poſſunt vtroq;
modo ſumi, vt certum eſt. Præterea multi doctores catholici in hoc loco dicunt, Beel & Theem
eſſe communia nomina, & deſignare officium: ideo expoſitores catholici non fuerunt hoc loco
taliter, tamq; generaliter de ignorantia & errore notandi. Amplius non videtur verum, quod
Ioſe. lib. 11. Rehum ille fuerit magiſter aut dominus computi, quia (vt Ioſephus tangit & magiſter In hiſto-
an. Iu. ca 8. rijs ſequitur) fuit ſcriptor accidentium rerum. nec obſtat quod ſequitur, [& Samſai ſcriba.] Re
ges nanq; & principes conſueuerunt habere ſcriptores rerum geſtarum in propria terra, qui di
cebantur ſcribæ, & alios conſcribentes ea, quæ in alijs contingebant prouincijs, qui dicebantur
ſcriptores accidentium rerum. Vnde quod quidam ait, quod Rehum ille dictauit epiſtolam, &
Samſai eam ſcripſit, erroneum eſt aut incertum, ſi ſecundum ſuam opinionem. Rehum ille fuit
magiſter aut dominus computi, cum ſcriptores & ſcribæ magnatum communiter melius ſciant
formam & modum dictandi, quàm principes. [& cæteri de gentibus quas tranſtulit] i. de terris
4. Reg. 24. imperij ſui migrare, & in Samaria habitare fecit, [Aſennaphar] i. prædictus Aſſorhaddon, qui
plura ſortitus eſt nomina, qui (vt dictum eſt) terram decem tribuum magis populauit, quàm Sal
manaſar auus ipſius. [Hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſerunt ad eum] i. quam præfati miſe-
runt Cambyſi regi Perſarum, [Artaxerxi] i. Cambyſi [regi] Perſarum [ſerui tui] i. nos miniſtri
tui, quos præfeciſti populo tuo, [viri qui ſunt trans fluuium] Euphraten, quod inter Perſas & Sa
mariam medium fuit, [ſalutem dicunt. Notum ſit regi, quia Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos,
uenerunt in Hieruſalem ciuitatem rebellem & peſsimam. [Ex hoc loco (vt recitat Lyra) probat
Rabbi Salomon, quod epiſtola iſta ſit miſſa Cyro regi Perſarum, quoniam ipſe Cyrus, & non fi-
lius eius Cambyſes, dedit Iudæis redeundi licentiam. Quod argumentum facilimè ſoluitur,
cum ſit ſenſus, Aſcenderunt à te ad nos, id eſt, à terra imperij tui ad terram noſtram. Denique
Rabbi Salomon iſte (vt tactũ eſt) dicit, quod Aſſuerus ſeu Artaxerxes, cui ſcripta eſt iſta epiſtola,
Heſter 2. fuit Aſſuerus, qui ipſam Heſter duxit vxorem, quem conſtat non fuiſſe Cyrum, qui dedit Iudæ-
is redeundi licentiam, & paulò poſt clarius reprobabitur error iſte. [quam ædificant extruen-
tes muros eius & parietes componentes.] Circa hoc ſcribit quidam, In hoc falſe accuſabant Iu-
dæos, quia non reædificabant ciuitatem, ſed tantummodo templum, quod dictum ſtare non
poteſt; immo prius cœperunt reædificare ciuitatem quàm templum, alioquin vbi manſiſſent,
nec principes illi auſi fuiſſent regi ſuo tam manifeſtum & (vt vulgò dicitur,) ad oculum patens
mandacium ſcribere. Cyrus quoq; dedit Iudæis licentiam reædificandi, non ſolum templũ, ſed
etiam

atiam ciuitatem, vt cito probabitur. [Nunc ergo notum ſit regi, quia ſi ciuitas illa ædificata fue-
rit, & muri eius inſtaurati, tributum & vectigal & annuos redditus non dabunt]id eſt, tibi erunt
rebelles, rennuendo perſoluere redditus, quos omni anno ſoluere obligantur de terræ naſcen-
tibus, & arborum fructibus, tributa quoq; & vectigalia. Dicitur autem tributum, quod datur
ſeu ſoluitur miniſtro principis deputato ad leuandum huiuſmodi bonum: Vectigal autẽ, quod
principi apportatur ſeu pedagium quod ſoluitur de rebus, quæ vehuntur per terram aut aquas,
[& vſq; ad reges hæc noxia]id eſt, rebellio & offenſio iſta[perueniet,]id eſt, vſq; ad te, ſucceſſo-
resq́; tuos. [Nos autem memores ſalis quod in palatio comedimus,]id eſt, ad memoriam reuo-
cantes beneficia collata nobis à te & à patribus tuis vſq; ad minima, ſcilicet vſq; ad ſal, vel vſque
ad cibos ſale conditos, [nunciamus regi, vt recenſeas] id eſt, recolas & inquiri facias, [in libris
hiſtoriarum patrum tuorum, & inuenies ſcriptum in commentarijs, & ſcies quia vrbs illa, vrbs
rebellis eſt.]Sequitur reſponſio regis. [Verbum,]id eſt, reſponſiuam epiſtolam, [miſit rex Re-
hum]id eſt, ipſi Rehum ac cæteris qui cum eo ſcripſerant regi. [A me præceptum eſt, & recen- 2 Reg. 8.
ſuerunt]ſcribæ mei in libris hiſtoriarum, [inueneruntq́;, quoniam ciuitas illa ab antiquis die- 3. Reg. 15.
bus aduerſus reges rebellat]id eſt, rebellare conſueuit. & hoc reges & ciues Hieruſalẽ qandoq; 2. Par 20.
fecerunt iuſtè, vt patet de Dauid, Aſa, Ioſaphat, Ezechia: quandoq; iniuſtè. vt tempore Ioachim 4. Re. 15. 19
& Sedechiæ, quando Deus propter peccata eorum ſubdidit eos infidelium regibus. [Nam 4 Re. 24. 25
& reges fortiſsimi fuerunt in Hieruſalem, qui damnati ſunt omni regioni, quæ trans fluuium 2. Re. 1. 8.
eſt,]prout 2. & 3. Regum de Dauid & Salomone refertur. [Tributum quoq. & vectigal & red- 3. Re. 4. 9.
ditus accipiebant]id eſt, reges illi Hieruſalem, ſ. Dauid, Salumon receperunt tributa & alia quę
que à regnis & prouincijs, ſcilicet Syria, Moab, Ammon, Idumæa, quas ſibi ſubiecerant. [Nunc
ergò audite ſententiam: Prohibeatis viros illos]ab exequutione ædificationis, [& vrbs illa non
ædificetur.]Circa hoc ſcribit quidam. Ex quo patet quod Artaxerxes iſte fuit Cyrus, & non re- 1. Eſd. 1.
tractauit dictum ſuum, quia non dederat licentiam ædificandi ciuitatem, ſed tantum templum,
vt habetur ſupra, nec illud retractauit. Circa hoc dico quod Artaxerxes iſte non fuit Cyrus, qui
dedit licentiam ædificandi templum, ſicut dictum eſt & probatum, quia ſecundum Hieronymũ Hiero. li. 12
in multis locis expoſitionum ſuarum ſuper prophetas, Cyrus ille fuit omninò per omnia fauo- comment.
rabilis ipſis Iudæis, & hoc Beda, Haymo, & cæteri catholici concorditer dicunt. Inſuper falſum ſuorum in
eſt, & ſacræ ſcripturæ contrarium, dicere quod Cyrus iſte non dedit Iudæis licentiam reædifi- Eſa. ca. 44.
candi ciuitatem, ſed ſolum templum, quoniam (vt in expoſitione ſuperiori allegatum eſt pleni- 45. 1. Eſd. 1.
us) de Cyro hoc rege Perſarum per Eſaiam Dominus prænunciauit: Ipſe ædificabit ciuitatem Eſa 45.
meam, quod certum eſt de vrbe Hieruſalem eſſe prędictũ, & eſſe ſenſum, Ipſe ædificabit, id eſt,
ædificari licentiabit & permittet, aut certè iubebit, ſecundum quod ipſemet Cyrus dixit: Ipſe, 1. Eſd. 1.
ſcilicet Deus cæli, præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Hieruſalem. Si ergò Cyrus prohi-
buit ciuitatem ædificari, ſuum vtiq; edictum reuocauit. Nec verum eſt primo haberi capitulo
huius libri, quod Cyrus dedit Iudæis licentiam reædificandi ſolum templum. Nam quamuis Ibidem.
ibi dicatur de templo conſtruendo, non tamen additur ibi aliquid de præciſione aut excluſio-
ne aliorum. Iterum dictum eſt, Cyrum fuiſſe inductum ad templi reparationem, quia Hebræi Ibidem.
oſtenderunt ei præfatam Eſaiæ prophetiam, & quia in ea de ciuitatis reædificatione manifeſtè
habetur, conſtat quod ad hoc dedit licentiam, immo de ciuitatis reædificatione habetur ibi a-
pertius, quàm de templi conſtructione, vt patet ex primo articulo. Rurſus Ioſephus vndecimo Ioſe. lib. 11.
antiquitatum libro racitat Cyrum ſcripſiſſe, Iudæos terram meam inhabitantes, qui voluerunt an. Iu. ca. 1.
ad patriam ſuam redire, permiſi & ciuitatem renouare, templumq́; Dei in ea ædificare. At verò
ſecundum opinionem illam erroneam Cyrus ſuum retractaſſet edictum de templi ædificatio-
ne: alioquin Iudæi non omiſiſſent proſequi ædificium templi, niſi epiſtola regis hoc continuiſ-
ſet. [Tunc intermiſſum eſt opus domus domini in Hieruſalem] i. proſequutio templi & ædifi-
catio ciuitatis. [& non fiebat vſq; ad ſecundum annum Darij regis Perſarum,]qui Darius ſecun Ioſe. lib. 11.
dum Ioſephum, Hieronymum, & ſanctos doctores, fuit filius Hyſtaſpis, & diu præceſsit Aſſue- an. Iu. ca. 1.
rum, cuius coniunx extitit Heſter. Aliqui uerò Hebræi affirmant, quod ſuit filius Aſſueri & He & 3.
ſter. Poſtremo iuxta myſticum ſenſum, per reædificationem templi & ciuitatis Hieruſalem, de- Heſter 1.
ſignatur reformatio eccleſiæ in capitibus eius & membris. Per gentes verò impedientes, ſignan-
tur inuiſibiles atq; viſibiles eccleſiæ hoſtes, falſi fratres, vitioſi prælati, & omnes qui aduerſan-
tur vnitati, paci & reformationi eccleſiæ, qui dum nec ratione nec authoritate queunt catholi-
cis præualere, libenter ſe muniunt ſecularium principum fauore & poteſtate, apud quos men-
daciter ac falſe criminantur atque accuſant Catholicos, & ſicut fideles exultant, & voce altiſo-
na laudant DEVM, dum Eccleſia aliqualiter reformatur. Sapientiores tamen & perfectio-
res, conſiderantes in quanta ſanctitate & iuſticia Eccleſia DEO ſeruiuit tempore Apoſto- Act. 2. 3. 4. 6
lorum, & poſtea diu, plorant dum moderni temporis qualemcunque reformationem conſpi- Act. 8. 10.
ciunt. 11. 12.

Explanatio

Explanatio Cap. 5. Prophetarunt autem Haggæus propheta, & Zacharias filius Addo. Articulus 5.

HIc agitur de reſumptione ædificationis tēpli, & de appellatione propter hoc facta ad Darium regem. [Prophetauerunt autem Haggæus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudęos qui erant in Iudæa & Hieruſalem, & in nomine Dei Iſrael. [Iſti duo fuerunt in terra Babyloniæ nati, & inter duodecim minores computantur prophetas: Vnde in Scholaſtica fertur hiſtoria: Aſſcenſuri ex Babylonia in Iudæam, alios hortabantur Iudęos, vt ſecum aſſcenderent, ſed paucos inuenerunt qui aſſentirent eis. Propterea in exhortatione & apparatu tres annos compleuerunt, & in tertio anno regni Cyri, egreſsi ſunt ſub Zorobabel duce eorum & Ieſu pontifice, exhortantibus eos Zacharia propheta & Haggæo iuuene, ſed nondum propheta. Deniq; mortuo Cambyſe & Dario imperante, hi duo prophetę admonuerunt ipſum Zorobabel atq; pontificem & populum, vt rurſus inciperent, pſequi ędificiū templi & ciuitatis, etiam nondum ad hoc licentia obtenta à Dario, prædicentes ex reuelatione diuina, quod pro-
Ioſe lib. 11. ſperaretur opus in manu eorum, nec Darius impediret. Veruntamen ſecundum Ioſephum, Zo-
an. Iu. ca. 2 robabel audita promotione Darij in regem, feſtinanter eum acceſsit, quia iamdudum habuit familiarem amicitiam ſecum, atq; (vt legitur) ex inſtigatione ipſius Zorobabel Darius fecit votum Deo Iſrael, quod ſi fieret rex, reædificaret ciuitatem Hieruſalem & templum in ea. Conceſſit itaq; Darius ipſi Zorobabel largam licentiam inſtaurandi templum & vrbem, & priuilegia multa. Sed ſicut magiſter in hiſtorijs ſcribit, iſte aſſcenſus Zorobabel ad Darium, fuit poſtquam reſumpſit ædificationem, dum principes Darij habitantes trans flumen, petierunt à Zorobabel qua autoritate proſequeretur ædificationem dudum prohibitam, ſicut iam ex textu patebit, [In ipſo tempore venit ad eos] id eſt ad Zorobabel & Iudęos [Thatanai, qui erat dux trans flumen] Euphraten, [& Starbuzanai & conſiliarij eorum, & dixerunt: Quis dedit vobis conſilium, vt domum hanc ædificaretis, & muros eius] ciuitatis aut templi [inſtauraretis? Ad quod reſpondimus eis, quæ eſſent nomina hominum authorum illius ædificationis] id eſt, qui eſſent principales in opere illo, quod ſilicet Haggæus & Zacharias ex diuina reuelatione hoc inſinuarēt eſſe agendum, & quod Zorobabel dudum amicus Darij, eſſet exequutor operis huius. [Oculus autem Dei eorum] id eſt reſpectus diuiuæ pietatis & confortationis, [factus eſt ſuper ſenes Iudęorum,] eos corroborans, ita quod non ceſſauerunt ab incepto, [& non potuerunt] principes præfati [inbibere eos,] quia Iudæi de ipſorum inbibitione non curauerunt. Vel quamuis venerunt cum inhibendi propoſito, omnipotens tamen immutauit corda eorum, ita quod non prohibuerunt. Prima tamen expoſitio aptior reputatur. Nam ſubditur: [Placuitq́;] vtriq; parti, puta Iudæis & Samaritis, [vt res ad Darium referatur,] id eſt, cauſa iſta ad iudicium Darij regis deportaretur, quia tunc erat monarchia in oriente. [& tunc ſatisfacerent aduerſus accuſationem illam,] id eſt Iudæi ex determinatione Darij reſponderent ad accuſationem eis obiectā, quod incaute haberent ſe, ædificando ſic ſine licentia regis [Exemplar epiſtolæ quam miſit Thatanai
4. Reg 17. ad Darium] id eſt, ſermo epiſtolæ quam miſerant ei hi, qui cum ipſo Thatanai ſcripſerunt Dario regi, cui ſcripſerūt ſic: [Dario regi pax omnis] id eſt, pax perfecta, ſeu pax interior, exterior, præſens & futura. [Notum ſit regi, iſſe] id eſt, iuiſſe [nos ad Iudæam ad domum Dei magni,] Iſti enim Samaritani cum dijs ſuis colebant & Deum Iſrael, quem magnum & ſummum eſſe credebant, [quę ædificatur lapide impolito] id eſt, ex impolitis ſeu non ſculptis lapidibus, [& ligna ponuntur in parietibus, opusq́; illud diligenter extruitur, creſcitque in manibus eorum. Inter-
3. Reg 6 7. rogauimus ergo ſenes illos: Quis dedit vobis poteſtatem vt domum hanc ædificaretis? Reſpoderunt: Nos ſumus ſerui Dei cæli & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos:] id eſt, ædificamus templum ſimile templo olim à Salomone conſtructo. Itaq; ex eo tempore quo fundamanta templi ſunt à Zorobabel ſeu Saſabaſar poſita vſque nunc ædificabatur templum, non continue, ſed interueniente longa interruptione ex Cambyſis pro-
1. Eſd. 4. hibitione, vt patuit capitulo præcedente. [Nunc ergo ſi videtur Regi bonum, recenſeat in biblioteca regis] id eſt, in armario ſeu repoſitorio librorum ſuorum annalium & hiſtorialium, [quę] biblioteca [eſt in Babylone] id eſt, in terra Babyloniæ. Siquidem vrbs Babylon fuit deſtructa, [vtrumnam à Cyro rege iuſſum ſit vt ædificaretur domus Dei in Hieruſalem, & voluntatem regis ſuper hac re mittat ad nos.]

Explanatio Cap. 6. Tunc Darius rex præcepit, & recenſuerunt in bibliotheca. Articulus 6.

PRæceptum Darij de templo ædificando & conſummando, hic ponitur. [Tunc Darius rex præcepit] miniſtris & ſcriptoribus ſuis, [& recenſuerunt] i. inquiſierunt, [in bibliotheca librorum] continentium geſta præcedentium regum. [qui erant in Babylone] i. in regno Babyloniæ, prout ſe ante extenderat & includebat multa & magna regna. [Et inuentum eſt in Egbathanis,

bathanis,quod eſt caſtrum.] In libro Iudith habetur,quod Egbathanis fuit potentiſsima ciui- Iudit 8.
tas,quomodo ergò vocatur caſtrum? Forſan quoniam inſtar fortalitij fuit firmiſsimè facta, ſicut
ſecundum quorundam expoſitionem Chriſtus de Hieruſalem dixit diſcipulis: Ite in caſtellum Matt.21.
quod contra vos eſt. Vel forte Egbathanis ſumitur hic pro caſtro,non pro ciuitate. [in Medena Marc.11.
prouincia]id eſt in regno Mediæ ſeu Medorum,inuentum eſt [ibi volumen vnum, taliſq; in eo
ſcriptus erat cõmentarius]id eſt,tractatus expoſitorius rei geſtæ per Cyrum. [Anno primo Cy
ri regis,Cyrus rex decreuit vt domus Dei quæ eſt]id eſt, eſſe debet, vel cuius locus eſt [in Hie-
ruſalem,ædificaretur in loco vbi immolant hoſtias, & vt ponant fundamenta ſupportantia alti-
tudinem]id eſt,ſtructuram templi,quod erit in altitudine [60.cubitorum, & latitudinem cu- 3.Reg 6.
bitorum 60.]Aliqui opinantur quod latitudo ſumatur impropriè hic pro longitudine templi,
præſertim cum latitudo templi Salomonis non fuerit niſi cubitorũ viginti. Veruntamen Io- Ioſe.lib.11.
ſephus etiam refert ſicut in textu habetur.&[ordines de lapidibus impoſitis tres, & ſic ordines an.Iu.ca.2.
de lignis nouis,]hoc videtur ex verbis Ioſephi quaſi exponi,dum ait: Et faciant tres parietes la
pideos ipſius,videlicet templi,& vnum parietem ligneum ex materiis ipſius prouinciæ. Prate-
rea obijci poteſt,quia ſi templum iſtud ſecundum,fuit altitudinis ſexaginta cubitorum,videtur
fuiſſe altius templo Salomonis,quod habuit triginta cubitos in altitudine, prout tertio Regum
ſexto habetur. Et reſpondendum quod templum Salomonis fuit triginta cubitorum in altitudi
ne vſq; ad primum tabulatum,deinde totidem vſque ad tabulatum ſecundum, & ab illo vſq; ad
verticem habuit adhuc in altitudine cubitos ſexaginta. Vnde tota eius altitudo deſcribitur ſe-
cundo Paralipom. tertio, vbi habetur: Porro altitudo centum & viginti cubitorum erat.[Nunc
ergo Thatanai & qui eſtis trans fluuium,procul recedite ab illis,]ſcilicet Iudęis reędificantibus
templum & vrbem Hieruſalem, [& dimittite fieri templum Dei à duce Iudæorum, & offerant
oblationes Deo cæli,orentq; pro vita regis]Darij[& filiorum eius]proſperè conſeruanda. Cir
ca hoc ſcribit quidam, Ex hoc patet, quod rex iſte habebat fidem vnius veri Dei. Veruntamen
an habuit fidem formatam vel ſolum informem, an potius ſolummodo fidem ſuaſam & quan-
dam credulitatem fidei ſimilem, non autem fidem quæ eſt theologica virtus, puto incertum.
Nam (vt patuit) etiam Samaritani idololatræ, credebant,ſupplicabant & ſacrificabant vni vero
Deo. Similiter Aſſuerus,cuius coniunx fuit Heſter,credebat eſſe vnum verum & ſummum De- 4. Reg. 17.
um, omnium prouiſorem,vt patet in eius epiſtolis, præſertim Heſter vltimo, & tamen iſti non Heſter 2.
habuerunt fidem quæ eſt virtus theologica,nec formatam,neq; informem, ſicut neq; hæretici,
nec Sarraceni,qui vnum Deum,non idola,colunt.[A me ergo,]Dario rege[poſitum eſt decre-
tum]id eſt, ordinatio & præceptum, [vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſsionem,] i. trans-
greſſus fuerit eam,[tollatur lignum de domo ipſius,]ſi habuerit domum & lignum pro patibu-
lo aptum: alioquin aliunde ſumatur huiuſmodi lignum,[& configatur in eo. Domus autem ei-
us publicetur]id eſt,facultates ipſius ad fiſcum pertineant regis.[Deus qui habitare facit nomẽ
ſuum ibi]id eſt, qui in templo Hieruſalem iuſsit ſe inuocari, nominari, laudari, & qui ſeipſum
voluit ibi per ſpecialem gratiam eſſe & habitare, [diſsipet omnia regna, & populum qui exten-
derit manum ſuam vt repugnet,& diſsipet domum Dei. Aedificauerunt]Iudæi templum & vr- 1.Eſd 6.
bem,[iubente Deo]per Haggæum & Zachariam prophetas,[& iubente Cyro & Dario & Arta- Agg.2.
xerxe regibus Perſarum, & compleuerunt domum Dei.] ex qua forma verborum patet falſitas Zach.3.
R. Salomonis, dicentis quod Artaxerxes iſte fuit idem qui Darius: quod ſi verum eſſet,ſcriptu-
ra non loqueretur de eo & Dario,cum interpoſitione huiuſmodi coniunctionis copulatiuæ. Id Ioſe. lib.11.
circo cum Ioſepho dicendum, quod Artaxerxes ille fuit filius Darij, & à Ioſepho Xerxes voca- an. Iu. ca.5.
tur. Nec obſtat,quod templum dicitur eſſe completum ſexto Darij anno, videlicet quo ad ædi-
ficium eius ſecundum ſe: multa tamen deerant eius ornatui & vtenſilibus & ædibus in gyro fi-
endis pro templi miniſtris.[vſq; ad diem tertiũ menſis Adar,]qui duodecimus menſis eſt apud
Iudęos. Deinde in litera deſcribitur,qualiter Iudęi ſeu filij tranſmigrationis,id eſt, de tranſmi-
gratione & captiuitate reuerſi,fecerunt dedicationem templi, & pontifex ac maiores fecerunt
ſacerdotes ac Leuitas ſtare ordinatè ſecundum congruentiam officiorum ſuorum in vicibus ſu
is,in quibus miniſtrare debebant & exercere opera Dei,ſacrificando,laudando,& circa hoſtias
præparandas miniſterium exhibendo, [ſicut ſcriptum eſt in libro Moſis] pręſertim in Leuitico Leuit. 8.
& libro Numerorum per diuerſa capitula,& plana eſt litera.[Et purificati ſunt ſacerdotes & Le Nu.2. 4. 6.
uitæ]id eſt,ad faciendum paſcha ſecundum legem erant diſpoſiti & purgati per orationes, loti- Leuit.7.
ones & continentiam,atque per immunitatem ab irregularitatibus & immunditijs legis, à qui-
bus debebant eſſe immunes aut purgati paſcha facturi & agnum paſchalẽ manducaturi, de qui-
bus omnibus in Exodo,Leuitico,& cæteris Moſis libris diffuſe tractatur. Purificati ſunt ergo Exod. 28.
[quaſi vir vnus,]id eſt,omnes concorditer,ſine exceptione.[Et fecerunt ſolennitatem azymo- Leuit.8.
rum ſeptem diebus in lætitia,quoniam lætificauerat eos dominus,] gratioſe agendo cum ipſis, Num.8.6.
[& conuerterat cor regis Aſſur ad eos,vt adiuuaret manus eorum] i. mentem Darij regis incli- Deut. 18.

nauerat ad faciendum tam liberaliter & benignè cum ipſis,& ad habendum ſe tam deuotè circa Deum & templum. Dicitur autem Darius rex Perſarum, rex Aſſur, quia & regnum Aſſyriorum fuit ſub eius imperio.

Elucidatio Cap. 7. Poſthac autem verba. Artic. 7.

RECitatur hic promotio atq; proſperitas Iudæorum ſub filio Darij regis. [Poſt hæc autem verba]i.poſt geſta iam ante deſcripta ſub Dario. Sępè autem in ſcripturis ſumitur verbũ pro re ſignificata per verbum, [in regno Artaxerxis,] videlicet filij Darij,quem Artaxer-
Ioſe. lib. 11. xen Ioſephus vocat Xerxen.[Eſdras]cuius genealogia in textu deſcribitur,aſcendendo vſq; ad
an. Iu. ca. 1. [Aaron,qui fuit ſacerdos ab initio,]i.pontifex Iudęorum primus à tempore quo Deus per Mo
2. 6. Exo. 28. ſen in deſerto inſtituit ſacerdotium Iudæorum, diſtinctum à ſacerdotio legis naturalis, in qua omnes primogeniti fuerant ſacerdotes. Fuerunt tamen plures intermedij inter Eſdram & Aa-
1. Par. 6. ron,quam hic exprimuntur,ſicut ex primo Paralip. libro elicitur, principaliores autem ponuntur hic.[ipſe Eſdras aſcendit de Babylone]verſus Iudæam,quæ in altiori eſt ſitu, quàm Babyloniæ terra. Dicunt autem nonnulli quod Eſdras primo aſcenderat cum Zorobabel,deinde Babyloniam redijt ad deducendum ſecum plures inde in Iudæam,& ad impetrandũ priuilegia quædam à rege: quod ſi ita eſt,mirum quod non fit de eo mentio ſpecialis in deſcriptione reuerſionis Zorobabel. Ex Ioſepho quoq; & ex Scholaſtica hiſtoria id non apparet.[& ipſe ſcriba velox in lege Moſis]i. doctus valdè & peritus in ſcripturis veteris teſtamenti: qui & ideo dicitur ſcriba velox, quoniam nouos apices literarum excogitauit faciliores ad ſcribendum & exprimendum, qui & legem à Chaldæis combuſtam dicitur reparaſſe, & cæteras veteris teſtamenti ſcripturas recuperaſſe. Pentateuchum verò, i. libros Moſis apud Samaritanos inueniſſe aſſeritur. [Et dedit ei rex Artaxerxes,ſecundum manum domini Dei eius ſuper eum bonam,]i. ſecundũ gratioſam & potentem opem & aſsiſtentiam Dei, [omnem petitionem eius]i. vniuerſa quæ à
Ioſe. lib. 11. pręfato petijt rege. De hoc Ioſephus vndecimo antiquitatum recitat libro, Fuit in Babylone vir
an. Iu. ca. 5. iuſtus,& gloria magna potitus,apud multitudinem primus populi Iudæorum ſacerdos, qui cũ legum Moſis integram haberet ſcientiam,amicus factus eſt Xerxi regi. Præterea aduertendum, quod ſecundum magiſtrum in hiſtorijs, Artaxerxes iſte fuit alter quàm Xerxes filius Darij, & ſucceſsit in regno Xerxi præfato,atq; vocatus eſt Artaxerxes Longimanus.[Eſdras autem parauit]i.aptauit & præbuit[cor ſuum,vt inueſtigaret legem domini]i. eã recoleret & recuperaret, [& faceret]i.obediret eidem,quia ſcientia præceptorum & legum,ordinatur ad opus. quemad
Iac. 4. modum & philoſophus proteſtatur: Quid ſit virtus ſcrutamur, vt boni efficiamur. Ideo ſcienti & non facienti, peccatum eſt illi.[& doceret in Iſrael præceptum & iudicium]i. ipſum Iſraeliticum populum reuerſum doceret per verba & ſcripta pręcepta moralia,puta decalogum & mandata iudicialia,quæ aſsignant modum ſeruandi iuſtitiam inter proximos. Per hæc autem inſinuatur,quod docuit quoq; præcepta cæremonialia,quæ docent modum colendi Deum in ſacrificijs,& in diſcretione ciborum,ac conſimilium rerum figuralium. [Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ]continentiuæ[edicti]i.pręcepti ſeu ordinationis,[quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti: Artaxerxes rex regum]terrenorum ſubiectorum monarchiæ Perſarum, [Eſdræ doctiſsimo ſalutem.]Nam & propter ſapientiam ſuam Eſdras fuit regi tam acceptus,charus, & honora
Hierony. tus ab ipſo. Atq; vt refert Hieronymus,Hebræi dicunt ipſum fuiſſe Malachiam prophetam, qui
Malac. 1. inter duodecim prophetas eſt vltimus,& fuiſſe eum aſpectus angelici,& ſic erat decorus & multum amabilis.[A me decretũ eſt,vt cuicunq; placuerit in regno meo] i. toto imperio meo, [de populo Iſrael tecum vadat in Hieruſalem. A facie enim regis & ſeptem conſiliatorum eius]i. à perſona ac pręſentia mea & ſeptem principalium conſiliariorum meorum [miſſus es]nempe vt
Heſter 1. legitur in libro Heſter, Reges Perſarum & Medorum habebant aſsiduè ſecum ſeptem nobiliſsimos duces in iure & legibus peritiſsimos,quorum conſilio cuncta agebant. [vt viſites Iudæam & Hieruſalem]i.terram & populum tuum,[in lege Dei tui]i. cum obſeruãtia & memoria legis Moſaicæ,[quæ eſt in manu]i. operatione [tua] i. quam habes ad manum, hoc eſt, in promptu, [& vt feras]i. tecum portes,[argentum & aurum, quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael]in ſubſidium ornamentorum,ſacrificiorum ac ędium templi. Iam itaq; notitia veri Dei longè ac latè innotuit gentibus ex diſperſione & commoratione filiorum Iſrael inter illos,& ex perpetratione mirabilium,quæ Deus tunc fecit inter gentiles illis temporibus. Ex relatione quoq; Iſraelitarum narrantium gentibus magnalia Dei ſcripta in lege. Et hæc fuit vna cauſa,cur Deus puniuit peccata populi ſui per diſperſionem inter gentiles. Propter quod ſcriptũ eſt Tob. 13. Confitemini domino filij Iſrael, & in conſpectu gentium laudate eum, quoniã ideo diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant Deum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quoniam non eſt alius Deus omnipotens pręter eum,[& omne argentum & aurum quodcunq; inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis,& quod populus offerre voluerit]i.populus tuus reſiduus,

ſiduus, qui non vult tecum aſcendere in Iudæam, detentus amore vxorum ac ſobolis, ac poſſeſ-
ſionum, quas habet in Babylone. Vel populus meus reſiduus poſt me & ſeptem cooſiliarios me-
os. [Vaſa quoq; quæ dantur in miniſterium domus Dei tui,] i. ſacra vaſa deputata ad Dei cultum
in templo, [trade in conſpectu Dei] i. in templo repone tempore opportuno, [Sed & cætera qui-
bus opus fuerit in domo Dei tui, dabis de theſauro & de fiſco regis] i. emes de pecunia ad me
pertinente, quam accipies à præfectis meis trans flumen. Itaq; de fiſco, i. de communi pecunia,
ſeu camera regis. [Ego Artaxerxes rex ſtatui] iuſsi & commiſi [omnibus cuſtodibus arcæ publi-
cæ] i. repoſitoriorũ pecuniæ meæ ſeu theſaurizarijs meis. [vt quodcunq; petierit Eſdras à vobis,
abſq; mora detis ei, vſq; ad argẽti talenta centum, & vſq; centum batos vini] Batus menſura eſt, Ezech.45
quæ alio nomine dicitur Ephi, videlicet trium modiorum. [& vſq; ad frumenti coros centum,]
Corus hic ſumitur pro menſura aridorum, ſicut Batus pro menſura liquidorum. Et continet co-
rus, vt legitur, decem modios. Eſtq; tertia pars oneris, quod poteſt portare Camelus. Veruntamen menſuræ iſtæ apud diuerſos valdè diuerſificãtur, nec ſcire valemus de facili certam quantitatem earum. [Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua] i. iuxta ſapientiam tibi à Deo collatam, [conſtitue iudices & præſides, vt iudicẽt omni populo qui eſt trans flumen] i. prouide vt ibi ſint iudices & præſidentes idonei prudentes, qui ad profectum populi iudicent rectè in omni cauſa, quia poteſtatem habes inſtituendi tales, & deſtituendi indignos. [His] videlicet [qui nouerunt legem Dei tui] i. qui iudicent peritis in lege tua, videlicet populo tuo, & ita videtur poteſtas iſta extendi ad iudicas & præſides præficiendos Iudæis, & forſan ex plebe eorum. [Et omnis] natione vel conuerſione ad Iudaiſmum, [qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis] i. præcepta mea [diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in condemnationem ſubſtantiæ, vel certè in carcerem] i. volo vt talis adiudicetur morti corporali aut exilio, quod eſt mors ciuilis, aut priuationi poſſeſsionum ſuarũ in toto aut parte, ſeu incarcerationi ſecundum exigentiã grauitatis aut paruitatis ſui exceſſus, vel ſecundũ quod peccatum eius proceſſerit ex ignorantia, aut infirmitate, vel ex certa malitia. [Et dixit Eſdras.] Hoc tamen non eſt de textu, ſed ſubintelligitur. Dixitq; itaq; Eſdras, Deo gratias agens, cum iucunditate & admiratione, eo quod Deus omnipotens mentem regis gentilis taliter inclinauit, ad promouendum cultum Dei Iſrael in templo Hieruſalem. [Benedictus Deus pater noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis, vt glorificaret domum domini, & in me inclinauit miſericordiam ſuam coràm rege] i. pietatem & gratiam ſuam mihi impendit, per quam ſui regi & conſilijs eius acceptus, atq; ab eis in omnibus exauditus. [Et ego conſortatus manu Dei quæ erat in me] i. diuino ſubſidio, directione, & aſsiſtentia Dei corroboratus, [congregaui de Iſrael principes] i. præcipuos quoſdam de Iudæis adhuc in Babylonia cõmorantes, [qui aſcenderent mecũ] in Hieruſalem, quibus monſtraui epiſtolam regis, qua viſa, animati fuerunt mecum aſcendere.

Expoſitio Cap. 8. Hi ſunt ergo principes familiarum, &c.

Articulus 8.

QValiter Eſdras cum ſuis in Hieruſalem venerit, hic refertur. Nec eſt difficultas in litera. [Hi ſunt ergò principes familiarum, qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis: de filijs Phinees, Gerſon, de filijs Ithamar, Daniel.] Iſti fuerunt ſacerdotes nati ex Aaron & præfatis filijs eius, vt catholici expoſitores fatentur. Ideo quidam ineptè circa hoc repræhendit expoſitores catholicos. [Congregaui autem eos ad fluuium, qui decurrit ad Ahaua:] Ioſe- Ioſe. lib.11.
phus dicit, ad Euphraten, & forſan venerunt ad aliquem riuum ipſius, ſeu tandem ad fluuium an.lu.c.5.5
ipſum, [& manſimus diebus tribus,] repauſando, ſeu aliquos expectando, aut de neceſſarijs prouidendo. [Quæſiuiq; in populo & in ſacerdotibus de filijs Leui] i. Leuitas quoſdam, ſecundum quod Leuitæ à ſacerdotibus diſtinguuntur, & inferiores ſunt, ſacerdotibusq; deſeruiunt, prout
in libro Numerorum legitur, & conſequenter ibidem cap. 4. [& non inueni ibi] i. nullum Leui- Num.3.
tam repperi ibi mecum. [Itaq; miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathã, & Iarib, &c. ad Eddo, qui eſt primus in Caſpiæ loco, vt adducerent nobis inde miniſtros Dei noſtri.] præſertim Leuitas. Circa hæc ſcribit quidam: dicunt expoſitores noſtri communiter, quod Eſdras miſit nuncios ad Iudæos, qui erant vltra montes Caſpios, quos tranſtulerant reges Aſſyriorum, quod dictum reprobat ille, quia ſacerdotes & Leuitæ non fuerunt capti cum decem tribubus, quæ ſunt vltra Caſpios montes. Nec illi de montibus illis potuiſſent tam citò venire ad Eſdram, ſicut in litera veniſſe dicuntur hi, pro quibus miſit. Sed argumenta hæc modici ſunt vigoris. Quamuis enim ſacerdotes & Leuitæ fuerunt capti à Chaldæis diu poſt decem tribuum captiuitatem ab Aſſyrijs, interim tamen durante per 70. annos captiuitate, & Babylone deſtructa, poterant quidam de ſa-
cerdotibus & Leuitis ad decem tribus tranſiſſe. Deniq; decem tribus illæ nondum fuerunt clau- Ioſe. lib.11.
ſæ. Alexander enim rex eas recluſit, atq; vt Ioſephus narrat, erant in Media, i. in regno Medorũ, an.lu.c.15.
& ſic poterant ſatis citò venire ad Eſdram, quia habuerunt à rege licentiam. Inſuper dictum illud Catholicorum, quod & in Scholaſtica hiſtoria continetur, verbis Ioſephi conſonare videtur,

Ioſe. lib. 11. tur, qui ait 11. libro antiquitatum. Exemplum epiſtolæ miſit Eſdras ad omnes Iſraelitas, & ad Me
an. Iu. ca. 5. diam inhabitantes. Ecce maniſeſta probatio. Additq́; Ioſephos: Totus autem populus Iſrael, ſci
licet decẽ tribus, in terra illa permanſit. Ideoq́; duæ tantum tribus ſunt conſtitutæ per Europam
& Aſiam, obſequentes Romanis. Veruntamẽ duabus tribubus illis, videlicet Iudę & Beniamin,
annumeratur tribus Leuitica. Atque vt dictum eſt ſæpè, aliqui ex decem tribubus fuerunt capti
cum populo regni Iudæ, & redierunt vel ipſi vel eorum poſteri cum Iudæis à Babylone. Aſſerit
Ioſe. lib. 11. etiam Ioſephus: decem tribus hactenus trans Euphraten commorari probantur, quarum multi-
an. Iu. ca. 5. tudines innumerabiles numero compræhendi non poſſunt. De quibus in Scholaſtica hiſtoria
additur, quod circa finem mundi egredientur, magnam hominum ſtragem facturi. [Et prædica
ui ibi ieiuniũ] hortando vt ieiunarent, quatenus Deus cuſtodiret nos in proceſſu itineris. [Eru-
bui enim à rege petere auxilium, quia dixeramus regi: Manus] i. protectio, [Dei noſtri eſt ſuper
omnes qui quærunt eum in bonitate] i. in ſynceritate virtutum, [& furor] i. rigor ſuæ iuſtitiæ &
vindictæ, [incumbit ſuper omnes qui derelinquunt eum.] Idcirco ne rex ſcandalizaretur, ſi Eſ-
dras videretur de diuina defenſione diffidere, quærendo humanum auxilium, Eſdras erubuit
petere ſubſidium à rege pro deductione per viam, nec hoc fuit Deum tentare, prępertim quia ex
rationabili cauſa proceſsit, & per orationes atq; ieiunia ad Deũ confugerunt tam Eſdras, quàm
populus eius. [Et ſeparaui de principibus ſacerdotum 12.] i. duodecim notabiliores ex numero
ſacerdotum elegi. [Appendiq́; eis argentum & aurum, & vaſa conſecrata domus Dei, quæ obtu
lerat Rex & conſiliatores eius, vniuerſusq́; Iſrael] de numero eorum qui inuenti fuerant in ter-
ra tranſmigrationis, nec redierunt, i. omnia iſta aſsignaui ſacerdotibus illis fideliter, ſicut ea re-
cepi ſub pondere & numero certo. [& crateras aureos] quæ ſunt vaſa duas anſas habentia, [& di
xi eis,] videlicet ſacerdotibus, [vos ſancti domini] i. vos eſtis electi miniſtri Deo conſecrati, [&
vaſa hæc ſancta ſunt. Vigilate & cuſtodite] i. omnia iſta quæ vobis aſsignaui, & diuino ſunt cul-
Num. 4. tui deputata, vigilanter cuſtodite, [donec appendatis] i. quouſque ea aſsignetis in Hieruſalem,
[in templo Dei coràm principibus ſacerdotum & Leuitarum] i. coràm principalibus inter ſacer
dotes atq; Leuitas. Vtenſilia nanq; cultus diuini & ſpiritualia bona, ſunt cum præcipua diligen-
tia cuſtodienda. [Promouimus ergo] i. ad procedendum mouimus pedes noſtros, [& venimus
in Hieruſalem, & manſimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appenſum eſt argentum & au-
rum & vaſa] i. aſsignata & tradita ſunt in templum, [in theſaurum ipſius. Dederũt autem edicta
regis ſatrapis] i. epiſtolam regis Artaxerxis, continentem prætacta præcepta ipſius, præſentaue-
runt reuerſi à Babylone, [qui erant de cóſpectu regis] i. ex parte & ex cómiſsione prędicti regis
conſtituti præfecti & duces [trans flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei] i. duces ac
Satrapę magnificè honorauerunt populum Dei & templum eius, pròpter pręcepta regis, & pro-
pter beneficia ac priuilegia quæ rex conceſsit eiſdem.

Expoſitio Cap. 9. Poſtquam autem hæc completa ſunt, &c.

Articulus 9.

s. Eſd. 8. MAgna quædam tranſgreſsio populi à captiuitate reuerſi, & eiuſdem iniquitatis deplora-
tio, hic deſcribútur: [Poſtquam autem hæc] quæ in fine præcedentis capituli enarrantur,
[completa ſunt, acceſſerunt ad me principes,] hoc eſt, aliqui principales & boni de popu-
lo illo reuerſo, [dicentes: Non eſt ſeparatus populus Iſrael] qui cum Zorobabel redijt, [à popu-
lis terrarum,] i. à commixtione gentilium in gyro terræ noſtræ morantium. [Tulerunt enim] i.
acceperunt Iudęi [de filiabus eorum ſibi & filijs ſuis vxores,] vel potius quaſi vxores, quia inter
eos, vt infra patebit, non fuit matrimonium verum. [& commiſcuerunt ſemen ſanctum] i. depu
tatum ad diuinum obſequium, [cum populis terrarum] i. cum gentilibus & idololatris. Tamen
Iudæi qui tantum facinus commiſerunt, quamdiu manſerunt in illo, non fuerunt ſancti, ſed vi-
tioſi. Sed inquantum erant ſpecialiter deputati ad cultum Dei, dicuntur ſancti: quemadmodũ
vitioſus prælatus, ratione ſacri officij dicitur pater ſanctus. [Manus etiam principum & magi-
Hierony. ſtratuum] i. maiorum in populo, non tamen Zorobabel nec pontifex Ieſus, vt aliqui dicunt. Hie
Zach. 3. ronymus tamen ſuper Zachariam, vbi fit mentio de hoc Ieſu, affirmat eum dixiſſe vxorem alie-
nigenam. [fuit in tranſgreſsione hac prima] i. primo culpabilis, & alijs dans exemplum ſic agen-
di. Tamé quod ait, prima, poſſet referri ad tranſgreſsionẽ, vt ſit ſenſus, quod in hac prima tranſ-
greſsione, quæ fuit præcipuè grauis, fuerunt culpabiles & ipſi principes magiſtratusq́; Iudæo-
Hierony. rum. Deniq; ſicut teſtatur B. Hieronymus ſuper Malachiam, Iudæi à Babylone reuerſi, accepe-
Malach. 2. runt Gentiles vxores, repudiatis vxoribus proprijs, propter earum deformitatem & vetuſtatẽ:
quod fuit valdè dupliciterq́; enorme, quia & ipſa repudiatio fuit in ſe vitioſa, & alienigenas du
cere, fuit prohibitum in Deuteronomio. Et de hac Iudæorum iniquitate, agitur Malachiæ 2.
Deut. 7. multum ſententioſe, quamuis breuiter & obſcurè, prout ibi expoſitum eſt. [Cumq́; audiſſem
ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam:] ſicut mos fuit Iudæorum in magna afflictio-
ne & aduerſitate. [& euulſi capillos capitis mei & barbæ] ex vehemẽti dolore, & in ſignum mœ

ſtitiæ, in

ſtitiæ, in quibus apparet feruor dilectionis & zelus iuſtitiæ S. Eſdræ circa Deum & proximos,
[& dixi, Deus meus, confundor]mente[& erubeſco]forinſecus [leuare faciem meam ad te]i.
faciem cordis ad tuam ſanctitatem, vel faciem corporalem ad cælum, in quo ſpecialiter eſſe &
habitare cognoſceris. Et hoc propter enormitatem & fœditatem vitiorum noſtrorum, atq; ex
conſideratione puritatis & dignitatis tuæ immenſæ. De turpitudine enim & enormitate culpa-
rum, ſummè erubeſcendum eſt coràm Deo, Hinc ſubditur:[Quoniam iniquitates noſtræ]com
miſſæ in proximum,[multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum:]i. in cordibus noſtris, & omninò
inexcuſabiliter imputandæ ſunt nobis. Viri enim qui tam ſcelerata iniere connubia, grauiſsimè
peccauerunt in coniuges ſuas, quas abiecerunt, & eas induxerunt ad magnam deſolationem,
fletum, puſillanimitatem, & ad multa peccata, i. ad iram, murmurationem, impatientiam, inuidi
am, ad quas paſsiones pronæ ſunt fœminæ, [& peccata noſtra] in Deum commiſſa [creuerunt
vſq; ad cælum]i. vehementiſsimè multa & grauia ſunt effecta. Itaq; Eſdras ex humilitate connu
merauit ſe tranſgreſſoribus illis, ſicut & Daniel in ſua oratione, & Eſaias dũ ait de Chriſto: Nos Dan. 2.
reputauimus eũ quaſi leproſum. Et rurſus: Omnes nos quaſi oues errauimus. [& traditi ſumus Eſa. 53.
in gladium & captiuitatem, & in confuſionem vultus, ſicut & in die hac:]quia & nunc multi in- Ibidem.
ſultant nobis, tam hic in Iudæa, quàm in regnis, vbi fratres noſtri ſub ſeruitutis iugo morantur.
[& nunc quaſi parum, & ad momentum facta eſt deprecatio noſtra ad dominũ Deum noſtrũ]
i. non niſi modiciſsimo tempore habuimus idoneitatem deprecandi te, ſ. quamdiu à magnis vi
tijs eramus immunes, quando eramus in via huc redeundi, & cito poſtquam huc venimus, tan-
ta commiſimus ſcelera, quod non poſſumus excuſari, nec digni ſumus coràm te apparere aut de
precari. [quia ſerui ſumus]regis Perſarum, imò & vitiorũ. Iniqui nanq;, teſte ſacratiſsimo prin- 2. Pet. 2.
cipe Apoſtolorum, ſunt ſerui corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.
[Et nunc quid dicemus domine Deus poſt hæc] i. excuſare non poſſumus nos, qui poſt tot &
tanta beneficia tua tam ingrati ſuimus tibi, [quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepiſti in
manu] i. per obſequium [ſeruorum tuorum prophetarum, dicens. Terra ad quam ingredimi-
ni, immunda eſt:]ſcz. terra promiſsionis, quæ perhibetur immunda, propter flagitia in ea com-
miſſa. [& repleuerunt eam ab ore vſq; ad os] per hyperbolẽ, ad innuendum, quod abundantiſ-
ſimè ac enormiſsimè in ea peccauerunt Amorrhæi, Chananæi, &c. quorum ſcelera in Deutero. Deut. 9.
conſcribuntur. Sic & Manaſſes dicitur repleſſe Hieruſalem ſanguine innocentium vſque ad os. 4. Reg. 21.
[Nunc ergò filias veſtras ne detis filijs eorum, & filias eorum non accipiatis.]Iſtud præcepit do 2. Par 33.
minus per Moſen eximium prophetarum, & per Zachariam ac Malachiam repræhendit huius Num. 25.
præcepti tranſgreſsionem: per aliorum quoq; eloquia prophetarum admonuit populum Iſrael Zach. 10.
ſæpè de huius præcepti impletione. [& non quæratis pacem & proſperitatem eorum]i. non ha- Mal. 2.
beatis cõmunionem cum ipſis, ſed vitetis omninò eorum conſortia, immò dominus eos occidi Num. 31.
iuſsit, nec vt tales erant amandi. Non tamen fuerant odiendi, quo ad perſonam vel naturã ipſo-
rum, [vt non conuerteremur]ad priſtina vitia noſtra. [Nunquid iratus es nobis vſq; in conſum
mationem?]i. noli ô domine, noli nos omninò deſerere, nec gratiam vitandi peccata totaliter
nobis abſtrahere, ne penitus pereamus:[Domine Deus Iſrael, iuſtus es tu, quoniam derelicti ſu
mus, qui ſaluaremur,]i. iam pro magna parte propter peccata noſtra ſumus conſumpti, & tamẽ
dereliquiſti quoſdam reſiduos, vtpote nos ad hoc, vt pœnitendo & benè viuendo cõſequamur
ſalutẽ. [Ecce coràm te ſumus in delicto noſtro:]i. euidenter rei & valdè culpabiles. [Non enim Iob 9.
ſtari poteſt coràm te ſuper hoc]i. ſtare non poſſumus coràm tribunali tuo ad excuſandum nos Ibidem.
in hac parte, immò ſi excuſare voluerimus nos, os noſtrum condemnabit nos: & ſi voluerimus
iudicio tecum contendere, non poterimus reſpondere vnum pro mille.

Explanatio Cap. 10. Si ergo orante Eſdra, & implorante Deum.

Articulus 10.

CORrectio præmemoratæ tranſgreſsionis deſcribitur in hoc loco. [Sic ergò orante Eſdra]
cum intima compunctione, ſapientiali pudore & lachrymarum effuſione, pro aliorum pec
catis, ita quod inſtar publicani, de quo in Euangelio legitur: Erubuit oculos ſuos ad cælũ Lucæ 18.
leuare, [collectus eſt ad eum de Iſrael,]i. de populo Iſraelitico, [cœtus grandis virorum & mu-
lierum:]qui ſecundum Ioſephum, erant mediocres, nec rei criminis eius. [& fleuit populus fle Ioſe. lib. 11.
tu magno]ipſi Eſdræ compatiendo, & propter commiſſa flagitia. Eſdras autem tam acerbiſsimè an. Iu. ca. 5.
luxit, quia exiſtimauit quod ex ſua exhortatione maiores non acquieſcerent abijcere præfatas
vxores Gentiles, vt Ioſephus ſcribit. Sed meritis eius Deus aliter ordinauit, & reorum tetigit
corda. Nam ſubditur:[Et reſpondit Sechanias]vnus inter præcipuos:[nos præuaricati ſumus:] Ibidem.
quia & ipſe vnus fuit reorum in ſcelere illo, ideo inprimis exhibuit ſe paratum ad emendatio-
nem, quatenus cæteri eius exemplo ſimiliter facerent. [Et nunc ſi eſt pœnitentia]i. quia poſſu-
mus pœnitere, cum non ſit deſperandum, [percutiamus fœdus cum domino]i. pactum firmum
ineamus cum[Deo noſtro, vt proijciamus]i. remoueamus à nobis [vniuerſas vxores]alienige-

nas,[& eos qui de his nati ſunt,]ne amore prolis ſuæ redeant ad nos. Si tamen fœminæ illæ voluerunt pueros apud patres manere, ſorſitã licuit. [Surge,tuum eſt diſcernere,] i. iudicare quid & qualiter ſit agendum,cum ſis iuſtus ac ſapiẽs,& à rege præ alijs honoratus. [Noſq; erimus tecum:]non corpore tantum,ſed & voluntatis conſormitate & cooperatione. [Surrexit ergò Eſdras,& adiurauit principes]i.præcipuos ſacerdotum & Leuitas: quo conſtat verum eſſe,quod
Ioſe. lib.11. an.Iu.ca.5. Ioſephus narrat præſatum Sechaniam ſuggeſsiſſe Eſdræ,vt omnes iurarent abijcere coniuges illas. [Et ſurrexit Eſdras ante domum Dei]i.ante templũ,ad cuius fores iacebat proſtratus. [panem non comedit,& aquam non bibit,]i. illa die ex triſtitia nihil comedit. Solet autem in ſcripturis per panem & aquam,omnis eſca & potus ſignari. Lugebat enim in tranſgreſsionem,i.ex dolore de illorum tranſgreſsione,& ad placandum illis Deum. [Et miſſa eſt vox]i. præceptum exiuit ab Eſdra. [in Hieruſalem & Iuda] quia per totam terram,in qua habitabant Iudæi reuerſi,fecit præceptum hoc,qund ſint citatio populi,promulgari: [vt congregarentur in Hieruſalẽ] infra triduum,cui præcepto fuit adiuncta grauis pœna contra inobedientes, videlicet ſpoliatio totius ſubſtantiæ poſſeſsionisúe ſuæ, & quod non venientes,abijcerentur de ſynagoga,tanquã excommunicati. Vnde & in Euangelio Ioan.9. ſcriptum eſt,quod conſpirauerunt Iudæi,quia ſi quis confiteretur Ieſum eſſe Chriſtum,extra ſynagogam fieret. Conuenerunt ergò infra tres dies. [Ipſe eſt menſis nonus]in quo conuenerunt,qui apud Hebræos dicitur Sileos,& correſpondet(vt fertur)partim Nouembri,& partim Decembri. [& ſedit omnis populus in platea domus
Ioſe. lib.11. an.Iu.ca.5. Dei:]i. in atrio propè templum. Nam Ioſephus: Cum in ſuperiori(Inquit) loco templi conſediſſent, [trementes pro peccatn & pluuijs]i.ex doloris ſui exceſſu, & ex metu vltionis diuinæ, atq; ex frigore hyemali,tremebant. [Et dixit Eſdras: Date cnnfeſsionem Deo]i. Deum honorate, veſtra peccata recogneſcendo, bonitatemq; Dei & beneficia eius laudando. Sic & Ioſue dixit
Ioſ.7. ad Achan tranſgreſſorem: Fili mi, da gloriam Deo,& confitere,atque indica mihi quid feceris, [& ſeparamini à populis terræ,& ab vxoribus alienigenis] i. conſortia atq; connnbia gentilium idololatrarum de cętero euitate,& vxores ex illis ſumptas relinquite,cum non ſint verę vxores, cum diſpar cultus impediat matrimonium contrahendum,dirimatq; cõtractum, & viuentibus vxoribus legitimis non potuiſtis ſine peccato ſuperinducere alias. Nec libellus repudij fuit per-
Deut. 24. Matt. 19. Malach.2. miſſus tanquam quid licitum,ſed tanquam minus malum, vt vitaretur vxoricidium, idcirco cũ dominus dixiſſet, Cum odio habueris,ſupple vxorem,dimitte eam: mox addidit, Operiet autem iniquitas veſtimentum eius. [Et reſpondit vniuerſa multitudo: Iuxta verbum tuum ſic fiat. Veruntamen quia populus multus eſt,] qui reus eſt criminis huius, [& tempus pluuiæ, & non ſuſtinemus ſtare foris]prnpter imbrem hyemaleq; frigus, [conſtituantur principes in vniuerſa multitudine:]qui pergant per ciuitates,ad perſcrutandum eos qui peccauerunt in caſu iſto. [& omnes in ciuitatibus noſtris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant]ad præſentiam principũ [temporibus ſtatutis]i.præordinatis à principibus, qui intimabunt diem certum, & iudices eius, videlicet cuiuslibet vrbis, veniant ſimul ad principes, ſicq; abijciantur tales vxores, iuxta ſententiam principum & iudicum. Atq; vt Ioſephus adijcit, Ordinauerunt vt illi eligerentur ad cor-
Ioſe. lib.11. an.Iu.ca.5. rigendum hoc vitium,& ad ſeparandum vxores illas à viris Iudæis, qui non erant culpabiles in hoc facto. Nempe qui alios habet corrigere, debet eſſe immunis à vitijs, pręſertim ab his, de quibus increpat alios,ne ei dicatur: Medice, cura teipſum. [Et ſederunt in prima die menſis deci-
Luc.4. mi,vt quærerent rem]i.negocium perſcrutarentur,& executioni mãdarent. Sicq; celeriter proceſſerunt ad vitia corrigenda,quoniam viceſimo die menſis noni decreuerunt ſic eſſe agendũ. [& conſummati ſunt]id eſt, perfectè inuenti, numerati atq; correcti, [omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas,& dederunt manus ſuas]i.promptos ſe exhibuerunt, [vt eijcerent vxores ſuas]prædictas,quæ tamen(vt dictum eſt)non erant veræ vxores,nec fuit inter Iudæos & eas verũ matrimonium,ad quod inſeparabilitas pertinet,ſicut in Euangelio loquitur Chriſtus, Matt.19. Quos Deus coniunxit,homo non ſeparet. Deinde exprimuntur in textu hi, qui in iſto facinore erant rei,& planus eſt textus. Ecce quàm multa bona facit virtuoſus prælatus, cuius eſt ſubditorum peccata deflere,& pro eorum illnminatione,conuerſione,compunctione Deum lachrymoſe precari,ac ieiunare pro illis,ſicq; iniquis gratiam præuenientem,& dura corda emollientem promereri & obtinere,ſicut & Daniel ſe feciſſe teſtatur: Lugebam, inquiens,trium hebdomada-
Dan.10. rum diebus: panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non intrnierunt in os meum. Hieremiæ quoq; 14. Deducant, inquit,oculi mei lachrymas per diem & noctem,& non taceant. Subditorum verò eſt, prælatis eorum ſalutem quærentibus, promptè atque humiliter obedire, vitia & vitiorum occaſiones abijcere, plenam confeſsionem & ſatisſactinnem condignam peragere. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN NEHEMIAM, QVI EST ESDRAE SECVNDVS, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

NEHEMIAS IN MEMORIA MVLTI TEMPORIS, QVI Eccleſ. 49.
erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas & ſeras, erexit domos no
ſtras. Liber iſte dicitur eſſe pars libri Eſdræ, quia de eadem tractat mate-
ria, eſtq́, velut proſequutio hiſtoriæ libri Eſdræ. Propria tamen habet ca-
pitula, & alius eſt author. Nam vt Ioſephus ſcribit, Eſdras poſt gloriam Ioſe. lib. 11.
quam apud Deum habuerat, vitam in ſenectute veneranda finiuit, atq; in an. Iu. ca. 5.
Hieroſolymis cum multa liberalitate ſepultus eſt, quo defuncto, poſt pro 1. Eſd. 1. 2. 3.
ſperitatem ſub eo habitam, paſsi ſunt Iudæi multiplicem aduerſitatem, &
muri ciuitatis deſtructi ſunt. quo cognito, Nehemias vir iuuenis & pincerea regis Artaxerxis, à Eccleſ. 19.
quo rege & Eſdras fuerat honoratus, priuilegiatus & miſſus, de eiuſdẽ regis licentia venit Hie-
ruſalẽ, eiusq; muros, portas, ſeras ac domos cõſtruxit: ideo ęterna memoria dignus effectus eſt.

Elucidatio Cap. 1. Verba Nehemiæ filij Helchiæ.
Articulus 1.

VErba Nehemiæ filij Helchiæ:] ſupple, ſunt quæ ſequuntur, quæ ab eo conſcripta ſunt, & fu
it de ſtirpe ſacerdotali. [Et factum eſt in menſe Casleu,] qui apud Hebræos (ſecundum Io
ſephum) vocatur Sileos, apud Latinos December, [anno viceſimo] regni Artaxerxis, [& 1. Eſd. 6.
ego eram in Suſis caſtro,] id eſt, in fortalitio quodam vrbis illius, quæ fuit metropolis regni Per
ſarum. Vel per caſtrum, intelligitur ciuitas ipſa inſtar caſtri fortiſsima, vt dictum eſt plenius ſu-
per Eſdram. [& venit ad me Hanani vnus de fratribus meis,] id eſt, cognatis. Quod dictum eſt,
ad me, non eſt (vt fertur) de textu. [ipſę & viri ex Iuda,] id eſt, ex tribu Iudę, vel ex populo Iudæ-
orum habitantium in Iudæa. [Et interrogaui eos de Iudæis, qui remanſerant & ſupererant de
captiuitate,] id eſt, qui adhuc vixerunt, & in Iudæa morabantur, reuerſi ex Babylonica captiui-
tate, ſeu nati ex illis reuerſis, [& de Hieruſalem,] id eſt, de ſtatu ciuitatis Hieruſalem eos ſpecia-
liter interrogaui. Refert Ioſephus, quod viri illi, quaſi peregrini ad vrbem Suſis declinauerunt: Ioſe. lib. 11.
Obuiauitq; eis Nehemias ante Metropolim, & audiens eos Hebraice colloquentes, interroga an. Iu. ca. 5.
uit eos quæ dicta ſunt. [Et dixerunt mihi: Qui remanſerunt, & derelicti ſunt de captiuitate in
prouincia] Iudęæ [in afflictione magna ſunt, & in opprobrio:] qui à Samaritanis & circũiacen-
tibus gentibus grauiter vexabantur & ſpernebantur. Immo vt in Scholaſtica fertur hiſtoria, &
ex Ioſepho ſumptum eſt, per dies ſuſtinebant impetum hoſtium: noctibus quoq; intrabant la- Ioſe. lib. 11.
trunculi, & plateas Hieruſalem implebant cadaueribus mortuorum. [& murus Hieruſalem diſ an. Iu. ca. 6
ſipatus eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni.] Circa hoc ſcribit quidam: A tempore quo Nabu- 4. Reg. 25.
ſardan incendit ciuitatẽ, & muros eius dirupit, non fuerat data licentia reædificandi eam, ſed ſo
lum templum & pertinentia ad ipſum, per Cyrum & Darium. Sicq́; iuxta expoſitionem iſtius,
quod hic dicitur de diſsipatione murorum Hieruſalem, & de combuſtione murorum ipſius, in Ibidem.
telligitur de deſtructione & combuſtione facta per Nabuſardan principem militiæ Chaldæo- Heſter 4.
rum. Sed error dicti iſtius, ſuprà in expoſitione libri Heſter oſtẽſus eſt: Et ex expoſitione 1. Eſd. Eſa 45.
a patet, nempe quod ciuitas Hieruſalem de Cyri regis licentia reædificaretur, Deus per Eſaiam
euidenter prædixit, vbi de Cyro loquens: Ipſe, inquit, ædificabit ciuitatem meam. Et aſſerit idẽ Ioſe. lib. 11.
Ioſephus. Deniq; deſtructionem murorum Hieruſalem per Chaldæos factam Nehemias non an. Iu. ca. 5.
ignorauit, nec aliquis Iudæorum. Quod autem ſcriptura iſta loquatur de diſsipatione murorũ Nehe. 2.
Hieruſalem Nehemiam latente, conſtat tam ex iſto, quàm ex ſequẽti capitulo, Subditur enim:
[Cumq́; audiſſem verba huiuſeemodi, ſedi & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & ora-
bam:] Bona nanq; eſt oratio cum ieiunio, prout angelus Raphael ait Tobiæ. Sed & lachrymæ, Tob. 12.
quæ ex charitatis feruore, ſeu vera contritione deuotionisq; pietate procedunt, orationem fa-
ciunt eſſe fortiſsimam. Inſuper, ſequenti capitulo loquitur Nehemias ad regem: Quare nõ mœ-
reat vultus meus, quia ciuitas domus ſepulchrorum patris mei, deſerta eſt, & portæ eius cõbuſtę
ſunt? Vnde probatur, iſta intelligenda eſſe de noua deſtructione, quã ante neſcierat Nehemias. Nehe. 2.
Deniq;, quod Hieruſalẽ ſub Zorobabel & Eſdra fuerit aliqualiter reędificata, patet ex dictis in
Eſdra, in cuius lib. primo ſcriptum eſt: Ciuitatẽ Hieruſalem reædificant extruentes muros eius. 1. Eſd. 4.

[& dixi: Quæſo domine Deus cæli] i. vniuerſorum cœleſtium corporum, ac ſupernorum ſpiri-
tuum. Nam ſicut per terram intelliguntur frequenter habitantes in terra, iuxta illud Pſal. 65.
Omnis terra adoret te Deus: ita per cælum, habitantes in cælo, [fortis] quia omnipotens: [ma-
Heb. 10. gne] quoniam infinitus es in omni perfectione; [atq; terribilis,] videlicet iuſtus & imperſcruta-
bilis, in cuius manus incidere, eſt valdè metuendum: [qui cuſtodis pactum:] i. promiſſum, ſeu
amicitiæ fœdus ac ius, [& miſericordiam his qui te diligunt, & cuſtodiunt mandata tua:] qui-
bus fideliter imples & piè donas quod promiſiſti. [Fiant aures tuæ auſcultantes, & oculi tui aper-
ti, vt audias orationem ſerui tui, quam ego oro coràm te hodie die ac nocte, pro filijs Iſrael ſer-
uis tuis] Loquitur autem ſcriptura de ſuperſimplicisſimo & inuariabili Deo, affectu & more hu-
mano, cum tamen auris & oculi Dei, non ſint niſi ſapientia eius, omnia nóſcens ac intuens, vt ſit
ſenſus: Per effectum exauditionis orationis meæ, oſtende te noſſe ac intúeri meam orationem,
qua oro pro ſeruis tuis. Multum etenim placet Deo amor boni communis, & oratio fuſa ex tali
amore. [& confiteor pro peccatis eorum, quibus peccauerũt tibi] i. confiteor eos peccaſſe, vt di-
gneris eis ignoſcere. [Ego & domus] i. cognatio [patris mei peccauimus.] Hoc addit, ne videa-
tur ſe inaniter iuſtificare. Certumq; eſt, quod & ipſe Nehemias à venialibus non fuit immunis.
[vanitate ſeducti ſumus.] omne enim peccatum eſt vanitas quædam. Et Prouerb. 4. ait ſcriptura:
Stultus illudit peccatum: & qui peccat, errat atq; ſeducitur, iudicans malè, ſaltem in particulari.
Prou. 21. Propter quod omnis peccans, dicitur eſſe ignorans. Vnde & Salomon proteſtatur: Omnis viri
Hiere. 2. via, recta in oculis eius. Hinc per Hieremiam dominus loquitur: Quid inuenerunt patres veſtri
iniquitatis in me, quia ambulauerunt poſt vanitatem, & vani ſunt facti? Inſuper, omnia iſta terre-
na, tranſitoria & caduca, dicuntur vana & vanitates, iuxta illud Eccleſiaſtis 1. Vanitas vanitatum,
& omnia vanitas, quibus ſeducuntur iniqui, ſecundum illud Sapientiæ 14. Creaturæ factæ ſunt
in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. [& nó cuſtodiuimus
mandatum tuum] i. præcepta tua decalogi, quæ dicuntur moralia, [& cæremonias] i. præcepta
cæremonialia, [& iudicia tua] i. mandata iudicialia. [Memento verbi] i. per effectum oſtende te
memorem promiſsionis ſeu pacti, [quod mandaſti] i. inſinuaſti Moſi [ſeruo tuo] & per eum pro-
mulgari iuſsiſti, [dicens: Cum tranſgreſſi fueritis] ita enormiter, vt vltra tolerari non poſſit, iu-
xta illud Hieremiæ 44. Non poterat vos dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum ve-
ſtrorum. [Ego diſperdam vos] peſte, captiuitate, gladio, fame, de quibus dominus ait per Eze-
chielem 14. Mittam in eos quatuor iudicia mea peſſima. [& ſi reuertamini ad me] cũ condigna
contritione & emendatione, [& congregabo vos:] Iſtud loquutus eſt dominus Deuteron. 29.
& 30. [Obſecro domine, ſit auris tua intendens ad orationem ſeruorum tuorum, qui volunt ti-
mere nomen tuum:] i. teipſum filiali timore, ita vt etſi nondum ſint in charitate, nec filialiter ti-
meant te, tamen miſericorditer eos præuenias, obicemq; gratiæ tollas de corde ipſorum, & tu-
um ſpiritalem amorem ac filialem timorem ipſis infundas, [& dirige ſeruum tuũ hodie] i. me-
ipſum in omnibus, ſpecialiter ad proponendum conuenienter regi meam petitionem. [& da ei
miſericordiam ante virum hunc] i. coràm rege Artaxerxe da mihi gratiam, qua ei acceptus ſim,
in mea poſtulatione, ita vt piè impleat eam. [Ego enim eram pincerna regis:] Ideo habui ei me
præſentare, & potui eum ad placitum meum accedere. Iuxta myſticum ſenſum, per Iudæos in
anguſtijs conſtitutos, & ipſam Hieruſalem conſtruere cupiẽtes, intelliguntur electi fideles, qui
Eccleſiæ reformationem deſiderant, & eius ruinam deplangunt, qui ab inuiſibilibus hoſtibus,
atq; à prauis hominibus multipliciter affliguntur. Per Nehemiam quoq; deſignantur æmulato-
res legis diuinæ, ac zelatores diuinæ iuſtitiæ, qui videntes ſe proprijs viribus Eccleſiæ reforma-
tionem procurare non poſſe, per orationes, ieiunia, lachrymas ad Deum confugiunt, quatenus
ipſe ſuam dignetur reformare eccleſiam. Muri autem Eccleſiæ, ſunt prælati, doctores & prædi-
catores, quorum eſt gregem dominicum circumuallare, cuſtodire, munire: qui dum ſcandaloſe
atq; carnaliter conuerſantur, muri Hieruſalem diſsipantur, de quorum deiectione eſt maximè
contriſtandum, & pro eorum erectione orandum. Portæ autem Hieruſalem, ſunt virtutes & me-
rita, per quæ patet ingreſſus in triumphantem Eccleſiam, quæ igne concupiſcentiæ & carnalis
amoris, flammaq; iracundiæ & vitiorum incendio, comburuntur in eis qui corruunt.

Expoſitio Cap. 2. Factum eſt autem in menſe Niſan.

Articulus 2.

NVNC recitatur, qualiter Nehemias de licentia regis in Hieruſalem venerit. [Factum eſt
autem menſe Niſan] qui cum noſtro Aprili concurrit, aut partim cum Martio, [anno vice-
Nehe. 1. ſimo Artaxerxis regis.] Præcedenti capitulo dictum eſt, quod in menſe Casleu, i. Decem-
bri, vel ſecundũ quoſdam, Nouembri, anno viceſimo Artaxerxis, Nehemias interrogauit de ſta-
tu Hieruſalem: quomodo ergo eodem anno in menſe Niſan factum eſt, quod hic narratur, cum
iſti duo menſes nõ veniant in eodẽ anno, ita quod Niſan ſequatur menſem Casleu, ſicut hic agi-
tur de menſe Niſan, qui fuit poſt Casleu? Ad quod quidã reſpondent, ꝙ Nehemias hic loquitur
ſecundum

ſecundum modum computationis Iudæorum, dicentium, mundum eſſe creatum in menſe Tyſ
ſeri, correſpondenti partim noſtro Septembri, & partim Octobri, & quod ille ſit ſimpliciter pri
mus menſis anni, & Casleu tertius, Niſanq́; ſeptimus, quanuis poſtea ex euentu, menſis Niſan vo
catus ſit primus menſis anni, quia in eo filij Iſrael educti ſunt de Aegypto. [& leuaui] manum Exod. 12.
meam, [& dedi regi vinum] i. vaſculum in quo fuit vinum, ei porrexi. [& eram quaſi languidus
ante faciem eius.] i. pallidus ex præuijs ieiunijs, orationibus, fletibus, vigilijs atq; triſtitijs. [Di-
xitq́, mihi rex,] ſuſpicans quod mali aliquid cogitarem in eum, quaſi volens eum intoxicare, &
ex timore depræhendendi de tanto facinore palleſcens. [Quare vultus tuus triſtis eſt?] i. ſigna
interioris mœroris oſtendit, [cum te ægrotum non videam? Non eſt hoc fruſtra] i. abſq; cauſa
notabili, [ſed malum, neſcio quid] ſit iſtud, quia cordium ſecreta certò & determinatè cogno-
ſcere, vires excedit humanas, [in corde tuo eſt.] Nam interiora per exteriora quædam, præter-
tim ex diſpoſitione vultus & oculorum, probabiliter & in generali noſcuntur, iuxta illud Eccle
ſiaſtici 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: amictus corporis,
& riſus dentium, & ingreſſus hominis, enunciant de illo. Vnde & Prouerbiorũ 27. fertur: Quo-
modo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt pruden-
tibus, [Et timui valdè ac nimis,] ne fortè rex excuſationi meæ non crederet, & ſuæ ſuſpicioni
nimium inhæreret. Sicq́; forſan per pœnas extorqueret à me veritatem. [Et dixi regi: Rex in æ-
ternum viue.] quaſi dicat, vitam tuam cupio iugiter conſeruari & proſperari, atque poſt vitam
hanc æternaliter felicitari. [Quare non mœreat] i. rationabiliter triſtetur [vultus meus, quia ci- Tob. 14.
uitas domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt,] id eſt, vaſtata, ita quod nunc pauci morantur
in ea, reſpectu temporum quæ captiuitatem noſtram præceſſerunt. Sed cur ait, ciuitas domus
ſepulchrorum patris mei, & non potius ciuitas domus ſepulchri patrum meorum, cum apud Iu
dæos conſueuerint patres & filij in eodem ſepulchro recondi? Et reſpondendum, quod plurale
frequenter pro ſingulari ponitur, & econtra. Sicq́; per patrem intelligit ſuos progenitores. [Et
portæ eius combuſtæ ſunt igni. Et ait mihi rex,] qui ex verbis prætactis conſiderauit, quod Ne-
hemias optaret ciuitatis ſuæ reparationem [pro qua re poſtulas? & oraui Deum cæli,] oratione
interna ac breui, vt dirigat me in petendo, regemq́; inclinaret ad conſentiendum. [& dixi ad re-
gem: Si videtur regi bonum,] quaſi dicat, tuæ diſcretioni totum committo. [& ſi placet * ſeruis *ſeruus
tuis,] id eſt, ſeptem conſiliatoribus tuis tibi adſtantibus, de quorum conſilio omnia agis, iuxta tuus.
morem regum Perſarum atq; Medorum, vt dictum eſt ſuper Eſdram, & Heſter primo habetur. 1. Eſd. 7.
[rogo vt mittas me in Iudæam, & ædificabo eam,] ſcilicet vrbem Hieruſalem, complendo eius
reædificationem à Zorobabel inchoatam, & ab Eſdra auctam, & poſtea minoratam. Dixitq́ue
mihi rex & regina: Vſq; ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris?] id eſt, quamdiu
quæris ibi manere? Ex quo patet, quod rex & regina non libenter caruerunt præſentia tam mo-
deſti & fidelis pincernæ. Porro quid ad hanc interrogationem reſponderit Nehemias, non ſcri- Nehe. 5.
bitur hic: ſed infra recitat Nehemias, ſe rediſſe ad regem anno regni eius triceſimo ſecundo:
ſicq́; abſens fuit annis duodecim, quoniam anno regni eius viceſimo abijt verſus Iudæam. [Et
placui ante vultum regis, & miſit me. Et conſtitui ei tempus, & dixi ei: Si regi videtur bonum,
epiſtolas det mihi ad duces regionis, quæ eſt trans flumen] Euphraten, officiatos regis, [vt tranſ
ducant me, donec veniam in Iudæam] id eſt, cum ſecuritate me ducant vſque ad loca inter Iu-
dæos reuerſos ſita. [& epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus] id eſt, ſyluę [regis, vt det mihi ligna,
vt tegere poſsim portas templi, turres domus] id eſt, cooperire ſummitatem templi inſtar turris
conſtructi, vel turris ædificandæ propè templum, pro eius munitione. [& muri ciuitatis] id eſt,
ad operiendum portas muri, ſeu turres in eo fiendas [& domum quam ingreſſus fuero] id eſt,
etiam ad tegendum domum quam inhabitabo, [& dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonã
mecum,] id eſt, fecit quæ petij, ſecundum quod Deus gratioſe & fauorabiliter affuit mihi. Præ- Ioſe. lib. 11.
terea Ioſephus addit, quod Nehemias à rege dimiſſus, cum principibus militum atque equiti- an. 18. ca. 5.
bus venit Babyloniam, & ſecum inde duxit multos Iudæorum eum ſponte ſequentes. [Et veni
ad duces regionis trans flumen, dediq́; eis epiſtolas regis. Miſerat autem rex mecum principes
militum & equites. Et audierunt Sanaballat & Tobias.] Hi erant hoſtes Iudæorum, & de aduen
tu Nehemiæ dolebant. Conſequenter in textu deſcribitur, qualiter Nehemias ad tempus ſuum
celauit propoſitum, & circuiuit, conſiderauitq́; vrbem & muros deſtructos, qualiter poſſent
aptius reparari. nec eſt difficultas in litera, tamen aliqua tangam. [Et iumentum non erat me-
cum, niſi animal cui ſedebam,] hoc eſt, ego ſolus equitaui, & qui mecum circuibant, pedites
erant. [Egreſſus ſum ante frontem draconis] id eſt, locum ſic nominatum. [Non erat locus] id
eſt, via congruens & apta ad progrediendum, [iumento cui ſedebam] quia diſtorta erant iti-
nera, & ruinæ fuerunt ibidem factæ. [& indicaui eis manum DEI, quod eſſet bona mecum]
id eſt, aſsiſtentiam & auxilium Dei proſperum mihi ab ipſo conceſſum. [Vobis autem] Samari
tanis aduerſarijs noſtris gentilibus atq; idololatris [non eſt pars] i. communio neq; hęreditaria
portio,

portio,[& iuſtitia]i.cultus ſyncerus veri Dei,[& memoria]in bono[in Hieruſalem]i.omninò
alieni eſtis à Deo & à fideli populo eius, & ab vrbe Hieruſalem ad diuinũ cultum electa. Iuxta
tropologiam,præſatus cupiens reformare eccleſiam,debet omnes eius ruinas, deformitates &
abuſiones conſiderare,& qualiter poſsint ac debeant reformari, perpendere: ſicq; ſecreto ſuo
ad tempus opportunum abſcondito, debet ſibi viros idoneos aſſociare, ac ſuum propoſitum
inſipuare eiſdem, & ipſos hortari, vt ſibi cooperentur & aſsiſtant ad reformandum collapſa, &
vt confidant in Domino,certi de adiutorio eius,dummodo quod in ipſis eſt,fecerint,& ne time
ant aduerſarios boni communis: immo parati ſint pro Deo,pro æquitate,pro proximorum ſalu
te,& pro bono communi perſecutiones pati,ac mortem ſubire.

Expoſitio Cap. 3. Et ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus.

Articulus 3.

HIc ipſa reædificatio ciuitatis Hieruſalem,& murorum ac portarũ eius deſcribitur[Et ſur-
Ioſe.lib. 11. an.Iu. ca.5. rexit Eliaſib ſacerdos magnus]i. pontifex Iudæorum, qui ſecundum Ioſephum & magi-
ſtrum in hiſtorijs,fuit filius Ioachim ſeu Eliachim pontificis,qui Ioachim erat filius Ioſue
filij Ioſedech.[& fratres eius ſacerdotes ędificauerunt portam gregis. [Alia translatio cõtinet,
Aedificauerunt portam & probaticam piſcinã. Fuitq; porta hæc iuxta templum, per quam indu-
Ioan.5. cebātur greges animalium offerendorum, de piſcina autem probatica habetur apud Ioannem.
De hac porta quidam exponunt illud Micheæ 4. Et tu turris gregis nebuloſa.tamen ſicut ibi ex-
poſui,per turrim illam intelligitur ibi ad literã templum.Deniq; in hac ædificatione decuit prin
cipem ſacerdotum cum ſuis exiſtere primum,& portam conſtruere propè templum.[Ipſi ſancti
ficauerunt] i.firmiter ſtatuerunt eam ad Dei honorem.nam ſanctum,vno modo idem eſt quod
firmum.[& ſtatuerunt valuas eius,]i. portas eius ſeu ianuas, quæ à voluendo nomẽ ſortitę ſunt,
quia in apertione & clauſura voluuntur ac reuoluuntur, & per portas cointelliguntur vectes &
ſeræ.[& vſq; ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt eam]i. firmauerunt,ædificando, iu
xta eam in muro vſq; ad turrim centum cubitorum ab vna parte, [& vſq; ad turrim Hananeel.]
Ioſue 6. ex alia parte. Vnde prædictum fuit Hieremiæ 31. Aedificabitur ciuitas domino à turre Hanane-
el.[& iuxta eum]i. propè ædificata à pontifice, [ædificauerunt viri Hiericho,] hoc eſt,oriundi
ex vrbe ſic dicta.[& iuxta eum]forſan ex alio latere,[ędificauit Zachur filius Amri]incipiendo
vbi dimiſit Eliaſib.[Portam autem piſcium]ſic vocatam,quia per eam copia piſcium inferreba-
tur,[ædificauerunt filij Aſnaa.Et ipſi texuerũt]id eſt, conſtruxerunt vel texerunt,i. operuerunt
Ioſe. lib 11. an.Iu.ca.5. [eam]lignis,vt & murus fortius cohæreret. Hæc porta,ſecundũ Ioſephum,appellata eſt poſtea
porta Dauid,quoniam fuit ex oppoſito montis Sion,i. illius partis Hieruſalem, quæ pars voca-
ta eſt ciuitas Dauid,vt patet 2.Reg.5.[& iuxta eos ædificauerunt Thecueni,]i. nati ex vrbe The
Amos 1. 7. cua,de qua fuit Amos propheta,& mulier ſapiens,quam Ioab miſit ad Dauid, prout 2. Reg. 14.
deſcribitur.[Optimates autem]i. ſuperiores [eorum,non ſuppoſuerunt colla ſua in opere domi
ni]i.non adiuuerunt in ædificijs iſtis,in quo eorum negligentia & vulgarium diligentia deno-
tantur.[Et portam veterẽ ædificauerunt Ioiada filius Paſeah,& Moſollam filius Beſodiæ.]Hæc
porta vocata eſt vetus,quia veſtigia eius apparuerunt à diebus Iebuſæorum atq; Melchiſedech,
vt in Scholaſtica fertur hiſtoria.[iuxta eos ędificauit Melchias & Maſpha:]quod eſt hic nomen
viri,[qui erat pro duce in regione trans flumẽ]i.vices ducis illius suppleuit,quia vt dicitur, dux
quidam trans flumen,quamuis Gentilis natione,cupiebat ad ædificandum contribuere ex de-
uotione, quod fecit per virum prædictum.[Et dimiſerunt Hieruſalem,]extra eam ædificando,
vel eam extendendo.[& portam vallis]per quam ibatur de ciuitate ad vallem Ioſaphat,[ædifi-
cauit Ammoni, & portam ſterquilinij,]per quam tempore pluuioſo immunditiæ ciuitatis de-
currebant in torrentem Cedron.[Portam fontis]quę & infra porta aquarum vocatur,& à fonte
Nehe. 8. ſibi propinquo ſic dicta eſt. [ædificauit Sellum.] Nempe portæ hic nominatæ, inueniuntur &
alia nomina habere.[princeps pagi]id eſt,villæ ſeu vici Maſpha, [& muros piſcinæ Siloe in hor
tum regis]id eſt,muros piſcinæ ſic nuncupatæ conſtruxit vſque ad hortum regis, vel ædificauit
muros piſcinę fluentis verſus regis hortum. Dicitur autem Eſaiæ octauo, Aquæ Siloe tranſeunt
Ioan.9. cum ſilentio. Apud Ioannem quoq; Euangeliſtam dicitur: Vade,lauare in natatoria Siloe,quod
2.Reg.5. interpretatur miſſus.[& vſque ad gradus qui deſcendunt de ciuitate Dauid.] Siquidem ad ci-
uitatem Dauid,hoc eſt,ad arcem Sion aſſcendebatur per gradus. [Poſt eum ædificauit Nehemi
as filius Asboch vſque contra ſepulchrum]id eſt,ex oppoſito ſepulchri[Dauid]regis, qui ſepul
tus eſt in ciuitate Dauid,vt legitur tertiò Regum ſecundo. [& vſque ad domum fortiũ], In qua
fortes regis Dauid ſeu agoniſtæ ſolebant manere, non quod domus illa adhuc ſtetit, ſed vſque
ad locum,vbi aliquando ſtabat,porrigebatur ædificatio huius. [Nathinæi autem] qui ligna &
aquas comportabant ad domum Dei ædificandam, [habitabant in Ophel,] id eſt,loco ſic di-
cto,non longè aut remotè à templo. [Surſum autem à porta equorum ædificauerunt ſacerdo-
tes.] Hæc porta ſecundum ſcriptores non fuit porta ciuitatis, ſed poſita erat ante atria templi,

vſq;

vſq; ad quam licuit equitando aſſcendere verſus templum,atq; exinde dicitur incepiſſe habitatio ſacerdotum. Litera plana eſt. Myſticè poteſt hoc loco per Nehemiam Chriſtus intelligi, qui militantem ædificauit eccleſiam,cuius cooperatores fuerunt glorioſi Apoſtoli,cæteriq; diſcipuli ac prælati,prædicatores atq; doctores,quorum quiſq; domum ſeu congregationem ſibi commiſſam ædificauit exemplo & documẽtis. Porro per ſeptem portas,puta per ſex portas ciuitatis, & per portam equorum , ritè intelliguntur ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta, per quæ ad cæleſte regnum pertingitur,vel ſeptem dona Spiritusſancti , ſeu tres virtutes theologicæ & quatuor cardinales. Specialiter demum,per portã gregis,deſignatur ſpontanea reſignatio ſuijpſius,& mortificatio propriæ voluntatis,ſeu crucifixio propriæ carnis cum vitijs & concupiſcentijs, per quæ omnia offert ſe homo ſuo creatori , ſicut per portam gregis inducebantur pecora immolatitia, domino offerenda. Per portam piſciũ figurata eſt prædicatio Euangelij,per quam homines quaſi piſces capti, Chriſto incorporantur,qui dixit ad ſummum Apoſtolum: Ex hoc iam homines eris capiens, Per portam veterem intelligitur cognitio ſcripturarum veteris teſtamenti,per quã fides corroboratur. Per portam ſontis, effuſio lachrymarum deſiderio regni cæleſtis, ſeu copia gratiarum,vel aqua ſapientiæ ſalutaris. Per portam vallis,ſancta humilitas. Per portam ſterquilinij,recognitio propriæ defectuoſitatis & expurgatio vitiorum. Per portam equorũ ,fortitudo, feruor,velocitas prædicatorum ac prælatorum,quorum eſt Chriſtum vndiq; circumferre. Poſtremo per optimates Thecuenorum,non ſupponentes colla ſua in opere Dei, rectè intelliguntur,qui in Eccleſia fulgent eccleſiaſtica dignitate, ſed per negligentiam torpent, & carnali conuerſatione fœdantur,qui pulchra dicunt,magnaq; prædicãt, ſed ea non exequuntur, de quibus ait Saluator Mat.23. Alligant onera grauia & importibilia,& imponunt ea ſuper humeros hominum,digito autem ſuo nolunt ea mouere. Similiter nobiles & potentes, cum dicat Apoſtolus 1. Cor.1. Quia non multi potentes,non multi nobiles ſunt inter vos, ſed abiecta mundi elegit Deus,vt confundat fortia. Nam & teſte Gregorio: Hos elegit Deus quos deſpicit mundus,de quibus ait Pſalmiſta Pſal.72. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia.

Eſa.11.
Galat.5.
Mat.4.
Luc.5.
Eccl.15.

Expoſitio Cap.4. Factum eſt autem cùm audiſſet Sanaballat. Articulus quartus.

POnitur hic vnum obſtaculorum, quo aduerſarij Iudæorum conati ſunt Iudæos ab ædificatione retrahere, vtpote eos acriter impugnando. [Factum eſt autem cum audiſſet Sanaballat]inter Samaritanos præcipuus,[quod ædificaremus murũ,iratus eſt valdè] inuidens proſperitati ædificantium,[& dixit: Quid Iudæi faciunt imbecilles]i.infirmi?quaſi dicat: Non poterunt facere aliquid magni.[Num dimittent eos gentes?]i.gentiles in eorum circuitu cõmorantes,non permittent eos opus inchoatum complere.[ſed & Tobias Ammonites proximus eius, ait: Aedificent]i.non eſt curandum de ædificatione ipſorũ.[Si aſſcenderit vulpes,tranſiliet murum eorum lapideum.] tam baſſus & debilis erit murus quem faciunt, & ſic poterimus murum illum ad placitum diſſipare.[Et dixit Nehemias:] Hoc nõ eſt de textu.[Audi Deus noſter,quia facti ſumus deſpectui]i.iniuſtè nos contempſerũt.[Cõuerte opprobrium ſuper caput eorum] i.pro eorum opprobrio quo nos aſpernati ſunt,puniantur à te.[& da eos in deſpectioné in terra captiuitatis]i.pro eo quod nos ſpreuerũt iniuſtè,nec compaſſi ſunt reuerſis à captiuitate, fac eos iuſtè contemni & captiuari.[Ne operias iniquitatem eorum]i.inultam non deſeras, [& peccata eorum coràm facie tua non deleantur]i.non tradãtur obliuioni à te, donec debitè caſtigentur:[quia irriſerunt ædificantes]vrbẽ cultus diuini & templũ Dei, non ex odio, ſed potius zelo iuſtitiæ,orauit hæc Nehemias, & vt in præſenti purgarentur & caſtigarentur , vel quaſi prophetìcè loquens hæc protulit. Sic enim & in libro pſalmorum multa dicuntur, vt eſt: Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum,improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine. Et Hierem.17. Induc(inquit)ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hi autem erant infideles, & obſtinati in vitijs, ac publici hoſtes veræ religionis ac boni communis: ideo licuit contra eos ſic exorare,non odiendo naturam neq; perſonam ſecundum ſe,ſed impietatem,& impios ſecundum quod tales. [Factum eſt autem,cum audiſſent quod obducta eſſet cicatrix muri Hieruſalem,& cœpiſſent interrupta concludi]i. interruptio muri eſſet reparata in rimulis & ſciſſuris,[irati ſunt nimis,& congregati ſunt omnes vt venirent pariter] ad expugnandum nos.[Et orauimus Deum,]ſine cuius auxilio nõ potuiſſemus illis præualere, [& poſuimus cuſtodes ſuper murum dixit autem Iudas]i.tribus ſeu populus Iudę,aut aliquis vir notabilis Iudas nomine:[debilitata eſt fortitudo portantis]i. portantes onera ſunt laſſati. [& humus nimia eſt]hoc eſt,terra efferenda,vt conuenientius fiant ædificia, eſt copioſa,ita vt laborioſum ſit eam efferre: nec apta eſt expoſitio,vt per terram intelligantur calx & arena,quæ proprijs poterant nominibus deſignari.[& nos non poterimus ædificare]propter hæc impedimenta. Illi cœperunt animo frangi, puſillanimitateq; deijci.[& dixerunt hoſtes noſtri: Neſciant,donec veniamus in medium eorum]id eſt, improuiſe irruamus in ædificantes. [Factum eſt autem venientibus Iudæis

Pſal.78.

Iudęis qui habitabant iuxta eos]i.propè Samaritanos, qui auiſabant Nehemiam & ſuos de aduerſariorum confœderatione & propoſito veniendi cõtra ipſum & populum ſuum. [ſtatui poſt murum populum in ordine cum gladijs ſuis & lanceis,]i.in acie ordinata ad ſtandum extra ciuitatem,vt ſe opponerent hoſtibus.[Et ſurrexi,& aio ad optimates: Nolite timere à facie eorum, Cum audiſſent inimici noſtri nunciatum eſſe nobis] de eorum inſidijs & aduentu, [Diſsipauit Deus conſilium eorum]ingerendo eis timorem ſeu diſſenſionem.A die illa media pars iuuenũ eorum,]id eſt,prædictorum bellatorum noſtrorum,[faciebat opus in muro,& media pars parata erat ad bellũ:]vacans ab opere,vt eſſet fortis & præcincta ad pugnam. [& principes poſt eos] ad dirigendum iuuenes circa pugnam. [Et dixi ad optimates & reliquam partem vulgi, Deus pugnabit pro nobis,]nos confortando,& aduerſarios proſternendo.[Et dixi populo: Vnuſquiſque cum puero ſuo,[i.miniſtro aut filio,[maneat in medio Hieruſalem]tanquam in loco magis munito,& vbi magis neceſſaria ſunt auxilia contra hoſtes. [& ſint vobis vices,]i.viciſsitudines ſeu alternationes,[per diem & noctem ad operandum]vt ſcilicet vna parte operante & vigilante,alia paulisper repauſet.[Ego autẽ & fratres]id eſt,cognati,[mei & pueri mei & cuſtodes, non deponebamus veſtimenta noſtra] de nocte, quia modiciſsimo ſomno eramus contenti. [Vnuſquiſque tamen nudabatur ad baptiſmum,]id eſt, ſolum nudauit ſe ad aliquantulam horam,vt iuxta morem & ritum legis lauaret, & lauando purificaret ſe vel corpus ſuum à ſudoribus,immunditijsq; ex labore contractis lauando mundaret. Spiritualiter per aduerſarios Iudęorum præfatos,intelliguntur hæretici & peruerſi perſecutores & tyranni,qui profectui & reformationi aduerſantur eccleſiæ:contra quos ſeculares fideles corporalibus armis armantur, & etiam diuini inuocatione ſubſidij: ſpirituales autem perſonæ, orationibus pugnant & lachrymis.

Ephes.6. Omnes quoq; ædificatores & bonum eccleſiæ promouentes,accincti ſunt gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei,ac veræ diſcretionis iudicio. Et ſicut Nehemias ac ſui,propter nullam aduerſationum improbitatẽ,ab incepto opere ceſſauerunt,ita debemus in ſanctis actibus eſſe conſtantes.

Expoſitio Cap. 5. Et factus eſt clamor populi. Articulus 5.

REprehenduntur hic ditiores Iudæorum de auaritia, immiſericordia, & vſura circa proximos ſuos extenuatos Iudæos.[Et factus eſt clamor populi & vxorum eius magnus]id eſt, mediocres pauperesq; Iudæi & eorum vxores, querulosè & miſerabiliter clamauerunt,

Deut.28. [aduerſus fratres]id eſt,cognatos,[ſuos Iudæos]diuites, & potentes,à quibus grauabantur vſuris,ita quod diuites contra legem mutauerunt pauperibus ſub vſura, immo filios ac filias indigentium Iudæorum emerunt in ſeruos & ancillas: quod & pauperes aliqui neceſsitate quadam compulſi,adhuc ſponte pati propoſuerunt,ſicut ſubiungitur. [Et erãt]pauperes, [qui dicerent: Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis:] ita quod eos alere non valemus. [accipiamus pro precio eorum frumentum, & comedamus & viuamus] id eſt, vendamus eos diuitibus, atq; pro precio accipiamus victualia.[Et erant qui dicerent,agros noſtros & vineas & domos noſtras opponamus]inopiæ noſtræ, id eſt, venditioni ſeu impignorationi exponamus ad ſubueniendum noſtræ indigentiæ.ideo ſubditur,[& accipiamus frumentum in fame] id eſt, tempore famis ſeu caristiæ huius,[& alij dicebant,mutuo ſumamus pecunias in tributa regis]id eſt,vnus alteri concedat pecuniam ad vſuram,vt perſoluamus regi tributa, demusq; agros noſtros & vineas expo-

Gen.47. nendo eos.vt tactum eſt, venditioni vel impignorationi, quemadmodum in Geneſi leguntur feciſſe Aegyptij.[& nunc ſicut carnes fratrum noſtrorum,ita & carnes noſtræ ſunt]id eſt,corpora noſtra merito eſſent à ſeruitute aliena & libera, ſicut & corpora diuitum Iudæorum, & ex eo-

Ioan.8. dem patriarcha Iacob ſumus progeniti,eiuſdemq; legis miniſtri. Hinc in Ioanne dixerunt Iudæi: Semen Abrahæ ſumus,& nemini vnquam ſeruiuimus.[& ſicut filij eorum]ſunt liberi,[ita & noſtri filij] merito liberi eſſent. Poteſt quoq; exponi oppoſito modo: Sicut carnes fratrum noſtrorum,qui manſerunt in Babylone, ſunt in ſeruitute ſub rege Perſarum, ita & nos ſumus in afflictione,& idem de filijs illorum ac noſtris. [Et iratus ſum nimis] ira per zelum, præſertim contra diuites qui ſe tam immiſericorditer & auarè habuerunt circa egenos. [Cogitauitq; cor meum]mecum,id eſt, intra me deliberaui, quid dicerem, nec ex impetu loquutus ſum paſsionis.[Et increpaui optimates & magiſtratus]id eſt,ſuperiores & iudices Iudæorũ, [dicens: Vſu-

* exigatis ras ne ſinguli à fratribus veſtris]egenis Iudæis[*accipiatis.]tanquam dicerem, In hoc peccatis enormiter,cum Deut.23.iuſſum ſit,Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram. [Et congregaui aduerſus eos concionem] id eſt,congregationem[magnam,] quatenus publicè corriperentur,qui publicè peccauerunt,iuxta illud Apoſtoli 1. Tim.5. Peccantes coràm omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant. [Et dixi eis: Nos,vt ſcitis,redemimus fratres noſtros Iudæos, qui venditi

1.Eſd.1. fuerant gentibus ſecundum poſsibilitatem noſtram.] Quamuis enim Cyrus rex Perſarum &

1.Eſd.7. Artaxerxes rex dimiſerunt Iudæos gratis, quantum ad id iuris, quod habuerunt in eos ratione captiuitatis

captiuitatis eorum in regnis ſuis, illi tamen Iudæi qui venditi erant gentilibus, redimebantur ab his quorum ſerui emptitij erant. Sicque redemerunt multos eorum, ipſe Zorobabel, Eſdras & Nehemias. [Et vos ergo *vendite fratres veſtros] i. Iudæos quos emiſtis in ſeruos, vendere vultis, non gratis dimittere. [& nos ememus eos.] quaſi dicat, Non decet nec licet, præſertim in * vendetis
caſu & tempore iſto. Veruntamen abſolute loquendo, non fuit Iudæis prohibitum, filios ſuos ac filias vendere in ſamulos & ancillas, cogente penuria. Iudæis diuitibus. Nec diuitibus illis fuit prohibitum emere illos, ſed vltra ſex annos ipſos tenere in ſeruitute fuit prohibitum, iuxta illud Exo. 21. Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis. Hinc à Ieremia arguuntur Iudæi, quod talem libertatem non exhibuerunt ſeruis empti- Hier. 34.
tijs. [Et ſiluerunt nec inuenerunt quid reſponderent] quia in iſto caſu generalis afflictionis atque inopiæ, debebant proximis ſuis egenis gratis miſericorditer ſubuenire. [Et dixi eis: Non eſt bona res quam facitis. Quare non in timore Dei noſtri] filiali, aut ſaltem initiali [ambulatis] cuſtodiendo diuina præcepta? Quia qui timet Deum, nihil negligit. [ne exprobretur nobis ab inimicis noſtris] i. ne aduerſarijs ſubijciamur, & ne nobis inſultent, iuxta illud Pſal. 78. Ne dicant inter gentes, vbi eſt Deus eorum? Principaliter tamen Deum timere & honorare debemus ex charitate ipſius, quatenus ei complaceamus & vniamur. Iſtud dicendum eſt Chriſtianis vt ſ. timeant Deum, & obediant ei, ne exprobretur eis ab hoſtibus eorum, Turcis & Sarracenis. Deinde Nehemias exemplo ſui ipſius & ſuorum, hortatur Iudæos ad liberalitatem & pietatem prętractas. [Et ego & fratres mei & pueri mei domeſtici, commodauimus plurimis] i. gratis cõceſsimus multis Iudæis pauperibus, [pecuniam & frumentum. Non repetamus in commune iſtud] i. communiter in hoc concordemus, quod iſta ſic mutuata, non repetantur ab eis qui facultatem non habent ſoluendi. [Aes alienum concedamus quod debetur nobis] i. pecuniam quæ nobis debetur à ſubditis ratione noſtri ducatus, non exigimus nobis perſolui, ſed quaſi mutuatum quid relinquimus illis. [Reddite ergo eis agros ſuos & vineas, &c. Quin potius & centeſimam pecuniæ] i. centeſimam partem pecuniæ, [frumenti, vini, & olei,] quam exigere ab eis ſolebatis, [date pro illis] i. ſoluite pro ipſis pauperibus de bonis veſtris, cum ipſi non habeãt Deut. 16.
vnde perſoluant. Hæc centeſima ſoluebatur regi pro tributo terræ. [Inſuper & excuſsi ſinum meum, & dixi: Sic excutiat Dominus omnem virum,] de quo loquor, [qui non compleuerit verbum iſtud, &c. A die autem illa qua præceperat rex mihi, vt eſſem dux in terra Iuda] i. per 12. annos quibus pręſui populo Iudæorum, vt dux ex regis commiſsione, [ego & fratres mei annonas non comedimus] i. victum à populo non accepi, qui tamen mihi debebatur ratione ducatus mei, ſi exegiſſem. [quin potius in opere muri ædificaui] propria manu interdum, [& agrum non emi,] quia propria commoda & diuitias non quæſiui, ſed Dei honorem & bonum commune. [Iudæi quoque & magiſtratus 150. viri] qui in officiis erant & à populo ſuſtentari ſolebant, [& qui veniebant ad nos de gentibus, in menſa mea erant.] & ſic fui hoſpes liberalis, ne populus grauaretur. [parabatur mihi] i. pro eſu meo & eorum quos reficere volui, [per dies ſingulos] i. quotidie [bos vnus, arietes ſex, & inter dies decem vina diuerſa] i. plura dolia vinorum diuerſorum intra decem dies expendi cum commenſalibus meis. [Inſuper & annonas ducatus mei non quęſiui. Valde enim attenuatus] i. per paupertatem exhauſtus, [erat populus] pro maiori parte. [Memento mei Deus meus in bonum] i. ad hoc, vt mihi miſericors ſis & gratioſe retribuas, [ſecundum omnia quæ feci populo huic] Iudæorum i. ſecundum merita beneficiorum quæ eis exhibui propter te, & ſicut pie & liberaliter feci eis, ita fac mecum, iuxta illud Matth. 7. Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Ex iſto cap. ad opera pietatis in- Luc. 6.
ſtruimur, ſed heu iam multi infelicisſimi nominetenus Chriſtiani, Iudæorum auaritiam imitantur, vſuras committunt, pauperes grauant, opprimuntque ſubiectos, filios ſuos ac filias vendunt ſeruituti peccati, & ſubdunt iugo diaboli, non reprimendo eos à vitijs, ſed magis inducẽdo ad vanitates. Docentur quoque maiores pręlati exemplo Nehemiæ peccantes, quamuis po- 1. Tim. 5.
tentes & magnos, ſiue perſonarum acceptione ſtrenue increpare, ſalubriter exhortari, atque ad condignam ſuorum exequutionem officiorum ferociſsime admonere, immo omnes qui præſunt, docentur hic ſuis ſubditis in temporalibus & ſpiritualibus, præſertim inopiæ tempore liberaliter ſubuenire, non ocio, loquacitati, voluptatiúe guſtus & tactus vacare, ſed in omni opere virtuoſo ſeipſos inprimis exemplares & alacres exhibere, & contentari ſobrio cibo, modico potu, mediocrique ſomno.

Explanatio cap. 6. Factum eſt autem cum audiſſet Sanaballat.

Articulus 6.

DEſcribuntur hic inſidiæ ipſi Nehemiæ illatæ. [Factum eſt autem cum audiſſet Sanaballat & Tobias & Goſem] qui inter aduerſarios Nehemiæ erant principales, [quod ædificaſſem murum, & non eſſet in ipſo interruptio,] quia iam erat integratus & continuatus, [miſerunt ad me, dicentes] ſimulatorie: [Veni, & percutiamus fœdus,] i. pactum pacis & ami-

* viculis citiæ ineamus firmiſsime, ideo additur, [in * vitulis] i. ipſum fœdus roborando per occiſiones
vitulorum, in ſignum quod morte dignus conſiſteret, qui pactum hoc violaret. Fuit nanque an-
tiquitus conſuetudo, vt in confœderatione huiuſmodi occideretur vitulus vnus aut plures aut
alia pecora in ſignum firmitatis, atque ad deſignandum quod mortem mereretur qui fœdus
tranſgrederetur. Hinc per Hierem. 34. loquitur dominus: Dabo viros qui præuaricantur fœ-
dus meum, & non obſeruauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum
quem conſciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones illas. Ex quo elicitur quod in
ſignum firmitatis conſueuerunt etiam ſemel ire inter partes animalis occiſi atque diuiſi. [in cã-
* Ono. po * vno] Volebant enim Nehemiam trahere extra vrbem, quatenus in rure occiderent eum.
hinc ſubditur: [Ipſi autem cogitabant vt facerent malum mihi.] Deinde in litera ponitur excu-
ſatio Nehemiæ, & planus eſt textus. [Et miſit ad me Sanaballat, iuxta verbum prius] i. inſidioſe
ſicut & ante. Non tamen verba præferentia ſpeciem amicitiæ ſed comminationis. Aliquando ta-
men verba amicitiæ addidit ſimulatorie, ſicut ſubiungitur: [puerum] i. miniſtrum, [& epiſtolam
ſcriptam hoc modo: In gentibus auditum eſt,] i. inter nos gentiles iam publice vulgatum eſt. [&
Goſem] cui tanquam viro ſolenni credendum eſt, [dixit, quod tu & Iudæi cogitetis rebellare
contra regem] Perſarum. [Propter quam cauſam & prophetas poſueris, qui prædicent de te in
Hieruſalem] i. quoſdam induxeris ad hoc, quod ſimulant ſe ſpiritum prophetiæ habere, [dicen-
tes] quaſi ex reuelatione diuina: [Rex in Iudæa eſt,] i. ex Dei voluntate Nehemias iſte eſt rex
terræ & populi huius: ideo ei, non regi Perſarum, obediatis. [Auditurus eſt rex hæc,] i. percipiet
iſta, & indignabitur tibi. [idcirco veni, vt ineamus conſilium pariter,] qualiter poſsis te excuſa-
re. [Et miſi ad eos, dicens:] ſpecialiter ad Sanaballat, tanquam ad capitaneum iniquorum: [Non
eſt factum ſecundum verba hæc quæ loqueris] per epiſtolam quam miſiſti. [quam ob cauſam
magis confortaui manus meas] i. tanto plus animaui me ad operandum, quanto multiplicius ac
inſidioſius impius ille volebat me impedire. Sic & nos debemus tanto feruentius Deo ſeruire,
vitijſque reſiſtere, quanto importunius inuiſibiles aduerſarij nos impugnãt, aut homines praui
impedire noſtrum profectum nituntur. [Et ingreſſus ſum domum Samaiæ] Iudæi, quem mihi
fidelem eſſe putaui, [qui ait: Tractemus nobiſcum in domo Dei] i. inter nos conferamus in tẽ-
plo, qualiter tu Nehemia euadere poſsis pericula. [& claudamus portas ædis] i. domus Dei, vt
intra templum maneas clauſus. [quia venturi ſunt] Sanaballat & ſui, [vt interficiant te. Et dixi]
refutando talem ſuggeſtionem: [Num quiſquam ſimilis mei fugit?] i. nunquid aliquis in Deo
confidẽs, & quæ Dei ſunt agens, fugere habet timore humano? [& quis vt ego] i. quis ſimilis mei
in Dei confidentia, [ingredietur templum] fugiendo hoſtes, [& viuet?] ac ſi dicat, ſi ſic fugeret
timore inordinato, mereretur diuino priuari auxilio, & occidi. Nihilominus licitum eſt ex ra-
tionabili cauſa, & ex naturali mortis timore, præſidium fugè aſſumere, & locum ſacrum ac tutũ
intrare, ſicut & Dauid ſanctus frequenter fugit à facie Saul. Non tamen id licitum eſt in deroga-
1. Re. 17. 19. tionem iuſtitiæ, atque in detrimentum boni communis, ſicut in propoſito iſto. Ad hoc enim fal
20. 21 ſarius iſte voluit Nehemiam in templo recludere, vt opus Dei negligeretur, & Nehemias nota-
1. Reg 24. retur de fuga formidoloſa, quaſi non ſperans in Domino. [Et intellexi] ex diuino inſtinctu ſeu
26. 28. conſideratione induſtriæ meæ, [quod Deus non miſiſſet eum] i. ex diuina directione mihi talia
3. Reg. 14. non proferret. Sicque de ſpirituali, non locali, miſsione intelligitur iſtud, quemadmodũ 3. Re-
gum Ahias ſenex & cæcus dixit ad vxorem Hieroboam ad ſe miſſam: Ego miſſus ſum ad te du-
rus nuncius. [ſed quaſi vaticinans,] i. nõ vere ſed apparenter prophetans, [loquutus eſſet ad me]
Magis enim debuerat conſulere Nehemiæ, vt confidendo in domino, præpararet ad reſiſten-
dum aduerſarijs illis diuini cultus ac boni communis, quam vt ita recluderet ſe. [Acceperat
enim precium] id eſt pecuniam à Sanaballat, vt ita deciperet me. [& haberent malum] id eſt,
aliquam culpam ſcirent de me, [quod exprobrarent] id eſt inſultarent atque obijcerent, [mihi.
Memento mei pro Tobia & Sanaballat] id eſt à talibus erue me. [iuxta opera eorum talia,] vt
eis pœnam iuſtam infligas, propter tam vitioſa verba eorum & geſta. Mihi autem miſerearis, eo
quod tanta ac talia ab ipſis iniuſte perpeſſus ſim. [Sed & Noadiæ prophetæ & cæterorum pro-
phetarum qui terrebant me,] id eſt illorum pſeudoprophetarum volentium me perterrere,
memento per debitam eorum caſtigationem ſaltem in vita hac, ne pereant in æternum. [Com-
pletus eſt autem murus Hieruſalem 25. die menſis Elul:] qui dicitur eſſe ſextus menſis apud Iu-
dæos, ac correſpondere communiter partim noſtro Auguſto, & partim Septembri. [25. diebus:]
quo conſtat, quam feruenter ac fortiter laborauerunt. Vnde de tam expedita & celeri conſum-
matione muri, conſternati ſunt aduerſarij, videntes hoc fieri non potuiſſe abſque ſpeciali omni-
potentis ſubſidio. & hoc eſt quod ſubditur: [Factum eſt autem cum audiſſent, &c. Sed in die-
bus illis multæ optimatum Iudæorum epiſtolæ mittebantur ad Tobiam] id eſt multi maiores in-
ter Iudæos miſerunt frequenter epiſtolas ad Tobiam Samaritanum habitatione, ſed Am moni-
Nehem. 4 ten natione, vt patet ſupra. [& à Tobia veniebant ad eos] epiſtolæ. [Multi enim erant in Iudæa
habe-

habentes iuramentum eius]i. conſœderati ei cum iureiurando, [quia gener erat]i. filiam habuit[Sechaniæ] in vxorem, qui Sechanias fuit vnus de præcipuis inter Iudæos, [& Iohannan filius eius]puta Tobiæ,[acceperat filiam Moſollam]inter Iudæos notabilis viri. Sicque per coniugia fuit inter iſtos Iudęos & Samaritanos amicitia & confœderatio facta, quod periculoſum fuit Nehemiæ,cum non ſit nequior peſtis,quam hoſtis familiaris, cui dum creditur, periculum improuiſe incurritur. tamen quod dictum eſt, Iohannan filius eius, ad Sedechiam poſſet referri. [ſed & laudabant eum] puta Tobiam, [coram me]vt inirem pactum cum illo. [& verba mea nunciabant ei]ſecrete per ſcripta ſeu nuncios. Vnde conſtat,quam veriſsime ſcriptum ſit, Multæ tribulationes iuſtorum: quia Nehemiam iſtum qui tam beneficus & liberaliſsimus fuit in ſuos, immo in totum populum Iudæorum, tantaque bona exhibuit eis, & pro communi eorum bono tam infatigabiliter laborauit: ita ſunt perſecuti, non ſolum Samaritani & alieni, ſed & populus eius & notabiliores eorum. Patientiam ergo diſcamus, nec propter quamcunque perſecutionem à via iuſtitiæ recedamus, confidentes ſemper in domino. Innoteſcit demum ex introductis, quod Iudæi poſt reditum à Babylonica captiuitate cito receſſerunt à domino pro magna parte: immo multa magna commiſerunt peccata, ac prophana contraxerunt contra legem connubia. Pſal. 35. Hiere. 17.

Expoſitio cap. 7. Poſtquam autem ædificatus eſt murus.

Articulus 7.

SEntentia huius cap. quaſi tota contenta eſt ſupra. Præmittitur tamen hic aliquid, quod ibi non legitur.[Poſtquam autem ædificatus eſt murus] Hieruſalem, prout præcedenti habetur cap.[& poſui valuas]i. portas ſeu ianuas in portarum ſtructuris ſeu in templo, [& recenſui,] i. numeraui, [ianitores & cantores]templi,[& Leuitas, & dixi: Non aperiantur portæ Hieruſalem vſque ad calorem ſolis]i. quouſque ſol notabiliter ſuper noſtrum horizontem aſſcendat, ita quod calor ex reflexione radiorum ſolarium cauſetur in terra.[Cumque adhuc aſsiſterent]mihi viri, quibus hæc dixi,[portæ]Hieruſalem clauſæ [ſunt]ante ſolis occaſum [& oppilatæ]i. obturatæ ad inſultum hoſtium repellendum. Nam pauci adhuc in Hieruſalem morabantur. [Et poſui cuſtodes] ad vigilandum per noctes,[ſecundum vices ſuas] & ex oppoſito domorum ſuarum in muro, & non erant domus ædificatæ ad ſufficientiam. [Deus autem dedit in corde meo]i. inſpirauit mihi vt facerem quod ſubditur: & congregaui optimates & magiſtratus & vulgus, vt recenſerem eos]i. numerarem, ſicque diſponerem de populatione vrbis Hieruſalem. [& inueni librum cenſus]i. numerationis,[eorum qui aſſcenderant primum]i. cum Zorobabel de Babylonia redierunt in prima licentia à Cyro data. [& inuentum eſt ſcriptum in eo]i. in libro illo. [Iſti filij prouinciæ qui aſcenderunt de captiuitate, &c.]Iſta verba ſcripta ſunt ab Eſdra, ibique expoſita, eademque ſumma totius multitudinis hic & ibi exprimitur: ſed quædam nomina variantur, quoniã multi eorum duo aut plura nomina habuerunt.[Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus:] Hoc eſt quod ſupra ſcriptum eſt, & de principibus patrum cum ingrederentur templum domini, quod eſt in Hieruſalem, ſponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in impenſas operis auri ſolidos 60. millia, &c. Veruntamen quæ ibi dicuntur quaſi in generali, hic ſpecialius exprimuntur: & ita quantum ad particulares deſcriptiones, differentia inuenitur inter verba huius paſſus atque illius. Nehem. 2. Nehem. 6. 1. Eſd. 2. Nehem. 2.

Explanatio cap. 8. Et venerat menſis ſeptimus Scenopegiæ.

Articulus 8.

DEſcripta templi ac ciuitatis Hieruſalem reædificatione, recitatur hic cultus Dei ſecundum legem in locis eiſdem.[Et venerat menſis ſeptimus]ſecundum Hebræorum computationem, & agitur hic de anno conſummationis murorum Hieruſalem. Porro quod ſubditur in multis codicibus,[Scenopegiæ ſub Eſdra & Nehemia,]non eſt de textu.[Congregatuſque eſt omnis populus]præſertim in Hieruſalem habitans, aliarumque vrbium principales habitatores [quaſi vir vnus]i. concorditer & perfecte,[in platea, quæ eſt ante portam aquarum:] quæ ſupra dicta eſt porta fontis, in cuius oppoſito fuit atrium templi, in quo populus confluxit ad orandum audiendumque verbum Dei, quod quidam dicunt hic deſignari per plateam. [Et dixerunt Eſdræ ſcribæ, vt afferret librum legis.[Attulit ergo Eſdras legem coram multitudine in die. Et legit Eſdras in eo aperte]i. intelligibiliter & diſtincte, quia ſic legi debet, præſertim diuina ſcriptura. [de mane vſque ad medium diem:]in quo patet feruor ſuæ deuotionis,[prima die menſis ſeptimi]in quo die fuit feſtum tubarum in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione in holocauſtum, quando pro eo oblatus eſt aries, qui inter vepres cornibus hæſit, prout Geneſ. 22. cap. ſcribitur: Hinc Leuit. 23. loquitur dominus: Menſe ſeptimo prima die menſis erit feſtum tubarum. [Et aures omnis populi erant erectæ ad librum.]quia cum diligentia & auiditate audiendum eſt verbum Dei iuxta Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum. Hinc ſcriptum eſt Eccle. 3. Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam. In hoc quoque patuit audientium feruor, Nehem. 8. Leuit. 23.

quod pertot horas oon laſſabantur verba ſalubria audiendo. [Et benedixit Eſdras domino
Deo voce magna]ipſum laudando.[Et legerunt in libro legis diſtincte & aperte, & intellexe-
runt cum legeretur,]ſpecialiter Eſdras,deinde & Nehemias ac quidam Leuitæ. Vnde ſubiun-
gitur: [Dixit autem Nehemias(ipſe eſt Atherſata) & Eſdras & Leuitæ interpretantes vniuerſo
populo:]i.exponentes turbæ vulgarium quæ legebantur,vel ſucceſsiue,vel vnus vni parti, alter
alteri,ſecundum quod Act.2.habetur: Nonne iſti omnes qui loquuntur, Galilæi ſunt? [Dies
ſanctificatus eſt domino Deo noſtro]i. dies iſte ad Dei honorem ſolennis eſt. [Nolite lugere:
Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis,]ex compunctione & contritione,quo-
niam verba legis audiendo cogitabant ſuas tranſgreſsiones. Nec malum fuit quod flebant,ſed
bonum. Melius tamen pro die illo, vt gauderent in domino ex contemplatione bonitatis &
pietatis ipſius,beneficiorumque eius. Actus enim virtutum ſunt exercendi loco & tempore
opportuno.[& dixit eis]Nehemias:[Ite,comedite pinguia,& bibite mulſum:]id eſt,potionem
ex aqua & melle confectam. Vel vt quidam exponunt, vinum melle dulcoratum, [& mittite
partes his qui non præparauerunt ſibi:]præſertim egenis.Sic autem fuerant admonendi, quia
à mane vſque meridiem audierant verbum Dei,&quia ſolennitas erat iucunda. [Gaudium e-
nim domini eſt fortitudo veſtra]i.Deus per modum gaudentis ſe habet de veſtra ſpirituali cō-
Pſal. 149. fortatione in omni actu virtutum,quoniam amat vos & veſtram cupit ſalutem. Qui Hierem.
Prouerb.8 32.teſtatur: Lætabor ſuper eis cum benefecero eis.Etenim beneplacitum eſt Domino in popu-
lo ſuo. Qui per Salomonem fatetur: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.[Et inuenerunt ſcri
ptum in lege, præcepiſſe dominum in manu Moſis]id eſt per vocem & obſequium Moſis, vt
habitarent filij Iſrael in tabernaculis]factis de arborum ramis, [in die ſolenni]id eſt, in ſolen-
nium dierum congerie,vtpote ſeptem diebus,[menſe ſeptimo.]Scriptum eſt enim Leuit.23.A
Exod.12.13 quintodecimo die menſis huius ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus. Quod
iuſſum fuit in memoriam beneficij Dei,quo poſt eductionem filiorum Iſrael ex Aegypto,fecit
eos habitare in tabernaculis & papilionibus atque tentorijs in deſerto. Idcirco Leuit.23. domi-
nus ait: Vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim Iſrael, cum educerem
eos de terra Aegypti.[& vt prædicent & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis.] Nam ex
prætacto præcepto ſacerdotes & ſcribæ erant aſtricti populum Iſrael de huius feſti obſeruantia
informare.[Egredimini in montem & afferte frondes oliuæ,& frondes ligni pulcherrimi,fron
des myrti & ramos palmarum,vt fiant tabernacula,ſicut ſcriptum eſt.[Et egreſſus eſt omnis po-
pulus,& attulerunt]id eſt,quidam de omnibus ad afferendum ramos arborum. Non itaque
ſecundo die quo audierunt iſtud feſtum eſſe agendum,de quo die ſecundo,paulò ante habetur
in litera:ſed appropinquante & iam imminente 15. die ſeptimi menſis, quo die fuit hoc feſtum
incipiendum.[Feceruntque tabernacula vnuſquiſque in domate ſuo]i. in tecto plano ſuæ do-
mus,quia in terra illa,tecta domorum ſunt plana,& tabernacula iſta ſub dio fiebant.[& in atrijs
*talia ſuis.Non enim fecerant à diebus Ioſue * taliter filij Iſrael] id eſt, tam ſolenniter feſtum hoc ta-
bernaculorum,quemadmodum 4. Regum 23.legitur, quod à diebus Iudicum non factum fuit
tale phaſe,quale fecit Ioſias rex. Aliqui tamen dicunt, quod comparatio iſta ſit intelligenda ſe-
cundum quid,non ſimpliciter.Sed ſecurius reor,veritatem hiſtoriæ ſequi & textum.Iſtud enim
feſtum poterat celeberrime fieri abſque notabili ſumptu, & ſub Eſdra celebratum eſt cum de-
uotione præcipua & grandi lætitia, atque à populo toto, & cum formoſis varijſque materijs:
quia vt fertur in litera. Attulerunt frondes oliuæ ac ligni pulcherrimi, frondes myrti,i. arboris
ſic vocatæ,ramos palmarum,frondeſque ligni nemoroſi. in quibus omnibus ſumitur ſingulare
pro plurali.[Legit autem Eſdras in libro legis per dies ſingulos]menſis iſtius,ſeu feſtorū ipſius
[à die primo]huius ſeptimi menſis,[vſque ad diem nouiſsimum]menſis eiuſdem, [& fecerunt
ſolennitatem]tabernaculorum [ſeptem diebus, & in die octauo]ſ. proxime ſubſequente vlti-
mum diem ſolennitatis præfatæ,[collectam iuxta ritum]id eſt,quandam pecuniarum collectio-
nem pro emendis requiſitis in cultu templi, ſecundum iuſsionem & obſeruantiam legis.Fuitq;
dies illa octaua multum ſolennis. Sicque & in ea videtur Eſdras legiſſe in libro legis. Hinc
Exo.23. dominus ait: Dies quoque octauus erit celeberrimus atque ſanctiſsimus.Eſt enim cœ
tus atque collectæ,& vt legitur, dabant tertiam partem ſicli per annum ad emendum oleum, &
ad panes propoſitionis, ad ligna,& ad ſacrificia ſempiterna.At vero de ſpirituali ſignificatione
feſti tabernaculorum & collectæ, dictum eſt ſuper Leuit.23. Debemus equidem ſeptem die-
bus,id eſt,omni tempore incolatus vitæ præſentis in tabernaculis habitare, tanquam peregrini
& hoſpites in deſerto ſeculi huius, & virtutum virore ornari ac aſpirare ad patriam, quatenus
die octauo,id eſt,octaua reſurrectionis,ſeu mox poſt curriculum dierum huius exilij, colliga-
mur in regno cæleſti, de qua ſpirituali celebratione feſti tabernaculorum à Zacharia fit myſti-
Zach.14. cus ſermo.Inſuper ex iſto cap.inſtruuntur fideles diebus feſtiuis vacare diuinis & ſacris ſermo-
nibus ad eccleſiam conuenire,& cum ingenti affectu verbum Dei audire: quod & ſingulis die-

bus

bus feſtiuis proponendum eſt eis intelligibiliter, diſtincte, aperte, plenarie. Et quamuis poſt hæc liceat paululum lautius refici, vitanda eſt tamen omnis carnalitas, ſuperfluitas, & voluptas. Et de his quæ ſobrie ſuperſunt refectioni, facienda eſt pauperibus eleemoſyna liberalis, charitatiua & humilis.

Expoſitio cap. 9. In die autem viceſima quarta menſis huius.

Articulus 9.

DEnotio populi ſua peccata humiliter confitentis, Deumque laudantis, & eius beneficia, grata mente recolētis, hoc loco deſcribitur. [In die autē vigeſimaquarta mēſis huius] ſeptimi, [conuenerūt filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper eos.] Audiendo nanq; quotidie legem, aduerterunt enormitatem & multitudinem ſuorum exceſſuum. Feſtiuitas autem tabernaculorum ſeptem durans diebus, & 15. die ſeptimi menſis inchoans, durauit vſque ad diem 22. menſis eiuſdem excluſiue, die autem 22. fecerunt collectam, & die 23. ſeparauerunt alienigenas à ſua communione: ſicque ſtatuerunt die ſequente per ieiunia & confeſsionem ac alia humilitatis compunctioniſque ſigna & geſta, veniam deprecari, ac gratiam emendationis in poſterum implorare. Conuenerunt ergo in ieiunio, id eſt, concorditer ieiunantes, & in ſaccis, id eſt, veſtibus aſperis pœnitentialibus aut cilicinis induti, & humus, id eſt, aſperſio pulucrum, ſuper capita fuit eorum. [Et ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni filio alienigena.] Hoc quidam exponūt de ſeparatione coniugiorum initorum inter Iudæos & Gentes, de qua ſeparatione dictum eſt 1. Eſd. 9. Alij autem exponunt de ſeparatione eorum ab Ammonitis & Moabitis, quia in lege audierant, Ammonites & Moabites non intrabunt in eccleſiam Dei. Additur etiam in Scholaſtica hiſtoria, quod ſtatuerunt & ipſa iumenta debere ieiunare, & pueros vſque ad pueros ſeptem annorum. [Et ſteterunt & confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum:] quas fuerunt magna ex parte imitati, ſicque & pro patribus ſuis defunctis orabant. Confitebantur autem peccata ſua non ſacramentali confeſſione, ſicut fit in euangelica lege, ſed coram Deo, ſeu publice coram ſacerdote, prout moris fuit in lege, iuxta illud Pſalm. 31. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. Vnde & Salomon dixit: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. [Et conſurrexerunt ad ſtandum,] vt lectionem legis audirent. [& legerunt in volumine legis] Leuitæ ſeu Scribæ, [quater in die & quater in nocte confitebantur.] In quo patet feruor deuotionis eorum, & vigilantia magna in nocte. [& adorabant dominum.] de hoc magiſter in hiſtorijs ſcribit: Conuenerunt octies ad audiendum legem, quater in die, & quater in nocte. lectione terminata, proſtrauit ſe populus ad orandum, & fiebant preces ſuper eum à ſacerdotibus, & tandem benedictio ſacerdotalis. Ex quibus ſecundum Bedam eccleſia traxit exemplum. Nam ſupra gradum fit lectio, prout paulò poſt leguntur Leuitæ aſcendiſſe ſuper gradum, & Leuitæ, id eſt, diaconi faciunt proclamationes in populo. Octies quoque infra diem & noctem ad eccleſiam conuenitur, quamuis non penitus eodem modo quo tunc. ſemel enim in nocte ſurgimus ad nocturnos, ſecundum illud Pſalm. 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. in die vero ſepties pſallimus, iuxta illud Pſalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi, videlicet in laudibus, quę conſueuerunt circa vel ante auroram cantari, & in prima, tertia, ſexta, nona, veſperis & completorio. in ſingulis autem horis pro lectione dicitur capitulare. Poſtea proſternimur ad preces in diebus non feſtis, & ſubditur oratio pro benedictione. [Surrexerunt autem ſupra gradum Leuitæ] qui in litera exprimuntur, [& dixerunt: Surgite & benedicite domino] viuenti, [ab æterno & vſque in æternum:] cui in præſenti temporaliter, & in futuro æternaliter benedicunt electi. [& benedicant] omnes rationales creaturæ, [nomini gloriæ tuæ] i. tibi ipſi glorioſo, [excelſo] id eſt, reſidenti in ſummo cælo. vel in ſublimi deuotione id agant. Vnde & angeli nato Chriſto ex virgine cecinerunt: Gloria in excelſis Deo. [in omni benedictione] id eſt, plena & perfecta commendatione tuæ bonitatis & perfectionis in ſemetipſa, [& laude] eiuſdem, propter opera & beneficia ſua, ſeu per reſpectum & habitudinem ad creata. Porro quod ſubditur, [Et dixit Eſdras] non eſt de textu, ſed ſubintelligitur, ſecundum eos qui dicunt totum reliduum eſſe verbum ipſius Eſdræ. Alij dicunt non eſſe ſubintelligendum, nec verba ſequentia eſſe ſolius Eſdræ, ſed aliorum quoque confitentium Deo. Potius tamen apparet, quod ſint à ſolo Eſdra prolata, approbantibus alijs. Non enim videtur quod plures ſimul protulerunt verba iſta, ſicut tres pueri in camino quaſi ex vno ore Deum laudabant. [Tu ipſe domine ſolus] quoniam ſolus es Deus verus, non plures dij. [Tu feciſti cælum] id eſt, omnes orbes cæleſtes contentos ſub ſummo cælo, [& cælum cælorum] id eſt, cælum empyreum quod ambit & continet cuncta creata. Eſtque immobile & manſio beatorum, dictum empyrium, id eſt, igneum, non à calore, ſed ſplendore. [& omnem exercitum eorum] id eſt, cunctos ordines ſupernorum ſpirituum. Interdum vero planetæ ac ſidera vocantur cæli militia. Vnde quarto Regum legitur Manaſſes adoraſſe omnem militiam cæli. Iuxta quem modum poſſent dici exer-

Deut. 23.

Prou. 28.

Beda

Luc. 2.

Dan. 3.

4. Reg. 21

citus cæli ac orbium [terram & vniuerſa quæ in ea ſunt,]quæ ſunt creata & ſacta à Deo,tanquã
à prima cauſa mediate vel immediate. [maria & omnia quæ in eis ſunt, &tu viuificas omnia
hæc. Non eſt boc intelligendum iuxta quorundam inſaniam, quod totus mundus ſit vnum
animal, cuius partes ſunt quatuor elementa, & reliqua animata ſint, vel quod Deus ſit anima
mundi aut omnium vita formalis,ſed omnia hæc,i.quædam de his omnibus,viuificat Deus,aut
certe metaphorice viuificat omnia, dando ſingulis aliquam operationem, motum ſeu inclina-
tionem ad proprium finem. Viuum nanque vocatur,quod mouet ſeipſum. [& exercitus cæli]
Id eſt,vniuerſitas cæleſtium ciuium[te adorat.]Qui autem dicunt corpora cæleſtia eſſe anima-
ta,affirmant exercitum cæli,i.vniuerſitatem planetarum,ſtellarum,orbiumq; cæleſtium Deum
proprie adorare. Et quamuis dicantur non eſſe animata, attamen adorant Deum materialiter,
Dan.3. quoniam ſua eminentia, claritate & perfectione oſtendunt creatorem ſuum eſſe adorandum.
Iuxta quem modum cuncta creata Deum benedicere & laudare dicũtur. [Tu elegiſti Abram]
per prædeſtinationem ab æterno,& tempore præordinato vocaſti eum ad tuum obſequium,at-
que ad terram promiſſam. Hinc ſubditur: [Et eduxiſti eum de igne Chaldæorum.]. In Geneſi
Geneſ.11. legitur Abram exiſſe de Vr Chaldæorum, vbi per Vr ſecundum quoſdam intelligitur villa ſeu
locus natiuitatis habitationiſque Abram in Chaldęa. Alij aſſerunt per Vr intelligi ignem,dicen-
tes ipſum Abram fuiſſe proiectum in ignem de præcepto Nemroth,eo quod ignem noluerit a-
dorare, & quod diuina virtute exiuit illæſus de igne. Cui dicto videtur hæc litera conſonare.
Poſſet tamen per ignem tribulatio magna, quam in Chaldæa tolerauit,intelligi. Vnde dicitur
Iudith 8. Abraham tentatus eſt,& per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt.
Geneſ. 12. [& poſuiſti nomen eius Abraham,]i.eum qui antea vocabatur Abram, quod interpretatur pa-
Geneſ. 17. ter excelſus,vocaſti Abraham,quod interpretatur pater multarum Gẽtium,dicens ad eum: Nec
vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum Gen-
Rom.4. tium conſtitui te.[& inueniſti cor eius fidele coram te.] Quia in aduerſis & proſperis tibi con-
ſtanter adhæſit, & fuit in fide præcipuus, qui contra ſpem in ſpem credidit. [Et vidiſti affli-
Exod.3. ctionem patrum noſtrorum in Aegypto,] dicens ad Moſen: Vidi afflictionem populi mei
in Aegypto,& clamorem eius audiui,& ſciens dolorem eius,deſcendi vt liberarem eum. [Cla-
morem eorum audiſti ſuper mare rubrum.]iuxta illud Exod. 14. Clamauerunt filij Iſrael ad
dominum:[Ad montem quoque Sinai deſcendiſti:] Non locum mutando, ſed mirabilia ibi
agendo, & per creaturam ſubiectam, quia per angelum in tua perſona apparentem & loquen-
Exo.20.21 tem apparuiſti. Propterea ſubditur:[& locutus eſt cum eis de cælo]aereo. Quamuis enim an-
Act.7. gelus loqueretur Moſi tantum, non populo, decem tamen præcepta dominus per angelum
dedit,& protulit toto illo populo audiente,ſicut in Exod.20.& Deut.4.legitur. Vnde Moſes ait
ad populum: Interroga ſi facta eſt aliquando huiuſmodi res, aut vnquam cognitum, vt audiret
populus vocem Dei loquentis de medio ignis,ſicut tu audiſti[& dediſti eis iudicia recta]id eſt,
iudicialia præcepta veraciter iuſta,[& legem veritatis]i.legem Moſaicam,in qua nihil eſt falſi-
Exod.21. tatis,& ea quę credenda ſunt,proponuntur,ac veritas de Deo & creatura docetur.[cęremonias]
i.præcepta cæremonialia,[& præcepta bona]videlicet præcepta moralia, [& ſabbatum ſanctifi-
catum oſtendiſti eis,]iubendo vt diem ſeptimum celebrarent.[Ipſi vero & patres noſtri ſuper-
Deuter. 1. be egerunt]per rebellionem contra te & Moſen,qui loquitur eis: Loquutus ſum,& nõ audiſtis:
ſed aduerſantes imperio domini,& tumentes ſuperbia, aſcendiſtis in montem. [& dederunt
caput]i. cor ſuum inclinauerunt, vt reuerterentur ad ſeruitutem ſuam]priſtinam in Aegypto,
atque ad conſuetum iugum diaboli,obſequiumque peccati,dicentes: Vtinam pereamus, & nõ
inducat nos dominus in terram iſtam,ne cadamus gladio. Nonne melius eſt reuerti in Aegyp-
Nume. 14. tum? Dixeruntque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum
Exod.32. [Et quidem cum feciſſent ſibi vitulum conflatilem,]quia Aaron compulerant,vt per manum ar
tificum formaret imaginem vituli,[& dixiſſent: Iſte eſt Deus tuus]ô Iſrael[qui te eduxit de Ae-
Ibidem gypto.]In Exod. leguntur dixiſſe: Hi ſunt dij tui Iſrael,qui te eduxerũt de terra Aegypti. Quo-
Exod.12. modo ergo hic narrantur in ſingulari dixiſſe, Hic eſt Deus tuus? Reſpondetur,quod ibi plurale
1.Cor.10. pro ſingulari ſumpſerunt,vt ſæpe fit in ſcripturis. [Feceruntque blaſphemias magnas,] ſacrifi-
cantes idolo vano,& illud Deum vocando,atque in circuitu eius choreas ducendo,& concinẽ-
do,iuxta quod legitur: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. [& ſpiritum
tuum bonum dediſti,qui *duceret eos:]quod intelligi poteſt de angelo ſancto,qui columnam
*doceret nubis & ignis mouendo,rectum eis iter oſtendit. Vnde Exo.23.dominus dixit: Ecce ego mitto
angelum meum, qui præcedat te & cuſtodiat in via. Poteſt quoque intelligi de Spirituſancto,
quem dominus infudit Moſi ductori ipſorum, vt tam charitatiue & manſuete perduceret per-
uerſum populum illum,qui ſpiritus per mirabilia multa ipſos præceſsit. Nam Exod.33.legitur
Pſal. 142. Moſes exoraſſe: Si non tuipſe præcedes nos,ne educas nos de loco iſto &c. de quo ſpiritu ait
Num. 20. Propheta: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. [Nihilque eis defuit] de neceſſa-
rijs:

rijs vitæ. Interdum tamen ad tempus ſuſtinuerunt penuriam, ſamem, ſitim, ſed miſericorditer &
celeriter eis prouidit. [Veſtimenta eorum non iouueterauerunt, & pedes eorum non ſunt attriti]
i. læſi aut laſsitudine afflicti, hoc eſt, quod Deut. 29. ſcriptum eſt: Adduxi vos per deſertum 40.
annis, non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceameota pedum veſtrorũ vetuſtate conſumpta
ſunt, quod fuit grande miraculum. Quod vero hic dicitur, Pedes eorum non ſunt attriti, poni-
tur contentum pro continente. Vel intelligendum eſt de iuſtis, quibus & manna ſapuit, ſicut vo-
lebant, ſecundum illud Sap. 16. Ad quod quiſque volebat, conuertebatur. Peruerſi autem fati-
gabantur, iuxta illud Numer. 11. Ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore. Et rur-
ſus Numer. 21. Cœpit tædere populum itineris ac laboris. [& dediſti eis regna] i. regiones, immo
terras triginta vnius regum, in terra promiſsionis, vt Ioſ. 12. dicitur. [& populos] eis ſubieciſti.
[Prouocauerunt autem te ad iracundiam,] non concitando in te immaterialiſſ. Deo aliquã paſ-
ſionem, turbationem, aut alterationem, ſed ad iuſtæ vltionis effectum ſeu æquitatis rigorem, ſi-
cut Hier. 4. teſtatus es: Nunquid me ad iracundiam prouocant? Nonne ſemetipſum in confuſio-
nem vultus ſui? [Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerũt ad te, & dediſti eis ſaluatores.] Hoc Iudic. 1. 2. 5
frequenter factum eſt tempore Iudicum, vt ex hiſtoria lib. Iudicum eluceſcit. Scriptũ eſt enim: 8. 10.
Suſcitauit dominus iudices qui liberarent eos. Cumque ſuſcitaret iudices, flectebatur miſeri-
cordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantiũ. [Cumq; requieuiſ-
ſent] i. ceſſationem ab hoſtium impugnatione habuiſſent, [reuerſi ſunt] ad priſtina vitia ac peio
ra. [Conuerſique ſunt rurſum ad te,] vexatione eis intellectum prꝗſtante, [& liberaſti eos] quod Eſa. 28.
ſæpius accidit ſub diuerſis iudicibus. Hinc Iudic 2. inducitur: Cumque mortuus eſſet iudex, re-
uertebantur, & multa maiora (i. peiora) fecerunt. [Et dederunt humerum recedentem] i. onus
præceptorum tuorum ſuper ſe ferre recuſauerunt, iuxta illud Zachariꝗ 7. Noluerunt attendere,
& auerterunt ſcapulas recedentes. Cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem, [Et
protraxiſti] i. prolongaſti, [ſuper eos annos multos] i. multis annis eorum punitionem & capti-
uitatem diſtuliſti, & conteſtatus es eos in ſpiritu tuo] i. per reuelationem propheticam à prophe
tis prolatam ſub teſtimonio veritatis, prænunciaſti & comminatus es eis flagella & aduerſa in-
ſtantia. Vnde per Hieremiam ſæpe locutus eſt: Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, vt re-
uerteretur vnuſquiſque à via ſua mala. [In miſericordijs autem tuis plurimis non feciſti eos in Hierem. 7.
conſumptionem] i. ex magna & infinita miſericordia tua noluiſti eos omnino diſperdere, ex-
tirpare, extinguere, ſed reliquias reſeruaſti ex eis, ſicut in Ezechiele ſꝗpe habetur. Vnde per Hie Hiere. 50.
remiam dominus dixit: Caſtigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius. Non autem te faciã
in conſummationem. [Nunc itaque Deus magne, fortis & terribilis, ne auertas à facie tua omnẽ Tob. 3.
laborem qui inuenit nos] i. tribulationes, quas pro peccatis noſtris incurrimus, miſericorditer Abac. 3.
intuere, & per eas nobis ignoſce, ac de cætero pacem & proſperitatem concede, quia poſt tem- 4 Re. 17. 18
peſtatem facis tranquillum, & poſt fletum exultationem infundis, & cum iratus fueris, miſeri- Eſa. 36. 37.
cordiæ recordaberis, nec vindicas bis in idipſum. [à diebus regis Aſſur] i. regis Aſſyriorum, pu- 2. Para. 35.
ta Sẽnacherib, qui valde vexauit ſanctum regem Ezechiam & populũ eius. Filius quoque regis
illius captiuauit Manaſſen filiũ Ezechiæ, vt 2. Paral. 31. legitur. [Et ipſi in regnis ſuis] i. reges no-
ſtri in regionibus terræ promiſsionis, videlicet in Iudꝗa, Galilꝗa, Samaria & alijs, [nõ ſeruierunt
tibi,] loquendo de regibus Iſraelitici populi multis, non omnibus. [Ecce noſipſi hodie ſerui
ſumus] i. ſubiecti iugo regis Perſarum, [& tributarij] quantum ad vulgus. [Et fruges eius multi-
plicantur regibus quos poſuiſti ſuper nos] i. blada terræ noſtræ pro magna parte deueniunt in
vſum regum gentiliũ, qui præſident nobis propter peccata noſtra. [& corporibus noſtris domi-
nantur & iumentis:] quia oportet vt ſeruiamus eis, cum iuſſerint, in proprijs perſonis, & cum no
ſtris iumentis, mens tamen tali ſeruituti non eſt obnoxia. [Super omnibus ergo his &c.] i. de
omnibus prædictis peccatis firmiter proponimus nos emendare, & de hoc [percutimus fœdus
& ſcribimus] i. literam teſtimonialẽ conficimus, [& ſignant] i. ſigilla apponunt pro ſe & populo
[principes noſtri] in teſtimoniũ veritatis, vt inexcuſabiles inueniamur, niſi egerimus ita: Præte-
rea poſſent hæc omnia ſpiritualiter interpretari, ſed ſicut literalis horum ſenſus præhabitus eſt
in ſcripturis præallegatis, ita & eorundem myſticus intellectus: ideo prolixitatem deuitans, per- Eſa. 58.
tranſeo. Sed penſemus: qualiter vexatio præſtet intellectum auditui. Etenim quidem conuer-
tunt ad dominum, Introeunt clauſtrum, obſequuntur altiſsimo ex ſyncero bonitatis & virtutis
affectu ſeu Dei intuitu & amore, quidã deſiderio præmij, alij timore ſupplicij: primum eſt opti-
mum, ſecundum commendabile, tertium diſpoſitiuum ad promerendum.

Declaratio. cap. 10. Signatores autem fuerunt Nehemias, Atherſata filius Hachalia. *Articulus* 10. Nehem. 8.

SIgnatores autem] id eſt, ſigillatores literæ noſtræ pactionis, de qua in fine præcedentis
habetur capituli, [fuerunt Nehemias,] qui alio nomine dictus eſt [Atherſata:] qui fuit ſa-
cerdos, ſicut & cæteri in textu conſequenter expreſsi, qui ſecum ſigillauerunt. deinde no-
minantur in litera Leuitæ & capitanei ſignatores. [vt ambularent] id eſt, conuerſarentur [in le-

ge domini,]& explicantur quædam in ſingulari, quę promiſerunt ſeruare, cum ſubditur: [& vt non daremus filias noſtras] in vxores [populo terræ] id eſt, Samaritanis, cæteriſve gentibus. Secundũ fuit, quod nõ emerent aliquid à gentibus, venalia ſua portantibus in die ſabbati, neque in alia die ſanctificata, i. ſolẽni. Et hoc eſt quod dicitur: [Populi quoque terræ qui importãt venalia, nõ accipimus ab eis ſabbato, &c.] Cur ergo Chriſtiani ſuas mercationes nõ relinquunt diebus dominicis & feſtiuis? [dimittemus annũ ſeptimum] id eſt, agros noſtros non ſeminabimus ſaltem ad proprium vſum tantũ ſeptimo anno, iuxta illud Leuit. 25. Sex annis ſeres agrũ tuũ, & ſex annis putabis vineam tuam, & colliges fructus eius. Septimo anno ſabbatum erit terræ requietionis domini: agrum non ſeres, & vineam nõ putabis. [Et ſtatuemus ſuper nos præcepta,] hoc eſt, obſeruantijs præceptorum ſubijciemus corda noſtra, [vt demus tertiam partem ſicli per annum,] i. quolibet anno quiuis qui habet, offerat tertiam partem ſicli, qua pecunia colligeba-
Nehem. 8. tur die ſequenti vltimam diem feſti tabernaculorum, ſicut iſtud expoſitum eſt ſuprà. [Sortes ergo miſimus ſuper oblationem lignorum inter ſacerdotes & Leuitas & populum, vt inferrent in domum Dei noſtri] i. per ſortium euentum quæſiuimus determinationem & certificationẽ, quis, quando & qualiter deberet adducere ligna, quibus nutriendus fuit ignis in altari holocauſtorum iugiter ardens, quæ ligna apponere igni, ad ſacerdotes ſpectabat, iuxta illud Leuitic. 6. Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Adducere autem ligna ad hoc, fuit Nathinæorum officium, vt legitur Ioſue 6. Leuitæ vero ſacerdotibus ſubſeruiebant, ſed ſolutio precij pro huiuſmodi lignis, pertinebat ad populum, [& vt afferremus primogenita terræ noſtræ] i. primos ſeu primitiuos fructus agrorum noſtrorum adduceremus ad offerendum hos domino, quemadmodum Leuit. 23. & Deut. 18. & 26. legitur. [& primitiua fructus omnis ligni] i. primos arborum fructus qui erant domino offerendi, & primi-
Numer. 3. tiua filiorum noſtrorum. Primogeniti enim omnium tribuum Iſrael, dempta tribu Leui, offerebantur Deo in templo, & ſtatim redimebantur precio. Nempe ex tempore quo dominus per-
Deute 26. Nume. 18. cuſsit omne primogenitum in terra Aegypti, ſanctificauit ſibi ſeu offerri deputauit omne primogenitum filiorum Iſrael, tam in hominibus quam in iumentis, prout Exod. 13. legitur. [& pecorum noſtrorum.] Primogenita enim pecorum ſecundum legem offeribilium, immolabãtur,
[illegible]. 23. atque in vſum ſacerdotum venerunt. Primogenitum autem aſini interficiebatur, vel oue com-
Numer. 8. mutabatur. Sed primogenita canum occidebantur, & cæterorum animalium primogenita precio redimebantur. [Et primitias ciborum noſtrorum & libaminum] i. potuum. [& decimã partem terræ noſtræ] i. terræ naſcentium, dabimus [Leuitis,] qui ſuſtentabantur decimis, ſicut ſacerdotes ſacrificijs. [Erit autem ſacerdos de filijs Aaron, cum Leuitis in decimis Leuitarum:] i. aliquis ſacerdos ex ſemine Aaron natus aderit, dum Leuitæ à populo accipiũt decimas, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ ſuæ. Leuitæ nanque ſoluebant decimam decimarum pontifici, i. decimam partem decimarum eis à populo præſtitarum.

Expoſitio cap. 11. Habitauerunt autem principes populi in Hieruſalem. Artic. 11.

RECitatur hic, qualiter ciuitas Hieruſalem reædificata, fuerit populata. [Habitauerunt autẽ principes populi in Hieruſalem] i. principales Iudæorum in ipſa metropoli habitauerũt, qui erant aptiores defendere eam ab hoſtibus, qui in circuitu morabantur, & eam demoliri optabant, ac ſæpius infeſtabant. [Reliqua vero plebs] de tribubus Iuda, Leui ac Beniamin, [miſit ſortem vt tolleret vnam partem de decem [i. de decem viris vnus moraretur in vrbe Hieruſalem [Nouem vero partes] i. cæteri habitarent [in ciuitatibus] Iudææ. [Benedixit autẽ populus omnibus viris, qui ſe ſponte obtulerant vt habitarẽt in Hieruſalẽ:] quoniã perículoſius fuit habitare in ea, eo quod Gẽtiles per gyrũ ſpecialiter conarẽtur ipſam Hieruſalẽ deuaſtare: ideo populus cõmendauit eos, & bona ipſis imprecabatur, qui voluntarie elegerunt cõmorari in ea. [Habitauit autẽ vnuſquiſque in poſſeſsione ſua in vrbibus Iſrael, ſacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij ſeruorũ Salomonis.] Iſtud exponitur de prætactis iam hominibus, qui non erant neceſſarij ad populationẽ cuſtodiamq; Hieruſalẽ, ideo permiſsi ſunt habitare in oppidis, in quibus vel ipſi, vel patres eorum antea habitauerunt, quod etiã intelligendũ eſt de Iſraelitis natis ex nouẽ tribubus, qui manus euaſerunt Aſſyriorum, & ad Ezechiam confugerunt, ac poſtmodũ cum populo regni Iudæ à Chaldæis capti fuerunt, quorũ poſteri redierũt cũ populo Iudę, à Babylonica captiuitate, nec compulſi ſunt in Hieruſalem habitare. [Et in Hieruſalem habitauerunt de filijs Iuda & de filijs Beniamin] hi qui exprimuntur in textu, qui expoſitione non indiget, quantum ad illos. Deinde nominantur ſacerdotes & Leuitæ, qui in Hieruſulẽ habitauerũt. [Et epiſcopus Leuitarũ in Hieruſalẽ Vri filius Baani.] Vir iſte vocatur epiſcopus Leuitarũ per participationẽ epiſcopalis officij, & quantũ ad id à quo nomẽ imponitur. Epiſcopus nãq; dicitur quaſi ſuperintẽdẽs, & ſic iſte fuit ſpecialiter præfectus Leuitis, tanquã eorũ præpoſitus & prouiſor. Nec fuit põtifex Iudæorum. [de filijs Aſaph] erant [cantores in miniſterio domus Dei.] Aſaph quippe fuerat vnus principalium cantorum à Dauid inſtitutorum, vt 1. Paralipomen. 6. ſcriptum eſt.

Ideo

Ideo poſteri eius fuerunt cantores in cultu templi & laudibus Dei. [Præceptum quippe regis
ſuper eos erat, i. ex ordinatione & iuſsione Dauid regis antiqua, debebant ſic eſſe diſpoſiti &
pſallentes. [& ordo in cantoribus per ſingulos dies] id eſt, cantores ſucceſsiue in vice & ordine
ſuo ſuum fecerunt officium ordinate. [& Pathahia in manu regis] i. ſecundum prętactam Dauid
regis inſtitutionem, iuxta omne verbum populi, i. ſecũdum quod populus approbauerat, iuxta
ſortium euentum habitarent, & ſuum officium exercerent in Hieruſalem. [De filijs Iuda &c.]
hic nominantur vrbes ad tribum Iudæ pertinentes, in quibus reliqui de tribu illa habitauerunt.
[Filij autem Beniamin &c.] Hic idem oſtenditur de Beniamin tribu, quia exprimuntur hic vr-
bes tribus illius, in quibus habitauerunt filij Bẽiamin, qui in Hieruſalem non ſunt commorati.
[& de Leuitis partitiones Iudæ & Beniamin] i. Leuitæ & ſacerdotes non deputati habitare in
Hieruſalem, manſerunt in ciuitatibus tribuum Iudæ ac Beniamin, quæ ſequeſtratæ & aſsignatæ
fuerunt ſub Ioſue pro habitatione ſacerdotum ac Leuitarum, vt legitur Ioſue 21.

Expoſitio cap. 12. Hi ſunt ſacerdotes & Leuitæ qui aſſcenderunt. *Articulus* 12.

DEdicatio ciuitatis Hieruſalem & murorum eius, deſcribitur hic. Fuit enim hæc ciuitas
Deo ſpecialiter cõſecranda, & eius cultui deputata, quia in ea fuit ſtudium legis, templũ,
& loca ſacrificiorum ac diuini obſequij, habitatio ſacerdotum præcipuorum ac princi-
pum. Et quia dedicatio illa facta eſt multum ſolenniter, confluentibus ad eandem vniuerſis ſa-
cerdotibus ac Leuitis, idcirco præmittitur ſermo de ſacerdotibus & Leuitis à principio ex li-
centia regis Cyri reuerſis. [Hi ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ qui aſſcenderunt] de Babylonia
ad Iudæam [cum Zorobabel: Ioſue] id eſt, Ieſus pontifex filius Ioſedec pontificis, qui Ioſedec
(vt 1. Para. 6. legitur) à Chaldæis ductus eſt in Babylonem, eiuſque filius Ioſue cum Zorobabel
redijt, & pontificis officio functus eſt, [Saraia, Ieremias, Eſdras,] quem aliqui dicunt eſſe hunc
Eſdram authorem libri præcedentis, dicentes quod primo redijt cum Zorobabel, poſtea ad re-
gem Perſarum redierit pro pluribus Iudæis reducendis, & pro priuilegijs impetrandis. Alij po-
tius opinantur, quod iſte ſit alius Eſdras, quia veriſimile eſt, quod illum Eſdram ſcriptura ſtatim
nominaſſet poſt Ioſue pontificem, & quod in deſcriptione eorum qui cum Zorobabel redie-
runt, ipſe fuiſſet nominatim expreſſus, quod non eſt factum, vt patet 1. Eſd. 2. Et de hac re di-
ctum eſt ſupra in Eſdrę expoſitione. [Iſti principes ſacerdotum,] non quod omnes fuerint pon-
tifices, ſed Ioſue tantum tempore illo. ideo principes ſacerdotum dicuntur, i. principales inter
ſacerdotes, ſicut & Dauid ſub pontifice ordinauit 24. ſacerdotes maiores, prout 1. Paralip. 16.
continetur [& fratres eorum ſacerdotes] minus principales, [in diebus Ioſue] pontificis memo-
rati. [Porro Leuitæ] qui redierunt cum Zorobabel, fuerunt [Ioſua] & cæteri qui exprimuntur in Iudith. 4.
litera. Conſequenter linea generationis ſacerdotum deſcribitur. [Ioſue autem] pontifex [ge-
nuit Ioachim,] quem Iudith vocat Eliachim, ſub quo & hiſtoria Iudith creditur contigiſſe. [& 1. Eſd. 12
Ioſue genuit Eliaſib] de quo dictum eſt ante. Fuitque pontifex tempore quo Nehemias cœpit Ioſe. lib. 11. an. iu. ca. 5
muros Hieruſalem reædificare. [& Eliaſib genuit Ioiada] quem Ioſephus vocat Iudam, quia bi- 2. Mac. 1.
nomius fuit, [& Ioiada genuit Ionathan.] qui à Ioſepho Ioannes vocatur, de quo forſan intelli-
gendum eſt illud Machab. Orationem faciebant ſacerdotes, Ionatha inchoante, quando &
Nehemias ſpecialem fecit orationem, vt ſecundo Machabæor. libro habetur. [& Ionathan ge-
nuit Iadua,] quem Ioſephus nominat Iaddum, qui Iaddus ſecundum eundem obuiauit in pon- Ioſe. lib. 11
tificalibus Alexandro magno, vt ſuo loco Deo præſtante narrabitur. [In diebus autem Ioachim an. iu. ca. 5
pontificis iam præfati erant ſacerdotes] qui fuerunt [& principes familiarum] i. præcipui ſacer-
dotalium familiarium qui exprimuntur in textu, [Leuitæ in diebus] i. tempore pontificatus,
Eliaſib & Ioiada & Iohanan, [qui paulo ante vocatus eſt Ionathan, & Iaddua ſcripti principes fa-
miliarum] i. deſcripti principales in familijs Leuiticis, quæ ab eis duxerunt originem, quorum
deſcriptio non venit ad nos. [& ſacerdotes in regno Darij Perſæ] id eſt, regnante Dario rege
Perſarum, qui templi inchoationem iuſsit compleri, vt patuit 1. Eſdr. 6. [Filij Leui principes fa-
miliarum] Leuiticarum, [ſcripti in libro verborum dierum] i. Paralipomenon, vbi primo libro 1. Par. 9.
deſcripti ſunt in ſua radice, hoc eſt, in patribus ſuis, non in proprijs nominibus, qui manſerunt
in vita, ſaltem pro parte vſque ad dies Ionathan pontificis filij Eliaſib. Ita tamen, quod imme-
diatus pater iſtius Ionathan fuit Ioiade, ſicut iam patuit. [Et principes Leuitarum] id eſt, præ-
cipui & nobiliores inter Leuitas, [Haſebia & Serabia &c. fratres eorum per vices ſuas] id eſt,
iuxta ſuæ ſucceſsionis ordinem in ſuo obſequio, [vt laudarent] Deum, [& confiterentur] bene-
ficia eius ac ſua populique peccata, [iuxta præceptum] id eſt, ordinationem & iuſſionem
[Dauid regis,] 1. Paralipomen. 16. ſcriptam, [& obſeruarent æque per ordinem] id eſt, ſucceſ-
ſiue exequerentur ſua officia æqualiter, vnuſquiſque in tempore ſuo, [Mathania] & cæteri
qui ſequuntur in textu, fuerunt cuſtodes portarum templi & veſtibulorum ante portas, [hi]
ſupple fuerunt [in diebus Ioachim] pontificis & reliquorum qui in textu ponuntur. Sequitur de
ipſa murorum & ciuitatis Hieruſalem dedicatione: [In dedicatione autem] i. inſtante dedi-
catione,

catione,atque ad faciendum ſoléniter dedicationem muri Hieruſalem, [requiſierunt] i. conuenire fecerunt,[Leuitas de omnibus locis ſuis,vt adducerent eos in Hieruſalem. Et mundati ſunt ſacerdotes & Leuitæ,& mundauerunt populum & murum.] Porro ſacerdotum tanquam ſuperiorum purgatio fiebat per corporum & veſtium lotionem,per orationes,ieiunia, continetiamque ad tempus ab vxorum amplexu, & per aſperſionem aquæ luſtrationis, ac per ſacrificia quædam. Interdum tamen ad purgationem eorum non concurrebant hæc omnia. Leuitæ autem faciliori ritu mundabantur,quam ſacerdotes, quemadmodum 2. Paral. 29. legitur,videlicet per aſperſionem aquæ luſtrationis,orationes & lotiones & alia quædam, nó tamen in omnibus fiebat mũdatio vno modo. Sacerdotes vero & Leuitæ ſanctificabant populum,ſacrificando & orando pro ipſo,aſpergendoque eum aqua præfata, de qua Numer. 19. ſcribitur. Murum vero ſanctificabant, aquæ iſtius aſperſione. [Aſcendere autem feci] ego Nehemias, cuius ſunt verba hæc, [principes Iuda ſuper murũ, & ſtatui duos choros magnos laudantiũ] Deũ, diuiſos ab inuicẽ.[Et ierũt ad dexteram ſuper murum]primus chorus,& principes quidam eos ſequentes,ſicut in textu ſubiungitur,quos & Eſdras dicitur præceſsiſſe, ſecũdum quod infra habetur: Eſdra ſcriba ante eos in porta fontis. [laudabãtque Deum in vaſis cantici Dauid] i. in muſicis inſtrumentis,in quibus ordinauit Dauid pſalmos & cantica decantari, [& contra eos aſcende-
2. Reg. 5. runt in gradibus ciuitatis Dauid.] Ciuitas namque Dauid & templum fuerunt in alto ſita, ita quod per gradus aſſcendebatur ad templum,ſicque aliqui ab inferioribus aſſcendebant vſq; ad murum obuiam venientibus per eundem.[Et chorus ſecundus gratiam referentium] Deo de reparatione ciuitatis & murorum ac templi,[ibat ex aduerſo:] videlicet circumeundo per partem muri oppoſitam, quonſque ſibi inuicem obuiarent in reditu circa templum. [& media pars populi ſuper murum]ibat,cum iſto ſecundo pſallentium choro, cum quo fuit vna pars principum,atque pars populi ſequens eos. Propter quod dicitur ibi fuiſſe pars media populi. [& ſuper]i.propè turrim furnorum] iuxta quem dicuntur fuiſſe fornaces, [& vſque ad murum latiſsimum]i. eam partem muri,quæ ſpiſsior fuit, eo quod ex illa parte poterat maior impugnatio & periclitatio imminere ciuitati. [& ſuper portam Ephraim] id eſt, iuxta portam ſic di-ctam, quia fortaſsis reſpexit ad terram & ſortem tribus Ephraim, ac iuxta cæteras portas, quæ
Nehem 3 conſequenter nominantur in litera,vſque ad portam gregis ſitam iuxta templum,vt dictum eſt
* laudan- ſupra, & ſteterunt in porta cuſtodiæ, quæ fuit prope atrium templi. [Steteruntque duo chori
tium *pſallentium in domu Dei,& ego & dimidia pars magiſtratuum mecum]iuxta chorum vnum. [Et ſacerdotes]puta[Eliachim pontifex,qui iam vocatus eſt Ioachim,[Maaſia,]& alij qui nominantur in litera.[& immolauerunt victimas magnas. Recenſuerunt quoque in die illo viros ſuper gazophylacia theſauri:]i.ordinauerunt & numerauerunt viros fideles pro cuſtodia arcarum ſeu receptaculorum, in quibus colligebantur quæ pro ſuſtentaculo vitæ ſacerdotum ac Leuitarum offerebantur, [ad libamina]i ad recipiendum ibi liquida offerenda, quæ in vſum miniſtrorum templi venerunt. [&ad primitias] quæ ſacerdotibus ſoluebantur, [&ad decimas.]quę Leuitis,[vt introferrent per eos principes ciuitatis]id eſt,vt ipſi principes inducerent ſacerdotes atque Leuitas ad miniſtrandum in templo, & ad commorandum in eius circuitu,
*actionis habita ibi competenti prouiſione,[in decore gratiarum*actiones,]i. cum deuota ac pulchra regratiatione ac laude diuina,quia lætatus eſt Iuda] id eſt, populus tribus Iudæ ac Beniamin, [in ſacerdotibus & Leuitis aſtantibus]id eſt, deuotione, ornatu & obſequio aſtantium ſacerdotum ac Leuitarum.[Et cuſtodierunt obſeruationem Dei ſui]id eſt, præcepta à Deo obſeruari iuſſa adimpleuerunt,[&]ſpecialiter [obſeruationem expiationis] id eſt,purgationis qua ſeipſos ac populum purificabant. Oportet enim in primis purificare ſeipſum, quoniam charitas incipit à ſuo ſubiecto. Et Eccle. 34. ſcriptum eſt: Ab immundo quid mundabitur? [& cantores & ianitores iuxta præceptum Dauid & Salomonis,] qui multa ordinauerunt obſeruanda in cultu Dei ac templo, atque in ordine miniſtrorum,[quia in diebus Dauid & Aſaph]qui fuit propheta, [ab exordio] quo duo chori pſallentium ordinati fuerunt à Dauid in tabernaculo Dei,[erant principes conſtituti cantorum in carmine laudantium & confitentium Deo:] id eſt carminibus,pſalmis & canticis Deo iugiter decantandis,prout 1. Paral.16. diffuſe deſcribitur. [& ſanctificabant Leuitas,] hoc eſt, populares aptabant ipſos Leuitas ad obſequium, prouidendo eis neceſſaria vitæ ad miniſtrandum pro populo, dando quoque Leuitis decimas,oſtendebant ſe eis inferiores.[& Leuitæ ſanctificabant filios Aaron] id eſt ſacerdotes quibus ſe fatebantur inferiores,ac ſubſeruiebant in cultu Dei,ſicque reddebant ipſos ſacerdotes ad diuini cultus obſequia aptos & expeditos, ſed & pontificibus decimas decimarum ſuarum ſoluebant. Loquendo autem de ſanctificatione conſecrationis, ſuperiores ſanctificant eos qui inferiores conſiſtunt, dicente Apoſtolo ad Hebræ.7. Sine vlla contradictione, quod minus eſt, à maiore benedicitur.

Elu-

Elucidatio cap. 13. In die autem illo lectum eſt in volumine Moſis.

Articulus 13.

POnuntur hic vitia abſente Nehemia commiſſa, & ab eodem reuerſo correcta. [In die autem] i. tempore [illo] ſicut frequenter in ſcripturis dies pro tempore ſumitur, [lectum eſt in volumine Moſis] ab Eſdra ſeu alio ſcriba, [audiente populo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in eccleſiam Dei vſque in æternum.] intelligendo per Eccleſiā atrium mundorum, quia nec ipſi vulgares natione Iudæi poterant introire ſancta. i. primam & exteriorem templi partem, ſed ſacerdotes. Sancta autem ſanctorum pontifex tantum intrauit. Alij per Eccleſiam Dei intelligunt communionem in matrimonio. Illa tamen communio fuit alio præcepto prohibita, vt ſcilicet cum alienigenis idololatris non ſociarent connubia, eo quod non occurrerunt filijs Iſrael cum pane & aqua egreſsis de Aegypto, & conduxerunt aduerſum eos Balaam hariolum ad maledicendum filijs Iſrael, hoc eſt, ad dandum conſilium quo deijcerentur, vt legitur Numeri 22. Iſtud etenim fecit Balach rex Moab, qui etiam fuit rex Madian. Denique hoc præceptum de Ammonitis & Moabitis non ingreſſuris Eccleſiam Dei, continetur Deuterono. 32. [Factum eſt autem cum audiſſent legem] i. præceptum hoc legis, [ſeparauerūt omnem alienigenam] i. gentilem idololatram, [ab Iſrael] i. à ſocietate & copula Iudæorum. Hoc tamen ſupra nono capitulo legitur factum Nehemia præſente. Sed vt infra patebit, ipſo abſente & reuerſo ad regem, rurſus fuerunt ſociata coniugia cum alienigenis. [& ſuper hoc erat Eliaſib] id eſt, pontifici illi commiſſum fuit prohibere de cætero tale ſcelus, quod tamen non adimpleuit. [proximus Tobiæ] i. amicus Tobiæ Ammonitæ, ob cauſam quę infra habetur, [Fecit ergo ſibi] iſte Eliaſib [gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes] i. Leuitæ & ſacerdotes repoſuerunt in gazophylacio illo [munera] i. oblationes, [& thus & vaſa] ſacra [cultus diuini, & decimam frumenti, vini & olei] conſecrata ad cultum Dei, vſumque miniſtrorum ipſius, & hæc fuerunt inde ex voluntate pontificis huius amota, & vaſa ac theſauri Tobiæ fuerūt ibi repoſiti. [In his autem non fui in Hieruſalem,] vbi ſi fuiſſem, tales abuſiones non permiſiſſem. Eſdras quoque interim fuit defunctus, [quia anno triceſimo ſecundo Artaxerxis regis Babylonis,] i. regni Babyloniæ. Fuit enim monarcha ſuper regna illa orientalia. [veni ad regem,] iuxta tempus condictum. [& in fine dierum] i. circa finem dierum vitæ meæ, vel regis aut ſeruitutis quam regi exhibui, [rogaui regem,] vt permitteret me ad Iudæam & Hieruſalem redire, [&] de eius licentia [veni in Hieruſalem, & intellexi malum,] i. peccatum [quod fecerat Eliaſib Tobiæ] i. ad complacendum Tobiæ, ſeu quaſi ad commodum eius, [vt faceret ei] puta Tobiæ [theſauros] i. præberet ei repoſitoria theſaurorum ſuorum, [in veſtibulis domus Dei, & malum mihi viſum eſt valde,] quod ſcilicet ſacrum locum deputauit vſui hominis idololatræ ſeu g n tilis, [& proieci vaſa domus Tobiæ,] faciendo ea efferri [foras de gazophylacio] memorato, [præcepique] miniſtris templi, [& emundauerunt gazophylacium,] forſan aſperſione aquæ luſtrationis, quoniam ex prætactu abuſu fuit contaminatum. [Et retuli ibi [vaſa domus domini, ſacrificium & thus. Sequitur aliud malum quod Nehemias correxit. [Et cognoui quod partes Leuitarum non fuiſſent datæ,] id eſt quod populus aut pontifex non dediſſet Leuitis quod eis pro ſuſtentatione vitæ fuerat pro eorum obſequio dandum. [& fugiſſet vnuſquiſque] de Leuitis [In regionem ſuam,] id eſt ad loca quæ ſibi aptiora poterat inuenire, vel ad vrbes & villas quas habuerunt olim in regno decem tribuum, ad acquirendum neceſſaria ſibi. [Et egi cauſam aduerſus magiſtratus,] & pontificem, & eius fautores, [& dixi: Quare dereliquimus domum Dei?] modeſte loquitur propter dignitatem pontificis, & connumerat ſe illis reis, vt per hoc ad pœnitentiam compungerentur celerius. Et eſt ſenſus, cur per ſubtractionem prætactam fecit Leuitas & cantores de templo abſcedere? [& congregaui eos,] id eſt Leuitas reuocaui, [& feci] eos [ſtare in ſtationibus,] id eſt, locis & officijs ſuis. [Et omnis Iuda] i. populus Iudæ, [apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea,] pro Leuitarum refectione. [Et conſtituimus ſuper horrea,] id eſt, pro cuſtodia horreorum & rerum contentarum in eis, ordinauimus [Selemiam ſacerdotem & Sadoc &c.] vt congruenter erogarent Leuitis recollecta pro eis. [Memento mei Deus pro hoc,] id eſt merito huius beneficentiæ meæ, [& ne deleas miſerationes meas, quas feci in domo Dei mei,] id eſt non permittas eas priuari effectu beatæ remunerationis, nec eas deſpicias acceptare. Deinde narrat, qualiter de violatione ſabbati repræhenderit eos. [In diebus illis vidi in Iuda.] id eſt in populo Iudæ quoſdam [calcantes torcularia in ſabbato &c. Et Tyrij] id eſt viri ex Tyro gentiles, [habitauerunt in ea] ſcilicet in Iudæa. [Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Vos additis ſuper iracundiam Iſrael,] id eſt taliter tranſgrediendo meremini vltionem diuinam augeri in filijs Iſrael, & Deum facitis eis magis iratum, quantum ad ſimilitudinem operis. [Factum eſt autem cum quieuiſſent portæ Hieruſalem in die ſabbati] id eſt cum ceſſaſſent à motu apertionis, vel merito ceſſare ſic debuiſſent, videlicet circa veſperam diei ſabbatum

batum præcedentis,in qua veſpera incepit ſabbatum,i.qnies,[dixi, & clauſerunt ianuas]portarum Hieruſalem, ne intrent aliqui ad vendendum quicquam ſabbati die. [dixi quoque Leuitis, vt mundarentur] ſecundum legem , iuxta modum in præcedenti articulo introductum. [Et pro hoc memento mei Deus meus , & parce mihi ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.]Ecce quam humilis oratio fuſa à viro tam iuſto,qui in tot & tantis virtutum operibus miſericordiam implorauit, & iuxta eius immēſitatem ſibi indulgeri expetijt , ſciens quod bonis noſtris ſint multa mala admixta.Sequitur repręhenſio de illicitis coniugijs:[In diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas,]i. oriundas ex Azoto vrbe Philiſtinorum. [& maledixi eis] zelo iuſtitiæ,vel per modum propheticæ prænuntiationis ſeu ſub conditione,niſi ſe emendarent,aut certe temporales punitiones eis imprecando,ne in æternū perirēt.[& cecidi,]i.verberaui [ex eis viros]i.quoſdam,[& decaluaui,]i. dehoneſtaui,faciendo abradi barbam,capil-
2. Reg 10. loſve capitis talium tranſgreſſorum, ſicut rex Ammonitarum abraſit barbam ſeruorum Dauid, quod tunc erat ingens confuſio. Conſtat quoque ex his,quam male ſeruauerint Iudæi ſua pro-
Nehem. 9. miſſa & iuramenta ſigillis roborata, per quæ promiſerunt violationem ſabbati & coniugia cum alienigenis,multaque ſimilia euitare,vt patuit ſupra. Deinceps per exemplum oſtendit, quam periculoſa erant Iudæis coniugia talia , eo quod ſapientiſſimus Salomon per ea ad lapſum de-
3.Reg.12. uenerit,ſicut in textu,qui planus eſt,recitatur. [& dilectus Deo ſuo erat.] Nam nato eo, dominus iuſſit eum vocari amabilē domino. Qualiter autem dilexerit eum, ſupra 2.Reg. 12.tractatū eſt, & poſuit eum regem priuilegio ſpeciali, non iure primogenituræ. [de filijs autem Ioiada] i.vnus filiorum Ioiada, [filij Eliaſib ſacerdotis magni]i. pontificis qui fuit auus illius filij Ioia-
Ibidem da, [erat Sanaballat gener]i. filiam ipſius Sanaballat duxit vxorem,ideo Eliaſib fecit Tobiæ ea quæ dicta ſunt, tanquam amicus ipſius propter Sanaballat, qui ſamiliariſſimus erat Tobiæ, [quem]filium Ioiada, [fugaui à me]tanquam rebellem, quia vxorem illam ſacrilegam dimittere recuſauit.[Recordare domine Deus meus aduerſum eos qui polluunt ſacerdotium.]i.per iuſtam caſtigationem in vita hac, oſtende te memorem iniquitatis ipſorum , qui ſacerdotium & ſui officij dignitatem ac priuilegium inhonorant,ac per hoc tibi ingrati ſunt. Ad ſacerdotes autem illos legales pertinuit connubia ſpecialiter honeſta contrahere , vt patet Leuitici 21. [Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis] vxoribus , niſi forſan paucis induratis exceptis. [& conſtitui ſacerdotum ordines & Leuitarū, vnumquenq;] ordinem,[in miniſterio ſuo.] vt quilibet ordo illorum ſeruiret in tempore ſuo in templo,quemadmodum 1. Paralip.2.& 25. legitur Dauid feciſſe: Tempore enim Nehemiæ ſacerdotes iam erant multiplicati,& in oblatione & appoſitione lignorum in ignem perpetuum in altari holocauſtorum ſemper ardentem, quem ſacerdotes tenebantur nutrire,ponēdo ligna in eo quotidie. ideo additur, [temporibus conſtitutis & in primitijs]i.in accipiendo primitias,hoc eſt,primos præcipuoſque fructus à populo.Poſtremo librum ſuum in deuota & humili oratione concludit, quaſi de ſuis iuſtitijs non præſumens,neque ſe iactans: [Memento]inquiens, [mei Deus meus in bonum.] quaſi dicat, ſcio & fateor cum ſancto Iob,quod vniuerſorum memineris.Et item,quod quorūdam memores in malum,hoc eſt,ad debitam vltionem,iuxta illud Amos 8.Iurauit Dominus: ſi oblitus fuero
Ecclef. 12. vſque in finem omnia opera eorum. Vnde & Salamon conteſtatur: Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato , ſiue bonum ſit,ſiue malum. ideo precor domine Deus
Ioſe.lib.11. meus,& cum hac oratione tuæ me recommendo pietati. Memento mei Deus meus in bonum.
an.iu.ca.5. Circa hoc Ioſephus ſcribit:Multa talia laudibus digna, dum cum ſumma feciſſet magnificentia Nehemias,ad ſenectutem perueniens,defunctus eſt, vir benignus & natura iuſtus, atque circa propriam gentem magnificentiſſimus,qui in memoria ſui ęterna muros Hieroſolymitanos reliquit.Itaque tam fideles ac feruidi viri imitemur vſque in finem virtutes,& ſanctam Dei eccle-
Eccle.49. ſiam iugiter ædificare,roborare,perficere enitamur,pro ea indeſinenter orando , exemplariter conuerſando,& proximos totis viribus adiuuando. Ad laudem & gloriam omnipotentis , qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen.

D. DIO-

D. DIONYSII CARHTVSIANI IN PRIMVM LIBRVM MACHABAEORVM ENARRATIO.

PROLOGVS.

IVDA, TE LAVDABVNT FRATRES TVI. MANVS Gene.49.
tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Catulus leonis Iuda. Poſſunt hæc
verba de Iuda Machabæo & fratribus eius conuenienter exponi. Etenim ibidem.
ſicut inter duodecim patriarchas filios Iacob, Iudas fuit robuſtior: ſic in- 1.Mach, 2.3
ter quinq; filios Mathatię Iudas filius eius fortior erat, magnanimior quo
que, & omni virtute ad iuſtum & ſtrenuum bellatorem pertinente, emi-
nenter ſpecialiterq; ornatus. Hinc à fratribus ſuis & conſanguineis, toto-
q́ue populo ſuo verè fideliter, præcipuè laudabatur, ſuitq; omnibus cha-
rus valdè. nam bonum commune prætulit propriæ vitæ, & religionis diuinæ defenſionem ma-
gis quàm omnem terrenā amauit proſperitatem. Fuit ergò legis zelo accenſus, Dei amore igni
tus, fraterna charitate repletus, fortitudine mentis & corporis decoratus, ex diuinæ ſapientiæ
præordinatione datus populo Iudæorum pro conſolatione & ereptione eorum, cum extremis
calamitatibus ſubderentur. Non enim repellit in ſempiternum dominus, nec plebem fidelem
relinquit finaliter. Deniq; in hiſtorijs huius voluminis patent miſerię conditionis humanæ, in-
ſania ambitioſorum, vanitas mundi, inſtabilitas regni terreni, prouidentia quoq; Dei circa ele-
ctos, & qualiter inter electos reprobosq; diſcernat, atq; quā magna pars hominū pereat gladio.

Expoſitio Cap. 1. Et factum eſt poſtquàm percuſsit Alexander rex Macedo.

Articulus primus.

GEſta Machabæorum multis annis poſt reditum à captiuitate Babylonica contigerunt. Hi-
ſtoria quippe Tobiæ præceſsit ſatis diu hiſtoriam Iudith, hiſtoria quoq, Iudith hiſtoriam
Heſter, ſed & hiſtoria Heſter, hiſtoriam Machabæorum: quod, prolixitatem vitans, decla
rare non proſequor: ſed ad Ioſephum atq; Scholaſticam hiſtoriam mitto lectorem. Ponitur au Ioſe.lib.12.
tem in exordio huius libri aliquid de Alexandro Magno, & de diuiſione monarchiæ ſuæ, vt ſic an.iu.ca.4.
ordinatè ad geſta deueniatur Machabæorum: immò ad notificationem prouidentiæ, iuſtitiæ, 5.6.7.
miſericordiæ & beneficentiæ Dei circa populum Iudæorum, durante adhuc curſu veteris teſta-
menti. Non eſt autem hic liber in Canone, tamen ab Eccleſia tanquam verus receptus eſt. [Et fa
ctum eſt,] Cur à coniunctione hac, &, incipit, cum nihil præmiſerit, inter quæ mediat & conne-
ctit? Et reſpōdendum, quod incipit ſic, ad innuendum, quod multa omittat geſta hiſtorica, quæ
mente conſiderauit, ſed ſtylo non expreſsit. Ad ea ergò quæ mente intuebatur, iſta coniungens
quæ ſcripſit, ſic incipit: Et factum eſt. Sic & Ezechiel & Ionas ſuos exorſi ſunt libros. [poſtquam Ezech.1.
percuſsit Alexander Philippi] filius [Macedo] i. de Macedonia prouincia Græciæ oriundus, in Ionæ 1.
qua & primo regnauit, defuncto rege Philippo, cuius filius putatiuus fuit Alexander, quia reue
ra (vt eius teſtatur hiſtoria) fuit filius Nectabani regis Aegypti, qui timore aduerſariorum ſuo-
rum, mutato habitu, fugit & exiuit Aegyptum, atq; ad vxorem Philippi regis Macedonum veni
ens, ad mulieris illius familiaritatem receptus eſt, & cum ea concumbens, & ex eadem genuit
Alexandrum per adulterium. Philippus autem rex putauit ſe verum Alexandri patrem. Vnde
& nato Alexandro, Ariſtoteli ſcripſit: Natus eſt mibi filius, & magis regratior dijs, quia natus eſt
tuis temporibus, quā quia natus eſt, quoniam à te eum informandum confido. Pręterea Alexan
der dicitur Darium percuſsiſſe, non quod manu propria, aut per ſuum exercitum occiderit illū,
ſed quoniam fugauit ipſum in bello. Cumq; fugiens Darius, perueniſſet in ſuum palatium, à du
obus ſuis principibus eſt occiſus. Alexander autem inſequens eum, repperit eum adhuc ſemiui
uum, & multum condoluit ei. Et tunc Darius vtiliter admonuit Alexandrum, ne ex victorijs ſu
perbiret, & inter cętera ordinauit, vt filiam ſuam Alexander duceret coniugem, quod & factum
eſt. Sed quæri poteſt, quis fuerit Darius iſte. Ad quod quidam reſpondet, quod ſecundum He
bræos fuit filius Aſſueri ac Heſter, quod ſtare non poteſt, nec omnes Hebræi hoc dicunt, immò
(vt refert ille) Hebræi dicunt Darium illum qui poſt Cyrum regem renouauit & dedit Iudæis
licentiam ædificandi templum & vrbem Hieruſalem, fuit Darius ille filius Aſſueri & Heſter, ita 1.Eſd.6.7.
quod fauorabilis fuit Iudæis, quia ex matre Hebręa extitit natus, & tamen nec hoc verum eſt. Et
certum eſt quod temporibus illius Darij nōdum erat Alexander hic genitus. Nempe illi Dario Ioſe. lib.11.
ſucceſsit in regnum filius eius Artaxerxes, ſub quo Eſdras & poſtea Nehemias venerunt in Hie an.Iu.c.4.5
ruſalē: quod & Ioſephus atteſtatur, quamuis alia nomina ponat. Poſt Artaxerxen regnauit Xer- 1.Eſd.8. Nehe.2.5.6

Ioſe. lib. 11. xes, quem Ioſephus dicit fuiſſe Aſſuerum. Alij verò, quos magiſter in hiſtorijs ſequitur, affir-
an. Iu. c. 5. 6 mant, quod poſt Artaxerxen regnauit Xerxes duobus menſibus, poſt Xerxen Sogdianus men-
ſibus ſeptem, poſt Sogdianum Darius cognomento Nothus, poſt Darium Nothum Artaxerxes
cognomento Mennon, quem vt in Scholaſtica fertur hiſtoria, dicunt Hebræi Aſſuerum fuiſſe,
poſt quem regnauit Artaxerxes, qui dictus eſt Ochus, poſt Ochum Arſamus, poſt Arſamum fi-
lius eius Darius, quem Alexander deuicit. [qui] Alexander [primus regnauit in Græcia,] i. pri-
mus fuit monarcha Græcorum, & in tota Græcia, totoq́; oriente regnauit & imperauit, quoni-
am monarchiam Perſarum deſtruxit, & tranſtulit monarchiam ad Græcos, deſignatus in viſio-
Dani. 8. ne Danielis per hircum caprarum, qui terram nó tetigit, quia celerrimè omnia deuaſtando per-
tranſijt. [egreſſus de terra Cethim,] locus eſt Græciæ, non ſolitudinis, vnde habetur Numer. 8.
Morabatur eo tempore Iſrael in Cethim, [Darium regem Perſarum & Medorum:] A tempore
enim Cyri regis fuerunt illa regna in vno rege vnita, defuncto auunculo Cyri, Dario nomine,
qui cum Cyro Babylonem deſtruxit. [conſtituit prælia.] Nam Dario iſto deiecto, perrexit ad
Ioſe. lib. 10. an. iu. ca. 13 Indiam contra Porum regem Indorum, & in via præliatus eſt contra alios multos quos ſupe-
rauit. Vnde ſubiungitur: [& omnium obtinuit munitiones] hoc eſt, loca munita, videlicet ca-
ſtra, fortalicia, oppida, inquam, omnium repugnantium ſibi. [& ſiluit terra in conſpectu eius,] i.
habitantes in terra, contra eum rebellare aut clamare non præſumpſerunt, præſertim poſtquam
Porum regem Indorum deuicit. [Et congregauit virtutem] i. robur bellicum. [& exercitum for
tem nimis.] Nam primo habuit paruum exercitú, comparatiuè loquendo: ſed ex gentibus quas
debellauit, coniunxit ſibi auxiliarios multos & elegantes, quemadmodum de Holoferne narra
tur Iudith 8. De vniuerſis vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros fortes & electos ad prælium, &
præſertim Perſæ & Medi ab Alexandro deuicti, facti ſunt ei multum fideles, ſicut & ipſe exhibu
it eis ſe clementem, & regnum Perſarum commiſit auunculo Darij, duos quoq; principes qui
Darium vulnerauerunt vſq; ad mortem, occidit. [& pertranſijt vſq; ad fines terræ.] Tranſiuit e-
nim per maximam & horribilem Indiæ eremum, in qua multa pericula tolerauit, & tandem de-
uenit ad arbores ſolis & lunæ, vbi reſponſum accepit de ſua morte: ſicq́; ad fines terræ deueni-
ens verſus orientem, intrauit Oceanum remotius, quàm Hercules ante eum, & ſtatuit illic colu-
mnas vltra columnas ab Hercule poſitas. [& exaltatus eſt] poteſtate, honore atq; latiſsima iuriſ-
dictione, [& eleuatum eſt cor eius,] per ſuperbiam & ambitionem, tamen audita reſponſione,
quod citò moreretur, humiliauit cor ſuum in multis. [& obtinuit regiones gentiú & tyrannos,
& facti ſunt illi in tributum] hoc eſt, tributarij hi quos vicit. [& poſt hæc decidit in lectum, & co
gnouit quia moreretur.] Fuit enim infectus à Iolo ſuo pincerna, cui anteà dederat alapam. [&
vocauit pueros ſuos nobiles] i. collegas, [qui ſecum erant nutriti à iuuentute ſua, & diuiſit illis
regnum ſuum] i. imperium, non vnicum regnum, [dum adhuc viueret.] Fertur tamen in ſua Le-
genda, quod ex coniuge ſua filia Darij genuit filium, qui adhuc erat inſantulus. Diuiſit autem
regnum ſuum ſeu monarchiam in duodecim partes, nolens quod aliquis ei par poſtea legere-
tur: ſed diſpoſitio illa fuit caſſata, quoniam alijs abiectis, non niſi quatuor ſucceſſerunt eidem,
Dan. 5. quemadmodum à Daniele fuit prædictum. Deniq; ſumpto veneno in Babylone Aegypti, mox
loquelam amiſit, & extremam ſuam voluntatem ſcripto inſinuauit. Iolus autem & frater eius
Caſſander, etiam vxorem Alexandri & filium eius infantulum peremerunt. [& regnauit Alexan
der annis 12.] ex quibus (vt legitur) imperauit annis ſex aut ſeptem in pace, & vixit annis triginta
duobus. [& mortuus eſt, & obtinuerunt pueri eius] i. ſodales præfati [regnum, vnuſquiſq; in lo-
co ſuo] ſibi deputato. Quod tamen de quatuor principalibus pueris & ſucceſſoribus eius accipi
tur. [& impoſuerunt ſibi omnes diademata poſt mortem eius, & multiplicata ſunt mala] pœnæ
& culpæ [in terra,] quoniam ſucceſſores Alexandri contra ſe inuicem acerrimè & implacabili-
ter pugnauerunt, & quidam eorum (ſicut infra habetur) vehementiſsimè oppreſſerunt Iſraeliti-
1. Mac. 1. 2. cum poplum, præſertim reges Syriæ & Aegypti. Maximè verò Antiochus Nobilis, de quo ſub-
ditur: [Et exijt ex illis radix peccati Antiochus illuſtris,] id eſt, ex ſemine regum illorum natus
eſt Antiochus, dictus illuſtris, quoniam acer & ſtrenuus fuit in bellis, & primo præbuit ſe cun-
ctis benignum ac liberalem, propter quod vocauerunt eum Epiphanem, id eſt, illuſtrem, qui fa-
ctus rex, virtuoſitatem ſuam, quam diu abſconderat, cœpit oſtendere, & tam ſceleratiſsimus fu-
it, vt meritò appelletur radix peccati, quoniam per ſe & per ſubditos fecit innumerabilia & cru
deliſsima mala, præſertim in populum Iudęorum, immo & in conſanguineos ſuos reges Aegy-
1. Mach. 2. pti, fuitq́; valdè doloſus. [filius Antiochi regis Syriæ] qui vocatur Antiochus maior, de quo in-
Ioſe lib. 12. an. Iu. ca 6 ter multa recitat Ioſephus, quod fuit Iudæis valdè fidelis & pius, ſicut & infra ſecundo tangitur
2. Mach. 1. libro. [qui] Antiochus illuſtris fuerat Romæ obſes: id eſt, obſtagius. Cum enim pater eius inſe-
ſtaret Aegyptum, miſsi ſunt duo legati Romanorum, qui compulerunt eum inde recedere, &
filium eius ſeniorem Seleucum, pro maiori ſecuritate obſidem acceperunt. Antiochus verò ſci
ens crudelitatem filij ſui Antiochi, rogauit vt illum pro fratre acciperent obſidem: quod & fece
runt, vt

runt, vt Ioſephus narrat 12. lib. antiquitatum. [& regnauit in anno 137. regni Græcorum:] incipi- Ioſ. lib. 12. an. Iu. c. 6.
endo hanc numerationem annorum à monarchia Grçcorũ, hoc eſt, à regno monarchico quod
incipit ab Alexandro, atq; in eius morte fuit monarchia illa finita, & cito poſt hoc cœperunt Ro
mani ad monarchiam aſpirare, quam & poſt multa & magna bella obtinuerunt, & maior fuit eo
rum monarchia, quàm Alexandri, nec adhuc in toto deſtructa. [In diebus illis exierunt ex Iſrael
filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes: Eamus & diſponamus teſtamentum,] hoc eſt, fœdus
amicitiæ & ritum religionis, [cum gentibus quæ circa nos ſunt] i. cũ gentibus idololatris, [quia
ex quo receſsimus ab eis] per diſparem cultum & reiſtentiam, [inuenerunt nos multa mala] pœ
nalia, i. diuerſas & duras aduerſitates & perſecutiones ſumus perpeſsi. [Et bonus viſus eſt in o- Pſal. 11.
culis eorum:] i. iudicauerunt ſic eſſe, non attendentes quod multæ ſint tribulationes iuſtorum,
quos Deus exercet & purgat per impios. Nec etiam conſiderantes, quod iuxta prophetarum o- Ezech. 6. et 12.
racula, tam regnum Iuda, quàm regnum Iſrael fuerunt deſtructa, potiſsimè propter idololatriæ
ritum, & quod tempore Iudicum fuerunt hoſtibus traditi, propter deorum culturam. Impij iſti Iudic. 1. 3. 8. & 10.
fuerunt ſimiles Iudæis nequiſsimis, qui leguntur Hiere. 44. dixiſſe: Verbum quod loquutus es
ad nos in nomine domini, non audiemus ex te, ſed faciemus omne verbum quod egredietur de
ore noſtro, vt ſacrificemus reginæ cæli, i. lunæ, ſicut fecimus & ſaturati ſumus, malumq; non vidi Hiere. 44.
mus. Ex eo autem tempore quo ceſſauimus reginæ cæli ſacrificare, indigemus omnibus, & gla-
dio & fame conſumpti ſumus. quorum perfidiam & errorem reprobat ibi Hieremias. [& deſti- Ibidem
nauerunt aliqui de populo] hoc eſt, propoſuerunt ſic agere, vel miſerunt nuncios, [& abierunt
quidam] ex parte illorum [ad regem] Antiochum. [& dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitias
gentium,] i. opera idololatriæ, quæ gentiles iuſta eſſe putabant. [& ædificauerunt gymnaſium in
Hieroſolymis.] Gymnaſium propriè dicitur locus, in quo homines exercentur ad luctam cor-
poralem, & curſorum probatur velocitas. Hinc transfertur ad ſignificandum ſcholas, locumq;
ſtudij, in quo eſt exercitatio animi ad opponendũ ac reſpõdendum: & ita hic ſumitur pro ſcho-
la, in qua docentur ſtatuta & ritus gentilium, & receſſerunt à teſtamento ſancto, I. ab obſeruan-
tia legis Moſaicæ. [& fecerunt ſibi] hoc eſt, in ſe & in ſuis eſſe permiſerunt. [præputia] non cir-
cuncidendo filios ſuos, & ritu præputiatorum viuebant, atq; vt Ioſephus ſcribit, fecerunt circũ- Ioſ lib. 12. ao. iu. c. 6.
ciſioni ſuę quędam velamina, ne in denudatione viderentur Gręcis diſsimiles. Nempe in ſacris
Priapi incedebant totaliter nudi, ſicut & fœminæ in ſacris Veneris. [& receſſerunt à teſtamento
ſancto, & iuncti ſunt nationibus] i. gentilibus quos Iudęi quaſi paruipendendo, propter eorum
incredulitatem, communi nomine nationes vocabant. vnde eſt illud Pſal. 95. Dicite in nationi-
bus, quia dominus regnauit. [& venundati ſunt] hoc eſt, intuitu commodi temporalis ſeipſos
tradiderunt, & quaſi vendiderunt diabolo per vitioſum conſenſum. [vt facerent malum.] Sic 3.
Reg. 21. Helias ait ad Achab: Venundatus es vt faceres malum in conſpectu domini. Deniq; ſi-
cut in Scholaſtica fertur hiſtoria, Cauſa tãti flagitij fuit Onias pontifex, duos habens fratres con
tendentes pro pontificatu, qui vt placerent Antiocho, petierunt vt liceret eis facere gymnaſium
In Hieruſalem, & ad idololatriam declinare. & vocabatur vnus eorum Ieſus, alter Ioannes. Ve-
rum ad placendum impio regi, impoſuerunt ſibi gentilia nomina, ita quod Ieſus vocauit ſe Iaſo
nem, Ioannes Menelaum, de quibus infra 2. Macha. 4. habetur. [Et paratum eſt] i. ad obedien-
dum diſpoſitum. [regnum in conſpectu Antiochi.] Cum enim adhuc Romæ exiſtens, percepiſ-
ſet patrem ſuum obijſſe, & ſciret fratris ſui inertiam, clam, vel (vt aliqui dicunt) de ſenatorũ con
ſenſu, receſsit à Roma, & venit in Syriam, ac mortuo fratre ſuo, in regem ſuſceptus eſt. [& cœpit
regnare in terra Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna] videlicet Syriæ, in qua pater ſuus regna-
uit, & Aegypti, quod nepos eius habebat. Circa hoc ſcribit quidam: Antiochus, ſcz. Magnus, ad
confœderationem ipſius cum rege Aegypti, dedit filiam ſuam Cleopatram Ptolemæo Epipha-
ni, ex quibus natus fuit Ptolemæus Philometor. Ergo mortuo Ptolemæo Epiphane, Antiochus
Illuſtris rex Syriæ accepit aliquas ciuitates regis Aegypti regno ſuo propinquas, quaſi tutor ne-
potis ſui adhuc pueri: quas cum duces Aegypti repeterent pro puero, & ille nollet reddere, mo-
tum fuit bellum inter ipſos & Antiochum, in quo deuicti ſunt duces Aegypti, & per cõſequens
Ptolemæus Philometor cum eis, adhuc iuuenis, & ſpoliata Aegypto, Antiochus venit Hieroſo-
lymam, & fecit ibi mala quę in textu ſequuntur. Hæc ille. Cuius narratio videtur à veritate defi-
cere, quia (vt Ioſephus & alij referunt) Ptolemæus Philadelphus filiam ſuam Cleopatram dedit Ioſe. lib. 12.
vxorem Antiocho regi Syriæ: quod & ſcripturæ concordat canonicæ, cum ſcriptum ſit Dani. 11. ao. Iu. ca. 6.
Filia regis Auſtri veniet ad regem aquilonis facere amicitiam, vbi per regem Auſtri, ſecundum
Hieronymum & cæteros expoſitores catholicos, intelligitur rex Aegypti, quę fuit in plaga Au- Hieron.
ſtrali, & ſic filia eius venit ad contrahendum cum Antiocho rege aquilonis, i. Syriæ, quæ fuit ver
ſus Aquilonem reſpectu Aegypti. Itaq; Antiochus Illuſtris ambitione ductus, voluit ſibi vſurpa
re regnum Aegypti. [& intrauit Aegyptum in multitudine graui] i. cum exercitu copioſo, ad ſu
ſtinendum moleſta, [cum curribus & elephantis,] quę ſunt animalia magna, ſuper ſe ligneas tur

res geſtantia, in quibus ſunt bellatores deſuper prælıantes & iacula emittentes, [equitibus & copioſa nauium multitudine:] ſicq; inuaſit Aegyptum ex terra & mari, & forſan bello pugnauit contra quoſdam Aegyptiorum. [& conſtituit bellum aduerſus Ptolemæum regẽ Aegypti &c.] Poſt Alexandrum Magnum primus in Aegypto regnauit Ptolemæus Lagi filius, qui Ptolemęus cognominatus eſt Soter, à quo (vt legitur) poſteri eius vocati ſunt Ptolemæi, quod fuit eis nomẽ cõmune, præter quod habuerunt propria nomina. Quod verò hic dicitur de Ptolemæo, quidã exponũt de Ptolemęo Philometore, quẽ tamen alij dicunt victum ab Antiocho Magno. [Et conuertit Antiochus iter ſuum, & aſſcendit ad Hieroſolymam, & intrauit in ſanctificationem, i. in templum Dei ſanctificantis, & in quo homines ſanctificabantur, [cum ſuperbia, & accepit altare aureum] i. deauratum forinſecus laminis aureis. Et exponitur hoc de altari thymiamatis, ſuper quod incendebatur thymiama, eratq; in templo, & in exteriore parte eius, quæ dicitur ſancta. [Et candelabrum luminis] ſuper quod ſitæ erant ſeptem lampades, ſeu lucernę aureę, prout Exo. 25. iubetur. [& vniuerſa vaſa eius] i. inſtrumenta, vt forcipes & emunctoria, quę ſecundum Hebræi proprietatem ſermonis, vaſa vocantur. [& menſam propoſitionis:] ſuper quã omni ſabbato ponebantur duodecim panes calidi, ſublatis inde panibus, qui præcedenti ſabbato ſuper eam poſiti erant, prout Exod. 25. tangitur. [& libatoria,] quæ erant vaſa, in quibus ponebantur materiæ liquidæ, ex quibus fiebant oblationes. [& phialas] i. vaſcula thymiamatum & vnguentorum. [& mortariola, & velum] in medio templi dependens & diuidens inter ſancta & ſancta ſanctorum. i. exteriorem interioremq; partem templi. [& coronas] inſertas quibuſdam vtenſilibus templi, [& ornamentum aureum, quod in facie templi erat:] Per quod quidam intelligunt cortinam auriphrygiatam, circa ingreſſum templi pendentem. [& comminuit omnia] i. à priſtina forma frangendo, ad partes minutas redegit, ad faciendum inde aliqua ſibi placentia, ſuoq; vſui deſeruientia. Deniq; Ptolemæus Philadelphus, cum ad eius petitionem Septuaginta interpretes tranſtuliſſent vetus teſtamentum, miſit in templum Hieroſolymitanum præter alia aurea vaſa, menſam auream gemmis impreciabilibus inſignitam, cuius craſsitudo, i. ſpiſsitudo cum eſſet dimidij cubiti, materiam tamen ſuperabat artificij opus. An autem & illam menſam acceperit, queri poteſt: & conſtat, quod ſic, ſi repperit eam. Menſa autem propoſitionis per Moſen fieri iuſſa, fuit de lignis Sethim, vt patet Exo. 25. Sed 3. Reg. 7. legitur Salomon męnſam auream feciſſe in templo, quæ iam diu fuit ablata. An verò precioſiſsima menſa illa à Ptolemæo miſſa, fuerat deputata ad menſam propoſitionis, poſſet inquiri. Ecce quid eſt violẽtus & impius rex, niſi magnus latro & peſsimus fur? [& accepit argentum & aurum] in templo repoſita & oblata, [& vaſa concupiſcibilia] i. precioſa & pulchra. [& accepit theſauros occultos quos inuenit] per ſe & per ſuos ſatellites, in quo patet inſatiabilis cupiditas eius, quos tam exquiſite perſcrutatus eſt abdita loca, cum tamen in nullo offendiſſent eum Iudæi. [& ſublatis omnibus, abijt in terram ſuam, & fecit cædem hominum] i. multos occidit: in quo patet ſua crudelitas. [& factus eſt planctus magnus in Iſrael] i. ab Iſraelitico populo, præſertim de templi prophanatione, [& in omni loco eorum] i. in ciuitatibus & villis Iudæorum. [Et ingemuerunt principes & ſeniores, & iuuenes & virgines infirmati ſunt] & triſtitia & dolore, [& ſpecioſitas mulierum immutata eſt] i. alterata & verſa in diſcolorationem, & pro veſtibus precioſis induerunt lugubres veſtes. [Et commota eſt terra ſuper habitantes in ea] i. habitantes in terra, obſtupuerunt propter tot & tãta mala, ſacta in terra Iuda. Ipſa quoq; terra intuentibus præbuit materiam commotionis propter mala illata habitatoribus terræ. Sed & terra à ſuæ diſpoſitionis decore eſt alterata, propter tot calamitates inhabitantium eam. [Et poſt duos annos dierum,] Cur cum dixiſſet annos, addidit dierum? forſan quia ſicut in lege erant hebdomades dierum, hebdomadesq; annorum, quarum quælibet continuit ſeptem annos, Ita de annis. [miſit rex principem tributorum] i. ſuperiorem Inter eos qui tributa leuabant pro rege, [& venit Hieruſalem cum turba magna, & loquutus eſt ad eos] i. ad habitatores Hieruſalẽ [verba pacifica in dolo,] dicendo ſe veniſſe pro vtilitate ipſorum. [Et crediderunt ei, & irruit ſuper ciuitatem repente] i. ſtatim cum fuerat intromiſſus. [& percuſsit eam plaga, & perdidit] i. occidit [populum multum, & ſuccendit eam] ſ. vrbem Hieruſalem, pro parte, non totam. [& deſtruxit domos eius] validiores, ex quibus potuiſſent Iudæi reſiſtere hoſtibus ſuis, [& muros eius in circuitu,] non deijciendo muros totaliter, ſed faciendo in muris hincinde interruptiones & aperturas, per quas pateret eis ingreſſus in vrbem dum vellent. [Et ædificauerunt ciuitatem Dauid] i. arcem illam in ſublimitate montis Sion, vbi Dauid aliquãdo habitauit, [muro magno & firmo] in gyro, vel muris fortibus loco parietũ, [& turribus firmis,] ex quibus poſſent eijcere iacula. [& facta eſt illis in arcem] i. pro caſtro & fortalicio vſi ſunt ea. [et poſuerunt illic gentem peccatricem, et facti ſunt in laqueum magnum] i. impij habitãtes in arce, vſi ſunt ipſa arce tanquam laqueo, ad capiendum affligendumq; Iudæos in Hieruſalem cõmorantes. [et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi] i. templo, vt ſcz. ex arce impedirent Iudæos à templi ingreſſu, quod fuit iuxta arcem, eijciendo iacula ſuper intrantes templum. [et in

diabolum

Margin notes: Exo. 25. 26. 27. (beside "re aureum] i. deauratum"); Leuit. 25. Deut. 16 (beside "habitantium eam"); 2. Reg. 5. (beside "ædificauerunt ciuitatem Dauid").

diabolum malum]vel vt aliqui habent,in diabolicum,i.maximum malum,(in Iſrael:]quia fuit
deſtructiuum cultus diuini,ac boni communis. [& contaminauerunt ſanctificationem]i. tem-
plum violauerunt.[& facta eſt Hieruſalem habitatio exterorum,]i. extraneorum, ex quo patet
quod non fuit tota deſtructa.[& facta eſt extera ſemini ſuo,]hoc eſt, aliena à proprijs ciuibus
inibi natis.[Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo]i. templum deſtitutum eſt, & priuatũ
ſuo honore,cultu ac miniſtrorũ frequentia.[dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum:]i. pro gau-
dijs ſolennitatum,ſucceſſerunt lamenta.[ſecundum gloriam eius, multiplicata eſt ignominia
eius]i.quo maior fuit apparatus templi In cultu,honore & gaudio temporibus priſtinis proſpe-
ritatis etiam Antiochi Magni, vt habetur libro ſecundo, eò ſub impijſsimo iſto Antiocho ma- 2.Mach.5.
ior facta eius inhonoratio. His obijci poteſt, quia (vt Ioſephus refert 12 lib.antiquitatum, & ma Ioſe.lib.12. an.Iu.ca.6.
giſter in hiſtorijs)cum Antiochus rediſſet in Aegyptum,& inde eſſet repulſus per Romanorum
legatos,quibus Aegyptij tunc erant confœderati, poſt biennium redijt in Hieruſalem cum fu-
rore,& fecit in ea quæ iam recitata ſunt hic,& alia plura: ergo perſonaliter venit, nec per princi-
pem tributorum commiſit hæc ſcelera,pręſertim cum infra ſecundi librI cap.5. conſcriptum ſit:
Eodem tempore Antiochus ſecundam profectionem parauit in Aegyptum. Et ſicut in expoſiti
one illius capituli dicunt Rabanus, Gloſſa,& alij expoſitores, Antiochus ab Aegypto tunc redi- Rabanus.
ens,efferatis animis venit Hieruſalem. Ad iſtud videtur dicendum,Scripturam iſtam,videlicet
huius primi capituli,non loqui de reditu illo Antiochi in Hieruſalem, ſed de aduentu prætacti
principis tributorum,miſsi ab Antiocho paulò poſt cum receſsiſſet Antiochus à ciuitate Hieru
ſalem conculcata,de quo aduentu præallegato ſecundi lib.cap. 5. habetur. Miſit odioſum prin-
cipem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus,pręcipiens eis,omnes perfectæ æ-
tatis interficere. Quod autem princeps ille verba pacifica loquebatur in dolo, tangitur ibi his
verbis: Qui cum veniſſet Hieroſolymam,pacem ſimulans, quieuit vſq; ad diem ſanctum ſabba
ti. [Et ſcripſit Antiochus omni regno ſuo,] i. cunctis regionibus ſibi ſubiectis, inter quas fuit
tunc terra Iudæorum, regibus Syriæ ſubdita,[vt eſſent omnes populus vnus]i. vnius obſeruan-
tiæ & culturæ ſeu legis ac ritus. Vnitas enim populi, ex vnitate legis & obſeruantiæ cæremonia-
lium perpenditur. Similiter ex vnitate capitis ſeu prælati. Ad quod Inſinuandum ait Saluator:
Fiet vnus paſtor & vnum ouile. Hinc Gene.34. Emor & Sichem dixiſſe leguntur: Si circuncida- Ioan.10.
mus maſculos noſtros, ritum gentis ſequentes, vnus efficiemur populus. [& reliquerunt vnuſ-
quiſque legem ſuam]i. quilibet ſubditorum Antiochi, qui aliam legem habuit ante, quàm ipſe.
[& conſenſerunt omnes gentes,]quæ erant ſub ditione Antiochi, eius edicto. Non tamen ſim-
pliciter omnes, potiſsimè in Iudæa, vt infra habetur. [& multi ex Iſrael conſenſerunt]præcepto
tyranni illius prætacto,[& ſacrificauerunt idolis,& coinquinauerunt,]i. tranſgreſſi ſunt[ſabba-
tum,]faciendo in eo ſeruilia opera.[& miſit Antiochus libros]i. epiſtolas decretales,[in Hieru
ſalem, vt ſequerentur leges gentium terræ:] hoc eſt, inſtituta Idololatrarum regni ſui, & prohi-
berent]vel nuncij Antiochi, vel maiores Iudæorum,[holocauſta & ſacrificia & placationes fie-
ri In templo Dei.] Per holocauſta intelliguntur oblationes, quæ ad diuinæ reuerentiam maie-
ſtatis totaliter comburebantur, in ſignum, quod rationalis creatura debeat ſe omnino ſui crea-
toris obſequijs mancipare, & eius amore ſuccendi. Per ſacrificia verò, hoc loco intelliguntur ob
lationes pacificæ atq; ſpontaneæ. Per placationes autem hoſtiæ pro peccato, quibus dominus
placabatur.[& coinquinari ſancta & ſanctum populum Iſrael.]Hoc refertur non ad verbum il-
lud, vt prohiberent, ſed ad illud, miſit vt ſequerentur, &c. et coinquinari ſancta, i. loca ſacra, vt
templum & ſynagogas, ſacramẽtaq; legis & populum Iſraeliticum ad veri Dei cultum electum,
vitijs gentilitatis fœdari. [& iuſsit ædificari aras]i. altaria, ſuper quæ ſacrificaretur dijs & idolis
ſuis,[& templa]i. phana deorum,[& immolari carnes ſuillas]i. porcinas, [& pecora cõmunia,]
hoc eſt, immunda & lege prohibita,[& vt immutarent omnes iuſtificationes Dei]i. obſeruanti
as omnium præceptorum Dei, per quas homo fit iuſtus, omitterent, atq; pro eis obſeruantias
gentilitatis aſſumerent.[& congregati ſunt multi de populo Iſrael ad eos, qui dereliquerunt le-
gem domini]hoc eſt, ad impijſsimos illos Iudæos, qui ante hanc Antiochi iuſsionem aſſumpſe
runt ritum gentilium, ſicut præhabitum eſt, vt fuerunt Iaſon & Menelaus cum ſuis fautoribus.
[& effugauerunt populum Iſrael, non acquieſcentẽ eis,[in abditis]i. ad ſpeluncas, ad quas ex ti-
more fugerunt. [die 15. menſis Casleu] qui correſpondet noſtro Decembri, quanuis interdum
concurrat cum Nouembri, ſicut antiqui catholici, Beda, Haymo, Rabanus, Magiſter in hiſtorijs, Beda.
& alij doctiſsimi, qui cum Hebræis ſæpiſsimè contulerunt, benè ſcripſerunt, quamuis quidam Haymo.
poſterorum, de hoc reprędendere illos frequenter adiecerit. [Aedificauit Antiochus abomi- Rabanus.
nandum idolum deſolationis]i. idolum Iouis, ſicut 2. libro plenius recitatur, quod fuit cauſa de 2.Mach.5.
ſolationis fidelium Iudæorum, & ſignum deſolationis templi. [& libros legis Dei,] videlicet li-
bros Moſis, & alios etiam libros veteris teſtamenti, vt reor, [combuſſerunt] ſicut Chaldæi ante 2.Par.36.
fecerunt. [In virtute ſua]id eſt, poteſtate tyrannica faciebat hęc populo Iſrael. [& ſacrificabant]

idolo Iouis[ſuper aram,quæ erat contra altare]i.ex oppoſito altaris Dei. Sicut enim ædificauit
in templo idolum illud turpiſsimum, ſic & aram eiuſdem. [& ſuſpendebant pueros]i. inſantu-
los circunciſos [à ceruicibus] i. in collis per ſunes euntes iuxta ceruices. Veruntamen ſecundo
2,Mach. 6. libro leguntur duæ mulieres, quæ circunciderant paruulos ſuos, ſuiſſe præcipitatæ, inſantibus
ad vbera ſuſpenſis.

Expoſitio Cap. 2, In diebus illis ſurrexit Matathias filius Ioannis, &c.
Articulus ſecundus.

RECitata Iudæorum tribulatione acerrima, deſcribitur hic exordium ſubuentionis eorũ.
[In diebus illis ſurrexit]i.ad geſta virilia ſe erexit. [Mathathias filius Ioannis,filij Simeo
nis,ſacerdos ex filijs Ioarim:]qui Ioarim ſuit vnus viginti quatuor ſacerdotum poſt pon-
tificem principalium,quos 1. Para.14. Dauid legitur inſtituiſſe. Veruntamen iſte nominatur ibi
1.Mach. 14. alio nomine. Nam & inſra Ioarim iſte vocatur Iarib. Surrexit,inquam,& abijt à Hieruſalem, vbi
Luc.1. miniſtrauit in templo. Sic & Zacharias pater beatiſsimi Ioannis Baptiſtæ dicitur fuiſſe de vice
Abia.[& conſedit in monte Modin,]id eſt, in oppido ſituato in loco montoſo, quod Modin vo
catur.[& habebat filios quinq;,]quorum nomina & cognomina ponuntur in litera: & ſicut vir-
tus conſiſtit in medio, ſic medius inter illos ſuit Iudas Machabæus, virtuoſiſsimus & ſtrenuiſsi-
mus inter fratres ſuos.[hi viderunt]oculo exteriori & interiori [mala quæ fiebant &c. Et dixit
Mich. 7. Mathathias: Væh mihi]temporalis triſtitiæ & doloris. Iuxta quem modum loquitur Michæas:
Væh mihi, quia factus ſum ſicut homo qui colligit in autumno racemos vindemiæ. [vt quid na
tus ſum videre cõtritionem]id eſt, deſtructionem & deſolationem[populi mei,] de quo natus
ſum,[& contritionem ciuitatis ſanctæ] Hieruſalem, quæ ſuit ſpecialiter ad Dei cultum electa,
[& ſedere illic]id eſt, ibi eſſe ad faciendum ſacerdotale officium, ſi eſſet poſsibile. Circa hæc ver
ba: Væh mihi, Vt quid natus ſum videre, quidam ſcribit: Quaſi diceret: Minus malum mihi
eſſet, ſimpliciter non eſſe, quàm tanta populi mala & contemptum cultus diuini videre, quod
non videtur idoneè dictum. Nam quamuis minus malum ſit, non eſſe ſimpliciter quàm peccare,
non tamen minus malum eſt, non eſſe ſimpliciter quàm videre mala quæcunq. pœnæ & culpæ,
præſertim dum videntur cum compaſsione, diſplicentia, aut mentis reniſu, prout Mathathias
hic ea vidit.[cum datur in manibus inimicorum, ſancta in manu extraneorum facta ſunt,]id eſt,
ſacra loca & vaſa templi Gentibus tradita ſunt. [templum eius contemptum eſt, & vilibus vſi-
bus mancipatum, ſicut homo ignobilis. Quæ gens non hæreditauit regnum eius?] Quaſi dicat,
Valdè diuerſæ nationes obtinuerunt ſucceſsiuè Iudæam, videlicet Aſſyrij, Chaldæi, Syri & Gen
tes eis admixtæ. [omnis compoſitio eius] id eſt, decor ſeu venuſtas[ablata eſt: quæ erat libera,
facta eſt ancilla:]id eſt, Synagoga ſeu gens Iudæorum, quæ conſueuit ſoli Deo eſſe ſubiecta, &
ab humanæ ſeruitutis oppreſsionisq; iugo immunis, facta eſt gentilibus ſeruiens ſub tributo ac
iugo grauiſsimo. Sic & Hieremias ait Threnorum 1. Facta eſt quaſi vidua domina gentiũ, prin-
ceps prouinciarum facta eſt ſub tributo.[& ecce ſancta noſtra]id eſt, ſacra obſeruantia legis,[&
pulchritudo noſtra] id eſt, templi ac plebis venuſtas, [& claritas noſtra]id eſt, nobilitas veræ li-
bertatis, conſiſtens in ſolius Dei obſequio,[deſolata eſt, & coinquinauerunt] id eſt, corrupe-
runt ſeu inhonorauerunt[eam Gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere?]id eſt, potius optare de-
bemus, ſeu tolerabilius nobis eſſe debet benè mori, quàm tot & talia mala conſpicere. Vnde 4.
Reg.22. dominus ait Ioſiæ: Colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui omnia mala quæ
inducturus ſum ſuper locum iſtum.[& ſcidit Mathathias & filij eius veſtimenta ſua,] ſicut mo-
ris ſuit Iudæis, & item quibuſdam gentilibus in magnis aduerſis, in ſignum mœroris. [& operu
erunt] id eſt, induerunt [ſe cilicijs,]affligendo corpus ſuum ad impetrandum miſericordiam
Dei.[planxeruntq; valdè]ex dolore de calamitatibus tantis, præſertim de diſsipatione diuini
cultus.[Et venerunt illuc miſsi à rege, vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem Modin, im
molare dijs, & accendere thura]ad honorem eorum,[& à lege Dei diſcedere, &c. Et reſpondit
Mathathias, & dixit voce magna: Ego & filij & fratres mei,]id eſt, cognati ſiue germani,[obedi
emus legi,]immo & actori datoriq; legis [patrum noſtrorum &c. Et vidit Mathathias]Iudæum
quendam accedentem ad ſacrificandum,[& doluit]de tanto facinore, præſertim quoniam erat
ſcandalizatiuum omnium aſtantium Iudæorum. [& contremuerunt renes eius] ex redundan-
tia vehementium affectionum animæ, ſenſitiuæq; partis in corpus, iuxta illud Eſa.21. Corrui cũ
audirem, conturbatus ſum cum viderem, emarcuit cor meum.[Et accenſus eſt ſuror eius,]i. ira
eius per zelum inflammata eſt.[ſecundum iudicium legis,]hoc eſt, ſicut lex dictat, & vera requi
rit diſcretio: quoniam ira illa ſic regulata, cooperatur ad exequendum actum iuſtitiæ, ſecundũ
philoſophum.[& inſiliens trucidauit eum]ſ. Iudæum illum idolo ſacrificantem,[ſuper aram:]
quemadmodum Phinees perfodit Zambri Iudæum, cum Cosbi Madianitide ſe commiſcentẽ.

prout

prout Numero.25.narratur,ſed & virum qui cogebat immolari idolo, occidit,tanquam hoſtem
Reipublicæ,ac violentatorem ad recedendum à cultu Dei. immò ſecundum Ioſephum,Matha Ioſe.lib.12.
thias cum filijs ſuis,occidit virum illum cum militibus ſecum miſsis,qui pauci fuerunt. In Scho an.Iu.ca.7.
laſtica quoq; fertur hiſtoria:Surgens Mathathias,trucidauit eum,ſc. præfatum Iudæum, & nun
cios regis interemit.[& zelatus eſt legem]i.cum feruore eam dilexit,ſicut opere demonſtrauit,
quemadmodum ait Helias 3.Reg.19. Zelo zelatus ſum pro domino exercituum. [& exclama-
uit:Omnis qui zelum habet legis]diuinæ datæ per Moſen, [ſtatuens teſtamentum]i. firmiter
proponens vetus teſtamentum ſeruare,[exeat poſt me. & fugit ipſe & filij eius in montes] i. ad
loca montana deſerti.Deniq;ad intelligendum plenè hiſtoriam huius primi libri,oporteret ha
bere recurſum ad librum ſequentem, videlicet ſecundum Machabæorum, vbi eadem recitan-
tur pro magna parte quæ hic, & frequenter cum additione. Nam & de iſto puncto habetur 2.
Machab.6. Et renunciatum eſt viris regis,i.miniſtris ac ducibus Antiochi,qualiter quidam con
tempſiſſent præcepta illius,& confugiſſent ad loca deſerti, & abiſſent poſt illos multi fideles Iu-
dæi.[Et ſtatim perrexerunt ad eos viri Antiochi, & concitauerunt aduerſus eos prælium in die
ſabbati:] ſcientes quod illa die non repugnarent Iudæi. [& non reſponderunt Iudæi eis,]hoc
eſt,miniſtris regis,vel quia modicum reſponderunt,quod reputatur pro nihilo: vel non reſpon
derunt ad vltimo interrogata,aut non reſponderunt,ad vota ſeu voluntatem quærentium. Ali-
qua tamen verba reſponderunt,vt patet in litera.[nec oppilauerunt]hoc eſt,non obſtruxerunt
[loca occulta]per quæ hoſtes potuerunt eos accedere, ne tantundem operando ſabbatum vio-
larent.[dicentes: Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra] id eſt, in ſimplici fide, qua iuxta ſu-
perficiem literæ videtur eſſe illicitum ſabbato præliari,cum ſcriptum ſit: Nihil operis facietis in
eo. Et iterum: Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum. Veruntamen iſta ſimplicitas fuit partim
colũbina,quia ſimulatione & duplicitatis caruit plica:& partim,vt apparet,aſinina,quia diſcre-
tione & vera intelligentia præcepti de obſeruantia ſabbati, fuit priuata. Excuſabilis tamen fuit Exo. 13. 16.
in iſtis,quoniam(vt videtur)nondum fuit ab Hebræorum doctoribus determinatum, quod in Leui.23.
ſabbato liceret pugnare: immo adhuc tempore Chriſti inter Iudæos conuerſantis, ipſi ſcribæ &
pharisęi præceptũ de ſanctificatione ſabbati malè intelligebant. Vnde & Chriſtũ de violatione
ſabbati frequenter repræhenderunt, quibus ille conuenienter reſpondit. Itaq; per præceptum Mat. 12. 23.
de ſabbati celebratione,non prohibebantur neceſſaria ad damna vitanda, vt bouem & aſinum Mar.2.3.
ſoluere,& ad aquandum deducere,& minus ea quæ neceſſaria ſunt ad vitæ defenſionem,vt prę- Lucæ 6,13. 14.
liari, aut perſecutionem fugere, ſicut Helias à facie Hieſabel fugiens, ambulauit quadraginta Ioan.7.9.
diebus.[Et teſtes erunt ſuper nos cælum & terra]id eſt,ciues cæleſtes & habitantes in terra, te- Exo. 16.
ſtabuntur pro nobis coràm ſummi iudicis tribunali, [quod iniuſtè perditis]hoc eſt, occiditis, 3.Reg. 19.
[nos]. Angeli etenim ſancti teſtantur pro ſibi commiſsis & iuſtis in Dei iudicio, & viri perfecti Pſal.49.
per modum aſſeſſoriæ dignitatis, iudicabunt eum Chriſto & eius approbabunt ſententiam.
Hinc ait propheta de Deo: Aduocabit cælum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.
[Et intulerunt illis bellum ſabbatis,& mortui ſunt vſque ad mille hominum animas]id eſt,mil-
le ſuppoſita ſpeciei humanæ, ſicq; ſumitur pars pro toto, quemadmodum Actorum vigeſimo
ſeptimo. Eramus vniuerſæ animæ in naui ducentæ ſeptuaginta ſeptem. Ex hoc ergò verbo non
ſequitur,quod animæ hominum ſint mortales. [& dixit vir proximo ſuo] hoc eſt,vnus Iudæo-
rum reſiduorum fidelium dixit ad alium: [Si non pugnauerimus pro animabus noſtris]id eſt,
pro defenſione vitæ noſtræ.[& iuſtificationibus,] hoc eſt,obſeruationibus legis,& pro conſer-
uatione cultus diuini, [citius diſperdent nos de terra] id eſt, omnes nos trucidabunt, & ita ex
erroneo intellectu præcepti de obſeruantia ſabbati,ſequetur magis inhonoratio Dei & deſtru-
ctio legis, quàm conſeruatio eius.[Et cogitauerunt in die illa, dicentes: Quicunque venerit ad
nos]id eſt,contra nos,[in bello die ſabbatorum,pugnemus contra eum.] Hoc determinauerũt
ex informatione Mathathiæ, qui fuit peritus in lege,atque vt Ioſephus refert,dixit,ſi ſic legem Ioſ. lib. 12.
ſeruaueritis, eritis hoſtes legis, dantes cauſam vt pereat populus Dei, & lex cum plebe peribit. an.Iu. ca 7
& ex tunc inoleuit conſuetudo Iudæis pugnandi in ſabbato, ſi bella conſurgant in eo. [Tunc
congregata eſt ad eos]puta ad Mathathiam & ſuos[ſynagoga,]id eſt,collectio Iudęorum,[for
tis viribus]corporalibus ac ſpiritualibus,[omnis voluntarius in lege, & omnes qui fugiebant à
malis,facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum]eligentes ſibi Mathathiam in
principem,[& percuſſerunt peccatores,]tam Gentiles quos inuenerunt,quàm Iudæos incredu
los ad paganiſmum conuerſos.[in ira ſua]per zelum.[& cæteri]qui eorum manus euaſerunt in
creduli.[fugerunt ad nationes. Et circuiuit Mathathias & amici eius]vrbes & valles Iudęæ[&
deſtruxerunt aras]idolis fabricatas,[& circunciderunt pueros incircunciſos.]In tali etenim ca
ſu non oportuit circunciſionem fieri die octauo à natiuitate.[& proſperatum eſt opus in mani-
bus eorum.[id eſt,opera bona quæ inceperunt, Deo auxiliante, expeditum habuerunt ſucceſ-
ſum, proſperumque proceſſum.[& obtinuerunt legem de manibus gentium & regum]id eſt,

obſeruantiam legis Moſaicæ recuperauerunt, repulſa infidelium poteſtate, qua ad tempus fuit ſuppeditata. [& nõ dederunt cornu peccatori] id eſt, ſceleratiſsimo Antiocho non exhibuerunt exaltionem, ſed magis depreſsionem ſuæ poteſtatis, quia ea abutebatur ad contumeliam creatoris. Idcirco in talibus non fuit ei obediendum, ſed reſiſtendum. [Et appropinquauerunt dies Mathathiæ vt moreretur, & dixit filijs ſuis: Nunc conſortata eſt ſuperbia] i. Antiochus ſuperbiã ſuam iam ad tempus potenter per tyrannicam abuſionem executus eſt, [& caſtigatio] i. afflictio nobis per ipſum inducta propter noſtra peccata, magna fuit & fortis. [& tẽpus euerſionis,] qua ſubuerſa eſt obſeruantia legis diuinæ, roboratum fuit aduerſum nos. Tempus autem ſumit denominationem ab his, quæ fiunt in tempore, vt dicatur bonum vel malum, proſperum aut aduerſum, forte ſeu debile [& ira indignationis] i. vltio noſtræ tranſgreſsionis, nobis inducta ex deteſtatione diuinæ iuſtitiæ, qua noſtra delicta deteſtatus eſt Deus: [Nunc ergo ô filij, æmulatores eſtote legis] i. tempore huius aduerſitatis tanto feruentius diligite atque defendite legẽ, quo acrius impugnatur. [& date animas veſtras,] id eſt vitam veſtram periculis mortis conſtanter exponite [pro teſtamento patrum] id eſt, pro defenſione veteris teſt. patribus noſtris dati in monte Sinai, vt Exod. 20. legitur. Quemadmodum enim quilibet homo pro defenſione totius corporis ſui exponit manum, ſeu quodcunque aliud membrum, ſic pro defenſione boni communis, potiſsime cultus diuini, vnuſquiſque debet ſe totum exponere. [Et mementote operum patrum, vt ea ſequamini, & accipietis gloriam magnam] i. copioſam à Deo mercedem, [& nomen æternum] i. famam laudibus plenam in præſenti & in futuro, iuxta illud Pſal. 111. In memo-
Ioſ. lib 12. ria æterna erit iuſtus. Et Prouerbior. decimo. Memoria iuſti cum laudibus. Vnde ſecundum Io-
an. iu. c. 8. ſephum inter cætera dixit: Corpora quidem mortalia ſunt. Operum vero iuſtorum monumenta, id eſt, commemorationes, immortalitatis ordinem conſequuntur. Ideo bona quæ nullo fine claudenda ſunt, appetatis: & in quo quis melior fuerit altero, cedentes vobis inuicem, proprijs miniſtrate virtutibus. [Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis?] id eſt, ex fide & fi-
Geneſ. 22 delitate paratus Deo obedire in immolatione chariſsimi filij ſui Iſaac, vt in Geneſi narratur. [& reputatum eſt ei ad iuſtitiam,] i. à Deo approbatus eſt, & iuſtus reputatus pro obedientia illa & voluntate completa. Hinc Iacob. 2 inducitur: Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? [Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ] i. captiuita-
Geneſ. 21. tis ſeruitutiſque in Aegypto, [cuſtodiuit mandatum Dei] de adulterio euitando. Mandata nanque decalogi ad naturalem pertinent legem, quæ ſunt de iudicio naturalis rationis omnibus inſito. Propter quod Ioſeph dixit ad fœminam: Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? vt ſcriptum eſt Geneſ. 39. [& factus eſt dominus Aegypti] i. præpoſitus & princeps ſub Pharaone, qui dixit ad Ioſeph: Vno tantum regni ſolio te præcedam, vt patet Geneſ. 41
Numer. 25 [Phinees pater noſter,] de cuius ſemine nos ſacerdotes geniti ſumus, [zelando zelum Dei] id eſt, amando & exercendo zelum Deo placentem pro conſeruando Dei honore & impietate vlciſcenda, ex quo zelo (vt tactũm eſt) perfodit turpiter agentes, [accepit teſtamentum ſacerdotij æterni] i. pactum ſeu promiſsionem quod ſacerdotale officium permaneret ei ac poſteris eius per omne tempus veteris teſtam. iuxta illud Numer. 25. Locutus eſt dominus ad Moyſen. Ecce do ei partẽ fœderis mei, & erit tam ei quam ſemini eius pactũ ſacerdotij ſempiterni, quia zelatus eſt pro Deo ſuo. [Ieſus dum implet verbum, factus eſt dux Iſrael.] i, Ioſue obediendo in omnibus his quæ ſibi Moſes commiſit aut iuſsit, meruit eſſe & factus eſt ſucceſſor Moſis in regimine Iſraelitici populi, quemadmodum ſcriptum eſt Numer 27. Dixit dominus ad Moſen: Tolle Ioſue virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, & dabis ei partẽ gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael. [Caleph dum teſtificatur in eccleſia] id eſt, teſtando coram multitudine filiorum Iſrael, bonam & fertilem eſſe terram promiſsionis, & filios Iſrael eam poſſe faciliter obtinere Deo iuuante. [accepit hæreditatem] id eſt, promiſsionem à Deo, quod hæreditatem conſequeretur in terra promiſſa. quod qualiter actum ſit & im-
Num. 14. pletum, in Numerorum & Ioſue libris recitatur. [Dauid in ſua miſericordia] id eſt, merito ſuæ
Ioſ. 14. pietatis, quam in multis, præſertim in inimiciſsimo ſibi Saule ſæpe monſtrauit, quia nec tunc vo-
1. Re. 19. 23 luit, nec permiſit eum occidi, quando quærebatur ab ipſo Saule ad occidendum. Vnde legitur
24. 26. primo Regum libro: Dixit Dauid ad Abiſai: Ne interficias eum. Quis enim extendit manum
1. Reg. 26. ſuam in Chriſtum domini, & innocens erit? [conſequutus eſt ſedem regni. Helias dum ze-
3. Reg. 18. lat] id eſt, amat & implet [zelum legis,] id eſt, affectum quem habuit pro legis ac diuinæ
4. Reg. 1. maieſtatis honore, ob quam cauſam reſtitit Achab regi, & prophetas Baal occidit, quinquagenarioſque cæleſti igne procurauit comburi, [receptus eſt in cælum] id eſt, in cælum aereum meruit eleuari, atque in curru igneo ad paradiſum transferri, prout quarto Regum ſecundo deſcribitur. [Ananias, Azarias, Miſael credentes] perfecte [in Deum, liberati ſunt,
Dan. 3. de flamma:] hoc eſt, in medio fornacis ardentiſsimæ manſerunt, & inde exierunt illæſi. Propter quod Nabuchodonoſor etiam dixit: Benedictus Deus eorum qui miſit angelum

ſuum &

ſuum,& eruit ſeruos ſuos,quia crediderunt in eum,prout Daniel.3. ſcriptum eſt.[Daniel in ſua
ſimplicitate]columbina,qua in omnibus Deum ſynceriter coluit,nec adulantibus,nec commi-
nantibus ceſsit.[liberatus eſt de ore leonum,] ſecundum quod ipſe ait in libro ſuo Dario regi: Dan 6.
Deus meus miſit angelum,& concluſit ora leonum,& non nocuerunt mihi. Quod miraculum
etiam ſecundo contulit Danieli ſub Cyro rege,vt Danielis quarto eſt ſcriptum. [& ita cogitate
per generationem & generationem,] & ea quæ acciderunt per generationum ſucceſsiones &
temporum interualla,fidelibus ad memoriam reuocate,prout in libris Moſis, Ioſue, Iudicum,
Regum,&c.continetur:[quia omnes qui ſperant in eum] id eſt, in Deum confidunt ſpe forma-
ta,[non infirmantur]id eſt,non deficiunt corde,ſed roborantur in domino mente & etiam ſæ-
pe in corpore.Ideo ait Pſal.25.In domino ſperans non infirmabor.Eccleſiaſtes quoque 2. adſe-
rit:Nullus ſperauit in domino,& confuſus eſt. Et rurſus hortatur propheta Pſalm. 26. Expecta
dominum,viriliter age,& confortetur cor tuum,& ſuſtine dominum. [& à verbis peccatoris] i.
ex comminationibus Antiochi [ne timueritis] timore carnali immoderato,ſecundum quod
Chriſtus ait in Euang.Matt.10.Nolite timere eos qui corpus occidunt. Vnde & Eſa.51. habetur:
Quis tu vt timeas ab homine mortali,& à filio hominis qui quaſi fœnum areſcit?Ideo Salomon
loquitur:Qui timet hominem,cito corruet,[quia gloria eius ſtercus & vermis eſt:] i. gloriatio Prouer.29
eius inanis,decor & apparatus,vilis eſt,fœtida,& cito putreſcés.[hodie extollitur,& cras]id eſt,
cito poſt hæc[non inuenietur:]quia per mortem erit ſublatus,iuxta illud Pſal. 36.Vidi impium
ſuperexaltatum,& tranſiui,& ecce non erat.[quia conuerſus eſt in terram ſuam.] Hoc quidam
exponunt de corporali Antiochi reuerſione ad terram Syriæ,vt dictum eſt cap.præcedenti.Sed
expoſitio hæc non conſonat literæ præcedenti,pro cuius cauſa iſtud inducitur. Ideo ſenſus eſt,
quia conuerſus eſt in terram ſuam,i.poſt mortem protinus reſoluetur in terram, de qua ſecun-
dum corpus formatus eſt,iuxta illud:Exibit ſpiritus eius,& reuertetur in terram ſuam. Nam & Pſal. 145. Geneſ. 3.
primo parenti dominus dixit:In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,donec reuertaris in terram
de qua ſumptus es.Fuit autem hoc ipſum quod ait hic Mathathias,in Antiocho adimpletú,quia
poſt paucos annos expirauit ex ægritudine moleſtiſsima, qua de eius corpore vermes ebullie-
bant,tantuſque fœtor,quod nullus poterat eum ferre,vt infra ſecundi lib. cap.9. narratur. [&
cogitatio eius *periet]i.effectu optato fruſtrabitur, & damnationem recipiet. [Vos ergo filij *periie
confortamini] i. voſipſos inuicem animate,& ſperando in domino robur accipite, atque pro
confortatione corporis & animæ Deum fideliter inuocate. Bellatoribus autem ſpecialiter ne-
ceſſaria eſt fortitudo,quæ eſt virtus cardinalis,per quam homo viriliter aggreditur ardua, & in
periculis mortis cõſtanter ſe habet ac fortiter præliatur. Hinc Ioſ.1.dominus iuſsit: Ecce præci-
pio tibi,cõfortare & eſto robuſtus valde.[& viriliter agite in lege,]ita vt eã perſonaliter implea-
tis,& à populo veſtro obſeruari pro viribus faciatis,[quia in ipſa glorioſi eritis] id eſt, famoſi &
beati,ſi eam ſic obſeruaueritis,[& ecce Simon frater veſter ſcio quod vir conſilij eſt] id eſt, in-
duſtrioſus,circunſpectus & prudens,ad dandum conſilia bona aptus, qui & in dono conſilij a-
bundauit,ipſum audite auribus cordis et corporis,[ſemper.]omni ſcilicet tempore opportuno,
præſertim in bellicis rebus,in quibus prudentia plus valet quam corporalis fortitudo: Immo &
fortitudinem,quæ eſt virtus,prudentia dirigit.Hinc ſcriptum Sapien.5.Melior eſt ſapientia quã
vires,& vir prudens magis quam fortis.Hoc Eccleſ.9. plenius memorat: Melior eſt ſapientia
fortitudine.[& ipſe erit vobis pater] id eſt, loco patris, quantum ad conſiliarem directionem.
Siquidem ratione eminentiæ in ſapientia,aliquis non immerito pater vocatur. [Et Iudas Ma-
chabæus fortis viribus à iuuentute]i.ab exordio iuuentutis ſuæ,in qua adhuc eſt, Immo nec ad
ſenectutem peruenit,vt infra patebit,[ſit vobis princeps militiæ,] quoniam aptus eſt ſtare in a-
cie,& proprijs factis alios animare.[et ipſe aget bellum populi]i.principalis erit in prælijs veſtræ
communitatis,[& adducetis ad vos omnes factores legis]i.Iudæos qui permanſerunt in obſer
uantia legis,colligite & vobis aſſociate. Nam et hi qui bene ſe habent in diuinis,ſunt meliores
fiduciæ,ſecundum philoſophum,et magis adiuuari merentur à Domino.Propter quod 2. Paral.
lib.propheta ait Amaſiæ regi Iuda: O rex,ne egrediatur tecum exercitus Iſrael. Non enim eſt
dominus cum Iſrael.[et vindicate vindictam populi veſtri] id eſt, vindicando exercete zelo iu- 2.Par. 25.
ſtitiæ debitam vltionem in aduerſarios veſtros pro crudelitatibus et ſceleribus quæ commiſe-
runt in populum veſtrum,magis autem in Deum.[retribuite retributionem]i. iuſtã vindictam,
[gentibus,]vos impugnantibus,[& benedixit eos]i. filijs ſuis imprecatus eſt bona, commen-
dauitque eos Deo.[et appoſitus eſt ad patres ſuos]i.defunctus,et quantum ad animam ſuã,ad-
iunctus patribus ſuis in limbo ac Abrahę ſinu,ſaltem poſt purgatorij pœnas,ſi quid purgandum
detulit ſecum.[et mortuus eſt 146.anno]non vitæ ſuæ, quia non vixit tam diu , ſed regni Græ-
corum.Vnde elicitur,quod vno tantummodo anno præfuit populo in ducatu prædicto.Antio-
chus enim intrauit Hieruſalem anno 143. deinde poſt duos annos miſit principem tributorum,
qui vaſtauit Hieruſalem , vt patuit. Tuncque ſurrexit, et ſe erexit Mathathias cum ſuis 1.Mach. 15
contra

contra Antiochum. Et obijt anno 146. Ex iſto cap. multipliciter informamur, principaliterque inſtituimur, quam cordialiter & amariſsime debeamus ruinam eccleſiæ deplorare, & pro eius reformatione per orationes, lachrymas, abſtinentias, humiliationes & corporum noſtrorum afflictiones iugiter laborare. Qualiter etiam principes Chriſtiani & cuncti fideles ad hoc idonei, debeant aduerſarijs fidei inſatigabiliter repugnare, & eſſe parati ad mortem pro defenſione Chriſtianæ religionis ac boni communis, atque pro viribus ſuis conſilio & auxilio reformare collapſa. Inſuper inſtruuntur prælati ac præſidentes, vt morti appropinquantes, ſoliciti ſint de fructuoſo regimine ſubditorum ſuorum poſt ſuam deceſsionem, & maxime, vt virtuoſi, diſcreti, condigni ad præſidentiam prouehantur. Poſtremo docemur hic ſanctorum patrum virtutes & exempla perpendere ac ſectari, ſicque confortari & ſperare ſemper in domino, & inordinatum timorem abijcere, & vſque ad mortem zelari pro Dei honore ac communi ſalute.

Elucidatio cap. 3. Et ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus.
Articulus 3.

RĘcitatur hic, qualiter filij Mathathiæ exequuti ſint inclyti patris ſui præcepta in bellis, &
excellentia Iudæ Machabæi hic declaratur. [Et ſurrexit] id eſt, ad actus ſtrenuos ſe erexit [Iudas, & adiuuabant eum fratres ſui] ac cæteri, [qui ſe coniunxerant patri eius, & prælia-
bantur prælium Iſrael cum lætitia:] id eſt, alacriter & iucunde exercuerunt prælia pro communi bono Iſraelitici plebis. Exercuerunt enim prælia ex virtute multiplici, videlicet ex charitate Dei & proximorum, ex zelo iuſtitiæ, ex fortitudine quæ eſt virtus cardinalis, atque ex latria, quæ Deo cultum & ceremoniam exhibet. Signum autem virtutis, eſt delectatio actioni annexa. Ideo quod Ariſtoteles quærit in Ethicis, an fortitudo habeat delectationem in actibus ſuis, ex illo habet reſponſionem. [& dilatauit gloriam populo ſuo] id eſt, famam & iucunditatem auxit vndique Iſraeliticæ plebi. [& induit ſe loricam ſicut gigas,] ‑mo veraciter gigas ſuit, non corporis mole, ſed operum ſtrenuitate. [& ſuccinxit ſe arma bellica, ſicut in prælijs, &
Prouer. 30 protegebat caſtra] id eſt, turbas Iſrael [gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis:] quia
ſicut leo eſt fortiſsimus beſtiarum, ad nullius pauens occurſum, ſic ipſe fuit pro tunc fortiſsimus virorum, nullum metuens inimicorum. [& ſicut catulus leonis rugiens in venatione.] Nam ſicut catulo leonis, ſeu leone beſtiam inſequente vt deuoret eam, rugiente, beſtia præ timore figit gradum, ſic aduerſarij audito nomine huius Iudæ perterrebantur. ideo ſubditur: [Et perſequutus eſt iniquos, & omnes ſuccendit flammis, & repulſi ſunt] id eſt, fugerunt præ timore [inimici eius, & directa eſt ſalus in manu eius:] id eſt, liberatio & proſperitas Iſraeliticæ plebis expeditè à Deo conceſſa & peracta eſt per fortitudinem & obſequium Iudæ, qui fuit inſtrumentum & miniſter omnipotentis, qui per ipſum Iudam decreuit ſic populo ſuo ſuccurrere. [& exacerba-
1. Mach. 5. bat] id eſt ad amaritudinem prouocabat [reges multos,] quorum populos ac ſubditos expug-
nauit, videlicet Idumæos, Ammonitas, Moabitas, Philiſtæus, Syros ac alios, vt infra habetur. [& in ſæculum memoria eius in benedictione] id eſt, cum laude & imprecatione boni, quia qui audiunt geſta ipſius, dicunt: Benedicatur ſeu benedictus ſit à domino. [Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſrael] id eſt, Iſraeliticum populum liberauit à tribulationibus, quas diu ſuſtinuit ab infidelibus ex ira illorum contra ipſum, vel ex ira Dei propter vitia populi, quem reduxit ad Dei deuotum obſequium. [& nominatus eſt vſque ad nouiſsimum terræ] id eſt, vndique valde longe ac late, vt ſit hyperbolica locutio, & potuit eſſe quod vſque ad quoſdam fines terræ habitabilis deuenerit fama eius, ſicut & fama Herculis. [& congregauit pereuntes] id eſt, Iudæos qui à gentilibus opprimebantur, & per timorem atque ſupplicia ad gentilitatis facinora trahebantur. [Et congregauit Apollonius gentes] Apollonius iſte fuit vnus de principibus Antiochi, duxque Samariæ, ad quod inſinuandum ſubiungitur, [& à Samaria virtutem multam & fortem] id eſt, copioſum & robuſtum exercitum. [et cognouit Iudas] ex reuelatione quorundam, forſitan Iſraelitarum in Samaria commorantium, vel ex-
1.Reg.17. ploratorum ſuorum, [et exijt obuiam illi,] antequam introiret Iudæam, [& occidit eum, & gla-
dium Apollonij abſtulit,] ab occiſo, quem exuit armis, ſecundum Ioſephum, ſicut Dauid enſem Goliæ, & erat pugnãs in eo:] i. cum gladio illo omnibus diebus quibus pugnauit, quo conſtat quod fuit gladius valde valens. Conſequenter deſcribitur aliud bellum. [Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ] inferioris, [quod congregauit Iudas congregationem fidelium, & eccleſiam ſecum, & ait: Faciam mihi nomen] id eſt, celebrem famam, [& glorificabor in regno]
Iac. 4. toto Antiochi, [et debellabo Iudam.] Ecce ambitio magna & præſumptio ſtulta. ideo Deus
qui reſiſtit ſuperbis, proſtrauit impium illum per electum pugilem ſuum Iudam. [Et præparauit ſe, et aſcenderunt cum eo] id eſt, cum Seron, [caſtra] id eſt, turbæ armatæ, [impiorum,] inter quos (vt fertur) fuerunt multi tranſgreſſores, perfidique Iudæi à Iuda expulſi. [Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis,] Deo ſic diſponente, vt victoria Iudæ glorioſior fieret,

ſieret, & à Deo conceſſa euidenter agnoſceretur. [vt viderunt autem]pauci, [qui erant cum Iu-
da, exercitum aduerſariorum venientem obuiam eis,]eſſe magnum & fortem. [dixerunt Iudę]
ex humano timore: [Quomodo poterimus pauci pugnare ad]i. contra [multitudinem tantam
tam fortem? Et ait Iudas: Facile eſt cōcludi]i. compręhendi & vinci [multos in manu]id eſt, per
manum & operationem ſeu poteſtatem [paucorum,] & hoc Deo auxiliante, ſicut ſubiungitur:
[& non eſt differentia in conſpectu Dei liberare in multis & in paucis,]i. Deo omnipotenti æ-
que facile eſt aduerſarios expugnare per paucos ab ipſo adiutos, & per multos tales: [quia non
in multitudine exercitus victoria belli conſiſtit]tantum aut principaliter, quia diuinæ prouidē-
tiæ cuncta ſubduntur, & Deus ſecundum cenſuram ſapientiæ atque iuſtitiæ ſuæ, largitur nunc
iſti, nunc illi victoriam: & frequenter ex occultiſſimis cauſis ſeu meritis, & ipſe ad libitum ſuum
corda bellantium immutat, confortat, debilitat, confundit, obſtupeſacit, afficit, ordinat, exhila- 1. Reg. 4.
rat & contriſtat. Hinc 1. Regum lib. bonus & magnanimus ille Ionathas ait: Non eſt domino dif- 2. Par. 14.
ficile ſaluare in multis vel in paucis. Secundo quoque Paralip. lib. Aſa rex loquitur Deo: Domi-
ne, non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus. & niſi iſta penſentur,
quaſi incredibiles eſſent multæ hiſtoriæ ſcripturarum de vario & inopinato euentu bellorum.
Si autem hæc perpendantur, abſque dubitatione creduntur. Hinc ſubditur: [ſed de cælo forti-
tudo eſt,]i. poteſtatem præualēdi atque victoriā Deus qui in cælo eſſe & habitare aſſeritur, præ-
ſtat, iuxta illud Prouerb. 21. Equus paratur ad diem belli, dominus autem ſalutem tribuet. [Ipſi
veniunt ad nos in multitudine contumaci,]quia de viribus ſuis præſumunt, noſque deſpiciunt.
[Nos autem pugnabimus pro animabus noſtris & legibus noſtris,]i. pro defenſione vitæ no-
ſtræ ac legum ſeu inſtitutionum noſtrarum. Lex etenim Moſis, fuit lex vna aggregatiue conti- Leuit. 18.
nens plures leges, i. iuſsiones particulares. Vnde per Moſen Dominus dixit: Leges meas cuſto-
dite. [& dominus conteret]id eſt, deijciet [eos.] Hoc fuit verbum bonæ ſpei, immo ex diuina
inſpiratione prolatum. [Vos autem ne timueritis eos. Vt ceſſauit autem loqui, inſiluit in eos ſu-
bito]ex impulſu diuino, ſicut in lib. Iudicum de ipſis virtuoſis iudicibus ſæpius legitur, quod ir-
ruit in eos, ſeu factus eſt in eis ſpiritus domini, ſicque fecerunt hoc aut illud. [Et cōtritus]id eſt, Ioſe lib. 12 an. iu. c. 19.
deſtructus, diſsipatus, victus [eſt Serō & exercitus eius,]& ceciderūt ex eis 800. viri. Refert Io-
ſephus, quod Iudas occidit ipſum Serō ducem Syrorum & 8. millia. [& de pręlijs Iudæ narrabāt
omnes gētes,]i. quædā de omnibus, vel omnes in circuitu Iudææ morātes. [Vt audiuit autē An-
tiochus rex ſermones iſtos, iratus eſt animo]quod Iudęi quos pro nihilo reputauit, & ſine reſiſtē-
tia ad libitum tribulauit, ita præualuerunt principibus & exercitibus ſuis, [& congregauit exer-
citum vniuerſi regni ſui,]volens Iudæos funditus extirpare. [& aperuit ęrarium ſuum,]i. locum
theſauri, [& vidit quod defecit pecunia de theſauris ſuis,]i. in repoſitorijs theſaurorum, vel
pecunia ſumpta de theſauris ſuis. [& tributa regionis modica,]id eſt, quod regiones ſibi ſubie-
ctæ ſoluerent ſibi parua tributa, quoniam oderant eum, & paulatim rebellabant, eo quod abſtu-
lit eis leges eorum, & cultum Deorum ſuorum. Vnde ſubiungitur: [propter diſſenſionem &
plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erāt à primis diebus]id eſt, ab antiquo, quo
diuerſæ gentes deos ſuos colere ceperunt. [& timuit, ne nō haberet ſicut ſemel & bis, in ſum-
ptus,]id eſt, ne non haberet facultatem dandi exercitui ſufficientia ſtipendia pro expenſis, ſicut
antea ſæpius dedit. [& conſternatus,]id eſt, deficiens & deiectus, [animo erat valde, & cogita-
uit ire in Perſidem ad colligendum]ibi [tributa regionum] ſibi tributariarum. Erat enim ter-
ra plurimum opulenta, præſertim in argento & auro, ſicut ex libris Heſter & Eſdræ colligitur.
[& reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regali,]qui infra vocatur cognatus regis,
videlicet filij huius Antiochi, ex quo elicitur quod fuit cognatus Antiochi huius aut ſuæ vxo-
ris. [ſuper negocia regia,] vt eſſet quaſi vicarius regis in regimine regni & negociorum ad
regem ſpectantium. [& exijt Antiochus ab Antiochia ciuitate regni ſui,] tunc metropolitana,
videlicet Syriæ, cuius ante metropolis fuit Damaſcus, iuxta illud Eſaiæ ſeptimo. Caput Syriæ Zach. 9.
Damaſcus. Denique vrbs illa tempore Antiochi & ante vocabatur Hemath, ſicque vocatur 4. Reg. 14.
in Zacharia propheta, quam Antiochus reparans, à nomine ſuo Antiochiam appellauit, quæ
antea vocabatur & Reblatha, vt quarto Regum libro, quo legitur quod Chaldæi adduxerunt
Sedechiam regem ad regem Babylonis in Reblatha. [Anno centeſimo quadrageſimo ſepti- 1. Mach. 1.
mo regni Græcorum, & cætera.] ſicut expoſitum eſt, hoc eſt, vndecimo anno regni Antiochi,
qui (vt ſupra habetur) cœpit regnare anno centeſimo trigeſimo ſeptimo regni Græcorum mo-
narchici, ſecundum ſenſum præhabitum. [Et vidit Iudas & fratres eius, quod multiplicata ſunt
mala,]id eſt, aduerſa atque pericula eis imminentia, ſcilicet quod exercitus aduerſariorum à
Lyſia miſſus, copioſus, robuſtus, & expertiſsimos duces in rebus bellicis habens, quorum vnus 2. Mach. 8.
fuit Gorgias, qui libro ſecundo dicitur in talibus fuiſſe expertiſsimus, appropinquaret ad eos,
ſicut ſubiungitur: [& exercitus]Syrorum [applicabat ad fines eorum, & cognouerunt] Iudas
& ſui [verba regis] Antiochi, [quæ mandauit populo noſtro] videlicet facere [in interitum et
con-

conſummationem,]i. Iudæos omnes occidere, & prorſus de terra auferre: ſicq; quod dicitur, populo, poſſet referri ad verba iſta ſequentia, quod ſ. iuſſit populo Iudęorum interitum & eradicationem finalem. [Et dixerunt vnuſquiſq;]Iudæorum cum Iuda exiſtentium, [ad proximum ſuum,]animando ſe inuicem: [Erigamus deiectionem populi noſtri,] i. ruinam & oppreſsionem plebis noſtræ recuperemus, reſiſtendo aduerſarijs, quatenus plebs noſtra dudum deiecta & hoſtibus ſubdita, iam eis præualeat, [& pugnemus pro populo noſtro & pro ſanctis noſtris,]i. pro conuerſatione legum noſtratum, & ſacrorum locorum ac ſolennitatum. [Et congregatus eſt conuentus Iudæorum ad Iudam]ex diuerſis vrbibus Iudęæ, [vt eſſent parati ad prælium,]immò ad omnia neceſſaria & accōmoda ad victoriam obtinendam, & quæ Iudas eis præciperet, & vt orarent, [& peterent miſericordiam,] i. pietatem gratiæ Dei, [& miſerationes,]i. multiplices diuinæ pietatis effectus contra diuerſas miſerias eis inexiſtentes aut imminentes. [& Hieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: & ſanctum]i. locus templi ſeu ipſum templum, [conculcabatur]à peſsimis & crudeliſsimis gentilibus propè templum morantibus, & circa templum ſeu per illud diſcurrentibus. de quibus ſubiungitur, & filij alienigenarum erāt in arce. [& ablata eſt voluptas à Iacob,] i. à Iudæis ex Iacob natis, ablata eſt multiplex lætitia, quam conſuebant habere in ſolennitatibus, in quibus confluebant ad templum, pręcipuè ter in anno, atq; in ſacrificijs quæ fiebant in templo. [& defecit ibi tibia & cithara,] i. muſica inſtrumenta, quibus in officijs Dei ex deuotione vtebantur, immo cum inſtrumentis talibus & melodijs eorum ſolebant venire ad templum ſeu ſacrificij locum, prout 1 Reg. 4. patet. [& venerunt in Maſphat]i. oppidum Iudęæ ſic nuncupatum, [contra Hieruſalem]i. ex oppoſito, quatenus ab

3. Reg 8. iſto loco dirigerent facies ſuas verſus templum in ſua oratione, prout 3. libro Regum agendum eſſe innuitur ab his, qui ad templum venire non poterāt, quemadmodum etiam Daniel ſe feciſ-

Dan. 6. ſe teſtatur, cum eſſet cum Dario rege. [quia locus orationis erat in Maſphat ante in Iſrael,]i. filij Iſrael, templo nondum conſtructo, ſolebant conuenire in Maſphat, ad orandum. Scriptum eſt enim 1. Reg. 7. Dixit Samuel, Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphat, vt orem pro vobis dominum. Iudic. quoq; vndecimo: Loquutus eſt Iephte omnes ſermones ſuos corām domino in Maſphat. [& ieiunauerunt illa die,]ad impetrandum miſericordiam & miſerationes, ob quam cauſam fecerunt & ea quæ ſequuntur, & induerunt ſe cilicijs, [& cinerem poſuerunt in capite ſuo]i. capitibus ſuis ſuperſparſerunt, humiliando ſe valdè, in ſignum mœroris, ſicut de amicis

* diſcide rūt, vel diſ. ſuerunt. ſuis Iob 2. loquitur: Sparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum. [& * deſtituerunt veſtimenta ſua,]i. in ſignum deſolationis abiecerunt veſtes valoris & alicuius iucunditatis, indueruntq; lugubres veſtes. Aliqui tamen exponunt, deſtituerunt, i. ſciderunt. [& expanderunt libros legis,] forſitan ad legendum aliqua capitula ex eis pro populo confortando, vel vt aliqui dicunt, in ſignum quod parati erant ſe morti exponere pro lege tuenda, ſiue vt Deus dignaretur attendere & implere promiſsiones, quas in Deuter. repromiſit zelatoribus & obſeruatoribus legis, quod ſcilicet daret eis victoriam contra æmulos legis. [de quibus]libris[ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum,]i. gentiles inquirebant comprobare culturam idolorum ſuorum, quia ex libris legis probabant in tabernaculo Moſis ex præcepto Dei fuiſſe ſimilitudines ſiue imagines Cherubin, iuxta illud Exod. 25. Duos Cherubin aureos & productiles facies ex vtraq; parte oraculi. Hæc autem probatio fuit ineſficax, quia imagines non erant poſitæ ibi vt adorarentur vel colerentur, neq; vt res quas repræſentabant, videlicet angelici ſpiritus, colerentur vt Dij, ſed ad deſignandum quod mentes illæ angelicæ iugiter creatori adſiſtant ad obſequendum. Gentiles autem iſta ſcrutantes ex lege, fuerunt eruditi, & forſan philoſophi, cognoſcentes eſſe vnum ſummum Deum, & nihilominus deos ſuos colentes: immo quidam philoſophi, vt Porphyrius, conceſſerunt legem Moſis eſſe datam à Deo, nec idololatriam eſſe in lege prohibitam, niſi Hebræis, dicentes quod Deus altiſsimus voluit ſolus coli ab illis, non tamē voluit deos non adorari ab alijs gentibus, ad quod allegabant illud Exod. 22. Dijs nō detrahes. Et illud Exod. 21. Si dixerit ſeruus, diligo dominum meum, offeret eum dominus dijs. Contra

Auguſtin. quam ſtultam opinionem arguit Auguſtinus in libro de ciuitate Dei. [& attulerunt ornamenta ſacerdotalia,]ad oſtendendum quod libenter eis vterentur in templo Dei, ſi poſſent, & extrà, ſi liceret. [& primitias & decimas.]quæ ſolebant in templo offerri. [& ſuſcitauerunt] i. ad inuocandum Deum induxerunt [Nazaræos,] videlicet quoſdam ſpecialiter Deo conſecratos, qui impleuerant dies voti ſui, quo vouerant ſe Deo vacaturos ad certum tempus: quo expleto, de-

2. Mac. 5. 6. bebant ſacrificia quædam offerre Deo, prout Numer. 6. ſcribitur. Aliqui verò erant Nazaræi, per totum tempus vitæ ſuæ, vt Samſon & Samuel. Vnde Iudic. 16. loquitur Samſon: Nazaræus, i. conſecratus domino ſum de vtero matris meæ. Idem patet de Samuele 1. Reg. 1. & 2. [& clamauerunt voce magna in cęlum.]i. ad Deum cęli, cui magnitudo vocalis clamoris accepta non eſt, niſi inquantum procedit ex magnitudine deuotionis & piæ affectionis. [quid faciemus iſtis, & quo eos ducemus?]quaſi dicant. Dolemus quod non poſſumus vti ornamentis ſacerdotalibus,

alijsq;

aliiſque prædictis in templo,nec illud ducere Nazaræos.Idcirco tu domine ſubueni. [& ſancta
tua conculcata ſunt & contaminata.]id eſt,ſacra templi loca ingreſsi ſunt perfidi, & contamina-
uerunt ea vitijs gulæ atque luxuriæ ac idololatrijs, prout ſecundo libro clarius continetur. [&
ſacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem,]id eſt, propter tam abominabilia ſcelera
plorauerunt & humiliauerunt ſe & ſunt deſpecti. [Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem
eorum,niſi tu Deus adiuues nos?& tubis exclamauerunt,]id eſt, buccinis ſacerdotalibus ceci-
nerunt ad impetrandum auxilium Dei,ſicut in Ioſue feciſſe leguntur. [Et poſt hæc cóſtituit Iu- Ioſ.6.
das duces populi] id eſt, exercitum ſuum ordinate diſtinxit, & quoſdam quibuſdam iuxta le-
gem præfecit,videlicet[tribunos & centuriones & pentecontarchos & decuriones.] Porro tri-
bunus præfuit bellatoribus mille, centurio centum, pentecontarchus, id eſt, quinquagenarius
præfuit quinquaginta,decurio decem,de quibus Exod.18.legitur:Conſtitue tribunos & centu-
riones & quinquagenarios & decanos. [& dixit] Iudas[his qui ædificabant domos, & ſponſa-
bant vxores,& plantabant vineas,& formidoloſis. vt redirent vnuſquiſque in domum ſuam ſe-
cundum legem.] Nam in Deuteronomij volumine iuſſum fuit, vt tales redirent ab exercitu ad Deut.20.
propria loca,qui de nouo erexerant ſibi domum aut vineam,aut ſponſam acceperant, ſed paui-
di cordis erant, ne deſiderio nouæ rei & timore ſeparandi ab ea,vel ex formidine mortis fie-
rent ad bella inepti, alioſque redderent pauidos. [& mouerunt]Iudas & ſui,& etiam hoſtes,
[caſtra]id eſt,turmas ſuas,[& ait Iudas]bellatoribus ſuis.[Accingimini]id eſt, armis accingite
vos,[& eſtote filij potentes]id eſt,fortes corde & corpore,confidentes in Deo ,[quoniam me-
lius]id eſt,commendabilius,magiſque meritorum:[eſt nobis mori in bello]iuſto ex parte no-
ſtri, quod inimus ex charitate & zelo iuſtitiæ pro diuini cultus & boni communis defenſio-
ne, quod æquipollet martyrio, [quam videre mala gentis noſtræ & ſanctorum]id eſt, ad-
uerſitates, mortes ,&prophanationes populi noſtri & ſacrorum locorum. [Sicut autem fue-
rit voluntas in cælo,ſic fiat.]

Explanatio cap.4. Et aſſumpſit Gorgias quinque millia virorum. Artic. 4.

EXequutio belli,de cuius apparatu dictum eſt in præcedentibus,deſcribitur hic.[Et aſſum- 1.Macb. 3.
pſit Gorgias quinque millia virorum & mille equites electos,] vt in ipſa nocte improuiſe
ſuperueniret exercitui Iudæ,& occideret eum. Erat enim Gorgias in huiuſcemodi bello-
rum cautelis,inſidijs & circumuentionibus plurimum tritus. [Et filij qui erant in arce,] id eſt,
quidam gentiles in arce morantes,[erant illis duces] id eſt,itinera aptiora oſtenderunt Gorgiæ
ac ſuis.[Et audiuit Iudas]machinationem Gorgiæ,quæ fuit ſibi per aliquem reuelata , Deo ſic
ordinante,[& ſurrexit ipſe]Iudas, [& potentes] id eſt, fortes viri qui ſecum erant,,[percutere
virtutem exercituum regis,]id eſt,ad interficiendum improuiſe totum reliquum agmen Antio-
chi miſſum à Lyſia,vt ſic ars arte illuderetur,& induſtria iuſti,fraudem impij ſuperaret. [Adhuc
enim diſperſus erat exercitus]Gorgiæ[à caſtris]id eſt,ab exercitu illo magno à Lyſia miſſo, ad
quem exercitũ nondũ reuerſus fuit Gorgias cum ſuis [& venit Gorgias in caſtra,]id eſt,loca ca
ſtrorũ ſeu tentoria,[Iudæ nocte,& neminem inuenit,& quærebant eos in montibus.] In libro
iſto ſpecialem difficultatem intelligẽdi textum, inducit frequens variatio nominum & verbo-
rũ,quo ad numerum ſeu de numero ſingulari ad pluralem,& econuerſo, atque relato ad diuer-
ſa,& introductio appoſitiuorum tertiæ perſonæ ſine expreſsione ſuppoſitiuorũ . Ideo ad intel-
ligẽtiam literæ neceſſariũ eſt, circunſtantiã eius & præcedentia ac ſequentia intueri. ſic & nunc
cum ſingulariter dictum eſt, venit Gorgias, & neminem inuenit,pluraliter additur,& quære-
bãt eos in mõtibus. Senſus eſt,quod Gorgias & ſui quærebant Iudam atque exercitum eius in
montibus,ad quos putauit Gorgias Iudam & ſuos ex timore fugiſſe. Ideo ſubditur , [quoniam
dixit]ipſe Gorgias,[fugiunt hi à nobis,& cum dies factus eſſet,apparuit Iudas in campo cum tri
bus millibus virorum tantum,,qui tegumenta & gladios non habebant:]& hoc propter pauper-
tatem,vt Ioſephus & Magiſter in hiſtorijs dicunt . Alijs nonnullis videtur hoc ſtare non poſſe,
quia capitulo præcedenti narrantur Iudas & ſui in duobus prælijs præualuiſſe , & ſpolia occiſo- Ioſ.lib.12.
rum tuliſſe. Ideo dicunt correctum textum hunc eſſe,quoniam tegumenta & gladios non habe- an.iu.c.10
bant,ac ſi dicatur:Ideo non fuerunt cum Iuda,niſi tria millia,quia non habuerunt arma & enſes
pro pluribus.Quamuis autem hoc dictum apparentiam habeat, ſecurius tamen videtur ſequi Ibidem
primam expoſitionem,quia & libri correcti communiter habent, [Qui non:]quia & Ioſephus
ita refert, qui tamen ſcribit octo millia fuiſſe occiſa de exercitu Seron , vt patuit in expoſitione
præcedentis capituli. Itaque dici poteſt , quod tria millia iſta non habuerunt tegumenta & gla- 1.Reg.13.
dios ad ſufficientiam: ſicut aliquis dicitur nudus, quia malè ſeu parum veſtitus. Denique 1. Re-
gum volumine legitur:Cumque veniſſent dies prælij , non eſt inuentus enſis & lancea in manu
totius populi qui erat cum Saul & Ionatha,excepto Saul & Ionatha filio eius:& tamen ante præ-

lium illud Saul cum ſuis expugnauerat Ammonitas, vt legitur primo Regum vndecimo. Eſtq;
probabile quod eorum ſpolia abſtulit, inter quæ erant & arma. [& viderunt] hi qui erant cum
Iuda [caſtra gentium valida & loricatos] eſſe pedites aduerſariorum. [& equitatus] id eſt, e-
queſtres, [in circuitu eorum,] pro defenſione & ſubſidio peditum. [& hi] puta equeſtres, erant
[docti ad prælium.] Iudæi autem non erant exercitati in bellicis rebus, niſi forſitan quidam eo-
rum, ad aliquantulum tempus. [& ait Iudas viris qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem
eorum. Mementote quomodo ſalui facti ſunt.] id eſt è morte & occiſione Aegyptiorum erepti,
Exod.14. [patres noſtri in mari rubro,] id eſt, in ſiccato fundo maris illius. tanquam dicat, non propria &
humana, ſed diuina virtute præualere confidite. [& nunc clamemus in cælum] id eſt, ad Deum
cæli tam feruide, vt oratio noſtra ad ipſum pertingat, qui tamen vere vbique eſt, iuxta quod Ec-
cleſiaſt. 35. dicitur: Oratio iuſti penetrat cælos. [& miſerebitur noſtri dominus, & memor erit
teſtamenti patrum noſtrorum] id eſt, pacti quod inijt & percuſsit cum eis, dicens quod pugnan
tes in ipſo confidentes iuuaret. Itaque Iudas impleuit illud Deuter. 20. Si exieris ad bellum, &
videris equitatum & currus, & maiorem quam tu habes, aduerſarij exercitus multitudinem, nõ
timebis eos. Appropinquante autem prælio, ſtabit ſacerdos ante faciem exercitus, dicens: Audi
Iſrael, vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, nolite metuere, nolite cedere,
quia dominus in medio veſtri eſt, & pro vobis dimicabit. [& leuauerunt alienigenæ] id eſt, ex-
Ioſe.lib.12 ercitus Lyſiæ [oculos ſuos, & viderunt eos] ſ. Iudam & ſuos [venientes ex aduerſo, & tuba ceci-
an.iu.c.10 nerunt, qui fuerant cum Iuda,] in ſignum audaciæ & confidentiæ magnę in Deo. Nempe ſecun-
dum Ioſephum, Iudas inter cætera dixit ad ſuos: Etiam nudis corporibus pugnare debemus
& Deum inuocare, qui ſæpius nos inermes contra plures & armatos victoriam fecit acquirere.
[& perſequutus eſt,] Iudas alienigenas fugientes. [Et apparuit pars quædam proſpiciens de
monte] id eſt, pars exercitus quem Gorgias aſſumpſit, vt Iudã expugnaret, cuius exercitus pars
proſpexit in campum de monte, in quo Gorgias quæſierat Iudam. [& vidit Gorgias, quod in
fugam conuerſi ſunt ſui] id eſt, exercitus ille miſſus à Lyſia, de quo exercitu Gorgias millia ſua
accepit. [& ſuccenſa ſunt caſtra] id eſt, tentoria ſeu tabernacula eorum, quę Iudas ſuccendit illis
fugatis. [Quibus illi] puta Gorgias & eius exercitus, [conſpectis timuerunt valde, & fugerunt
omnes in campo alienigenarum, & acceperunt] Iudas & eius exercitus [aurum multum & argẽ-
tum & hyacinthum & purpuram marinam & opes magnas:] quæ omnia à fugientibus erant re-
licta in campo. Hyacinthus autem interdum pro flore, quandoque pro gemma, aliquando pro
genere panni accipitur. Has autem diuitias pro parte attulerunt mercatores, qui venerunt ad e-
mendum Iudæos in ſeruos, quos præſuppoſuerunt vincendos. [Et conuerſi] Iudas & ſui à col-
lectione ſpoliorum, [hymnum canebant,] Deo gratias referendo, & ei, non ſuis viribus victoriã
aſſcribendo, neque inaniter gloriando: ideo meruerunt maiorem ſortiri triumphum, ſicut in
textu conſequenter deſcribitur, quia & ipſum Lyſiam perſonaliter contra eos venientem, cum
ſexaginta millibus peditum & quinque millibus equitum ſuperauerunt, nec eſt difficultas in li-
tera, [& benedicebant Deum in cęlum,] erigẽdo corda ſua cum manibus & vultu ad cęlos, iuxta
illud Threnor. 3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cælos. [& viderunt] Iu-
das & ſui [exercitum fortem] Lyſiæ, vt tactũ eſt. [& orauit Iudas: Benedictus es Saluator Iſrael]
Id eſt, liberator & adiutor, immo & beatificator Iſraeliticæ plebis in te ſperantis. Incepitq́ue Iu-
das orationem ſuam à laudibus Dei, quoniam oratio laudibus Dei admixta, exaudibilior eſt,
iuxta illud Pſal. 17. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. [qui contriuiſti
Impetum potentis] id eſt, Golię gigantis, [in manu Dauid,] qui (vt primo Regum decimo ſepti-
mo legitur) dixit Goliæ: Dabit te dominus in manu mea, & auferam caput tuum. [& tradidiſti
caſtra alienigenarum] ſcilicet Philiſtinorum [in manu Ionathę.] quod qualiter factum ſit, primo
Regum 14. diffuſe narratur. [Conclude] id eſt, coarcta & vince [exercitum iſtum in manu popu-
li tui Iſrael, & confundantur in exercitu ſuo] id eſt, in præſumptione & confidentia, qua de ſua
multitudine præſumunt & extolluntur. Vel, in exercitu ſuo, id eſt, In debellatione ſui exercitus,
quia hoc eis confuſibile erit, quod tãtus eorum exercitus à nobis multo paucioribus fuerit de-
bellatus. [da illis formidinem, & tabeſac] i. ſtupidam ac debilem redde [audaciam virtutis] id
eſt, poteſtatis ſeu turmæ [eorum.] Sic enim ad libitum alterare hominum corda, Deo eſt pro-
prium, ſicut eſt dictum. [& commoueantur contritione ſua] id eſt, de ſua deſtructione ipſimet
admirentur, quia omnipotentiam tuam, operationemq́ue intimam & ſecretam ignorant. [De-
ijce eos gladio diligentium te.] Cognouit enim Iudas, quod ipſe & fideles qui erant ſecum, erãt
in charitate. Hoc inquantum cognouit vel probabiliter per certa charitatis opera atque iudicia
vel certitudinaliter ex reuelatione diuina ſeu inſpiratione occulta. [Et commiſerunt prælium,
& ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum. Videns autem Lyſias Iudæorum au-
daciam, quia parati ſunt aut viuere] cum libertate & obſeruãtia legis, [aut mori fortiter,] id eſt,
virtuoſe pro defenſione cultus diuini & boni communis, [abijt Antiochiam.] Prætereo Iudas

tot

tot ſortitus victorias,ſolicitus fuit de renouatione cultus diuini, vt ſubditur. [Dixit autem Iudas & fratres eius: Ecce contriti]id eſt,deſtructi,victi,diſsipati[ſunt inimici noſtri] pro magna parte,[aſſcendamus nunc]Hieroſolymam in alto ſitam. [mundare ſancta & renouare,] id eſt, ad purgandum ſacra loca, templum atque altaria à gentilibus prophanata, & ad renouandum cultum Dei in eis.[Et congregatus eſt omnis exercitus,& aſſcenderunt in montem Sion, & viderunt ſanctificationem deſertam] id eſt,templum quaſi in ſolitudinem verſum, [& altare] tã thymiamatis quam holocauſti,[prophanatum]quia ſuper vnum illorum poſuerat ſceleratiſsimus Antiochus idolum Iouis,[& in atrijs templi virgulta nata, ſicut in ſaltu]id eſt, in nemore, [& paſtophoria diruta]id eſt, deſtructas manſiunculas quæ erant in circuitu templi pro requie ſacerdotum dum miniſtrabant,ſeu refectione offerentium hoſtias, quarum partem, cedente in eſum eorum,inibi comederunt.[Et ſciderunt veſtimenta ſua]præ dolore, in quó oſteoderũt feruidum zelum,quem pro diuinæ maieſtatis honorificentia habuerunt.[& exclamabant tubis ſignorum]id eſt,tubis per quæ multa ſignificabantur,clanxeruntque tubis lugubri ſonitu, vt ſic ad ampliorem prouocarentur lamentationem in caſu tam triſti. Denique per harum clangorem tubarum populus excitabatur,dum caſtra erant mouenda. Populus quoque & principes conuocabantur ad tractanda conſilia. In bellis quoque & feſtis ac epulis erat vſus tubarum iſtarum, prout Numerorum decimo plenius ſcriptum eſt. [Tunc ordinauit Iudas viros] i. fortes & ſtrenuos milites,[vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce:] ne impij illi moleſtias inſerrent per iacula,purgantibus templum.[& elegit ſacerdotes ſine macula:]id eſt,quos putauit magis deuotos,qui erant magis idonei reformare collapſa,& purgare polluta,[& tulerunt]id eſt,extra templum portauerunt[lapides contaminationis,] ex quibus conſtructa fuit ara Iouis circa altare Dei,ſuper quod poſitum fuit Iouis ſimulachrum, vt patuit primo capitulo. [in locum immundum]id eſt,vilem & ſordidum,in deteſtationem idololatriæ. [Et cogitauit de altari holocauſtorum quod propbanatum fuerat]per hoc,quod ſtatua Iouis ſuperpoſita erat ei, [quid de eo faceret. Et incidit illi]ex illuminatione diuina[conſilium bonum, vt deſtrueret illud,] propter abuſiones ſacrilegas in eo commiſſas.[ne forte eſſet illis in opprobrium]id eſt, ne ipſe Iudas & ſui ſuſtinerent confuſionem, ſi altare illud relinqueret integrum, quod ſic erat per idololatras violatum.[& demoliti ſunt]id eſt, deſtruxerunt[illud, & poſuerunt lapides eius in monte domus]id eſt,in monte Sion,in quo templum fuerat ſitum[in loco apto]id eſt, mundo, eo quod lapides illi primo erant conſecrati ad cultum & ſacrificia Dei.[quoadusque veniret propheta, & reſponderet de eis,]id eſt,ex diuina reuelatione doceret, quid eſſet agendum de illis lapidibus,ſeu cui eſſent vſui deputandi.[& acceperunt lapides integros ſecundum legem]id eſt, non ſectos,iuxta illud Exodi duodecimo. Quod ſi altare lapideum feceris mihi,non ędificabis illud de ſectis lapidibus. Et Deuter. 27. ſcriptum eſt: Aedificabis altare domino de lapidibus quos ferrum non tetigit,id eſt,de ſaxis informibus et impolitis,cuius præcepti ratio literalis ac myſtica ibi expreſſa eſt.[et ædificauerunt altare] holocauſtorum[nouum, ſecundum illud quod erat prius,]id eſt,inſtar altaris prioris quod deſtruxerunt.[& ædificauerunt ſancta,]id eſt, exteriorem templi partem,quæ dicebatur ſanctum ſeu ſancta,in qua erat altare thymiamatis, reparauerunt,in quibus erat corruptum aut læſum.[& quæ intra domum erant intrinſecus]id eſt,interiorem partem templi,quæ dicebatur ſancta ſanctorum.[et ædem]id eſt, ædes ſeu manſiones ſacerdotum,qui erant in gyro atrij templi,in quibus tempore officij morabantur. [& atria ſanctificauerunt:]extirpando virgulta ex eis, & aqua luſtrationis cum oratione eadem aſpergendo,[et fecerunt ſancta noua vaſa.] Iam enim ex frequenti victoria,ſpolijs hoſtium, auro & argento fuerunt ditati. Et per vaſa intelliguntur quæcunque inſtrumenta & vtenſilia cultus diuini in templo. Antiochus namque rapuerat omnia.[et intulerunt candelabrũ aureum,]ſuper quod erant ſeptem lucernæ ſeu lampades aureæ,[et altare incenſorum.] ſuper quod ponebatur & cremebatur incenſum boni odoris,vt eſſet in templo odor ſuauis,non afflictiuus, ex crematione animalium, quæ in holocauſtum cõburebantur. [& menſam]propoſitionis[in templum.] 1.Mach.1. Exod. 26. Exod. 25.
Hæc tria ſtabant in prima exterio rique parte templi. Atque vt Dominus Exodi 26.iuſsit, menſa ponebatur in parte aquilonari,candelabrum in auſtrali,altare incenſi in medio ex oppoſito ſancti ſanctorum.[& incenſum poſuerunt ſuper altare] thymiamatis, quod ex aromaticis ſpeciebus fuit confectum,& congruo tempore incendebatur,prout Exodi 30. legitur. [& accenderũt lucernas]ſeptem[quæ ſuper candelabrum erant]tres ex vno latere,treſque ex altero,et ſeptima in ſupremo candelabri,ſicut Exod.26. deſcribitur plenius. [Et poſuerunt ſuper menſam panes propoſitionis]calidos ſabbato,[et appenderunt vela:]vnum in medio templi inter ſancta & ſancta ſanctorum,aliud in introitu templi,de quibus velis & eorum materijs ac formaturis, habetur Exod.26. Prædicta quoque inũgebantur oleo vnctionis, quemadmodum Exod. 30. fieri iuſſum eſt,ad quod pertinere poteſt quod ſubditur:[& conſummauerunt omnia opera quæ fecerãt]Illa oanque inunctio, fuit quaſi conſummatio operum prędictorum.[et ante matutinum] Exod. 25.

id eſt, ante auroram [ſurrexerunt quinta & viceſima die menſis noni] nomine Casleu, de quo
1. Mach. 1.2 dictnm eſt ſæpe, [centeſimi & quadrageſimi octaui anni] Græcorum [ſecundum tempns] id eſt,
eodem die renouatum eſt templum à Iuda & ſuis, quo die in ſpecie fuerat prophanatum ab An-
tiocho euolutis tribus annis. Anno enim centeſimo quadrageſimoquinto, viceſimo quinto die
1. Mach. 1. menſis Casleu, extitit prophanatum: anno autem centeſimo quadrageſimo octauo, 25. die men-
ſis præfati, eſt renouatũ: quod non eſt caſualiter, ſed diuina prouidentia factum, quæ iuxta mē-
ſuram culparum, infligit menſuram pœnarum. renouatum eſt, inquam, [in canticis:] id eſt, pſal-
mis & laudibus Dei, [& cytharis] id eſt, muſicis inſtrumentis ad mouendum factis, [& cinyris
et cymbalis, & cecidit omnis populus] ibi præſens [in faciem] proſternens ſe Deo humiliter ad
regratiandum et exorandum. [& fecerunt dedicationem altaris octo diebus] id eſt, dedicatio-
nem ſeu conſecrationem altaris vno die factam, celebrauerunt ſeptem diebus ſequentibus.
Quemadmodum in Eccleſia feſta ſolennia habent octauam, quod inde dicitur tractum. [& ob-
tulerunt holocauſta, et ſalutaria laudis] i. hoſtias gratiarum actionis, pacificas, ſpontaneas, &
votiuas, [& ornauit faciem templi coronis anreis:] quoniam rege cæli iuuante, regibus terræ
præualuerunt. [et ſcutulis] id eſt, paruis & ſcutis, in ſignum triumphorum eis deſuper conceſſo-
rum. [et ſtatuit Iudas] quem fecerunt principem ſacerdotum, [& fratres eius, vt agatur] i. cele-
bretur [dies dedicationis altaris, ab anno in annum] per dies octo, à quinta et viceſima die men-
ſis Casleu, [cum lætitia] mentis, & gaudio redundante ex corde in corpus, de cuius feſtiuitate
Ioſe. lib. 12. an. Iu. c. 10 dedicationis fertur Ioan. decimo. Facta ſunt encænia in Hieroſolymis, & hyems erat. Menſi et-
enim Casleu correſpondet December, quamuis interdum Nouember in parte, & ędificauerunt
in tempore illo montem Sion:] id eſt, in monte illo pro defenſione templi munimenta fecerut.
Ideo ſubditur, [& per circuitum eius muros altos, & turres firmas.] Ioſephus refert, murum in
circuitu ciuitatis et turres altiſsimas ædificauit Iudas, ne quando venirent gentes, et conculca-
rent eum & templũ et ædificia eius in monte Sion conſtructa, & muniuit Bethſuram, id eſt, vr-
bem ſic dictam, quam tam fortiter muris et turribus roborauit, quod ea quaſi fortalicio ſeu ca-
Geneſ. 33. ſtro contra hoſtes poterat vti, præſertim contra Idumæos. Vnde ſubiungitur, [vt haberet popu-
Abdiæ 1. lus] Iudæorum [munitionem contra faciem Idumeæ.] Quemadmodum enim Eſau perſequu-
tus eſt fratrem ſuum Iacob, ſic Idumæi Iudæos, prout etiam in Abdia propheta plenius contine-
tur. Poſtremo, præter prætactam altaris dedicationem, habuerunt Iudæi feſtum dedicationis
templi Salomonis, vt patet tertio Regum octauo. et fuit (vt dicitur) ſeptimo menſe ſecundum
2. Paral. 3. computum Hebræorum. Habuerunt etiam feſtum dedicationis templi poſt redditum à Baby-
lone conſtructi, vt patet 1. Eſdr. 1. et vt in Scholaſtica fertur hiſtoria, illa duo feſta in diſſuetudi-
nem tranſierunt ex tempore quo iſtud cœpit ſeruari. De quo Ioſephus: Hanc, inquit, feſtiuita-
Ioſe. lib. 12. an. iu. ca. 10 tem celebramus, vocãtes eam lumina, i. feſtum luminum, eo quod præter ſpem hoc nobis ſplen-
didum lumen colendæ religionis apparuit.

Declaratio cap. 5. Et factum eſt vt audierunt gentes in circuitu,

Articulus 5.

DEſcribuntur hic varia bella atque victoriæ Iudæ contra gentes, in gyro Iudeæ manentes,
quæ proſperitati Iudæorum communiter inuidebant, ſicut in Eſdra & Nehemia pręcipue
innoteſcit, [Et factum eſt, vt] id eſt, poſtquam [audierunt gentes in circuitu] Iudæorum
morantes, [quia dificatum eſt altare templi & ſanctuarium] i. ipſum templum [renouatum eſt]
id eſt, inſtauratum in ſuo decore et cultu, [vt prius] i. antequam ab Antiocho prophanaretur,
[iratę ſunt valde,] ex inuidia, et quia idololatrę erant, [& cogitabant tollere genus Iacob] id eſt
decreuerunt trucidare Iudæos qui erant inter eos, [& cœperunt occidere quoſdam de populo]
Iudæorum. [et debellabat Iudas filios Eſau] ſ. Idumæos, [et eos qui erant in Arabathane] id eſt,
vrbe ſeu regione ſic dicta, [quia circumſedebant Iſraelitas] i. arctabant Iudæos. [& recordatus
eſt malitiam] filiorum [Bean] i. habitatorum loci ſic nominati, vel natorum ex viro ſic dicto,
[qui erant populo] Iudæorum [in laqueum & ſcandalum] decipiendo, impingendoq́ue eos.
[et anathematizanit] id eſt, maledixit [eos] zelo iuſtitiæ, tanquam aduerſarios Dei & populi
ſui, [et incendit eos in turribus, et tranſiuit ad filios Ammon, et inuenit manu fortem] id eſt ro-
buſtum exercitum Ammonitarum, [et Timotheum ducem eorum, et contriti ſunt] Ammonitæ
[in conſpectu eorum,] videlicet Iudę et ſuorum, immo ab ipſo Iuda et ſuis, [et cepit Iaſer] id eſt,
vrbem famoſam ſic appellatam, [et filios eius] id eſt, habitatores ſeu vicos aut oppida ſubiecta.
[Et congregatæ ſunt gentes.] Deſcribitur hic qualiter Iudæi habitantes in terra Galaad, et item
Iudæi habitantes in Galilæa, miſerunt ad Iudam et ad fratres eius pro ſubuentione, & planus eſt
textus, [Vt audiuit autem Iudas et populus eius ſermones, conuenit Eccleſia magna] id eſt, co-
pioſa fidelium multitudo, [cogitare] id eſt, ad inquirendum et deliberandum, [quid facerent
fratribus] i. proximis [ſuis, qui in tribulatione erant, et expugnabãtur ab eis] i. ab inimicis ſuis.
de quibns dictum eſt ſuprà. Ex his elicitur, quod in arduis cauſis ſit conuocandũ et celebrandũ
gene-

generale concilium. [Dixitq́; Iudas]poſt diligentem inquiſitionem[Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros,& vade & libera fratres tuos in Galilæa &c. Et dati ſunt Simoni viri tria millia. & aſſumpſit eos],puta Iudæos,[qui erant]habitantes[in Galilæa,cum omnibus quæ erant illis]i.cum omnibus rebus ad eos pertinentibus,[& adduxit eos in Iudęam,]ne amplius infeſtarentur à gentibus.[Et Iudas & Ionathas]qui ſecum ceperunt octo millia,quia ad acriora pergebant bella.[& occurrerunt eis Nabuthęi] qui videntur fuiſſe quidam ex Iſrael ſic vocati, & ipſius Iudæ amici. [& factum eſt diluculo cum eleuaſſent Iudas & ſui oculos ſuos,ecce populus multus, cuius non erat numerus,]per hyperbolen,& erant gentiles portantes ſcalas & machinas,vt compræhenderent munitionem] i. fortalicium, in quod Iudæi confugerant. Et vidit Iudas quia cepit bellum illorum gentilium,oppugnātium locum illum munitum,& eos qui erant in illo, [& clamor belli,]i.bellantium,vel ſonus colliſionis armorum,machinarumq́; bellicarum, [aſcendit in cælū] id eſt,multum altè, [& venit tribus ordinibus poſt eos.] Diuiſit enim exercitū ſuum in tres partes,& ſic tribus agminibus diſtinctis,aggreſſus eſt impios illos à tergo. [& exclamauerunt tubis hi qui erant cum Iuda.]iuxta illud Num. 19. Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coràm domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum.[& clamauerunt in oratione]quæ eſt ſpiritualis & ſonantiſsima tuba[& cognouerunt caſtra]i.exercitus[Timothei,quia Machabæus eſt,] cuius proſperitatem & fortitudinem erant experti.[Et percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis ferè octo millia virorum. Et diuertit Iudas in Maſphat]i. ad vrbem gentilium ſic vocatam, non in Maſpha,quæ fuit vrbs Iudeæ.Deinde deſcribitur alia ac maior debellatio Timothei à Iuda.[Et miſit Iudas ſpeculari exercitum]id eſt, quoſdam induſtrioſos miſit de ſuis ad conſiderandum quantitatem ac diſpoſitionē exercitus Timothei,[& renunciauerunt ei,]videlicet Iudæ,[quia conuenerunt ad eum]i.ad Timotheum.[omnes gentes quæ in circuitu noſtro ſunt. Et dixit Timotheus: Si tranſierit Iudas ad nos prior &c.]transfretando per torrentem ad nos,[non poterimus ſuſtinere eum.·]quia transfretatio illa fuit ſignum audaciæ & confidentiæ magnę,quæ multū valet in pręlio.[Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas,qui erant in Galaaditide]i.in terra Galaad,quatenus ſecum morarentur cum ſecuritate in terra Iudęæ. [Erat autem Iudas congregans extremos]i. vltimos,ne quis hoſtium improuiſe irruens percuteret eos, quemadmodum Amalechitæ in deſerto percuſſerunt extremos & laſſos agminis filiorum Iſrael, prout in Exodo 17. & Deuteronomio legitur.[& exhortabatur populū per totam viam]per ſeipſum & per ſcribas ſacerdotes quos habuit ſecum,admonendo populum ad virtutes,& grates Deo reddendas. [Et aſcenderunt in montem Sion]id eſt, in templum ſitum in monte, & obtulerunt holocauſta,]pro gratiarum actione,[quod nemo ex eis cecidiſſet, donec reuerterentur in pace.·] quod fuit non ſolum magnum beneficium Dei, ſed & grande miraculum, cum in obſidionibus, de quibus in textu ſit ſermo,ſoleant fieri ſtrages vtrinq;.[Et in diebus quibus Iudas]& fratres eius erant abſentes, [audiuit Ioſephus & Azarias princeps virtutis] id eſt, exercitus ſecum relicti. Nam hi duo erant à Iuda relicti pro cuſtodia terræ Iudęæ. [res benè geſtas]à Iuda & fratribus eius,[& prælia quæ facta ſunt, & dixit] Azarias ille ad Ioſephum:[Faciamus & ipſi nobis nomen,]id eſt,famam pręclaram.[& præcepit]Azarias[his qui erant in exercitu ſuo,]vt pergerent ſecum ad pugnam,ad quod non fuerunt obligati,quia à ſuperiori ſuo,hoc eſt,à Iuda fuit ei prohibitum aſſumere bellum,ipſo Iuda nondum reuerſo. [& abierunt Iamniam]id eſt,ad prouinciam ſic vocatam.[Et exiuit Gorgias de ciuitate,& viri eius obuiam illis, & ceciderunt de populo Iſrael ad duo millia, & fugati ſunt Ioſephus & Azarias.]cuius deiectionis triplex cauſa aſſignatur ex litera.Prima,quia contra virtutem obedientię iuerunt ad prælium.Secunda,quoniam ex vanitate moti fuerunt, hoc eſt, deſiderio famæ & laudis humanæ. Tertia,quia non erant de ſemine Mathatiæ,per cuius filios Deus præordinauit populo ſuo victoriam dare.[Et viri Iuda]id eſt,ipſe Iudas potiſsimum & fratres eius poſt eum, deinde propinqui & familiares auxiliarij eius,[magnificati ſunt valdè]poteſtate, honore, fama, triumphis & chariſmatibus gratiæ Dei.[Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes] id eſt, quidam gentilium,viſis tot victorijs & proſperitatibus Iudæ ac fratrum & virorum ipſius , venerunt ad ipſos, ad componendum cum eis pacem & amicitiam:acclamabantq́; eis fauſta,i. laudes de eufortunijs ſeu proſperis eorum ſucceſsibus.[In illa die ceciderunt ſacerdotes in bello,]quod quidam exponunt de prædictis Ioſepho & Azaria,qui dicuntur fuiſſe de ſtirpe ſacerdotali, qui tamen in textu leguntur fugati, non interfecti. Poteſt quoq; exponi de ſacerdotibus quibuſdam profectis cum eis ad prælium. [dum voluit fortiter facere,]id eſt, quando ſacerdos ille quicunq; præſumpſit ſe fortiter acturum, [dum ſine conſilio] veræ prudentiæ[exit in prælium.] & videtur ſcriptura iſta quaſi deſpectiuè loqui de illis, & à numero plurali ad ſingularem deſcendit, ſicut fit in libro iſto frequenter.

Explanatio cap. 6. Et rex Antiochus perambulauit ſuperiores regiones. Artic. 6.

MOrs vitioli Antiochi,& regnatio filij eius,atque congreſsio Iudæorum contra eum, hic
deſcribuntur.[Et rex Antiochus perambulauit]equitando[ſuperiores regiones,]ad col-
ligendum tributa ab eis:Specialiter autem nitebatur vrbem quandam ditiſsimã,Elimai-
dem nomine,ſpoliare:ſed nequiuit,quoniã habitatores vrbis illius,agnita eius rapacitate,fuga-
uerunt eum.Cumque abiret cum ingenti triſtitia,venit quidam annuncians ei, quantas ruinas
& mortes ſuſtinuerunt duces ac ſubditi ſui à Iudæis.[& quia diruerunt]i. quod Iudas ac ſui de-
ſtruxerunt[abominationem]i.idolum Iouis collocatum ab eo ſuper altare templi,[& ſanctifi-
cationem]i.templum[circundederunt muris excelſis.Et factũ eſt vt audiuit rex ſermones iſtos,
expauit]Antiochus his auditis,[& commotus eſt valde]admiratione,ira & impatientia. immo
ſicut infra 2.Mach.9.habetur,repletus furore,iuſsit ſine ceſſatione agitari currum, ſuper quem
Prouer. 17 ſedit,comminans Iudæis & templo ac vrbi Hieruſalem, moxque ex curru cum impetu cadens,
Prouer. 25 læſus eſt vſque ad mortem.[Et incidit in languorem præ triſtitia]& etiam ex illa ruina. Siquidẽ
ſpiritus triſtis exiccat oſſa,atque vt iterum Salomõ proteſtatur:Sicut vermis nocet ligno & tinea
veſtimento,ita triſtitia nocet cordi.[& dixit amicis ſuis:Receſsit ſomnus ab oculis meis]ex in-
quietudine phantaſiæ,ſolicitudine & timore. Vnde & Nabuchodonoſor ex viſione ſua perter-
Daniel. 2. ritus,ait:Sermo receſsit à me.[Et dixit in corde ſuo:In quantam tribulationẽ deueni,& in quos
fluctus triſtitiæ,in qua nunc ſum,qui iucundus eram & dilectus]meis,quibus complacui,à qui-
bus & illuſtris quaſi antonomatice ſum vocatus.[Nunc vero reminiſcor,& malorum quæ feci in
Eſa. 28. Hieruſalẽ.Cognoui ergo quia propterea inuenerũt me mala iſta.] Ecce quomodo vexatio de-
dit huic impio intellectũ. [Et vocauit Philippũ vnum de amicis ſuis]cui dedit inſignia regalia,
cõmittẽs ei adminiſtrationẽ totius regni ſui,quouſq; filius ſuus Antiochus aptus eſſet ad regimẽ.
[Et mortuus eſt illic Antiochus]ſceleratiſsimus,[anno 149.]regni Græcorũ,& ſic regnauit vix
1. Mac. 1. annis 12. Cœpit nanq; regnare anno 137.vt patuit ſuprà,ſicq; illud Iob 27. (Iniqui ante tẽpus ſuũ
ſublati ſunt)in ipſo impletũ eſt. Vnde & ait Eccl. 8. Nõ ſit bonũ impio,nec ꝓlõgẽtur dies eius,ſed
Ioſ. lib. 12. quaſi vmbra prętereãt,qui nõ timẽt faciẽ Dei. Circa hũc locũ Ioſephus ſcribit: Miror Polybiũ ꝙ
an. iu. c. 13 vir bonus exiſtẽs,dicit ideo periſſe Antiochũ, qui voluit tẽplũ Dianę in Perſide deuaſtare. Qui
enim nullatenus egit peccatũ,ſed tantũ cogitauit,nullo reatu tenetur. Ex quibus verbis eliciũt
quidã Ioſephũ ęſtimaſſe,nõ eſſe culpã in cogitatiõe aut appetitione,niſi ꝓcedat in actũ. Author
Ioſe. lib. 11 vero Scholaſticę hiſtorię ſic cõcludit: Hic patet ſecundũ opinionẽ Ioſ. ꝙ lex cohibuit manũ,nõ
an. iu. c. 14 animũ. [Et cognouit Lyſias,quia mortuus eſt rex:]quia ad talia denũciãda multi præcurrut [&
cõſtituit]ipſe Lyſias[regnare Antiochũ filiũ eius]regis defuncti. Hoc celeriter fecit Lyſias,ne
adoleſcens Antiochus veniret ſub tutela atq; regimine præfati Philippi. [& qui erãt in arce cõ-
cluſerant Iſrael in circuitu ſanctorũ]i.arctauerant ipſos ſacerdotes & cõſiſtentes cũ eis infra ſe-
pta tẽpli, ita ꝙ nõ valebant liberè introire & exire,ſicut cultus Dei exegit. Arx quippe, Ioſepho
teſte,altitudinẽ tẽpli vicit.[Et cõuenerũt ſimul & obſederũt]Iudas ac ſui[eos]qui erant in arce
[& fecerũt Baliſtas]i. inſtrumẽta ad iacienda ſpicula cõtra arcẽ, [& machinas]alias bellicas,ad
arcẽ obtinẽdã idoneas.[Et exierũt quidã ex ipſa arce de nocte]i.clàm,[& adiũxerũt ſe illis im-
pij ex Iſrael]refugæ legis,[& abierũt ad regẽ,& dixerũt: Nos decreuimus ſeruire patri tuo]An-
tiocho iã defuncto. iſti fuerũt,qui & primo capitulo legũtur acceſſiſſe Antiochũ pro licẽtia viuẽ
di gẽtiliter.[& filij noſtri propter hoc abalienabant ſe à nobis] volẽtes in Iudaiſmo manere: [&
quicũq; inueniebãtur ex nobis,interficiebãtur[à Mathathia & filijs ac adiutoribus ſuis.[Et ecce
applicuerũt hodie]i.tẽpore iſto,[ad arcẽ & munitionẽ]i.fortalitiũ in Bethſura vrbe[munierũt]
ſicut prohibitũ eſt.[His auditis,cõmotus eſt rex]& collegit grandẽ & fortẽ, ſicut patet in textu,
exercitũ,in quo erãt 30.elephãti docti ad præliũ, i.p exercitationẽ multũ dirigibiles facti in bel
lis,nã & teſte philoſopho elephãti ſunt inter bruta ꝓcipue diſciplinabiles,tãquã de ratione mul-
tũ participãtes. [& applicuerũt]rex ac ſui[ad Bethſurã expugnãdã, [& fecerũt machinas,& exie
rũt]Iudæi à Iuda cõſtituto in fortalitio illo,[& ſuccẽderũt eas]machinas regis,[et repugnaue-
rũt viriliter]Iudas enim nõ poſuit in fortalitio illo cuſtodiendo ac defendẽdo, niſi fortiſsimos
pugnatores valde audaces,[& Iudas receſsit ab arce]ad ſuccurrẽdũ ſuis in Bethſura,[& ſurrexit
rex ante lucẽ,]quia audiuit Iudã venire,[et cõparuerũt]i.diſpoſuerũt ſe[exercitus]tã regis quã
Iudæ.[in pręliũ,et elephãtis oſtẽderunt ſanguinẽ vuę et mori]i.materiã illã liquidã expreſſã ex
vuis et moris cruori cõſimilẽ,[ad acuẽdum eos in præliũ]Ex talis nanq; materiæ intuitione ꝓuo
cantur ad pugnã,ſicut et equi ex buccinarum clangore,iuxta illud Iob 39. Nõ reputat tubę ſona-
re clangorẽ, vbi audierit buccinam,dicit vah.[et diuiſerunt]miniſtri regis[beſtias]i. elephan-
tos,quę videntur maximæ beſtiarum,[per regiones,ſed et turres ligneę ſuper eos]ſ.elephantos
[et reſiduum equitatũ hinc et inde]i.ex vtroq; latere beſtiarum,[ſtatuit]i.ordinate diuiſit[in
duas partes] ſic quod vna pars reſidui exercitus fuit à dextris beſtiarum,alia à ſiniſtris.[tubia
exercitum commouere]i.ex clangore buccinarum animare et excitare bellatores ad pugnam,
[et perurgere conſtipatos]i.milites in legionibus condenſatos cõſtringere ſeu dirigere ad pro-

ceſſum,vt ſic coniunctim progredientes,non poſſent ab hoſtibus ſeparari ab inuicem. [& vt re-
fulſit ſol in clypeos aureos & æreos]exercitus regis,[reſplenduerunt montes ab eis,ſicut lampa-
des ignis]ex repercuſsione radiorum ſplendentium. Iuſsit enim rex clypeos illos nudari , vt ni-
mium ſuis claritatis fulgorem emitterent, & hoc forſan fecit ad incutiendum timorem Iudæ ac
ſuis.[& diſtincta]i.ordinate diuiſa.[eſt pars exercitus regis per montes excelſos]per quos iuit,
ne quis de exercitu Iudæ effugeret per montes excelſos.[& alij] hoc eſt, alia pars exercitus, di-
ſtincta eſt & proceſsit[per loca humilia,]i.baſſa,[& ibant caute & ordinate.]Talis enim ordina-
tio,valde vtilis eſt in bellis: immo ſecundum Vegetium,Multitudo inordinata non eſt, niſi ho-
ſtium victima. [Et commouebantur]quadam admiratione ſeu horrore[omnes inhabitãtes ter-
ram]illam,à qua videri poterat & audiri exercitus ille,[à voce mulitudinis eorum]& colliſione
armorum.[Et appropinquauit Iudas & exercitus eius in prælium , & ceciderunt de exercitu re-
gis ſexcẽti viri.]Porro infra 2.Macha.5. aliqua aliter recitantur de prælio iſto,quam hic quæ ibi
diſcutientur.[Et vidit Eleazar filius Saura beſtiam vnam loricatam loricis regis, & viſum eſt ei,
quod in ea eſſet rex,& dedit ſe,vt acquireret ſibi nomen æternum,] periculo mortis corporalis
pro bono communi. [Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à
ſiniſtris.Et iuit ſub pedes elephantis]prope & infra pedes illius elephantis,putans quod rex eſ-
ſet in ea,i.in turre ſuperpoſita beſtiæ illi.[& occidit eum]videlicet elephantem,[& cecidit]be-
ſtia[ſuper ipſum,& mortuus eſt illic]oppreſſus mole elephantis, ſicut & Sampſon expirauit ſub
domo quam deiecit.ſed iſtud factum eſt in publico bello,in quo pro boni communis conſerua Iudic. 16.
tione ſeu procuratione,exponenda eſt mortis diſcrimini vita corporalis particularium perſo-
narum. Quod autem Eleazarus dicitur iſtud feciſſe,vt acquireret ſibi nomen æternum,in bono Eccleſ. 41.
accipitur,ſecundum quod ait ſcriptura: Curam habe de bono nomine,prout ſupra expoſitũ eſt. 1.Mach. 2.
Præterea vt Ioſephus refert,& Magiſter in hiſtorijs ſequitur, Eleazar iſte fuit frater carnalis Iu- Ioſ.lib. 12.
dæ Machabæi,& ſupra Eleazarus appellatur, eratque quartus inter filios Mathathiæ.nec obſtat an.iu.c.14
quod nominatur hic filius Saura. Nam Saura potuit eſſe nomen matris ſuæ , ſicut & Ioab & fra- 1.Mach. 2.
tres eius in libris Regum frequenter dicuntur filij Seruiæ. Vel Mathathias alio nomine vocatus 1.Reg. 26.
eſt Saura,quemadmodum pater Dauid,vocatus fuit Iſai & Ieſſe ac Naas. Nam legitur in Regum 3.Reg. 11.
libro,quod Amaſa fuit filius Abigail filiæ Naas. Et conſtat quod Abigail illa fuit ſoror Seruiæ. 1.Reg 16.
hunc Eleazarum Iudas vocauit Mauronẽ,vt Ioſephus ſcribit.[Et videntes]Iudas & ſui[virtutẽ] Iudic.1. Matth.1.
i.poteſtatem[regis & impetum exercitus eius,diuerterunt ab eis.]Feſtinabant enim ad templũ 2.Reg.17.
redire,& illud munire ac cuſtodire,ne præoccuparetur à rege. [& fecit rex pacem cum his qui Ioſ.lib. 12.
erant in Bethſura,]promittendo eis ſecuritatem,dummodo exirent fortalitium , & dimitterẽt an.iu. c.14
illud ſibi. quod et fecerunt,neceſsitate quadam compulſi,[Et exierunt de ciuitate,quia nõ erãt
eis alimenta ibi concluſis]i.ipſi cuſtodes loci illius obſeſsi ibidem à rege, non habuerunt neceſ
ſaria vitę.[quia ſabbata erant terræ]i.ſeptimus annus,in quo Iudæi terrã non ſeminabant,prout
Leuitic.25.habetur,quo dominus iuſsit:Sex annis ſeres agrum tuum. Septimo anno ſabbatum
erit terræ,agrum non ſeres.Sed qualiter iſtud potuit eſſe cauſa penurię Iudæorum iſtorum,cum
dominus eodẽ dicat capitulo: Quod ſi dixeritis, quid commedemus anno ſeptimo, ſi nõ ſeue-
rimus anno ſexto? dabo benedictionẽ meã vobis anno ſexto,& faciet fructus triũ annorum. Ad
quod quidam reſpondent,quod beneficiũ iſtud multiplicationis fructuũ ſexto anno , fuit ſub-
tractum Iudæis poſt reditum à Babylone,ſicut & alia quædã. Hæc tamen reſponſio probationẽ
nõ habet,nec authoritatẽ. Ideo dici poteſt,ſicut & infra in iſto capitulo tãgitur, quod hi qui re-
mãſerant in Iudęa de gentibus,cõſumpſerant reliquias eorũ,ſ.terrę naſcentiũ quę repoſitę erãt.
Vel ob aliquam populi culpã,fuit beneficiũ hoc ſubtractũ pro tunc in parte vel toto.[Et cõprę-
hendit rex Bethſurã]egreſsis inde Iudæis,[& applicuit caſtra ad Hieruſalem ad locum ſanctifi-
cationis]i.templi.[& ſtatuit baliſtas]ad ſagittandum contrarios,[& ignis iacula] ad incenden-
dum,[& tormenta]i.magna inſtrumenta [ad lapides iactandos,& ſcorpios]i. inſtrumenta [ad
emittendum]venenatas ſagittas & ſundibula. Fecerunt autem & ipſi [Iudas & ſui machinas]
bellicas,[& pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem]i.ſufficientia victualium pro tempore nota-
biliter longo,[non erant in ciuitate] Hieruſalem, [eo quod ſeptimus annus eſſet]ſicut modo
expoſitum eſt. Quibus verbis pro cauſa ſubiungitur: [et qui remanſerant in Iudęa de gentibus,
conſumpſerant reliquias eorum,quæ repoſitæ fuerant. Et remanſerunt in ſanctis]i.in ciuitate et
templo Hieruſalem[viri pauci]cum Iuda,[quoniam obtinuerat eos fames:]i.ex inopia victua-
lium,compulſi fuerunt occulte exire. Ideo Iudas cum ſuis cito fuiſſet deuictus per famẽ ex ob-
ſidione,niſi Deus ſubueniſſet per modum qui ſubditur,et ſicut liberauit ſanctum Dauid à cir-
cũdatione Saulis per aduentũ Philiſtinorũ in terrã Saul.[Et audiuit Lyſias, quod Philippus re-
uerſus eſſet à Perſide etc. Feſtinauit]ipſe Lyſias[ire et dicere ad regẽ: Deficimus quotidie]per
mortẽ aliquorũ ex noſtris etc.[et incũbit nobis ordinare de regno.] Q. d.negligimus vtiliora.
[Nunc itaque demus dexteras hominibus iſtis,& faciamus cum illis pacem , & ambulent in le-

gitimis

gitimis ſuis &c. Et placuit ſermo in conſpectu regis, & miſit illos facere pacem, & receperunt
illam, & iurauit illis] videlicet Iudæ & ſocijs eius, [rex] quod nihil ei noceret, nec templo: quod
iuramentum mox fregit, ingreſſus locum ſanctum munitum, cuius muros diſsipari præcepit, vt
a.Mac. 13. patet in textu. Veruntamen ab hac narratione videtur plurimum diſcrepare, quod ſecundo libro
de iſta recitatur hiſtoria, ſicut ibidem domino concedente tangetur.

Declaratio cap. 7. Anno centeſimo quinquageſimo primo &c. Artic. 7.

BElla Iudæ habita contra ſucceſſorem prædicti regis Antiochi, hic narrãtur. [Anno 151. exijt
Demetrius Seleuci filius, ab vrbe Roma:] Sicut præhabitum eſt, Seleucus iſte fuit frater An
tiochi Epiphanis, qui mortuo Seleuco, inuaſit regnum ipſius, nepote ſuo, videlicet filio pręfati Seleuci excluſo, qui filius nomine Demetrius, profectus eſt Romã ad agendũ contra auunculum ſuum Antiochum. Audienſque ipſum obiſſe, reuerſus eſt, [& aſcendit in ciuitatem mari-
Ioſ.lib. 12. timam:] i. iuxta mare ſitam, [& regnauit illic.] Atque vt Ioſephus refert, Ciuitas illa fuit Tyrus.
an.iu.c. 15 [Et factum eſt, vt ingreſſus eſt in domum regni patrum ſuorum] i. in vrbem atque palatium Antiochiæ, quæ fuit Metropolis Syriæ, [compræhendit exercitus Antiochum] filiũ Antiochi Epiphanis, [& Lyſiam,] ad quos exercitus conceperat diſplicentiam & rancorem, præſertim illi qui
cum Philippo venerunt, quem Antiochus iſte (ſecundum Ioſephum) paulò ante occidit. [Et venerunt ad eum] puta Demetrium [viri iniqui ex Iſrael,] refugæ legis, [& Alchimus dux eorum,
qui volebat fieri ſacerdos] i. princeps ſacerdotum ſeu pontifex, vt poſt inſinuatur. [& accuſauerunt populum] Iudæorum [apud regem, dicentes: Perdidit] i. occidit [Iudas amicos tuos,] quos
reperit in Iudæa ſeu alibi. [Et miſit rex Bacchidem, & Alchimum impium conſtituit in ſacerdotium:] i. in pontificatum. [qui venerunt in Iudæam cum grandi exercitu] verbiſq; doloſis voluerunt decipere Iudam ac fratres eius, qui non crediderunt illis iniquis. Porro alij quidã credebãt
illis, ſicut ſubiungitur: [& conuenerunt ad Alchimum & Bacchidem congregatio ſcribarum re
quirere quæ iuſta ſunt,] i. pertinẽtia ad bonum reip. & ad conſeruationẽ cultus diuini, [& primi,
Aſsidæi qui erant in filijs Iſrael, & exquirebant ab eis] i. ab Alchimo & Bacchide [pacẽ.] Porro
Aſsidæi Iudæi ſunt dicti, qui aſsidue vacabant diuinis. [Dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſe-
Ibidem mine Aaron venit, non decipiet nos.] Hi boni viri iuxta ſuam ſynceritatem iudicauerunt de
alijs, ſed decepti fuerunt, & occiſi ab impio illo vſque ad ſexaginta viros, quæ deceptio ha-
buit in eis rationem pœnæ, non culpæ. [& incubuit timor & tremor in omnem populum Iudæorum] hęc conſiderantẽ, cuius timoris ſignum eſt: [quia dixerunt: Non eſt in eis] videlicet Alchimo & ſocietate ipſius, [veritas] verborum, quia nec iuramenta ſeruant neque promiſſa: [& iudicium] i. diſcretio veræ prudentiæ, ſeu iudicium rectum in factis. [trangreſsi ſunt enim conſtitutum] id eſt, ordinationem inter nos factam. [Et abijt Bacchides ad regem] Demetrium, commiſſa Alchimo regione Iudææ. [& ſatis agebat Alchimus pro principatu ſacerdotij ſui] obtinendo & conſeruando. In quo notatur eius ambitio, & ſcriptura minus dicendo, plus notat, videlicet quod importune, impudenter, & per practicas vitioſas conatus ſit pontificatum obtinere &
poſsidere, prout ambitioſis eſt conſuetudo. Numerari etenim vitia nequeũt, quot ex ambitione
naſcũtur, ex qua inter cætera oriuntur inuidia, ſuſpicio praua, crudelitas, ſimonia, ſimulatio, hy-
Bernardus pocriſis, falſitas, inquietudo, mẽdaciũ, periurium, atque adulatio, prout in libro de cõſideratione plenius docet ſanctus Bernardus. [& vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alchimus &c. & fecit]
Iudas [vindictam in filios deſertores,] qui legem patrum ſuorum ſanctam dereliquerant, qui
tanquam apoſtatæ legis, fuerunt gentibus ferociores. [& ceſſauerunt vltra exire in regionem]
id eſt, adiutores Alchimi, præſertim qui erant in arce, non audebant amplius per Iudęam diſcurrere ad prædandum & occidendum Iudæos. [Et miſit rex Nicanorem &c. Et hoſtes parati erant
rapere Iudam] Cum enim Alchimus vidiſſet Iudam ſibi præualuiſſe, ad regem reuerſus, accuſauit Iudam & ſuos multis criminibus. Propter quod rex miſit Nicanorem cum Alchimo, habentem ſecum magnum exercitum, voluitque Iudam capere dolo. [Et innotuit ſermo Iudæ. Et
Ioſ.lib. 12. an.iu.c. 15 conterritus eſt] Iudas [ab eo.] Nam vt Ioſephus refert, Cum Iudas & Nicanor pariter ſtarent,
dedit Nicanor ſuis militibus ſignum, vt raperent Iudam. quod ſentiens Iudas, ſubito territus,
prudenter & fortiter exiliuit ab illo nequiſsimo. [& amplius noluit videre faciem eius,] puta
Nicanoris cum tali circumuentione & ad tempus. Poſtea tamen ſicut ſecundo habetur libro, erãt
a.Mach. 8. multum concordes. Deinde contra ſeinuicem pugnauerunt. [Et cognouit Nicanor quia denudatum eſt conſilium eius, & exiuit obuiam Iudæ in pugnam, & ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid] id eſt, ad arcem ipſe Nicanor & ſui,
ad gentiles ibi manentes et eis confœderatos. [et poſt hæc verba] id eſt, poſt geſta deſignata per
verba hęc, [aſcendit Nicanor in montem Sion] id eſt, ad aliqua eius loca eminentiora. [et exierunt de ſacerdotibus populi] id eſt, aliqui ſacerdotes exiere de templo [ſalutare eum, et demõſtrare ei holocauſtomata quæ offerebãtur pro rege.] Specialiter enim orandũ eſt pro præſidẽti-
Hiere. 29. bus et cõmunitatibus etiã iniquis et perfidis, vt cõuertãtur. Propter quod Hieremias mãdauit

Iudæis

Iudæis in Babylonia captis, vt orarent pro pace ciuitatis, ad quam tranſlati fuerunt. [& irridens]
Nicanor [ſpreuit eos] tanquam idololatra, [& polluit] id eſt, inhonorauit. [Et locutus eſt ſuper-
be, & iurauit cum ira, dicens: Niſi traditus ſuerit Iudas & exercitus eius in manus meas, ſuccen- 1. Pet. 5.
dam domum iſtam] id eſt, templum. Hanc præſumptionem ſacrilegam Deus, ſuperbis reſiſtens, Iacob. 4.
plenarie refrenauit, & ſuperbiſsimum illum extremè deiecit. Veruntamen inter hæc duo bella,
inter Iudam & Nicanorem habita, quorum vnum prætactum, & aliud conſequenter in litera de-
ſcribitur, notabile fluxit tempus, quo inter ipſos fuit concordia, prout ſecundo libro recitatur.
Conſequenter deſcribitur in hoc loco, qualiter ſacerdotes zelo iuſtitiæ orauerunt pro iuſta 2. Mac. 14.
deiectione obſtinati Nicanoris, qui fuit tyrannus, & publicus hoſtis boni communis atq; diui-
ni cultus. Ideo licuit contra eum ſic exorare. [Et exijt Nicanor de Hieruſalem, & caſtra appli-
cuit ad Bethoron, & occurrit illi] puta Nicanori exercitus Syriæ ad auxiliandum. [& Iudas ap-
plicuit in Adarſa cum 3. millibus viris, & orauit Iudas: Qui miſsi erant à rege] Aſſyriorum [Sen-
nacherib, domine quia blaſphemauerunt te, percuſsit ex eis angelus 185. millia.] Primo enim
miſsi fuerunt à rege illo Rabſaces & alij quidam, qui Deum enormiter blaſphemauerunt ex par
te ſceleratiſsimi regis. Propter quorum blaſphemias aliaq; facinora, interfectus fuit ab angelo
totus pene exercitus regis illius, prout quarto Regum decimonono, & ſecundo Paralipomen.
vigeſimo tertio enarratur. [ſic cōtere exercitum iſtum, quia male locutus eſt ſuper ſancta tua.]
id eſt, contra templum & ſacrificia, & contra fideles tuos miniſtros. [Et commiſerunt prælium
13. die menſis Adar] id eſt Martij, [& cecidit Nicanor primus in prælio.] quo cognito, fugit eius
exercitus. [& tubis cecinerunt] Iudas & ſui [poſt eos] ſic fugientes, [cum ſignificationibus.]
quia ſonitus tubarum ita fiebat & ſormabatur, quod deſignauit hoſtium fugam. [& exierunt]
Iudæi. [de omnibus caſtellis] terræ ſuæ [in circuitu, & ventilabant eos cornibus.] id eſt, inſequē
do impios illos, agitauerunt eos hinc inde per angelos & cornua, & per loca diuerſa, vel ſonando
poſt ipſos per cornua. & conuertebantur iterum ad eos] vndique occurrendo fugientibus,
[ita quod omnes ceciderunt.] Poſtremo, quemadmodum Nicanor præ cęteris peccauit enor-
mius, ſic eum etiam mortuum confuſibilius tractauerunt: quia iam interfectum decapitauerūt:
eiuſque caput in arcis apice ſuſpenderunt: & quia ſpecialiter peccauit per manum & linguam,
manum contra templum contumaciter extendendo, & per linguam blaſphemando, multaque
verba ſceleſtiſsima proferendo, ideo abſciderunt ei manum & linguam, ſicut in vltimo ſecundi
libri capitulo, vbi iſta hiſtoria plenius deſcribitur, continetur. [& manum eius ſuſpenderunt 2. Mach. 15
contra Hieruſalem.] In ſecundo libro habetur, contra templum. Ideo intelligendum eſt, quod
ſuſpenderunt manum iniqui ex oppoſito templi & ciuitatis, in cuius extremitate ſitum ſuerat Ibidem
templum. [& ſiluit terra Iuda paucos dies.] hoc eſt, modico tempore plebs Iudæa quieuit à prę-
lijs, vt ſequenti patet capitulo.

Elucidatio cap. 8. Et audiuit Iudas nomen Romanorum, & quia ſunt potentes viribus.
Articulus. 8.

DEſcribitur hic, qualiter Iudas confugit ad humana præſidia, immo ad Romanorum ido-
lolatrarum auxilia. Propter quod videtur diuini promeruiſſe ſubtractionem ſubſidij,
cum iamdudum ante Deus per prophetam ſuum dixiſſet ad regem Iuda: O rex, ne egre-
diatur tecum exercitus Iſrael ad pugnam. Non enim eſt dominus cum Iſrael. quod ſi putas in
robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet dominus ab hoſtibus. Dei quippe eſt, ad-
iuuare & in fugam vertere. [Et audiuit Iudas nomen] id eſt, famam [Romanorum,] qui tempo-
re Iudæ monarchiam pro magna parte fuerunt adepti. Nondum tamen plenarie vſque ad tem-
pus imperij Iulij, vel potius Octauiani. [quia potentes ſunt viribus, & acquieſcunt ad omnia
quæ poſtulantur ab eis] rationabiliter, nam pij fuerunt. [& quicunque acceſſerunt ad eos] ad
faciendum cum ipſis amicitiam, [*annuerunt. Audierunt] Iudas & ſui [prælia eorū] ſcilicet Ro-
manorum, qui victorioſi fuerunt in bellis, [& virtutes bonas] i. beneuolos actus, [quas fecerunt 2. Par. 25.
in Galatia,] quæ eſt regio Græciæ: [quia obtinuerunt eos, & duxerunt ſub tributum:] id eſt, Ro
mani ſubiugauerunt ſibi Galatas in tributarios. Ipſis quoque ſic ſubiugatis fuerunt beneuoli.
[& quanta] i. quam magna & ſtrenua opera, [fecerunt in regione Hiſpanię, & quod in poteſtatē]
ſuam [redegerunt metalla argenti & auri, quæ ibi ſunt, & poſſederunt omnem locum] i. quędam
loca de omnibus. Vel, omnem locum, pro quo obtinendo egreſsi ſunt. [conſilio ſuo & patien-
tia:] quia vt allegatum eſt ſæpe, ad præualendum in prælijs plus confert prudentia, quam forti-
tudo. Conſilium autem eſt actus prudentiæ. Patientia quoque plurimum proficit ad triumphū.
Ipſos nanque pugnatores oportet frequenter multa & magna pati incommoda, in quibus pa-
tientia eſt neceſſaria, ne propter huiuſmodi aſpera labor bellicus omittatur. Hinc libro
de re militari ſcribit Vegetius, quod per nullam rem Romani ita ſibi ſubiugauerunt
orbem

orbem,ſicut per prudentiam bellicam,exercitiumq́ue armorum. Græci enim, vt ait, erant eis
Ioſ.lib 12. an.iu.c.16 aſtutiores,Gallici numero plures,Hiſpani ferociores,Teutonici corpore grandiores. [Et Phi-
lippum & Perſen Cetheorum regem.·]Ioſephus dicit reges, & forſan ponitur hic ſingulare pro
plurali.[& Antiochum magnum regem Aſiæ contritum]id eſt, victum[ab eis.] Ille Antiochus
fuit pater Antiochi Epiphanis,vt patuit in expoſitione primi capitis, (& ſtatuerunt] id eſt, in-
iunxerunt ei,[vt daret eis]puta Romanis,[tributum magnum & conſtitutum] id eſt, id quod
exegerunt ab eo vltra tributum,[& regionem Indorum]eſſe victam ab eis,[& Medos & Lydos
de optimis regionibus eorum] ſupple eſſe eiectos à Romanis, [& acceptas eas ab illis,] id eſt,
regiones Medorum atque Lydorum vi armorum obtentas ab ipſis & Medis ac Lydis per Ro-
manos,[dederunt]ipſi Romani[Eumeni regi]ipſis confœderato,[& quia qui erant apud Hel-
ladan,]id eſt,regionem ſeu locum ſic dictum,[voluerunt ire & tollere eos,] videlicet Eume-
nem regem ac ſuos de præfatis terris Medorum & Lydorum,[& innotuit ſermo his] id eſt pro-
poſitum illorum exiſtentium apud Helladan,fuit pateſactum Romanis. [Et miſerunt ad eos]
id eſt, ad Eumenem ac populum eius,[ducem vnum] cum ſuo exercitu in illorum ſubſidium,
[& pugnauerunt]rex ille & dux miſſus à Romanis,[contra illos]exiſtentes apud Helladan, [&
ceciderunt ex illis]Helladanis[multi,& captiuas duxerunt]Romani[vxores. Cum amicis autẽ
ſuis & qui in ipſis requiem habebant]id eſt,ſub eorum defenſione & confœderatione quieſce-
bant,[conſeruauerunt amicitiam.Et in omnibus his nemo] Romanorum [portabat diadema]
i. nullus fuit inter eos imperator aut rex.Nempe primus rex Romanorum fuit Romulus con-
ditor vrbis cum fratre ſuo Remo:quo occiſo à Fabio Romuli duce, Romulus factus eſt rex vr-
bis.Poſt quem præfuerunt reges in vrbe vſque Tarquinium Superbum, quo cum filio ſuo Tar-
quinio feroce à Romanis expulſo, cœperunt præeſſe & præfuerunt conſules, deinde dictato-
res atque tribuni plebis vſque ad Iulium Cæſarem, qui vſurpauit & inuaſit imperium,cui ſuc-
ceſſit Octauianus,ſub quo natus eſt Chriſtus. Ideo tempore Machabæorum non præerant re-
ges Romanis.[Et quia curiam fecerunt ſibi,& quotidie conſulebant,]id eſt, de agendis & eui-
* trecẽtos tandis inter ſe conquirebant,[*320. conſilium agentes ſemper de multitudine] id eſt, 320. illi
erant ex multitudine Romanorum electi,tanquam prudentiores ad tractanda conſilia. Vel ſen
ſus eſt,quod 320.conſulebant de multitudine,id eſt, de ipſa communitate,quod ſcilicet prodeſ
ſet reipub.& paci omnium ſubditorum.[vt quæ digna ſunt, gerant] id eſt, vere expedientia &
eorum maieſtatem decentia agant ac proſequantur,iuxta illud Eſa. 32.Princeps, quæ digna ſunt
principe,cogitabit,& ipſe ſuper duces ſtabit. Ecce qualiter Romani iſti adhuc Gentiles, agno-
uerunt quod Prouerb.13.Salomon dixit:Qui cuncta agunt conſilio,reguntur ſapientia. Et rur-
ſus Prouerb.12.Qui pacis ineunt conſilia,ſequetur eos gaudium. Itemque Prouerb.11. Erit ſa-
lus vbi multa conſilia.Si Romani illi pagani ad temporalem proſperitatem ſuum regimen refe-
rentes tam aſſidue atque quotidie inter ſe contulerunt & conſuluerunt de bono cõmuni: quan-
to magis pontifex ſummus & curia eius,quorum eſt ad æternam beatitudinem ordinare præſi-
dentiam ſuam,deberent quotidie inter ſe perſcrutari,conſulere,determinare ea, quæ ad totius
eccleſiæ & vniuerſorum ſtatuum,graduum,poteſtatum, & ordinum eius pertinent reformatio-
nem,profectum atque ſalutem?quod & ſuo modo vnuſquiſq; regum & principum, epiſcoporũ
& prælatorum deberet peragere,quatenus iuxta dignitatem prælationum & officiorum eorum
Pſal. 48. eſſet & dignitas actionum ac gubernationum ipſorum. Verum homo cum in honore eſſet,nõ
intellexit:comparatus eſt iumentis inſipientibus. [& committunt vni homini magiſtratum ſuũ
per ſingulos annos:]qui præfuit cæteris vniuerſis tempore ſuo,ſicq́ue regimẽ eorum fuit quo-
dammodo monarchicum & regale,quod(teſte Philoſopho) optimum eſt, abſolute loquendo,
habentq́ue admixtum aliquid,immo & multum de ariſtocratia & democratia. & tale regimen
in certo caſu,ex ſpecialibus cauſis,& ad tempus poteſt optimum eſſe. [& omnes obediunt vni]
tempore præſidentiæ ſuæ.Obedientia nanque eſt ſumme neceſſaria & ſaluberrima res in omni
communitate,ſine qua nulla politia,nulla villa, nulla domus poteſt ſubſiſtere, vt in regula ſua
Hieron. S.ſcribit Hieronymus.De iſta materia multiplicis regiminis,& quid ſit optimum, atque de an-
tiquo illo regimine Romanorum,magiſtraliter tractat ſanctus Thomas in libro ſuo de regimi-
ne Regum. Aegidius quoque in libro de regimine principum.[& non eſt inuidia neque zelus]
i.rãcor aut contentio[inter eos:]ſicut ſolet inter ambitioſos conſiſtere. durante autem hac bo-
nitate regiminis Romanorum,profecerunt in multis, & in breui venerunt ad maximum incre-
mentum,prout de hoc Cato & Tullius multa conſcribunt. Poſtea vero fuit hoc regimen in ipſis
Hieron. corruptum,vnde venerunt ad miſerabile decrementũ.Nempe vt ait Hiero.& ante eũ Saluſtius,
ſicut concordia paruæ res creſcunt,ſic per diſcordiam res maximę dilabuntur. [Et elegit Iudas
Eupolemium & Iaſonem, & miſit eos Romam conſtituere cum illis]puta Romanis, [amici-
tiam & ſocietatem,& vt]Romani[auferrent ab eis] videlicet à Iudæis,[iugum Græcorum,]i.
graue dominium,quo reges Syriæ opprimebant populum Iudæorum. Dicitur autem iugum
illud

illud Græcorum, quoniam ex Græcorum imperio extitit deriuatum. [& placuit ſermo] legatorum Iudæ, [in conſpectu eorum] ſcilicet Romanorum [& reſcripſerunt in tabulis æreis] ad perpetuam rei memoriam.·[Benè ſit Romanis & genti Iudæorum in mari] i. bellis naualibus, negocijsq; marinis, [& in terra in æternum] i. per omne tempus vitæ eorum. [Quod ſi inſtiterit bellum Romanis prius aut omnibus ſocijs eorum,] i. cuicunq; genti Romanis cooſœderatæ, [auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit:] i. diſpoſitio temporis ſeu caſus occurrens exegerit, [corde pleno] i. prompto atq; omnino ſpontaneo. [Et præliantibus] i. Iudæis Romanos iuuantibus, [non dabunt] Romani [triticum, arma, pecuniam] i. ſtipendiũ vel naues, [ſicut placuit Romanis] i. prout Romani iſtud inſtituerunt, [& cuſtodient] Iudęi [mandata eorum] videlicet Romanorum, [nihil ab eis] i. Romanis [accipientes] ipſi Iudæi, ſed ſuis expenſis ſeruientes ac ſubuenientes Romanis. [Similiter] ſuccurrent Romani Iudæis, [adiuuabunt Romani, & adiuuantibus] Romanis ipſos Iudæos, [non dabitur] à Iudæis [triticum, &c. i. ſtipendiũ,] ſed Romani ſuis expenſis ſuccurrunt Iudæis. [Quod ſi poſt hæc verba, hi aut illi] i. Romani ſiue Iudæi, [addere vel demere] ad hæc vel ab his [aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo] i. concordi deliberatione, ſeu communi vtriuſq; partis conſenſu, [ſed & ſcripſimus ei] i. Demetrio, [dicentes: Quare grauaſti iugum tuum] i. poteſtatis tuæ tyrannidem & abuſum, [ſuper amicos noſtros & ſocios] Iudæos? [Si ergò iterum adierint] i. acceſſerint [nos, aduerſum te] conquerendo, atq; ſubſidium poſtulando, [faciemus illis iudicium] i. iudicialem vindictam, [& pugnabimus tecum,] i. contra te [mari] i. bello nauali, [terraq;.]

Explanatio Cap. 9. Interea vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor.
Articulus 9.

MOrs Iudę & inſtitutio fratris ſui Ionathæ, ac aliqua eius bella hic deſcribuntur. [Interea] id eſt, inter ea quæ dicta ſunt, hoc eſt, infra tempus quo legati Iudæ & populi ſui fuerunt in expeditione commiſsi eis negocij occupati, [vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, appoſuit Bacchidem & Alchimum rurſus mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis:] id eſt, fortiores & conſtantiores de ſuo exercitu, qui ſolent poni in dextera parte, & regi à dexteris aſsiſtere. [Et abierunt, & caſtra poſuerunt in Maſalot, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas,] intelligendo per animas ipſos homines, qui quantum ad corpus, occidebantur. Per partem etenim totum exprimitur, iuxta præhabita. [Et Iudas poſuerat caſtra in Iaiſa, & tria millia viri electi cum eo,] id eſt, cum Iuda. [Et viderũt] qui erant cum Iuda, multitudinem exercitus Bacchidis, [quia multi ſunt] ſcilicet viginti millia peditum et duo millia equitum, [et timuerunt valdè.] Cum tamen frequenter præualuiſſent in bellis, in quibus comparatiuè loquendo, pauciores erant reſpectu aduerſariorum, quàm in iſto occurſu: ſed ad Romanos idololatras confugiendo, meruerunt priuari confortatione animationis ac confidentiæ Dei, [et non remanſerunt niſi 800. viri cum Iuda, et vidit quod defluxit] i. minoratus ſic fuit [exercitus eius, et bellum perurgebat eum,] id eſt, valdè arctabat eũ, ita quod ſine ſuorum periculo non poterant declinare. [et confractus eſt corde,] id eſt, ſolitam confidentiam in Deo amiſit pro parte. [quia non habebat tempus congregandi eos, qui defluxerunt de ſuo exercitu, et diſſolutus eſt] formidine quadam, ſubtracta ſibi ſolita magnanimitate et ſpe plena in Deo, quia ad hominum infidelium confugerat opem. Vnde nec in iſto congreſſu legitur ſuos more ſolito ad confidendum in domino admonuiſſe, aut precem fudiſſe ad Deum, ſed potius cum ambiguitate quadam dixiſſe: [Eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterimus pugnare aduerſus eos.] Veruntamẽ quia habitum magnanimitatis, aliarumq́; virtutum in magna excellentia habuit, non fuit totaliter mente deiectus, nec fugere acquieuit: immo ad moriendum pro bono communi, exhibuit ſe paratum, dicendo: [Si appropiauit,] id eſt, ſi nunc inſtat [tempus noſtrum] id eſt, finis curriculi vitæ noſtræ, [moriamur in virtute,] i. in exercitio virtuoſo fortitudinis, iuſtitiæ, immo et charitatis fraternæ. Ideo ſubditur, [propter fratres noſtros,] i. pro communi pace et ſalute proximorum noſtrorum, quatenus liberati ab hoſtibus, Deo ſecundum legem deſeruiant. [et non inferamus crimen gloriæ noſtræ,] i. maculam famæ noſtræ, vel opprobrium eminentię noſtrę, neq; exceſſum meritis noſtris, pro quibus nobis debetur gloria æternalis. [Et mouit exercitus] Iudæ [de caſtris,] i. de tentorijs ſuis, in quo patet adhuc Iudæ audacia, quod ſic magnanimiter iuit obuiam tanto exercitui inimicorum ſuorum, [et diuiſi ſunt equites] Bacchidis [in duas partes, et fundibularij et ſagittarij præibant exercitum] Bacchidis: [et primi certaminis omnes potentes,] i. viri exiſtentes in dextro cornu cum Bacchide, qui erant primo pugnaturi, fuerunt validi pugnatores. [et proximauit legio] militũ Bacchidis ex duabus partibus, [et commota eſt terra à voce exercituum,] id eſt, habitantes in terra ſunt admirati et quodam horrore conculſi. Vel ipſa terra quaſi timere videbatur ex buccinarum et tubarum clangore, congredien-

gredientiumq́; clamore & colliſione armorum atque ſtrepitibus ictuũ. [& vidit Iudas quia fir-
mior]i. robuſtior[eſt pars exercitus Bacchidis in dextris,]i. in dextero cornu ſeu latere. [& cõ-
uenerunt cum ipſo]Bacchide[omnes conſtantes corde,]videlicet fortes & imperterriti. [& cõ-
trita eſt dextera pars ab eis,]i. dexterum cornu illud à Iuda ac ſuis eſt diſsipatum & victum, atq;
in fugam conuerſum, ſicut ſubiungitur: [& perſequutus eſt eos ad montem Azoti.] In quo pa-
tet mira ſortitudo, ſtrenuitas, & elegantia Iudæ & virorum ſuorum, & quod Deus omnipotens
illum puſillum gregem ſuum in extremo illo conflictu non reliquit, ſed mirabiliter confortauit,
quamuis eos pro magna parte permiſit occidi, quia feliciter obierunt, & viriliſsime ſuas com-
Ioſ. lib. 12. pleuerunt ac concluſerunt congreſsiones & expeditiones. Vnde & Ioſephus circa hoc refert:
an. iu. c 18. Videns Iudas Bacchidem cum ſuis electis in dextero cornu ordinatum, congregans animoſiſ-
ſimos viros, inuaſit illam partem exercitus, & confligens ibi, ordinem eorum dirupit, & medios
ad fugam conuertit. [Et qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt quod contritum eſt dexterum cor-
nu, & ſequuti ſunt poſt Iudam & eos qui eum ipſo erant, à tergo. Et ingrauatum eſt prælium]con
tra Iudam & ſuos, qui ſtabant in medio hoſtium aduerſarijs circunſepti, iamq́ue laſſati, quia à
mane vſque ad veſperam pugnauerunt. [& ceciderunt multi ex his & illis,] plures tamen ex ex-
ercitu Bacchidis, [& Iudas cecidit, & cæteri fugerunt,] tali ac tanto capitaneo ſuo proſtrato.
Ioſ lib. 12. Qui(vt Ioſephus ſcribit)fugere nolens, ſtans hoſtibus circunſeptus & fortiter pugnans cum ſuis,
an. iu. c. 18. multos interfecit aduerſariorum, & tandem percuſſus occubuit: Talis finis Iudam inuenit virũ
fortem, magnum & bellicoſum, mandatorum patris ſui memorem, omnia pro libertate ciuium
facere & pati paratum. Tali ergo virtute plenus, magnam ſibi gloriam & monumenta ſeruauit,
liberans gentem ſuam à Macedonum ſeruitute, qui cum principatum ſacerdotij tribus annis ha-
buiſſet, deſunctus eſt. Hæc Ioſephus. [Et Ionathas & Simon tulerũt Iudam fratrem ſuum,]id eſt
corpus eius abſtulerunt non die eodem, ſed paulo poſt, quod & ab hoſtibus redemerunt pecu-
nia, vt in Scholaſtica (ex Ioſepho) fertur hiſtoria. [& cætera verba]i. geſta [Iudæ & bellorum &
Ibidem virtutum]i. virtuoſorum, ſtrenuorumq́ue operum eius, [non ſunt deſcripta. Multa enim erant
valde]ita quod ſingula deſcribi vix poterant. [Et factum eſt, poſt mortem Iudæ emerſerunt]i.
de profundo malitiæ ſuæ diu abſcõditæ exierunt aut proruperunt manifeſte in medium, extin-
cto eo cuius timore non audebant hoc facere, viri[iniqui in omnibus finibus Iſrael, &c. In die-
bus illis facta eſt fames]id eſt, cariſtia[magna valde]in terra Iuda, [& tradidit ſe Bacchidi om-
nis regio eorum cum ipſis]i. Iudæi communiter ſubiecerunt ſe Bacchidi ſub tributo, ſeu etiam
alijs modis pro neceſſarijs vitæ adipiſcendis. [& facta eſt tribulatio magna in Iſrael:] quoniam
Bacchides amicos Iudæ confuſibiliter crudeliterq́ue peremit. [Et congregati ſunt omnes amici
Iudę, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt qui exeat
contra inimicos noſtros. Nunc itaque hodie te elegimus eſſe pro eo in principem & ducem. Et
ſuſcepit Ionathas tempore illo principatum] ducatus & pontificatus, non ambitioſe, ſed ex
communi & concordi populi ſui electione & tempore tantæ anguſtiæ, vt eſſet primus in omni
congreſſu & acie, [& fugerunt]Ionathas ac ſui, [eo quod Bacchides vellet eos occidere:] & fu-
gerunt caute, non vituperabiliter timide. [in deſertum,]quouſque adunarent ſe inuicem, & ex-
ercitum congregarent, [& conſederunt ad aquam lacus Aſphar]i. mortui maris, per quod tran-
ſit Iordanis, iuxta illud Ioſue 3. Aquæ Iordanis inferiores, in mare ſolitudinis, quod nunc voca-
tur mortuum, deſcenderunt. [& die ſabbathorum venit Bacchides,]ad impugnandum Ionathã,
venitq́ue ſabbati die, vel in contemptum religionis Iudæorum ſabbato libenter quieſcentium,
vel putans Ionathan die illa non pugnaturum, aut ſaltem inuite. [& Ionathas miſit fratrem ſuum
ducem populi,]id eſt, Ionathas fratrem ſuum Ioannem miſit cum aliquibus, quibus eum pręfe-
cit, [& rogauit Nabuthæos amicos ſuos]qui ſecundum Ioſephũ, Nabuthæi dicuntur ab vrbe no-
Ibidem mine Nabath. [vt commendaret illis apparatum ſuum]i. ſupellectilem ſuam apud illos depone-
ret, quouſque contra Bacchidem ipſe Ionathas dimicaret. Aliqui tamen habent, vt commoda-
rent illis apparatum ſuum, i. quatenus Nabuthæi concederent Ionathæ ac ſuis arma ſua atque tẽ-
toria. [& exierunt filij Iambri ex Madeba]i. vrbe ſic dicta, [& compræhenderunt Ioannem]prę
fatum Ionathæ fratrem. [Et recordati ſunt ſanguinis fratris ſui:]i. Ionathas & Simon recolentes
iniuſtam fratris ſui Ioannis occiſionem à filijs Iambri, fecerũt vltionem, quæ in textu qui planus
eſt, recitatur. [& vindicauerunt]i. vindicãdo exercuerunt, [vindictã ſanguinis] id eſt effuſionis
ſanguinis[fratris ſui]zelo iuſtitiæ, [& dixit ad ſuos Ionathas: Surgamus & pugnemus cõtra ini-
micos noſtros,]videlicet Bacchidem & eius exercitum. [Non eſt enim hodie, ſicut heri & nu-
diuſtertius]i. ſicut præteritis diebus, in quibus fuit nobis libertas eundi ac diuertẽdi hinc inde.
Nunc autem oportet nos pugnando præualere, aut infeliciter ſubdi ſeu trucidari. [Nunc ergo
clamate in cælum]Deum cæli inuocando. [Et commiſſum eſt bellum, & extendit Ionathas ma-
num ſuam percutere Bacchidem,]quatenus principo impiorum hoſtium interempto, celerius
præualeret. Eſtq́ue probabile, quod Bacchides vir valde audax, animoſus & fortis, appropin-
quauit

quauit ad Ionathan, vt eum occideret. [& diuertit Bacchides ab eo retro] alioquin fuiſſet occi-
ſus à Ionatha, [& ceciderunt de parte Bacchidis mille viri, & reuerſi ſunt in Hieruſalem] ipſe
Bacchides & ſui, occiſis de eorum exercitu mille viris. [& ædificauerunt] i. captas munierunt, &
in aliquibus extruxerunt [ciuitates munitas in Iudæa, & poſuit cuſtodias in eis] i. cuſtodes & ra-
ptores de populo ſuo, [vt inimicitias exercerent in Iſrael] i. populum Iudæorum ſpoliarent ac
moleſtarent. [& accepit filios principum regionis] i. filios principalium Iudæorum ſumpſit [in
obſides] ne vel ipſi vel patres eorum contra ſe rebellarent, Ionathan adiuuando. [Et præcepit
Alchimus deſtrui muros] i. parietes ſeu munimenta muralia, [domus ſanctæ interioris] i. ſan-
cti ſanctorum [& opera prophetarum] i. ædificia templi facta ex inſtigatione Zachariæ & Aggæi Zach.5.
prophetarum ſanctorum, vt patet primo Eſdræ ſecundo & Aggæi primo. [In illo tempore per-
cuſſus eſt Alchimus,] i. plagatus à Deo, & occiſus propter facinora ſua, [& appræhendit de viris
regionis, qui principes erant militiæ] ipſius Bacchidis, ſeu principales in eius exercitu, [50. vi-
ros, & occidit eos.] hoc Ionathas fecit, cum poſt mortem Alchimi Bacchides rediſſet ad regem,
& rurſus expletis duobus annis ad Iudæam fuiſſet reuerſus. [& contritus] i. victus, non occiſus,
[eſt Bacchides ab eis] hoc eſt, à Ionatha & Simone. [& miſit ad eum] puta ad Bacchidem volen-
tem ad propria remeare, [Ionathas legatos, componere cum ipſo] Bacchide [pacem, & reddere
ei captiuitatem] hoc eſt, vt Bacchides redderet Ionathæ eos quos de populo Ionathæ captiua-
uit, Ionathas quoque præbuit ſe paratum reddere Bacchidi, quos captiuos habuit de populo
Bacchidis, vt Ioſephus refert, & in hoc vterque conſenſit. [& ceſſauit gladius ex Iſrael] id eſt, po-
pulus Iſrael à ſolita hoſtium impugnatione eſt liberatus: nihilominus poſt hæc habuerunt & Ioſ. lib. 12.
alia prælia, vt infra habetur, ſed non tam dura neque ita aſſidua, ſicut ante. [& habitauit Iona- an. iu. c. 18
thas in Machmas] id eſt, vrbe Iudeę ſic nominata, de qua exponitur illud 1. Reg. libri: Erat cum
Saul duo millia in Machmas.

Expoſitio cap. 10. Et anno 160. aſcendit Alexander.
Articulus 10.

GEſta Ionathæ, bella ac proſperitas eius ſub multis regibus habita, hic narrantur. [Et anno
centeſimo ſexageſimo, aſcendit Alexander Antiochi filius, qui] Alexander cognomina- 1. Mac. 1.
tus eſt Nobilis, [ſicut anus eius,] Epiphanes eſt cognominatus ſiue illuſtris. Aliqui autem
accipiunt hoc loco nobilem & illuſtrem pro eodem, & addunt quod Alexander iſte fuit filius
Antiochi Nobilis ſeu Illuſtris, & frater Antiochi, qui Eupator vocatus eſt. [& occupauit Ptole-
maidam, & receperunt illum, & regnauit illic] id eſt, in vrbe illa Syriæ, atque vt Ioſephus refert, Ioſ. lib. 12.
ex proditione militum in Ptolemaida commorantium, Alexander fuit receptus: quia militibus an. iu c. 3.
illis diſplicuit Demetrius propter ſuam ſuperbiam, quia dum ſe clauſiſſet in quadam turre re-
gali, quam non longe ab Antiochia conſtruxerat, à nemine videbatur: ſed & rempub. vt deſi-
dioſus neglexit, ideo ſubditi oderant eum. [Et miſit Demetrius rex epiſtolam ad Ionathan ver-
bis pacificis,] ex timore, ne Ionathas auxiliaretur Alexandro, memor moleſtiarum & iniuria-
rum quas à Demetrio tolerauit. [& dedit ei poteſtatem congregandi exercitum, & fabricare
arma.] Vnde elicitur, quod Iudæi vehementer premebantur iugo regum illorum. [& habita-
uit Ionathas in Hieruſalē, & cœpit ædificare] id eſt, meliorare in ſtructuris, [& innouare ciuita-
tem, & fugerunt alienigenæ,] id eſt, gentiles, [qui erant in munitionibus,] id eſt, locis munitis,
[quas ædificauerat Bacchides] prope arcem vel ſecundum quoſdam, extra & propè Hieruſa-
lem. [tamen in Bethſura remanſerant aliqui ex his qui reliquerant legem,] id eſt, apoſtatæ le-
gis. In arce quoque, vt infra & in Ioſepho patet. [Et audiuit Alexander rex,] qualiter Demetrius Ioſe. lib. 13.
ſcripſerat Ionathæ: idcirco & ipſe ſcripſit ei amoroſam epiſtolam ex affectu non ficto, miſitque an. iu. c. 2. 5
ei munera precioſa, vt patet in litera, in qua non eſt difficultas. [& induit ſe Ionathas ſtolam ſan- Ioſ. lib. 15. an. iu. ca. 8
ctam] id eſt, veſtem pontificalem. Nam Alexander non ſolum conſtituit eum ſummum ſacer- Ibidem
dotem, ſed etiam miſit ei ſtolam, vt Ioſephus narrat, quamuis hoc textus non dicat. [in die ſolen
ni ſcenopegiæ:] id eſt, dedicationis templi primi à Salomone conſtructi, vt quidam exponit. Leuit. 24.
quæ expoſitio probatur inepta, quia in lege communiter per feſtum Scenopegiæ intelligitur
feſtum tabernaculorum. Ioſephus quoque refert: Suſcipiens epiſtolam Alexandri Ionathas, in-
duitur ſtola ſacerdotali, feſto tabernaculorum inſtante. Feſtum quoque Scenopegiæ occurre-
bat ſeptimo menſe, vt patet in Leuitico, de quo menſe loquitur hic ſcriptura, dicendo: Et in-
duit ſe Ionathas ſtolam ſanctam ſeptimo menſe. Veruntamen ſtolam illam à rege miſſam
ipſe conſecrauit, antequam vtebatur ea in Dei obſequio. [& audiuit Demetrius verba iſta,]
quod ſcilicet Alexander ſcripſit & munera contulit Ionathæ. [& ait] conſiliarijs ſuis: [Quid hoc
fecimus] id eſt, cur ita habuimus nos, quod hoc fieri permiſimus, [quod præoccupauit nos A-
lexander appræhēdere amicitiam Iudæorum ad munimen ſui?] i. ad ſuam protectionem & opē

[Scribam & ego illis verba deprecatoria & dignitates & dona, vt ſint mecum in adiutorium. &
ſcripſit Demetrius eis, Ionathæ ac populo eius in hęc verba: Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum,
& manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſsiſtis ad inimicos noſtros] per confœderationem, ga
uiſi ſumus, &c.] Hęc falſa erant & ficta, vt Ionathas erubeſceret non adhęrere Demetrio. [& re-
mittemus vobis præſtationes multas] id eſt, multa quæ nobis dare ſolebatis certis temporibus,
immo [dabimus vobis donationes] id eſt, munera. [Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos in
meo dominio commorantes, [& à tributis, & precio ſalis indulgeo,] id eſt, pecunias quas ſolui-
ſtis pro ſale, quod confeciſtis in terra noſtra ex aqua maris, ſuper quod pro parte ſita eſt terra Iu
dęæ. Sicque aquæ de mari eductę per alueos, ſuper terram vertebantur in ſal per ſolis calorem.
[& coronas remitto,] quas ſoluere conſueuiſtis. [& tertias ſeminis,] id eſt, tertias frugum par-
1. Eſd. 9. tes. Merito ergò Eſdras loquutus eſt: Fructus eius multiplicantur regibus, quos poſuiſti ſuper
nos. [& dimidiam partem fructus ligni,] id eſt, arborum, in totum tempus præſidentiæ meæ. [&
Hieruſalem ſit ſancta,] id eſt, Dei cultus exerceatur in ea & in templo ipſius. [& libera] à tribu-
tis, [& decimæ & tributa] quas nobis ſoluere ſolent, [ipſius ſint] id eſt, ei remaneant pro bo-
no eius communi. [Remitto etiam poteſtatem arcis,] ita vt nullus in ea moretur contra Iona-
thæ voluntatem. ideo additur, [& do eam ſummo ſacerdoti,] non ſimpliciter, ſed [vt conſtituat
in ea viros quoſcunq; ipſe voluerit,] qui moleſtiam non ingerant intrantibus templum, qui cu-
Ioſ. lib. 13. an. Iu. ca. 5 ſtodiant eam pro rege, vt Ioſephus addit: quod & verbis ſequentis concordat capituli. [& om-
nem animam,] id eſt, perſonam [Iudæorum captiuam in omni regno meo, relinquo liberã gra-
Num. 36. tis. Et omnes dies ſolennes] id eſt, maiora feſta, vt Paſchæ, Pentecoſtes, tabernaculorum & tuba-
Heſter 7. 8. rum, quæ ſemel veneruntin anno, [& ſabbata] in omni hebdomada venientia, [& neomeniæ]
Iudit. 13. id eſt, feſta in exordijs menſium celebrãda, [& dies decreti] i. pro celebrandis feſtiuitatibus ex
certis caſibus inſtituti ſeu ordinati, quemadmodum dies ſortium pro interſectione Aman, libe
rationeq; Iudæorum, & dies victoriæ Iudith. [& tres dies ante diem ſolennem] i. præcipuam le-
gis ſolennitatem, [& tres dies poſt eam.] Ioſephus verò ait pluraliter, ante eos & poſt eos, & ſic
per diem ſolennem forſitan deſignantur ſolennes dies ſemel in anno venientes. Solennitas au-
tem Paſchę & Pentecoſtes durauit ſeptem diebus, prout Leuit. 24. habetur. [Sint omnes dies im
munitatis] ab exactione, [& remiſsionis] à vectigalibus, [omnibus Iudæis qui ſunt in regno
meo, & nemo habebit poteſtatem agere aliquid] contra Iudæos in foro contentioſo, [& moue
re negocia aduerſus aliquem eorum in omni] id eſt, quacunq; [cauſa] in prætactis diebus. [& vt
aſcribantur ex Iudęis in exercitu regis] ad negocia bellica, pro defenſione Reipub. qui ſint qua
ſi milites & ſtipendiarij regis, & præcipui defenſores Iudęorum in regno meo manentium. [vſ-
que ad 30. millia virorum. Et dabuntur illis copiæ] id eſt, neceſſaria ad ſua officia peragenda, vt
arma, ſtipendia, aut conſimilia. [& oportet] dari [omnibus exercitibus regis, & ex ipſis] 30. mil-
libus Iudæorum, [ordinabuntur] aliqui per principes meos, [qui ſint] cuſtodes & propugnato-
res [in munitionibus regis magnis] id eſt, fortalitijs. [Et ex his conſtituentur] qui ſint [ſuper ne
gocia regni] id eſt, aliqui officiati ad expediendum negocia, [quæ aguntur ex fide] i. qui tantæ
ſint reputationis, quod eis credatur, [& ambulent in legitimis ſuis, ſicut præcepit rex in terra Iu
da] i. vbiq; in regno meo permittantur viuere ſecundum legem patrum ſuorum, [ſicut præcepi
eos permitti ſic viuere in Iudæa. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudęæ ex regione Samariæ, cũ
Iudæa reputentur] tanquam de iure pertinentes ad eam, [vt ſint ſub vno] ſcz. principe ſacerdo-
tum. ideo ſubditur: [& non obediant alienæ poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti.] Iudæi nanq; poſt
reditum à Babylone per pontifices regebantur. [Ptolemaida & confines vrbes eius, quas dedi
donum ſanctis qui ſunt in Hieruſalem] id eſt, miniſtris templi, ſacerdotibus ac Leuitis. [ad ne-
ceſſarios ſumptus ſanctorum] id eſt, miniſtrorum illorum diuinis conſecratorum. [Et ego ſin-
gulis annis dabo] ad ſacrificia aut conſimilia, [15. millia ſiclorum argenti] id eſt, tantam pecuni-
am. Siclus autem, vt in lege habetur, 20. obulos habet. ſed ſicli erant diuerſi, [de rationibus re-
gis] id eſt, de rebus & bonis ad me de iure ſpectantibus. [& omne quod reliquum fuerit, dabũt
qui præſunt negocijs in opera domus] i. ad ea quæ neceſſaria ſunt in templo. [& ſuper] i. vltra
[hæc 5. millia ſiclorum quæ accipiebant] officiati mei pro me vel alij reges, [de ſanctorum rati-
one] i. de pertinentibus ad templi miniſtros, vel ad templum, [ad ſacerdotes pertineant,] qui
miniſterio ſacerdotali funguntur. [& quicunq; confugerint in templum, & in omnibus finibus
eius] id eſt, infra ſepta ipſius, [obnoxij regi in omni negocio] id eſt, aſtricti ad ſatisfaciendum
mihi pro culpa quacunq;. [dimittantur: & vniuerſa quę ſunt] id eſt, attinent [eis, libera habeant,
& ad ædificanda] vel reſtauranda [opera ſanctorum] id eſt ædificia templi & appendicias eius,
[ſumptus dabuntur de ratione] i. redditibus [regis. Vt autem audiuit Ionathas & populus eius,
ſermones iſtos, non crediderunt eis.] Nam ficti erant & blandi, ex timore prolati. [& compla-
cuit eis in Alexandrum, [qui ex ſynceritate quadam ſcripſit & contulit eis: [quia ipſe fuerat eis
princeps ſermonum pacis,] id eſt, præcipuus repromiſſor atq; exhibitor verborum pacifico-
rum, non

rum,non loquens nec ſcribens eis doloſe.[& ipſi]Alexandro[auxilium ferebant omnibus die-
bus]opportunis. Circa hoc quæritur,an in hoc bene egerunt,& apparet quod non:quoniam A-
lexander iſte non habuit ius ad poſſidendum hoc regnum Demetrij. Fuit enim ex ſemine An-
tiochi Illuſtris,qui regnum inuaſit,expulſo filio fratris ſui ſenioris Seleuci, cui regnum compe-
tebat de iure,ratione primogenituræ. Quid ad hanc reſpondendum ſit quæſtionem,non video,
niſi forſan quod Demetrius ob ſuam in Iudæos tyrannidem, & ob alia crimina meruerit regno
priuari. [Et congregauit Alexander rex exercitum magnum,& admouit caſtra contra Deme-
trium. Et commiſerunt prælium duo reges,& fugit exercitus Demetrij,&c.& cecidit]id eſt,oc-
ciſus eſt[Demetrius in die illa.] Circa hoc Ioſephus ſcribit:Demetrius fortiter pugnans,non Ioſ.lib. 13. an.iu.c. 3.
paucos hoſtium proſtrauit. Cumq́, fugans alios equus eius cœni barathro, id eſt, profundo luto
inhæſiſſet,minime fugere valens,occiditur. Videntes etenim hoſtes quod ei accidiſſet, reuerſi,
circundederunt eum:& omnibus in eum iacula deſtinantibus, cum ipſe pedeſtris fortiter reſi-
ſteret,poſtea perfoſſus vulneribus lapſus eſt.[Et miſit Alexander ad Ptolemæum regem Aegy-
pti legatos,dicens: Quoniam regreſſus ſum ad regnum meum, &c. Et nunc ſtatuamus ad inui-
cem amicitiam,& da mihi filiam tuam vxorem]quod Ptolemæus libenter fecit.[& ſcripſit Ale-
xander Ionathæ,vt veniret ſibi obuiam in Ptolemaida ciuitate.[quo cum Ionathas perueniſſet,
dedit Alexandro ac Ptolemæo munera precioſa & magna,& honorauerunt eum, præcipue A-
lexander, qui iuſsit eum purpura mox veſtiri ac ſecum ſedere, & primum eſſe amicorum ſuo-
rum,ac ducem atque participem principatus. Denique, ſicut in Scholaſtica fertur hiſtoria,qua-
tuor ſunt inſignia regalia,ſcilicet purpura, fibula aurea,diadema,& ſceptrum. Conſequenter
deſcribitur bellum Ionathæ contra Demetrium prætacti Demetrij filium. [In anno centeſimo
ſexageſimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta]ciuitate, de qua ex parte matris
fuerat oriundus:ideo patre ſuo occiſo,illuc confugit. In vrbe illa poſtea fuit archiepiſcopus ipſe
Titus apoſtoli Pauli diſcipulus. Iupiter quoque fuit rex Cretæ. de Cretenſibus vero allegat A- Act.14 Tit.1.
poſtolus illud Poetæ: Cretenſes ſemper mendaces,malæ beſtiæ,ventres pigri.[& audiuit Ale-
xander]aduentum Demetrij,[& contriſtatus eſt valde] timens ab illo vaſtari, quia Demetrius
ille fuit de linea regalis proſapiæ ex ſemine primogeniti magni Antiochi. [& reuerſus eſt] A-
lexander Antiochiam regni ſui metropolim. [Et conſtituit Demetrius Apollonium ducem, &
congregauit exercitum magnum:] vt in primis expugnaret Ionathan, quem ſciuit Alexandro
fortiter confœderatum.[& acceſsit ad Iamniam]in Iudæa prope mare ſitam, [& miſit ad Iona-
than]ipſe Demetrius rex,vel Apollonius ex parte ipſius. [Tu ſolus reſiſtis nobis]id eſt, præci-
pue impedis nos,roborando audaciam Alexandri. [Ego autem factus ſum in deriſum & in op-
probrium]ab Alexandro & ſuis,qui occupant terram pattum meorum,nec me volunt recipere,
& etiam à te & tuis. [Propterea, quia tu poteſtatem exerces aduerſus nos in montibus,] ita
quod in locis montanis, & in vrbibus, fortalitijſque huiuſmodi confidis, ad quæ difficile eſt
aſcendere,præſertim equitibus.[Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis] id eſt, robore tui ex-
ercitus,ſeu corporalibus viribus aut iuſtitijs,quibus facta tua coloras, [deſcende ad nos in cam-
pum:]vt in loco plano,prælijs apto pugnemus,[quia mecum eſt virtus bellorum]id eſt,fortitu-
do exercitus atque induſtria præliandi.[Interroga & diſce,quis ſum ego:] quaſi dicat,ſi excel-
lentiam meam perpenderes, te mihi opponere non auderes. Loquitur autem comminatorie,
præſumptuoſe,ſuperbe,tanquam volens Ionathan perterrere, qui confidens in domino magis
quam in virtutibus ſuis, ex verbis tantæ improbitatis fuit magis ad magnanimitatem & confi-
dentiam prouocatus,ſicut ſubiungitur:[Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apollonij]ex ore
nuncij ſeu ex epiſtola,[motus eſt animo]ad iuſtam indignationem,& ad iram per zelum,atque
audaciam,quemadmodum Dauid ex verbis Goliæ. Erant nanque deuoti cultores veri Dei, in 1.Reg. 17.
quo confidentes, verba idololatrarum ſpernebant. [Et elegit]Ionathas [decem millia viro-
rum,&c. & applicuerunt Ionathas & Simon frater eius]cum exercitu ſuo[in Ioppen]id eſt, ex-
tra & prope Ioppen.nam ſubditur:[Et excluſit eum à ciuitate]id eſt,populns in Ioppe exiſtens
portas clauſit,ne Ionathas introiret cum ſuis:[quia cuſtodia Apollonij,Ioppe erat]id eſt, mili-
tes ab Apollonio conſtituti in vrbe illa, ad ſuccurrendum ſibi tempore opportuno.[& oppu-
gnauit]Ionathas eam,& exterriti qui erant in ciuitate,]ne caperet eam & ipſos occideret, [ape-
ruerunt ei:]& prælium commiſerunt contra ſeinuicem Ionathas & Apollonius,non ſtatim tunc,
ſed paulo poſt.[& cognouit Ionathas quoniam ſunt inſidiæ poſt ſe]id eſt,quod Apollonius ali-
quos dimiſiſſet occulte,qui à tergo inuaderent Ionatham & ſuos tempore prælij. [& circuie-
runt]Ionathas & ſui, [caſtra eius]puta Apollonij antequam pugnauerunt, ne includerentur à
viris Apollonij. [& eiecerunt] milites & ſagittarij Apollonij[iacula in populum]Ionathæ, [à
mane vſque ad veſperam. Populus autem ſtabat ſicut præcepit Ionathas, & laborauerunt equi
eorum]videlicet militum Apollonij. Circa hoc Ioſephus ſcribit:Ionathas ſuis præcepit,ſagittas
equitum teſtudine facta excipere: quod cum feciſſent,nihil lædebantur,quamuis hoſtes ſuper

eos frequentia tela vibrarent, vſquequo ſuas euacuaſſent ſagittas. nam ſagittæ corpora clypeis ſepta minimè contingebant, cum conſtipatione teſtudinis tela venientia refugarentur. [& eiecit] id eſt, ad bellandum repentè direxit [Simon exercitum ſuum,] videns aduerſarios iam laſſatos, [& commiſit cõtra legionẽ] pedeſtrẽ, quibus equites nõ valebãt multũ ſuccurrere. Propter quod ſubditur [Equites enim fatigati erant] ſagittando, [& contriti ſunt ab eo] i. à Simone, hi qui erant in legione. [& fugerunt, & intrauerunt in Bethdagon idolum ſuum,] id eſt, in domum ſeu templum Dagon dei vel idoli ſui, [vt ſe,] id eſt, eos [liberaret. & accendit Ionathas Azotum,] & templum illud cum exiſtentibus in ſe. [Et fuerunt qui ceciderunt gladio, ferè octo millia virorum. Et mouit inde Ionathas caſtra & applicuit] Ionathas caſtra ſua, [Aſcalam] quæ fuit vna de quinq; principalibus vrbibus Philiſtinorum, [& exierunt obuiam illi] videlicet Ionathæ, [in magna gloria] non audentes ſe ei opponere. [& vt audiuit Alexander rex ſermones iſtos, addidit adhuc glorificare Ionathan] ad regratiandum ei, quia expugnauit aduerſarios Ale-
Ioſ. lib. 13 an. iu. c. 5. xandri. [& miſit ei fibulam auream, ſicut eſt conſuetudo dari cognatis regum.] Ioſephus dicit, torquem auream. Porro iam ſupra in iſto capitulo dictum eſt, quod miſit Ionathæ purpuram, auream q; coronam. Cumq; iuxta præhabita ſint quatuor inſignia regalia, patet quod miſit Ionathæ tria, quartum, ſcilicet ſceptrum, ſibi reſeruans. [& dedit ei Accaron] vnam quinq; principalium ciuitatum Philiſtijm, [& omnes fines eius] id eſt, vrbes & villas Accaroni confines, [in poſſeſsionem.]

Expoſitio Cap. 11. Et rex Aegypti congregauit exercitum.
Articulus 11.

DEſcribuntur hic geſta quædam plurium regum, videlicet regis Aegypti, regumq; Syriæ, Alexandri & Demetrij, & principaliter geſta Ionathæ ſub eiſdem. [Et rex Aegypti] Ptole-
Ioſe. lib. 13. an. iu. ca. 7. mæus Philometor, ſecundum Ioſephum, [congregauit exercitum] copioſum, [ſicut arenam quæ eſt ad oram] i. in littore [maris.] quod hyperbolicè accipi poteſt, [& quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo.] quod fuit deteſtanda ambitio, & multum innaturalis, cum Alexander eſſet gener ipſius, eſſetq; ſpes, quod ad nepotem aut neptem Ptolemæi ex filia ſua Cleopatra Alexandri vxore, deuoluendum eſſet regnum Alexandri. Sed infelix ambitio caret oculo, tamq; crudelis eſt, quod nec patri parcit, nec fratri. [& exijt] Ptolemęus de Aegypto [in Syriam verbis pacificis:] ſimulans ſe veniſſe ad profectum generi ſui, [&] ideo vrbes [aperuerunt ei] præſertim quia Alexãder hoc eis commiſit. [Et vt appropinquauit]
Ibidem. Ptolemæus [Azoto, oſtenderunt ei] Syri pergentes cum ipſo, vt Ioſephus tangit, [templum Dagon incenſum, & Azotum] quoq; incenſum, [& cætera eius demolita] id eſt, deſtructa [& corpora] occiſorum [proiecta, & eorum qui cęſi erant in bello, tumulos] id eſt, ſepulchra, quia tãquam viliores erant ſepulti, [& narrauerunt regi, quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei] id eſt, vt regem inflammarent inuidia contra Ionatham. [& tacuit rex] nolens cõtra Ionatham amicum Alexandri litem aſſumere, ne Alexander percipiendo tale litigium, malum aliquid fabricaretur contra Ptolemęum. [& occurrit Ionathas regi Aegypti in Ioppen] volens pro poſſe pacem amicitiamq; ſeruare cum regibus, propter commune populi ſui bonum. [Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum] Syriæ, auxilio militum ſuorum, quos in ſingulis poſuit vrbibus illis, [vſq; Seleuciam maritimam,] id eſt, vrbem ſic appellatam ad mare ſitam. [& cogitabat in Alexandrum conſilia mala.] qualiter poſſet eum omnino opprimere fraudulenter. Circa hæc
Ibidem. geſta, multa ſcribit Ioſephus, quæ huic hiſtoriæ non concordant, nec cum ea videntur poſſe concordari, niſi forſan multum extortè. Ideo magis credendum eſt huic libro. [& miſit legatos ad Demetrium, dicens: Veni, componamus inter nos pacta pacis & amicitiæ fœdus, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander.] Tale diuortium fuit omninò illicitum. [Pœnitet enim me quod dederim illi filiam meam. Quæſiuit enim me occidere.] Hoc ſecundum Ioſephum ita fu-
Ibidem. it. Nam refert Ptolemæum exiſſe Aegyptum ad præbendum ſolatia Alexandro, & tamen in Ptolemaide fuerit quaſi occiſus ex inſidijs Alexandri, quas per Ammonium Ptolemæo parauit. Et aliqui dicunt, quod voluit Ptolemæum interficere. ſed textus non conſonat, aſſerens Ptolemæum egreſſum, vt dolo regnum Alexandri acquireret. Subditur: [& vituperauit eum,] videlicet Ptolemæus Alexandrum. [propterea quod concupierat regnum eius, & intrauit Ptolemæus Antiochiam] metropolim Syriæ, vt ibi coronaretur ſuper Syriæ regnum. Vnde ſubiungitur: [Et impoſuit capiti ſuo duo diademata Aegypti & Aſiæ:] Quare non ait, Aegypti & Syriæ, niſi forſan quoniam Syria eſt pars Aſiæ, prout Aſia dicitur vna de quatuor plagis vel partibus mundi? [& audiuit Alexander] fraudes & practicas Ptolemæi, [& venit ad eum in bellum &c. & fugauit eum] ſcilicet Alexandrum Ptolemæus. Occulta quippe ſunt iudicia Dei. qui permittit interdũ,
Pſal. 35. peiores melioribus ſeu minus prauis præualere, ex certa & legitima cauſa, quæ homines latet, ſicut 10 libro Iudicum leguntur filij Beniamin iniuſtiſsimam cauſam habentes, cæteris tribubus

Iſrael

Iſrael iuſtam pugnandi cauſam habentibus, immo ex diuina reuelatione ad bellum proceden- Iudic. 20.
tibus, bis præualuiſſe. Certum eſt autem, Alexandrum iſtũ fuiſſe idololatram, atq; in multis cul-
pabilem. [& fugit Alexander in Arabiã] cum filio ſuo Antiocho ad parentes maternos, [& abſtu-
lit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo.] In Scholaſtica fertur hiſtoria: Rex Ara-
bum timens poteſtatem Ptolemæi, occidit Alexandrum, & reſeruauit filium eius. Ptolemæus ve-
rò, capite Alexandri viſo, gauiſus fuit. [Et Ptolemęus mortuus eſt in die tertio,] poſtquam caput
acceperat Alexandri. Sicq; Deus iuſto iudicio puniuit celerrimè tantas Ptolemæi impietates. 1. Mach. 11.
[Et qui erant in munitionibus,] id eſt, hi quos rex Aegypti conſtituerat in munitis Syriæ locis,
[perierunt ab his qui erant intra caſtra] id eſt, opprimebantur à militibus & pugnatoribus De-
metrij, quorum multi ante adhæſerant Alexandro. Demetrius nanq; & Syri noluerunt, loca ſua
munita, ab Aegyptijs poſsideri. [In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt
expugnaret arcem &c. Et abierunt quidam viri iniqui ad regem Demetrium, qui nunciauerunt
ei quod Ionathas obſideret arcem. [& vt audiuit, iratus eſt,] id eſt, Demetrius iratus eſt con-
tra Ionatham, cum ſibi denunciatum eſſet à quibuſdam perfidis apoſtatiſque Iudæis, quod Io-
nathas obſideret arcem. [& dedit ſe periculo] id eſt, Ionathas expoſuit ſe periculo mortis,
pergendo ad regem Demetrium. [cum ſacerdotibus ac ſenioribus Iudæorum.] Non obſtan-
te quod contra regis præceptum iuſsit continuari arcis obſidionem, de qua re intendebat regi
cauſam rationabilem aſsignare [& inuenit gratiam in conſpectu eius] puta Demetrij, cui attu-
lit munera precioſa & multa, per quę mentem Demetrij emolliuit. Omnipotens quoq; ad nu-
tum immutat principum corda. Vnde & Demetrius, præter ſpem Ionathæ, multipliciter hono-
rauit, exaltauitq; Ionatham, quemadmodum Alexander, nec accuſatoribus eius audientiã præ-
buit [& poſtulauit Ionathas à rege, vt immunem] id eſt, à tributo ſeu obſequijs, vel grauamini-
bus ſolitis liberam, [faceret Iudæam, & tres Toparchias] id eſt, principatus vrbes, [id eſt, Sama-
riam] quæ fuit metropolis in regno decem tribuum, [& confines eius] id eſt, duas vrbes ei con-
fines. [& promiſit ei] videlicet regi [talenta 300.] in recompenſam emolumentorum conſue-
torum.] & conceſsit rex, & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus in hunc modum] id eſt, te-
norem & formam [continentes: Rex Demetrius Ionathæ fratri ſalutem & genti Iudæorum. Ex-
emplum epiſtolæ quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos.] Laſthe-
nes iſte creditur fuiſſe propinquus, charus & familiaris Demetrio. Specialiter quoq; honoratus
ab eo, propter quod vocauit eum parentem. Propter quod etiam ſcripſit ei propria geſta, ſicq;
gratiam & beneficia quæ conceſsit Ionathæ ac Iudæis, ſignificauit Laſtheni, & formam epiſtolæ
illi miſſæ, miſit & Ionathæ ac populo eius. [genti Iudęorum decreuimus benefacere, propter be-
nignitatem quam erga nos habẽt. Statuimus ergò] id eſt, ordinamus & exhibemus [illis omnes
fines Iudęæ, & tres ciuitates] videlicet [Lyddam & Ramatham, quæ additæ ſunt Iudęæ ex Sama-
ria:] hoc eſt, ex ciuitatibus regni decem tribuum. Porro Samaria interdum accipitur pro ſpeci-
ali vrbe regionis illius, & ſic fuit tertia vrbs, pro cuius immunitate inſtitit Ionathas. [ſequeſtra-
ri] id eſt, ſeparari, & ad inhabitandum concedi, [omnibus Iſraelitis ſacrificantibus in Hieroſoly-
mis] in templo, id eſt, veri Dei cultoribus. [pro his] donationibus & exactionibus, [quæ ab eis
rex] Syriæ, ſcilicet ego ſeu quicunq; prædeceſſor meus, [prius accipiebat per ſingulos annos, &
pro fructibus terrę & pomorum] id eſt, arborum, [& alia quæ ad nos pertinebant decimarum &
tributorum, ex hoc tempore remittimus eis] pro 300. talentis, quæ in horum recompenſam Io-
nathas nobis ſoluet. [& areas ſaliuarum] id eſt, loca, in quibus conficitur ſal, modo tacto præce-
denti articulo, de qua re plenius ſcripſi ſuper illud Prouerb. 25. Acetum in nitro, qui cantat car- 1. Mach. 11.
mina cordi peſsimo. [& coronas quæ nobis deferebantur] id eſt, à Iudæis perſoluebantur, [om-
nia concedimus] id eſt, relinquimus [eis,] non exigimus ex cauſa pręhabita. [Nunc ergo curate,
facere horum exemplum] i. iſta diligenter conſcribite in materia bene durabili. [& detur Iona-
thæ] ad diſponendum de eius cuſtodia. [& ponatur in monte ſancto] Sion, [in loco celebri] tẽ-
pli ad perennem memoriam. [Et videns Demetrius, quod ſiluit terra in conſpectu ſuo] i. quod
habitatores terræ ſibi non repugnarent, [dimiſit exercitum ſuum,] ex proprio populo ſuo col-
lectum. [excepto peregrino] id eſt, alieno [exercitu, quem contraxit ab inſulis gentium] id eſt,
à Creta ac alijs gentibus, quorum ſubſidio intrauit terram [regni patrum ſuorum, & inimici ei
erant omnes exercitus patrum eius] id eſt, proprius & natiuus exercitus, qui à patribus ſuis ſer-
uierat. Indignabantur enim regi, quod per peregrinum illum exercitum, ipſis licentiatis, apud
ſe retinebat, & quia ſolitas eis diminuebat annonas: immo ſecundum Ioſephum, reges priores Ioſe. lib. 13. an. Iu. ca. 7.
conſueuerunt eis dare annonas etiam tempore pacis, quatenus tempore prælij eſſent ad omnia
promptiores. [Tryphon autem quidam erat partium Alexandri * primus] id eſt, præcipuus in- * prius.
ter fautores ac principes Alexandri. dum ille vixit, qui videns exercitũ contra Demetrium mur-
murare, intrauit Arabiam, vt inde deduceret filium Alexandri, cui putauit exercitum mox adhę-
ſurum. [& manſit ibi] id eſt, in Arabia ipſe Tryphon [diebus multis:] quia Antiochus ille fuit ni-

 mis iu-

mis iuuenis ad regnandum,& princeps qui eum nutriuit,non cito neque faciliter acquieuit pe-
Ioſe.lib.13. tioni Tryphonis,vt Ioſephus narrat.[Et miſit Ionathas ad Demetrium, vt eijceret eos qui in ar-
an.iu.ca.8. ce erant.]Ex hoc non ſequitur,quod Ionathas ceſſauit ab arcis obſidione, ſed potius quod non
poterat eam ad libitum expugnare,& qui in præſidijs erant]i.in locis munitis Iudęæ hinc inde,
[quia impugnabant Iſrael]i. populum Iudæorum ex fortalitijs illis, exeundo de illis ad depræ-
dandum & impugnandum.Erant enim partim Gentiles, partim Iudæi apoſtatæ. Cui petitioni
dixit ſe rex ſatisfacturum & maiora facturum, præſertim ſi Ionathas ſibi auxiliatores tranſmit-
teret.[miſitque regi tria millia virorum fortium, & occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera
ciuitatis]i.vias & plateas vrbis ſic munierunt,vt nec rex poſſet aufugere, nec ab extra aliquis ſibi
in auxilium aduenire.ſed per hoc ſibiipſis laqueum extenderunt,quoniam victi ſunt, nec po-
tuerunt fugere expedite propter huiuſmodi impedimenta.[& vocauit rex Iudæos in auxilium,
& conuenerunt omnes ſimul ad eum,& diſperſi ſunt omnes per ciuitatem:]id eſt, Iudæi vndi-
que diſcurrebant per vrbem,inſequendo,fugando,occidendoque æmulos. [& occiderunt illa
die centum millia hominum,& ſuccenderunt ciuitatem]pro parte: quo viſo,reſidui poſtulaue-
runt à rege pacem & veniam.ſicque Iudæi famoſi effecti ſunt in regno Demetrij. Veruntamen
Ibidem. Ioſephus circa hæc multa refert,quæ non videntur multum conſona textui huic, videlicet quod
exercitus ille peregrinus adhuc cum Demetrio fuit,& quod Iudæi aſcenderunt ſuper tecta do-
morum,quæ ibi plana fuerunt,atque ex alto contra aduerſarios præliabantur,iacula & alia emit-
tendo. Vnde nec lædi valebant,& quod tranſiliebant de tecto in tectum,ac multa ſimilia. [& ſi-
luit terra in conſpectu eius]i. Demetrij poſt tantam victoriam, & metropolis ſuæ proſtrationē
ac ſubiugationem ſub eo. [Et mentitus eſt omnia quæcunque dixit]i. quæ Ionathæ ſcripſit ac
promiſit de beneficijs impendendis,gratijſque agendis, [Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphon
ab Arabia,& Antiochus puer adoleſcens,]filius Alexandri.[& regnauit, & impoſuit ſibi diade-
ma]regni Syriæ,[& congregati ſunt ad eum exercitus,quos diſperſerat Demetrius,& pugnaue-
runt cuntra eum]puta Demetrium,[& fugit,] Demetrius. [& accepit Tryphon beſtias] i. ele-
phantos,vel ſecum adductas, vel à Demetrio fugiente ſublatas,[& obtinuit Antiochiam. Et
ſcripſit Autiochus adoleſcens Ionathæ,]& hoc de conſilio Tryphonis, quatenus Ionathas ad-
iuuaret Antiochum, ſicut adiuuerat ipſius patrem Alexandrum,[dicens: Conſtituo tibi ſacer-
dotium]i.pontificatum tibi concedo.Conceſsionem nanque à Demetrio factam,reputauit An-
tiochus caſſam. [& conſtituo te]principem,[ſuper quatuor ciuitates] extra regiunem Iudęæ.
[Et miſit Antiochus illi vaſa aurea]in miniſterium templi vel menſæ ſuæ, [& dedit ei poteſta-
tem]i.authoritatem[bibendi in auro]i.ex aureis ſcyphis,[& eſſe]i.indui[purpura,& habere fi-
bulam auream]ſeu aureum torquem,[& Simonem fratrem eius conſtituit ducem]i.officiatum
in aliqua dignitate[à terminis Tyri vſque ad fines Aegypti]i. vſque ad principium confinio-
rum regionis Aegypti excluſiue,quia ſuper Aegyptum non habuit principatum iſte Antiochus.
[& exijt Ionathas,& perambulabat trans flumen]Euphraten[ciuitates,] vt induceret eas ad co-
hærendum Antiocho.[Et congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syrię]ad faciendum hoc ple-
nius,[& abijt Gazam]propter eandem cauſam.[& concluſerunt ſe qui erant Gazæ, [nolentes
aperire Iunathę,neque Antiochu obedire.[& ſuccendit quę in circuitu erant ciuitatis]attinen-
tia Gazę.[& prędatus eſt eam,]auferendo diuitias eius quas repperit extra vrbem. [& rogaue-
runt Gazenſes Ionatham]pacem & veniam,[& dedit illis dexteram. & audiuit Ionathas,quia
pręuaricati ſunt principes Demetrij,] iniuriando vel Ionathę vel Antiocho, [in Cades quę eſt
in Galilęa,]quia in illo oppido fuerant congregati cum exercitu multo,[volentes eum remoue-
re à negocio regni]id eſt,à principatu ſibi conceſſo ab Antiocho, immo & dudum à Demetrio.
[& occurrit illis. Fratrem autem ſuum Simonem reliquit intra prouinciam] Iudęę ad eius cu-
ſtodiam.[& applicuit Simon ad Bethſuram]ciuitatem,in qua fuit fortalitum poſt arcem fortiſ-
ſimum,atque in eo aduerſarij Iudęorum obedientes Demetrio.[& concluſit eos,] qui erant in
oppido & fortalitio illo.Sicque nequibant egredi,aut neceſſaria adipiſci. [et poſtulauerunt ab
eo]id eſt,à Simone[dextras accipere]id eſt, aſſecurationem vitę, vt dimitterent ei locum,ſalua
vita ipſorum,quibus in hoc acquieuit.[et poſuit in ea pręſidium]id eſt,in Bethſura et eius forta-
Luc.5. litio conſtituit cuſtodiam armatorum de populo ſuo. [et Ionathas et caſtra eius applicuerunt ad
Ioan.6. aquam Geneſar:]quę alio nomine appellatur mare Geneſar,ſiue Genezareth, ac mare Galilęę.
[et ante lucem vigilauerũt]id eſt,vigiles ac parati ad pręlium erant[in campo Aſor]ciuitatis.[Et
ecce caſtra alienigenarum]videlicet principes et exercitus Demetrij,[occurrebãt ei in campo.]
forſan eodẽ,[et tendebant ei inſidias in mõtibus,]in quibus multi occulte manſerunt.[et fuge-
rũt qui erãt ex parte Ionathæ omnes]pręter duos,quoniã territi erant videndo inſidias ex mõti-
bus erũpere.[Et ſcidit Ionathas veſtimẽta ſua:]Si fuit armatus, quomodo potuit ſuas ſcindere
veſtes? Reſpõdetur ꝙ ſcidit veſtes aliquas,quibus ad ornatũ fuit ſuper arma indutus.[& poſuit
terram

terram in capite]id eſt, ſuper caput, [& orauit]pro conſortatione ſui & ſuorum qui fugerunt,
vt redirent ad ipſum. Sicque ſuo dolore, humiliatione & oratione, exquiſiuit auxilium Dei,
qui exaudiuit ſuum propugnatorem fidelem. [& conuerſus eſt Ionathas,] cum duobus qui ſe-
cum remanſerant,[ad eos]id eſt,ad alienigenas[in prælium,& conuertit illos]id eſt, fecit ipſos
alienigenas reuerti [ad ſe,] prouocando eos ad bellum, qui ſugientibus Iudæis, cœperunt re-
cedere vt victores. [& viderunt qui fugiebant partis eius]id eſt, Iudæi exiſtentes ex parte Io-
nathæ, qui paulo ante fugerunt, viderunt Ionatham cum duobus inuaſiſſe aduerſarios ſuos,
[& reuerſi ſunt ad eum] animati exemplo audaciæ eius, [& inſequebantur cum eo alienige-
nas vſque ad Cades, ad caſtra ſua] id eſt, ad loca illa alienigenarum, ex quibus venerunt ad
prælium. [& ceciderunt de alienigenis tria millia virorum, & reuerſus eſt Ionathas in Hieru-
ſalem.

Expoſitio cap.12. Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat.&c.
Articulus 12.

MVlta hic geſta Ionathæ recitantur, & ſpecialiter, qualiter poſt renouationem amicitiæ
cum Romanis, cito fuit deceptus & captus. [Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat.]
Non eſt hoc intelligendum, quaſi facta hominum tempori aut fato ſubiaceant, ſed con-
ſuetudo eſt ſcripturæ, vt tempori aſſcribantur ea, quæ contingunt in tempore, ſicut & Chriſtus
in Euangelio Matthæi ſexto loquitur: Craſtinus dies ſibijpſi ſolicitus erit. Et rurſus Matthæi
ſexto. Sufficit(inquit)diei malitia ſua. Sicque dicitur tempus ipſum Ionatham adiuuiſſe, quia Ioſ. lib. 13.
Deus in tempore eius gratioſe ei affuit. Vnde & Ioſephus hoc conuenienter expreſsit, dicendo, an.iu. ca.9
libro antiquitatum 13. Cum vidiſſet Ionathas omnia ſibi diuina prouidentia ſecundum ſuam ac-
cidere voluntatem. [elegit viros]nobiles ac prudentes, ad tantæ legationis peragenda negocia
aptos, qui infra exprimuntur in textu, [& miſit eos Romã, ſtatuere & renouare cum eis amici-
tiam,& ad Spartiatas]id eſt, Lacedæmonios, vt infra magis elucidabitur. [& alia loca] id eſt, ad
habitatores aliorum locorum ſibi dilectos, [miſit epiſtolas ſecundum eandem formam,] qua
ſcripſit Romanis, hoc eſt, ſecundum ſimilem ſenſum,] videlicet, de inſtitutione & renouatione
amicitiæ inter eos. [Et dederunt illis epiſtolas per loca]id eſt, Romani dederunt legatis Iona-
thæ epiſtolas ad reges & principes inter Romam & Iudæam commorantes. [vt deducerẽt eos,]
puta legatos Ionathæ,[cum pace in terram Iuda.& hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit
Ionathas Spartiatis: Iampridem]id eſt, priſtino tempore dudum euoluto, [miſſæ erant epiſtolæ
ad Oniam ſummum ſacerdotem à Dario, qui pugnabat]id eſt, pugnando contra hoſtes, regna-
uit[apud vos]id eſt, in vobis & ſuper vos,[quoniam eſtis fratres noſtri]id eſt, cognati ex gene-
re Abrahæ,[ſicut reſcriptum continet quod ſubiectum eſt,] id eſt, ſicut epiſtola reſponſiua, ab
Onia pontifice miſſa præfato regi Spartiatarũ, includit. Porro forma epiſtolæ miſſæ à rege Spar-
tiatarum Oniæ, non ponitur hic, ſed Ioſephus decimotertio. Antiquitatum lib. recitat eam hoc
modo: Rex Lacedæmoniorum Arius, Oniæ ſalutem. Legentes ſcripturam aliquam, inuenimus Ioſ.lib. 13.
ex vno genere Iudæos & Lacedæmones extitiſſe, & familiaritatem cum Abraham ſocialiter ha- an.iu c.4.
buiſſe. Iuſtum ergo eſt, eum fratres exiſtatis, & tranſmittere ad nos & petere quæ vobis neceſſa-
ria iudicatis. Facimus vero & nos idem, & veſtra propria ſimul & noſtra communia reputamus.
Hæc Ioſephus. [Et ſuſcepit Onias pontifex virum qui fuerat miſſus] à rege Lacedæmoniorum
Dario, quem (vt tactum eſt) Ioſephus nominat Arium, [cum honore, & ſuſcepit] Onias, [epiſto-
las]regis prætacti, & forſan fuit vna & ſatis breuis epiſtola, quamuis pluraliter dicatur epiſtolæ,
iuxta morem loquendi, quo frequenter ſingulare ponitur pro plurali, & econuerſo. [in quibus
ſignificabatur de ſocietate & amicitia,]habita & habenda inter Iudæos & Spartiatas. [Nos]hoc
eſt, ego Ionathas & populus meus, [cum nullo horum indigeremus] id eſt, nullo humano auxi- Ioſ.lib 13
lio atque ſolatio pro præſenti, quia nunc pacem habemus, & proſperitate lætamur. Vel vt Ioſe- an.iu.c. 4.
phus tangit, iſte eſt ſenſus: Nos cum nullo horum indigeremus, id eſt, ad probandum vos eſſe
noſtros cognatos, non indigeremus extranea probatione, quia per ſacras noſtras literas, id eſt,
ſcripturas hoc eſſe credimus. [habentes ſolatio ſanctos libros] videlicet ſcripturas veteris teſta-
menti, [qui in manibus noſtris ſunt:] in quibus iam tempore pacis exercemur, & magnam ac
principalem conſolationem haurimus & experimur, iuxta illud Pſalm.118. Quam dulcia fauci-
bus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Etenim diuina ſcriptura eſt paradiſus deliciarũ, próp-
tuarium ſapientię atq; ſcientiæ, recreatio intellectus, inflammatio voluntatis, doctrix fidei, ge-
nitrix ſpei, deſperationem extinguens, confidentiam veniæ præbens, menſa refectionis inter-
næ, impinguatio mentis beneuolæ, cibus & potus, medicina & lumen, opulentia animarum,
conciliatrix ac conſeruatio gratiarum, via æternę ſalutis. Hinc ait Apoſtolus Romanorum deci-
moquinto. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiã & cõſola-

tionem

tionem ſcripturarum ſpem habeamus.[maluimus mittere ad vos] quam hoc ipſum negligere, [renouare fraternitatem & amicitiam,]ea recolendo quæ conſeruatiua & augmentatiua eorum ſunt.[Multa enim tempora tranſierunt ex quo miſiſtis ad nos,]ſcilicet tempore regis veſtri præfati,& Oniæ.[nos ergo in omni tempore]opportuno,[ſine intermiſsione] horis ſtatutis, ſicut ſubiungitur.[in diebus ſolennibus memores ſumus veſtri in ſacrificijs & obſeruationibus] mandatorum, cæremoniarumque legis, orando & ſacrificando pro vobis,vt fraterna requirit dilectio,[Lætamur itaque de gloria veſtra]hoc eſt,veſtræ proſperitati & paci ex charitate congratulamur.[& nunc bene facietis,reſpondentes nobis ad hæc.] Conſequenter ponitur reſcriptum Spartiatarum,Ionathæ & ſuis remiſſum.[Onias]qui fuit[rex Spartiatarum]tempore [Ionathæ ſacerdoti magno]id eſt,pontifice Iudæorum.[ſalutem. Inuentum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Iudæis,quoniam ſunt fratres,& quia ſunt de genere Abraham.]In quo libro ſcripturæ veteris

Geneſ 25. Hieron. teſt. ſcriptum ſit iſtud,poteſt inquiri,& dicunt quidam,quod in Geneſi,vbi generationes Abrahæ deſcribuntur,tam ex Iſaac quam ex Iſmaele,tam ex filijs Cethuræ,ex quibus teſte Hieronymo innumerabiles gentes exortæ ſunt. Veruntamen in noſtra translatione non inuenitur iſtud

*Arij ſub nomine Spartiatarum aut Lacedæmoniorum. Forſitan tamen in Hebræo ſub alijs reperitur nominibus. Quidam vero his obijcit,quia in prætacta epiſtola * Arij regis Lacedæmoniorum, dicuntur Lacedæmones cum Abraham familiaritatem ſocialiter habuiſſe,non ergo fuerunt de ſemine eius. Hinc ille concludit: Magis videtur quod Spartiatæ deſcenderunt de Nachor fratre Abrahę,qui cum Abraham diu ſocialiter vixit,cuius etiam generatio Geneſis 11. deſcribitur. Verum iſta obiectio probatur inepta,quoniam in præinducta epiſtola,non ſolum Lacedæmones, ſed & Iudæi dicuntur familiaritatem cum Abraham ſocialiter habuiſſe. Si igitur Lacedæmones idcirco non ſunt de genere Abrahæ,quia ſocialiter habuerunt familiaritatem cum eo, ſequetur quod nec Iudæi ſint de genere aut ſemine Abrahæ, quia dicuntur familiaritatem cum ipſo ſocialiter habuiſſe. Denique in textu apertiſsime dicitur: Inuentum eſt in Scriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam ſunt fratres,& quia ſunt de genere Abraham , non ergo de genere Nachor, fratris Abrahæ. Porro,quod dicuntur familiaritatem ſocialiter habuiſſe cum Abraham, intelligi poteſt dupliciter. Primo,quantum ad patres eorum,quoniam Iſaac per quem Iudæi deſcenderunt de Abraham, & vnus filiorum Cethurę, per quem Spartiatę deſcenderunt de Abraham, ſocialiter familiariterque vixerunt ad tempus cum Abraham. Secundo , vt ſicut in ſcripturis ſępiſsime per Iacob intelligitur populus Iſrael natus ex Iacob , ita per Abraham intelligatur aliqua eius poſteritas,cum qua Iudæi & Lacedęmonij familiaritatem ac ſocietatem habuerunt,vel ad ſeinuicem,[Pecora noſtra & poſſeſsiones noſtræ,veſtrę ſunt,& veſtrę noſtrę:] id eſt,tanta eſt inter nos fraternitas atque dilectio,vt bona noſtra communia reputentur, & parati ſimus bona noſtra, pro veſtra commoditate exponere, ſicut & vos veſtra pro nobis. Hoc conſonat & alludit ei quod in præmemorata epiſtola Arij regis Spartiatarum habetur, veſtra ſimul & noſtra cõmunia reputamus. Sequitur alius apparatus prælij,in quo principes Demetrij fugerunt timore Ionathæ ac ſuorum.[Non enim dedit eis ſpatium]loci aut temporis,[vt ingrederentur regionem eius]id eſt, Iudęam, quia intuliſſent aliqua damna fructibus terræ ſeu alijs rebus [& miſit ſpeculatores in caſtra]id eſt,circa & prope turbas eorum,[reuerſi] ſpeculatores [nunciauerunt] Ionathæ,[quia conſtituunt] alienigenæ [ſuperuenire illuc]puta ad Ionathan, [nocte.]vt improuiſe percuterent eum ac populum ſuum.[& accenderunt focos in caſtris ſuis,] id eſt , alienigenæ cum cognouiſſent Ionathan & eius exercitum eſſe paratum ad prælium contra eos,timuerunt & fugere decreuerunt,& ne in fuga depræhenderentur à Ionatha inſequente, accenderunt luminaria quædam in caſtris ſuis, quaſi ad deſignandum quod eſſent manſuri & pugnaturi. [& diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi,& percuſsit eos.] Iſti ſecundum quoſdam fuerunt, qui ſupra vocantur filij Iambri, qui Ioannem fratrem Ionathę occi-

1.Macab 9. derunt.[Et reuerſus eſt Ionathas,& cogitauit ędificare pręſidia,] id eſt,loca munita ſeu fortalitia in Iudęa, [& exaltare altitudinem magnam]hoc eſt, conſtruere murum valde ſublimem & fortem [inter medium arcis]quę fuit in monte Sion,[& ciuitatis] id eſt, reſiduę partis ciuitatis Hieruſalem, [vt ſepararet eam]ſcilicet arcem à ciuitate,[vt eſſet ipſa]arx[ſingulariter] id eſt,ſeparatè conſiſtens ab vrbe,[& neque emant neque vendant]id eſt,exiſtentes in arce,non poſſunt habere communionem cum ciuibus, nec ab eis neceſſaria vitę acquirere. [& cecidit murus qui erat ſuper torrentem]Cedron,[ab ortu ſolis]id eſt, ſitus prope ſeu verſus torrentem illum à partę orientali,[& reparauit eum,] faciendo ibidem murum robuſtiorem. [& Simon ędificauit Adiada in Sephala]id eſt,munitionem in loco ſic dicto, immo ſecundum Ioſephum, fecit fortalitia quædã in prouincia,hoc eſt,extra Hieruſalem in Iudęa. Cõſequenter deſcribitur qualiter impijſsimus Tryphon ambitioſiſsimè optans regnare in Aſia , ſeu Syria Aſię parte, decreuit fraudulenter trucidare Antiochum regem: ſed metuens reſiſtentiam pati à Ionatha, propoſuit in primis occidere Ionathan,quẽ & feſellit,ſicut in textu qui planus eſt,recitatur. [Et miſit

ſit Tryphon exercitum ſuum & equites in Galilæam]ad interficiendum triginta ſeptem millia, quę Ionathas illuc remiſit. [At illi cum cognouiſſent, quia compręhenſus eſt Ionathas.] Hoc enim ſuſpicabantur pro certo, viſo exercitu Tryphonis eos inſequente. [et perijt.] Putabant nanque eum eſſe occiſum, aut prope iam erat vt occideretur, [hortati ſunt ſemetipſos]et in hoc ſapienter egerunt atque virilius quam Aſſyrij, qui cognita morte Holofernis principis ſui in fugam ſunt verſi. [et videntes hi qui inſecuti fuerant]id eſt, exercitus Tryphonis, [quia pro anima res illis eſt,]id eſt, quod viri Ionathæ parati erant pugnare tam fortiter, vt decet pro defenſione propriæ vitæ, prætertim dum eſt ſpes fugiendi. [reuerſi ſunt]id Tryphonem, non audentes contra Iudæos inire certamen, [Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda.] Cum pace, inquam, temporis, non pectoris: quia de Ionathæ & ſuorum deceptione doluerūt vehementiſsime. Iudith. 14

Expoſitio cap. 13. Et audiuit Simon quod congregauit Tryphon exercitum.
Articulus 3.

QValiter poſt Ionathan præſuit Simon frater ipſius, hic enarratur. [Et audiuit Simon quod congregauit Tryphon exercitum copioſum]ad deſtruendum Iudæam, [videns quia in timore populus eſt] quia non habuit caput principemque regentem. congregauit populum in Hieruſalem, & adhortans, dixit: Vos ſcitis, quanta ego & fratres mei & domus patris mei id eſt, cognati mei, [fecimus pro legibus]nobis per Moſen datis conſeruandis, [& pro ſanctis] i. pro templi & diuini obſequij tuitione, [horũ gratia perierunt]i. corporaliter occiſi ſunt[omnes fratres mei]videlicet Ioannes à filijs Iambri, Eleazarus ab elephante ſuper eum cadẽte, Iudas à Bacchide, Ionathas à Tryphone. [Et relictus ſum ego ſolus, & nunc non mihi contingat parcere animæ meæ]id eſt, vitæ corporali ita, quin eam exponam periculis mortis pro defenſione legis diuinæ ac plebis meæ. [Non enim melior ſum fratribus meis, vindicabo itaque gentem meam]id eſt, iniurias populi mei zelo iuſtitiæ. [Et accenſus eſt ſpiritus populi ſimul, & reſponderunt]Iudæi[voce magna,]hæc audientes: [Tu eſto dux noſter.] Itaque Simon iſte prudens & ſagax, non ambitioſe ad præſidentiam ſe ingeſsit, ſed ex charitate & pro communi neceſsitate paratum ſe obtulit ad onera, pericula & labores, magis quàm ad honores. [Pugna prælium noſtrum &c. Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit conſummare muros. Et miſit Simon Ionathan filium Abſolomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen]vrbem, quam (vt præcedenti habetur capitulo)ſibi ſubiecit, atque in eius fortalitio quoſdam de ſuis conſtituit, ſed iam fortiores plures, & quibus amplius confidebat, voluit in illo reponere, qui nullo modo Tryphoni ſe ſubderent. [& eiectis his qui erant in arce, manſit illic ipſe.]Hnc non videtur poſſe exponi de arce montis Sion, cum paulopoſt in iſto dicatur capitulo: Qui autem in arce erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, &c. Ideo poteſt intelligi de arce fortalitij ſiti in Ioppe, in quo prælatus Ionathas Abſolomi filius manſit cum ſuis pro certa cuſtodia, alijs inde remotis. [& vt cognouit Tryphon quia ſurrexit Simon] in promotione ad ducatum [& quia commiſſurus] id eſt, pugnaturus[eſſet cum eo] id eſt, contra[prælium,] niſi ipſemet Tryphon cederet, [miſit ad eum,]videlicet Simonem, [legatos, dicens: Pro argento quod debebat frater tuus in ratione regis]id eſt, in exactione facienda fratri tuo ex parte regis de debito perſoluendo, [detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obſides,]pro ſecuritate, quod non reſiſtet regi. Ideo ſubditur, [vt non dimiſſus fugiat à nobis]id eſt, ne ab hac captiuitate relaxatus, recedat à nobis per rebellionem. [& remittemus eum] acceptis filijs eius atque pecunia. [Et cognouit Simon quod cum dolo loqueretur ſecum]per nuncios. Erat enim Simon vir perſpicax & acutus. [Iuſsit tamen argentum dari]id eſt, Tryphoni mitti [& pueros, ne inimicitiam magnam ſumeret ad Iſrael:]id eſt, ne ipſe Simon incurreret diſplicentiam & inimicitiam Iſraelitici populi, qui mortem Ionathæ impoſuiſſet Simoni, niſi miſiſſet argentum ac filios Ionathæ. Populus nanque dixiſſet, quod Simon ex auaritia vel ambitione non miſiſſet pecuniam aut pueros, quatenus ipſemet Simon in principatu maneret. Tamen vt Ioſephus refert, Simon expoſuit populo & ſuis amicis fraudem Tryphonis. Nihilominus de conſilio amicorum miſit quæ impijſsimus Tryphon poſtulauit. Sicque videtur Simon in iſto bene egiſſe ad vitandum ſcandalũ cõmunitatis, & periculum magnum politię ſuę totius: nã fuiſſet ſeditio mota in populo. Quod ſi obijciatur, non fuiſſe licitum, innocentes iuuenes ita exponere morti: Reſpõdetur, quod in tali Ioſe lib. 13
caſu id licuit, quia & corporalis mors puerorum fuit minus malũ, quam mala prętacta. Nã lauda- an. iu. ca. 9
biliter exponit quis ſeipſum morti corporali pro bono cõmuni. [& Simon & caſtra] i. exercitus eius[ambulabant in omnem locum quocunque ibant]i. per loca propinqua locis, per quæ Tryphon cum ſuis tranſiuit, & gyrauit ad impugnandam Iudæam, vt vbique poſſent Tryphoni reſiſtere. [Qui autem in arce Hieruſalem erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, vt feſtinaret venire per deſertum, & mitteret illis alimonias &c. Erat autem nix valde multa,] quæ impediuit

iter

iter & aduentum Tryphonis, quia pręniuis multitudine non patuit ſibi via. [& cum appropinquaſſet Baſchama] i. loco ſic dicto, [occidit Ionathan & filios eius.] Ecce ſic Deus omnipotens permittit in hoc ſeculo nequam reprobos & iniquos, electis & iuſtis præualere ad electorum purgationem, ſicut in Ionatha iſto ac filijs eius. [& miſit Simon & accepit] per manus nunciorũ ſuorum, [oſſa Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit eam in Modin, in ſepulchro parentum ſuorum. Et ædificauit ſuper ſepulchrum patris ſui,] & etiam matris, [& fratrum ſuorum ędificium altum viſu,] ita quod à remoto quiuit videri, [de lapide polito] id eſt, ex politis lapidibus, [ante & retro, & ſtatuit ſeptem Pyramidas] i. ſtructuras altas & quadratas à latitudine incipientes, & in anguſto finem ſumentes, quia inferius erant latæ, ſuperius arctæ, quæ antiquitus fiebant in ſepulchris magnorum, [vnam contra vnam patri & matri,] id eſt, ex vna parte vnam pro patre, & ex parte oppoſita aliam pro matre, & ſimili ordine quatuor pyramides, [quatuor fratribus] iam defunctis, ſeptimam pro ſe. [& his circumpoſuit columnas magnas] ſuſtentantes ſtructuram ædificij memorati, [& ſuper columnas arma ad memoriam ęternam] ſtrenuiſsimorum operum bellicorum Mathathiæ, filiorumq́ue eius, immo in recordationem diuinorum auxiliorum ac triũphorum eis deſuper conceſſorum, atque ad intuentium ædificationem, vt conſiderarent qualiter ſit pugnandum pro defenſione legis diuinæ, & pro conſeruatione iuſtitiæ, ac pro bono communi. [& iuxta arma naues ſculptas.] De armis vero aliqui dicunt, quod erant vera arma, ſicut ſupra monumenta fortium pugnatorum, ſuſpenduntur quandoque vexilla & ſcuta. Alij dicunt quod fuerunt arma ſculpta. [Tryphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente,] cuius extiterat tutor, [dolo occidit eum, & regnauit pro eo. Et impoſuit ſibi diadema Aſiæ,] alliciens ſibi milites promiſsis & donis. [& fecit plagam magnam in terra.] Factus enim rex, oſtendit ſuã ferociam quam ante celauit in multis. [& ædificauit Simon præſidia] i. loca munita [Iudææ] ad reſiſtendum Tryphoni, cuius Tyrannidem nouit. [& miſit ad Demetrium, vt faceret remiſsionem regioni] i. Iudæis faceret releuamen ab aliquibus grauaminibus, ex actionibus ſeu tributis eis impoſitis, [quia omnes actus Tryphonis per direptionem] i. diſsipationem & deceptionem, [fuerant geſti] Idcirco Simon cum ſuis maluit fouere partem Demetrij, quàm Tryphonis, qui nihil iuris habebat in regno. [Et Demetrius reſpondit ei: Rex Demetrius Simoni ſummo ſacer-
*Bahem doti & genti Iudæorum: Coronam auream & *Bainem] Bainem, ſecundum Rabanum, eſt ornamentum colli ex aureis annulis factum. Itaque coronam & bahem [quam miſiſtis] in ſignum amicitiæ, [ſuſcepimus] gratãter, [& parati ſumus vobiſcum facere pacem magnã,] vt cum veſtro auxilio expugnem Tryphonem, [& ſcribere prępoſitis regis] i. officiatis ac ducibus noſtris, [remittere vobis quæ indulſimus,] ne quid exigant à vobis vltra quàm commiſi eis. [Quæcunque enim cõſtituimus,] i. ordinauimus aut conceſsimus, [vobis cõſtant] i. certa ſeu firma ſunt. [Remittimus quoque vobis ignorantias & peccata] i. quocunque modo peccaſtis in nos, ferendo auxilium aduerſario noſtro Antiocho, [et ſi qui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros] milites vel amicos, [conſcribantur] cum fuerint comprobati. [Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael] id eſt, grauamen, tyrannicumq́; dominium regum gentilium et eorum ſatellitum, à Iudæis ceſſauit magis perfecte quam ante. Poſtea tamen habuerunt impugnationem ab illis, vt infra habetur, ſed modicum fuit et comparatione priorum grauaminũ quaſi nihil. [Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis et geſtis publicis] i. hiſtorialibus libris publicorum notabiliumq́ue geſtorum proſpera et aduerſa, quæ eis ſub Mathathia, eiuſq́ue filijs acciderunt.] In diebus illis Simon applicuit ad Gazam] vrbem Philiſtijm, [et circundedit eam caſtris] i. tentorijs ſeu pugnatorum turbis, quia fortaſsis adhęſit vrbs illa Tryphoni. [et percuſsit turrem vnam, et qui eruperant, erant intra machinam] turris percuſſæ [et ciuitatem] ne occiderentur in turre. [et factus eſt motus magnus] timor, vlulatus, admiratio, deſolatio [in ciuitate:] quia viderunt ſe non poſſe Simonis manum euadere. Ideo [poſtulabant ſibi à Simone dexteras dari] i. pacem cõcedi, quæ per applicationem manus dexteræ ſolet cõferri. [et eiecit eos] ſcilicet illos idololatras, [de ciuitate] Gaza [et emundauit ædes] id eſt, templa et phana ſeu alia loca, [in quibus fuerant ſimulachra] i. idola quę inde eiecit, et loca aqua luſtrationis aſperſit, ſeu alijs modis mundauit. [et tunc intrauit in eam] ſcilicet ciuitatem, [benedicens dominum] qui ſibi victoriam conceſsit. [et eiecta ab ea omni immunditia] id eſt, idololatriæ ſpurcitia, [collocauit in ea viros qui legem facerent] i. cultores veri Dei, qui legis præcepta implerent. [et fecit ſibi habitationem] id eſt, tam fortiter eam muniuit, quod erat apta pro ſua habitatione tempore opportuno. [Qui autem erant in arce Hieruſalem, prohibebantur egredi, et ingredi regionem] Iudææ. Erant nanque arctati et concluſi per murum altum et fortem, quem Ionathas fecit inter arcem et vrbem Hieruſalem, vt ſuprà patuit. [et clamauerũt ad Simonem, vt dextras acciperẽt,]
1.Mac.1. 2. quatenus viui dimitterentur. [et dedit illis, et eiecit eos inde, et mundauit arcem à contaminationibus] idolorum atque ſimilium ſpurcitiarum. [et intrauerunt] Simon ac alij ſacerdotes et maiores de populo, [in eam cum laude] Dei [et ramis palmarum] in ſignum lætitiæ ac triumphi

et ciny

[& cinyris]i. muſicis inſtrumentis, ſonum magnum qui commouet aerem, facientibus, de quibus dictum eſt in expoſitione ſupra habita. [& cymbalis & nablis]i. citharis, [& hymnis] id eſt, pſalmis & canticis alijs ſpiritualibus, [quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael] id eſt, congeries hoſtium moleſtiſsimorum, qui tot annis fuerunt in arce. [Et conſtituit,] id eſt, Simon ordinauit, [vt omnibus annis agerentur dies hi] quibus purgata & pacifice poſſeſſa eſt arx, [cum lætitia tanquam feſtiui in memoriam beneficij tanti. [& muniuit montem templi] id eſt, montem Sion, in quo fuit templum muris, turribus, armis & prouiſionibus. [& habitauit ibi] iuxta templum pontifex templi, [& vidit Simon Ioannem filium ſuum] qui poſtea nominatus eſt Ioãnes Hyrcanus, [quod vir eſſet prælij,] id eſt, aptus eſt ad prȩlia præ cæteris filijs ſuis, videlicet audax, [fortis] prudens, & diligens, [& poſuit eum ducem vniuerſarum virtutum] id eſt, principẽ omnium exercituũ ſeu pugnatorũ ſuorum, tamen ſub ſe. Simon enim manſit ſupremus dux populi. [& habitauit in Gazaris] id eſt, in Gaza in vrbe præfata, valde munita & bene prouiſa, vt in ea reſiſteret hoſtibus Iſrael. In hoc facto datur exemplum prælatis, vt eos quos viderint cæteris virtuoſiores & prudentiores, præficiant alijs, tanquam ad ſpiritualia certamina aptiores, omni perſonarum acceptione ſecluſa. 1. Mach. 4.

Declaratio cap. 14. Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo.
Articulus 14.

PRoſperitas magna Simonis & Iudæorum ſub eius regimine hic narrantur, Aliqua tamen præmittuntur & inſeruntur. [Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit rex Demetrius exercitum ſuum, & abijt in Median,] i. in regnum Medorum, [ad contrahenda ſibi auxilia contra Tryphonem.] Rex autem Medorum per vnum principum ſuorum percuſsit exercitum Demetrij, ipſumq́ue Demetrium princeps ille perduxit ad regem illum Medorum atque Perſarum, qui & incarcerauit Demetrium, ac paulopoſt interfecit, vt Ioſephus refert. [& ſiluit terra Iuda] i. à notabilibus bellis quieuit populus Iudæorum, [omnibus diebus Simonis] Ioſ. lib. 13. an. iu c. 9.
id eſt, omni tempore ſui ducatus, Aliquod tamen bellum fuit ſub eius ducatu, ſed populus Iudæorum in eo præualuit. Et quod modicum eſt, reputatur pro nihilo. [& quæſiuit bona genti ſuæ,] præſertim bonum ſpirituale, inducẽdo Iudæos ad cultum Dei deuotum, exteriorem quoque tranquillitatem eis quæſiuit & conſeruauit, referendo eam ad ſpiritalem profectum. Et hoc ad omnem pertinet præſidentem, potius quærere donum commune populi ſibi ſubiecti, quam propria commoda. [& placuit illis poteſtas eius] quia viderunt quod quæreret bonum commune, & pie ac manſuete præeſſet, non opprimens quenquam iniuſte, [& cum omni gloria ſua accepit Ioppen] i. inter cætera ſua magnificã geſta, obtinuit & poſſedit vrbem nomine Ioppen maritimam in portum, ita quod ibi fuit nauigantium quies & ſtatio. [& fecit introitum in inſulis maris] i. ordinauit quod à Ioppe per aquam fuit iter publicum ad prouincias in aquarum medio ſitas. [Et congregauit captiuitatem multam] i. Iudæos hinc inde à captiuitate redemit, & in Iudæam reduxit. Vel ſenſus eſt, quod multos captiuauit gentiliũ. [& dominatus eſt Gazarȩ] i. Gazæ vrbi [& Bethſuræ] quæ vrbes ſpecialiter exprimuntur, quia in eis erant fortalitia valde fortia, & à reginus frequenter poſsidebantur. Fuitq́ue difficile ea ſibi ſubijcere. [& arci] Hieruſalem, quam nec Iudas, nec Ionathas potuit obtinere (ſeniores in plateis ſedebant) tempore ſuo, [& de bonis terræ tractabant,] conferendo de proſperitate Iudeæ. [& iuuenes induebant ſe gloriam] i. præclarũ amictum, & iucunditate multiplici replebantur. [et ſtolas belli] i. bellicum apparatum ad exercitum, quatenus ſi cauſa exigeret, eſſent ad bella periti. [Et ciuitatibus tribuebat alimoniam,] faciendo in eis prouiſiones communes. [& conſtituebat] i. ſic diſpoſuit eas, [vt eſſent vaſa munitionis] i. apta inſtrumenta defendendi ſe contra hoſtes. & vt ipſi ciues eſſent armati atq; idonei ſe tueri. Nempe ſecundum idioma Hebræum, vaſa vocantur quæcunq; inſtrumenta ſeu Actor. 9.
media vel principia, alicuius effectus contentiua aut productiua: ſicq́ue Paulus vocatus eſt vas electionis. [quoadusque nominatum eſt nomen gloriæ eius] i. nomen eius famoſum & inclytum [vſque ad extremum terræ] i. valde longe & late, vt ſit hyperbolicus ſermo, quo aliquid dicitur per exceſſum ſine mendacio, ad inſinuandum magnitudinem rei. [et confirmauit omnes humiles populi ſui] i. obedientes Deo & ſibi. Superbos autem & tranſgreſſores deiecit, ideo fuit verus famulus eius, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Hinc ſubditur: [& abſtulit 1. Pet. 5. Iacob. 4.
omnẽ malũ & iniquum] pro poſſe. Nam collapſa & deformata reformauit pro viribus, incorrigibiles autem tulit de medio. [& legem exquiſiuit] i. circa legis intelligentiam ac adimpletionem diligens fuit. [ſancta] i. ſacra loca & contenta in eis diuino cultui deputata, [glorificauit & multiplicauit vaſa ſanctorum] i. vaſa diui obſequij. [Et auditum eſt Romȩ, quod defunctus eſſet Io- 1. Mach. 2.
nathas.] Nam & in Roma multi morabantur Iudæi. [& vſque in Spartiatas,] de quibus iampridẽ dictum eſt, auditũ eſt hoc. [et contriſtati ſunt valde,] quod ita doloſe et impie eſt occiſus cũ filijs ſuis. Vnde pro conſolatione Simonis, tã Romani quã Spartiatæ ſcripſerunt ad eum epiſtolas de

reno-

renouatione amicitiæ & ſocietatis. Forma autem epiſtolæ Romanorum non ponitur hic, ſed forma epiſtolę Spartiatarum ſubiungitur. [Hoc exemplum epiſtolarum quas miſerunt Spartiatæ: Spartianorum *princeps] i. rex [& ciuitates] i. communitates ſeu ciuitatum rectores, [Simoni ſummo ſacerdoti & populo Iudæorum ſalutē. Legati qui miſsi ſunt ad populum noſtrum] ex parte veſtri, [nunciauerunt nobis de veſtra gloria,] i. excellentia [& honore,] victoria [& lætitia,] quia nunc eſtis in præcipua proſperitate, & gauiſi ſumus.] Quamuis enim de morte Ionathæ dolebamus, tamen de ſubſequuta veſtra exaltatione lætamur. [& ſcripſimus quæ ab ipſis] legatis [erant dicta in concilijs populi] id eſt, in publicis ac ſolennibus congregationibus maiorum noſtrorum. Vel, in conſilijs populi, i. in libris conſiliorum, in quibus continentur decreta, ordinationeſque populi noſtri, ſeu ipſum populum concernentes. Scripſimus, inquam [ſic] i. ſub hac forma: [Numenius Antiochi] filius, [& Antipater Iaſonis filius,] qui fuerunt Iudæi, [legati Iudæorum, venerunt ad nos.] Hos quippe miſerat Ionathas Spartiatis, vt habetur ſuprà, 1. Machab. 12. [renouantes nobiſcum priſtinam amicitiam, & placuit populo] Spartiatarum [excipere viros] puta legatos prædictos, [glorioſe] id eſt, cum grandi honore propter honorabilitatem & dilectionem eorum, à quibus miſsi fuerunt, & quoniam cauſa legationis eorum acceptabilis fuit, [& ponere exemplum] i. ſcriptum [ſermonum eorũ in ſegregatis populi libris] id eſt, in codicibus noſtræ communitatis ſeorſum ſolicite repoſitis & conſeruatis, [vt ſit ad memoriã] amicitiæ & ſocietatis inter nos & vos, [populo Spartiatarum] ſicut & nobis. [Exemplum autem] i. exemplarem epiſtolam [horum ſcripſimus] Simoni magno ſacerdoti. [Poſt hæc autem miſit Simon Numenium] & aliquos ſecum [Romam, habentem clypeum aureum magnum pondo mnarum mille:] id eſt, ponderantem mille mnas. Mna autem dicitur pondus centum drachmarum, ſeu libra vna vel talentum, ſecundum Papiam. Secundum Hugonem vero eſt drachma, vel duæ libræ atque dimidia. [ad ſtatuendam] id eſt, firmandam [cum eis ſocietatem. Cum audiſſet autem populus Romanus ſermones iſtos] legatorum Simonis de amicitia roboranda, [dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni & filijs eius,] patrem ſuum ſtrenue adiuuantibus? quaſi dicant, Plene ei regratiari non valemus, cum ſimus vnum corpus effecti cum populo & fratribus eius, pro quibus ipſe tot & tanta fecit, laborauit ac pertulit. [Reſtituit enim ipſe fratres ſuos] id eſt, locum eorum ſuppleuit, & ipſorum iniurias vltus eſt, ac terram ipſorum reduxit ad proſperitatem præcipuam. [& ſtatuerunt] Romani [ei] videlicet Simoni ac populo eius [libertatem] ab obſequijs quibuſdam ſeu tributis. [& deſcripſerunt] hæc ipſa [in tabulis ęreis,] vt iugis maneret horum memoria, [& poſuerunt in titulis] i. Iudæi repoſuerunt tabulas Romanorum inter ſcripta alia ad memoriam reſeruata, [in monte Sion,] i. in aliquo templi loco. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ,] i. decreti quod maiores Iudæorum inter ſe conſtituerunt de Simonis ſublimatione. [Octaua decima die menſis Elul] ſecundum Hebręos, cui apud nos dicitur correſpondere Auguſtus, [anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo] regni Græcorum, quo anno intrauit Demetrius regionem Perſarum, & captus fuit, vt fertur in exordio huius capituli, [anno tertio ſub Simone magno ſacerdote] i. tertio anno pōtificatus Simonis huius, [in cōuentu magno, &c. nota facta,] i. publice declarata ſunt hæc: [Quoniam frequenter facta ſunt prælia
1. Mach. 12. in regione noſtra,] ſcilicet in Iudæa & à populo Iudæorum contra gentiles, [Simon autem Mathathię filius ex filijs Iarib,] ſuprà legitur, ex filijs Ioarim, & eſt idem nomen, ſicque ex dictis ibidem, patet ſenſus verbi iſtius. [& fratres eius dederunt ſe periculo] i. arduis bellis & diſcrimini mortis corporalis expoſuerunt ſe, [vt ſtarent ſancta ipſorum] i. ſacra loca, vt templum & attinentia ei ac ſacrificia. [& lex] id eſt, cultus Dei ſecundum legem Moſis in ſuo manerent vigore, &c. [& Gazaram] i. vrbem nomine Gaza [muniuit, & quæcunque apta erant ad correptionē eorum, poſuit in eis] i. arma & cætera per quæ hoſtes poterāt refrenari & caſtigari, collocauit in vrbibus illis, [& in diebus eius] ſcilicet Simonis [proſperatum eſt vt tollerentur] i. expelleret [gentes, quæ in ciuitate Dauid,] in arce [erant,] vt patuit in fine præcedentis capituli, [de qua]
1. Mach. 13. arce procedebant impij commorantes in ea, [& contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum ſunt] i. loca ſacra quę erant in gyro templi, violabant, committendo in eis facinora ſeu idolatrię vitia, [& inſerebant plagam magnam caſtitati] i. puritati cultus diuini ac ſacris miniſtris templi, vel etiam mulieres virgineſque rapuerunt Hebręas, & polluerunt. [Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium,] vt pręcedenti habetur capitulo. Audiuit enim quod appellati ſunt Iudęi à Romanis amici, & ſocij & fratres,] tam tempore Iudę quam Ionathę ac Simonis. Romani autem iam monarchiam pro magna parte tenebant, & timebantur: ideo ad complacendum eis, atque ad euitandum eorum offenſam, Demetrius honorauit Simonem ac Iudęos, & item vt adiuuaretur ab ipſis, vt patuit. [Et quia Iudęi & ſacerdotes eorum conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum ac ſummum ſacerdotem.] Inſtitutio enim fiebat à rege vi magis, quam iure, & ad nſtitutionem acceſsit plebis conſenſus. Conſenſerunt autem in promotionem Simonis, non olum quoad ſuam perſonam, ſed etiam quātum ad poſteros. Ideo additur, [in ęternum] id eſt,

per

per omne tempus durationis veteris teſtamenti,[donec ſurgat propheta fidelis]id eſt, quouſq; Deus per verum prophetam reuelet aliter eſſe debere. Iudas quippe & fratres eius quanuis functi ſint ſacerdotio ſummo ex priuilegio ſpeciali, non tamen erant de ſemine pontificum per lineam rectam,nec pater eorum pontifex fuit,nec filius pontificis,ſed deſcendit ex vno 24. ſacerdotum quos Dauid inſtituit,vt tactum eſt. Quidam tamen exponunt ſic, donec ſurgat propheta fidelis, id eſt,Chriſtus naſcatur ac veniat. Sicq; impletum fuit,quoniam poſteri Simonis præfuerunt in pontificio & ducatu vſq; ad Herodem Aſcalonitam, ſub quo natus eſt dominus & Saluator,de quo Deutero.18. dominus repromiſit: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum tanquam te.[& vt ſit ſuper eos dux,]id eſt,princeps in bellicis rebus atq; ciuili regimine [& vt cura eſſet illi pro ſanctis]id eſt,pro conſeruatione cultus & obſeruantijs,tanquam pontifici, in ſpirituali quoq; regimine præcedenti.[& vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum]id eſt,diuerſos officiatos ſuper temporalia ac ſpiritualia.[& ſuper regionem,]qui certis præeſſent vrbibus,[& ſuper præſidia]i.fortalitia,[& vt audiatur ab omnibus] Iudæis per obedientiam,[& ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione]id eſt, in deſcriptione notabilium actuum annotetur tempus ab annis prȩſidentiæ Simonis,vt ita dicatur,Anno ſecundo aut tertio pontificatus Simonis geſtum eſt hoc.[& ne liceat vlli Iudæorum conuocare conuentum.]id eſt,generalem congregationem [ſine ipſo] id eſt, abſq; licentia Simonis.[& ſuſcepit Simon principatum]non ex ambitione,ſed pro communi bono, [& ſcripturam iſtam duxerunt,]id eſt,decreuerunt[ponere in tabulis æreis] vt iugiter in memoria permaneret. [& ponere eas in peribolo ſanctorum:]id eſt,in muro atrij domus domini, totum templum ambiente per gyrum.[Exemplum autem eorum,]id eſt,ſcriptorum iſtorum [ponere in ærario,]id eſt, loco theſauri.

1.Mach.2.

Deut.18.

Expoſitio Cap. 15. Et miſit rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas.

Articulus 1.

PRoceſſus præſidentiȩ Simonis vſq; ad obitum eius deſcribitur hic. [Et miſit rex Antiochus filius Demetrij]à Perſis occiſi,[epiſtolas Simoni ſacerdoti,continentes hunc modum: Rex Antiochus Simoni ſacerdoti magno & genti Iudæorum. Quoniam quidam peſtilentes]vt Tryphon & ſui fautores, qui ſeipſum ac alios varijs vitijs corruperunt,[obtinuerunt regnum patrum noſtrorum. Volo autem vindicare regnum]id eſt, iniuriam regno meo illatam &c.[volo autem Hieruſalem ſanctam eſſe]id eſt, deputatam cultui Dei,[& liberam]à grauaminibus & tributo,[& omne debitum regis]quod mihi aut patri meo tenebamini dare,[& quȩ futura ſunt regia]id eſt,mihi præſtanda ex terra tua,[remittuntur tibi à me,&c. Et inſequutus eſt eum]puta Tryphonem [Antiochus, & venit] Tryphon [Doram] i.ad vrbem ſic appellatam,[fugiens per maritima loca]id eſt,mari propinqua. Conſequenter per recapitulationem ponitur forma epiſtolæ,quam(vt præcedenti fertur capitulo)Romani miſerunt Simoni pontifici, adhuc viuente Demetrio.[Venit autem Numenius & qui cum eo erant]miſſi Romam à Simone,[ab vrbe Roma,habentes epiſtolas regibus & regionibus ſcriptas,] ne bellum inferrent Iudæis,[in quibus continebantur hæc: Lucius conſul Romanorum]qui tunc per conſules regebantur. [Ptolemæo regi]Aegypti [ſalutem.] Epiſtola autem expoſitione non indiget, ex qua tamen elicitur, quod Romani iam tempore illo longè ac latè præſidebant[Antiochus autem applicuit caſtra in Doram,]id eſt, in circuitu vrbis illius, [ſecundo:] ex quo trahitur, quod primam obſidionem interrupit ad tempus,forſan ob hyemem aut ſimilem cauſam.[& miſit ad eum Simon duo millia virorum in auxilium &c.Et noluit Antiochus[ea accipere]quia videbat ſe non indigere auxilio Simonis,propter quod ante amicabiliter ſcripſerat ei,[& miſit ad eum Athenobium, dicens: Vos tenetis Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ eſt in Hieruſalem, ciuitates regni mei.]In hoc rex iſte errauit, quia tam iure prælij, quàm ex promiſſione diuina, prætactæ vrbes ad filios Iſrael pertinebant,immo & tota Philiſtæa,vt patet Numer.35.& Ioſuæ 13.[Nunc ergo tradite]id eſt,nobis reſtituite[ciuitates quas occupaſtis &c. & exterminij quod exterminaſtis & tributorum]ciuitatum[alia quingenta talenta argenti] id eſt, totidem argenti talenta perſoluite nobis pro exterminio hominum & locorum, quod feciſtis, exterminando habitatores locorum. [Et reſpondit Simon] Athenobio ad ſe miſſo: [Neq; alienam terram ſumpſimus,] quia(vt dictum eſt)vrbes præfatæ pertinebant de iure ad Iſrael. [Nos verò tempus]aptum bellandi [habentes, vendicauimus]id eſt, ad proprietatem noſtram reduximus, [& tenemus hæreditatem patrum noſtrorum. Nam de Ioppe & Gazara]oppidis,[quæ expoſtulas] tibi reſtitui,[ipſi] qui erant in vrbibus illis,[faciebant plagam magnam in populo noſtro:]ideo habuimus iuſtam cauſam expugnandi illos,[&]nihilominus[horum]id eſt,pro harum vrbium poſſeſsione [damus] vobis [talenta centum,]ne conqueramini contra nos.[& nõ reſpondit Athenobius verbum]aliquod Simoni, vel ex indignatione, vel quia nequiuit reſponſionem Simonis reprobare. [Tryphon autem fugit naui in Orthoſiada]id eſt,ad loca ſic nuncupata,[& conſtituit rex Cendebeum du-

cem maritimum,]id eſt,in territorijs ſitis iuxta mare ſorſan mediterraneum,[& mandauit ei æ-
dificare Cedronem,]id eſt,ſortalitium circa torrentem Cedron,vbi naſcuntur cedri propè Hi-
eruſalem.[& obſtruere portas ciuitatis]Hieruſalem lapidibus aut machinis bellicis per gyrum
ſeu aciebus pugnatorum.[Rex autem perſequebatur Trypbonem] qui impius Tripbon tertio
Ioſe.lib. 13. an.iu.c.11. Imperij ſui anno ſecundum Ioſephum,eſt occiſus. [& peruenit Cendebeus Iamniam, id eſt,ad
terram illam Iudææ propinquam aut eius partem.[& cœpit irritare plebem,]Iudæorum,eam ve
xando,vel cœpit exercitum ſuum irritare,id eſt, prouocare contra Iudæos.

Elucidatio Cap. 16. Et aſcendit Ioannes de Gazaris.

Articulus 16.

ET aſſcendit Ioannes de Gazaris, & nunciauit Simoni fratri ſuo,]à quo voluit informari de
modo reſiſtendi Cendebeo.[Et elegit Simon de regione ſua viginti millia virorum pedi-
tum & equites,& profecti ſunt]ſimul pedites illi & equites cum Ioanne & Iuda filijs Simo
nis.[& ſurrexerunt mane,& abierunt in campum]vtpote parati ad prælium contra Cendebeũ.
[& ecce exercitus copioſus]Cendebei veniens[in obuiam illis equitum & peditum,& fluuius
erat inter medium ipſorum. Et admouit]Ioannes[caſtra]ſua[contra faciem eorum] id eſt, ad-
uerſariorum ſuorum,[& vidit populum ſuum trepidantem ad transfretandũ torrentem,]quia
aduerſarij erant plurimi valdè, [& transfretauit primus,] ſuo exemplo conſortans & animans
ſuos.[& viderunt eum viri]ſui tam magnanimiter transfretantem,[& tranſierunt]transfretan-
do(poſt eum.]Sic is qui præeſt, in omni actu virtutum & arduis cauſis ac ſpiritualibus pugnis,
debet ſe exemplarem ac ſtrenuum exhibere, ſubditos ſuis ædificare exemplis,ac formam victo
riæ demonſtrare,& eſſe primus in acie. [Et exclamauerunt ſacris tubis] Ioannes & ſui ſecundũ
Num.10. legis mandatum,vt ſæpè expoſitum eſt. [& in fugam conuerſus eſt Cendebeus, reſidui autem
fugerũt in munitionem]id eſt,in locum munitum. [Tunc vulneratus eſt Iudas frater Ioannis.]
Poſtea tamen conualuit,& cum patre ſuo Simone fuit occiſus,vt infrà habetur.[Ioannes autem
inſequutus eſt eos]videlicet Cendebeum & ſuos,[donec veniret Cedronem] id eſt, ad muni-
tionem ibi conſtructam,[quam ædificauit]Cendebeus,vt dictum eſt ſupra in iſto capitulo.Se-
quitur de deceptione interſectioneq; Simonis. [Et Ptolemæus filius Abobi conſtitutus erat
dux in campo Hiericho.]Simon enim præfecit eum parti Iudææ, videlicet locis per circuitum
campi Hierichuntini,[& exaltatum eſt cor eius]ex ſuis diuitijs,& quoniam gener extitit Simo
nis,[& volebat obtinere regionem]id eſt,toti Iudææ præeſſe, propter quod [cogitauit Simon]
ſocerum ſuum,[& filios eius occidere.] Maledicta nanq; ambitio non ſatiatur, & nemini par-
cit.[Simon autem perambulauit ciuitates quæ erant in regione Iudææ,]non obſtante ſenio ſuo,
(ſolicitudinem gerens earum]id eſt,ſolicitus pro bono communi, & ſtatu ſalubri in tempora-
libus ac ſpiritualibus ſubditorum: in quo patet feruor ac diligentia eius. Per quod inſtruuntur
qui præſunt,vt perſonaliter aut per idoneos vicarios viſitent ſubditos ſuos,& deſormata refor-
ment,ac ſine perſonarum acceptione cunctis iuſtum agant iudicium,ſicut & 1.Reg.7.Samuel le
gitur peregiſſe.& 2. Paralipomenon 17. Ioſaphat rex per aptos vicarios. [& ſuſcepit eos]videli-
cet Simonem [ac filios eius]Mathathiam Iudamque [in munitiunculam]id eſt, paruam & for-
tem turrim,[cum dolo,] vt fraude faceret,quod nec poteſtate,nec equitate facere quiuit. Do-
lus nanque,ambitionis eſt comes ac filia venenata.[& cum inebriatus eſſet Simon & filij eius]
id eſt, benè ac copioſe refecti, non tamen guloſe repleti,[occiderunt eum & duos filios eius,&
quoſdam pueros eius]id eſt,miniſtros. prædictus filius Abobi, immo diaboli,& eius miniſtri,
qui tam venerabili ſeni non pepercerũt,[& ſcripſit hæc Ptolemæus regi] Antiocho,cui per hoc
confidebat placere,eo quod occidiſſet aduerſarium eius.[& miſit alios in Gazaram tollere] id
eſt,ad occidendum[Ioannem]cuius interitum magis optauit, quoniam nouerat magnanimi-
tatem,fortitudinemq; ipſius. [Vt audiuit autem] Ioannes à puero qui euaſit & præcucurrit, pa-
trem & ſuos fratres eſſe occiſos, ac aliquos eſſe miſſos pro ipſo occidendo, [vehementer
expauit]de tam inopinato effectu, & metuens circunueniri ac perimi,[comprehendit vi-
ros qui venerant perdere eum, & occidit eos] qui venerunt occidere eum. Sicque omnes
filij Mathathiæ occiſi ſunt. [Et cætera ſermonum]id eſt,rerum geſtarum ſeu documento-
rum[Ioannis & bellorum eius,]quæ poſt patrem ſuum commiſit, inter quæ fuit præcipu-
um illud,quo vicit Hircanos. Vnde à victis Hircanis cognominatus eſt Hyrcanus,quem-
admodum Scipio ille Romanus ab Aphricanis quos debellauit, vocatus eſt Scipio Aphri-
canus,[& bonarum virtutum] eius, videlicet magnanimitatis, fortitudinis, iuſtitiæ, chari-
tatis ſeu actuum ac geſtorum ſtrenuorum, [quibus fortiter atque ſtrenuè geſsit, & ædificij
murorum quos extruxit]in vrbe forſan Hieruſalem, aliarumúe ciuitatum Iudææ. [ſcripta
ſunt in libro dierum ſacerdotij eius,]quem librum non habet Eccleſia, ſicut nec alia quæ-
dam volumina, quæ in libris Regum ac Paralipomenon nominantur & allegantur. [ex quo
factus eſt ſummus ac princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.]quem Ioannem Hyrcanum
dicit Ioſe-

dicit Ioſephus fuiſſe ducem atq; pontificem ac prophetam. Crudeliſsimus autem filius Abobi, Ioſe.lib. 11.
vinculauit vxorem Simonis, matrem Ioannis & duos fratres eius iuniores. Cumq; Ioannes acri- an iu.ca.14
ter obſideret filium Abobi in oppido Achon, peſsimus ille fecit matrem Ioannis & fratres eius 15.
ſuper muros vſq; ad effuſionem ſanguinis flagellari, comminando quod præcipitaret eoſdem.
Sicq; Ioannes ex compaſsione matris ac fratrum ab obſidione ceſſauit, qui triginta annis opti-
mè præfuit, ac deinde quieuit in pace. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia
Deus ſublimis & benedictus. Amen.

D. DIONYSII CARHTVSIANI IN SECVNDVM LIBRVM MACHABAEORVM ENARRATIO.

PROOEMIVM.

SICVT IN SCHOLASTICA FERTVR HISTORIA, II.
liber Machabæorum non eſt hiſtoriæ proſequutio, ſed proſecutæ recapi- a.Macha.1.
tulatio. Eſt enim epiſtola, quam ſcripſit Iudas Machabæus & ſenatus Iudę
orum ac Hieroſolymitæ, diſperſioni Iudæorum, id eſt, Iudæis diſperſis,
qui exulabant in partibus Orientis, & maximè in Aegypto, in qua inſinu
auerunt eis duas ſolennitates à ſe inſtitutas: Vnam de purificatione tem-
pli, aliam de victoria contra Nicanorem, ad quarum ſolennizationem il-
los exhortabantur. Porro alij dicunt, quod liber iſte ſit abbreuiatio libro
rum Iaſonis Cyrenæi, de factis Iudæ Machabæi & fratrum eius ac populi editorum, vt patet in
fine ſecundi capituli huius libri: & horum vtrunq; poteſt verificari, quia hic liber in exordio ſui
continet prętactam epiſtolam. Abbreuiat quoque ſummatim Iaſonis libros, & multa addit, quę
in primo Machabæorum volumine non habentur.

Elucidatio Cap. 1. Fratribus qui ſunt per Aegyptum, Iudæis &c.
Articulus primus.

FRatribus qui ſunt per Aegyptum, Iudæis] Qui fratres noſtri ſunt, ſcilicet nati ex ſemine Ia-
cob, ſicut & nos, & eiuſdem nobiſcum ſunt legis ac fidei. [ſalutem dicunt fratres qui ſunt in
Hieroſolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam] id eſt, ſpiritalem internam,
immo & temporalem, ordinatam ad pacem ſpiritalem. Habitabant autem plurimi Iudæorum
in Aegypto, præſertim ab eo tempore, quo Ptolemæus cognomento Soter, qui poſt Alexandrũ
Magnum primus in Aegypto regnauit, plurimos Iudæorum à Hieroſolyma & Iudæa ſecum ca-
ptiuos in Aegyptum deduxit, cuius ſucceſſor Ptolemæus Philadelphus, cupiens ſibi transferri
libros veteris teſtamenti, plurima millia Iudæorum liberauit à ſeruitute, & remiſit Iudæorum
pontifici, à quo petijt ſibi viros doctiſsimos mitti ad transferendum libros legis Moſaicæ de
Hebræo in Græcum. Nihilominus adhuc multi Iudæorum in Aegypto manſerunt, & multipli-
cati ſunt ibi valdè, quibus miſſa fuit iſta epiſtola. [Benefaciat vobis Deus,] benedicendo vobis
in ſpiritualibus ac temporalibus bonis, [& meminerit teſtamenti ſui,] id eſt, promiſsionis vete-
ris teſtamenti, in vobis implere dignetur. Sicq; per effectũ oſtendat ſe memorem pacti ſeu pro-
miſsionis, quod inijt & percuſsit cum patribus noſtris in monte Sinai legem dando, immo & an
te cum patriarchis, Abraham, Iſaac & Iacob, quibus tam pro ipſorum perſonis, quàm pro poſte-
ris eorundem multa promiſit, vt in Geneſi per diuerſa recitatur capitula. Hinc ſubditur, [quod
ad Abraham, Iſaac & Iacob locutus eſt,] qui ſunt de numero [ſeruorum ſuorum fidelium] & ſic
aliquid hic ſuppletur. Poteſt tamen abſq; ſupplemento exponi: Meminerit teſtamenti ſui, i. pa-
cti ſui, ſeruorum ſuorum fidelium, id eſt, concernentis ſeruos ſuos fideles, & eis facti, de hoc pa
cto legitur Geneſ. 12. Dixit dominus ad Abraham: Faciam te in gentem magnam, & magnifica-
bo nomen tuum, eriſq; benedictus, & ſemini tuo dabo terram hanc. Et alio Geneſis loco ait ad Gen. 26.
Iſaac: Tibi & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, complens iuramẽtum quo ſpopondi Ab-
raham patri tuo, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Præterea in Geneſi locutus
eſt ad Iacob: Terram hanc tibi dabo & ſemini tuo, eritq; ſemen tuum ſicut puluis terræ, & bene Gen. 28.
dicentur in te & in ſemine tuo cunctę tribus terræ. [& det vobis cor omnibus] id eſt, cordis illu-
minationem & deuotionem det omnibus vobis. [vt colatis eum] per obſeruantiam legis diui-

næ. Et præſertim colitur Deus cultu interno per fidem, ſpem, & charitatem. Deinde per latriam,
cuius actus ſunt deuotio, oratio, laudatio, ſacrificium, iuramentum, & votum. [& faciatis eius
voluntatem,] id eſt, ea quæ Deo ſunt placita, & in primis eius præcepta [corde magno] id eſt,
cum ingenti cordis affectu. Potius enim reſpicit Deus ex quanto, quàm quantum, hoc eſt, ex
quali & quanto affectu cordis quid fiat, quàm opus ſeu datum exterius, [& animo volenti,] id
eſt, ſpontaneo, non coacto: atq; ex charitate, non ex ſeruili timore, quemadmodum Ioſuæ 14. le
1. Par. 28. gitur: Seruite domino corde perfecto atq; veriſsimo. Vnde & 1. Paral. volumine Dauid horta-
tur: Fili mi ſerui Deo corde perfecto & animo voluntario. [Adaperiat cor veſtrum,] intelle-
ctum illuſtrando, voluntatemq; excitando ac inflammando, [in lege ſua] intelligenda ac adim-
plenda, prout orat Pſalm. 118. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam
in toto corde meo. [& in pręceptis ſuis] vt ea ſyncerè intelligatis ac impleatis, [& faciat pacem]
pectoris ac temporis, iuxta illud Prouerb. 16. Cum placuerint domino viæ hominis, inimicos
eius conuertet ad pacem. [Exaudiat orationes veſtras, quibus petitis verè ſalubria, & petitis à
Deo decentia, [& reconcilietur vobis,] miſericorditer ignoſcendo. [nec vos deſerat in tempo-
re malo] id eſt, in aduerſis, immo nec in vitijs & peccatis, ſed in eis piè præueniat vos, & ad pœni
tendum ac emendandum inducat. Denique tempus dicitur bonum aut malum, propter ea quæ
contingunt aut fiunt in tempore, à quibus denominationẽ ſortitur. [& nunc hic] ſcilicet in Hie
1. Mach. 7. ruſalem & in templo [ſumus orantes pro vobis.] in quo patet charitas noſtra ad vos, quod & tan
1. Mach. 14. gimus, vt vos quoq; oretis pro nobis. [Regnãte Demetrio anno centeſimo ſexageſimo nono.]
Supra in primo libro facta eſt mentio de duobus regibus nominis huius. Primus Demetrius fu-
it filius Seleuci filij Antiochi Magni, qui Demetrius iuſsit occidi Antiochum regem, filium An
tiochi Nobilis ſeu Illuſtris, qui etiam Demetrius intrauit terram patrum ſuorum, & cœpit re-
gnare anno centeſimo quinquageſimo primo regni Græcorum, vt dictum eſt in primo libro.
1 Mac. 7. Huncautem primum Demetrium vicit & interfecit Alexander rex filius præfati Antiochi. De-
1. Mac. 10. inde anno centeſimo quinquageſimo quinto venit Demetrius, prænominati Demetrij filius,
1. Mach. 14. & regnare exorſus eſt, vt patuit in eodem libro, & regnauit vſque ad annum centeſimum ſexa-
geſimum ſecundum, in quo captus fuit & incarceratus à rege Medorum atque Perſarum, ſicut
prælibatum eſt in primo libro. Quęritur ergo de quo Demetrio intelligatur hæc litera, ac data
huius epiſtolæ: & videtur ex dictis, quod de ſecundo Demetrio, qui cœpit regnare anno cente-
Rabanus. ſimo ſexageſimo quinto, occiſo Demetrio patre ſuo. ſed obuiare videtur, quoniam gloſſa Ra-
bani dicit hunc Demetrium filium fuiſſe Seleuci: propter quod quidam hoc loco negat hanc
3. Reg. 15. gloſſam, quæ tamen poſſet ſaluari, dicendo, quod Demetrius iſte vocetur filius Seleuci, quia fu
4. Reg. 18. it filius filij eius, ſicut in libris Regum, etiam Aſa & Ioſaphat ac Ezechias dicuntur filij Dauid re
gis. Inſuper dici poſſet, quod quota annorum iſtorum aliter ſumitur hic, & aliter primo libro.
Nam & in iſto primo capitulo paulò poſt legitur: Anno centeſimo octuageſimo octauo popu-
lus qui eſt in Hieroſolymis, ſenatusq; & Iudas, quod de Iuda Machabæo exponitur, qui tamen
occiſus fuit anno centeſimo quinquageſimo ſecundo regni Gręcorũ, vt fertur in primo libro,
1. Mach. 9. [Nos Iudæi] in Hieruſalem commorantes, [ſcripſimus vobis] Iudæis in Aegypto manentibus.
[in tribulatione] id eſt, conſtituti in afflictione [& impetu] id eſt, impetuoſa & ſubita perſecuti-
one, [qui] impetus [ſuperuenit nobis in iſtis annis] à regibus, & eorum principibus infidelibus,
nos dirè vaſtantibus, [ex quo] id eſt, poſtquam [receſsit Iaſon à ſancta terra, & à regno] id eſt, à
terra patribus noſtris promiſſa & data, ad diuinum cultum electa, & à regione Iudęæ. [portam
ſuccenderunt] id eſt, portas Hieruſalem combuſſerunt miniſtri regis Antiochi Epiphanis, [&
1. Mach. 1. effuderunt ſanguinem innocentem,] plurimos in Hieruſalem occidendo fideles. Quod quali-
ter factum ſit, in primo libro recitatur diffuſe de iſto Iaſone: & qualiter aſpirauit ad ſacerdotij
2. Mach. 4. principatum, infra habetur: Fuitq; princeps eorum, (qui vt primo libro ſcriptum eſt) abierunt
1. Mach. 1. ad regem Antiochum, qui dedit eis poteſtatem, vt facerent iuſtitias Gentium. [& orauimus ad
dominum] pro auxilio contra hoſtes, [& exauditi ſumus] ab eo, quia eius auxilio præualuimus
aduerſarijs noſtris, & recuperauimus templum, in quo recuperato [& obtulimus ſacrificium]
gratias referendo, [& ſimilaginem] id eſt, ſimilam ſeu panes factos ex ſimila, quæ eſt tritici fari-
na mundiſsima, de qua panes propoſitionis fiebant. [& propoſuimus panes] id eſt, duodecim
panes propoſitionis poſuimus in templo [ſuper menſam] ad hoc deputatum, ſicut Exodi 25. præ
1. Mach. 4. cipitur. [& accendimus lucernas] id eſt, ſeptem lampades quæ erant ſuper candelabrum aureũ.
Præterea, qualiter factum ſit totum iſtud, primo libro plenè narratur. [& nunc frequentate,] id
eſt, omni anno ſolennizate, [dies ſcenopegię menſis Caſleu] id eſt, Decembris vel Nouembris,
ſecundum quoſdam, vt in expoſitione quarti capituli primi libri plenius dictum eſt. Per dies au
tem ſcenopegiæ, quidam in expoſitione huius capituli & alibi, intelligit feſtum purificationis
dedicationiſue templi, quod Iudas & fratres eius inſtituerunt: quæ expoſitio videtur omninò
inepta, quia per feſtum ſcenopegiæ in ſcripturis veteris teſtamenti deſignátur feſtum taberna-
naculorum,

culorum,ſicut & Thomas in prima ſecundæ, Guilhelms quoq; Pariſienſis in libro de fide & le-
gibus,& Alexander de Halis ſuper tertium ſententiarum teſtantur. Vnde magiſter in hiſtorijs:
Quintadecima, inquit, die menſis ſeptimi erat ſcenopegia, quod ſonat fixio tabernaculorum, á
ſceoos, quod eſt vmbra, & pugia, quod fixio. Primo autem menſi Iudęorum correſpondet apud
nos Martius vel Aprilis. Sicq; ſeptimo menſi illorum apud nos correſpondet * Nouember aut forſan * Se
December. Itaq; Iudæi Hierololymitæ hortabantur Iudæos Aegyptios, vt etiam feſtum Sceno- ptẽber aut
pegiæ ſeruarent, nec illud omitterent occaſione celebrationis noui feſti ab ipſis inſtituti, ſcili- October.
cet dedicationis templi, ad cuius celebrationem ipſos exhortabantur. Sicq; author Scholaſticæ
hiſtoriæ, & alij antiqui expoſitores interpretantur hunc paſſum. [Anno 188.] Hic ſecundũ quo-
rundam expoſitionem incipit epiſtola miſſa Iudæis in Aegypto morantibus à Iuda Machabæo
& ſuis, diſtincta à præinducta epiſtola, quam dicunt miſſam tempore Simonis poſt mortem Iu-
dæ & Ionathæ, Iudæis pacem habentibus. Cui dicto obuiare videtur, quod in præhabita epiſto-
la legitur: Nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu, vt dictum atq; expoſitum eſt. 2. Macha. 1.
Quidam tamen exponit ſic: In tribulatione, id eſt, de tribulatione, quæ expoſitio videtur extor
ta, nec textui conſona, nec Gloſſæ, nec Rabano, nec Scholaſticæ authori hiſtoriæ. Veruntamen
apparet, quod iſta ſit alia ac ſpecialis epiſtola, tam ex data eius, quàm ex perſonis ſcribentibus, &
ex forma dictaminis, vt iotuentibus innoteſcit. Qui verò vult dicere, quod ſit vna epiſtola, po-
terit reſpoodere, quod perſonæ ſcribentes ponuntur hic magis in ſpeciali, quæ ſupra ponuntur
ſolum io generali: ſimiliter perſonæ quibus hæc ſcripta ſunt. & quod data ſit eadem in re, ſed di
uerſificatur ſecundum quod numeratio annorum diuerſimodè inchoatur. Quicquid autem de
hoc dicatur, meritò quæritur, qualiter iſta epiſtola miſſa à Iuda ac ſuis, aſſeratur data anno cen-
teſimo octuageſimo octauo, cum Iudas occiſus ſit anno centeſimo quinquageſimo ſecundo, ſi-
cut iam fuit probatum. Ad quod Lyra reſpondet: In epiſtola Iudæ, numeratio annorum non fit
à principio regni Græcorum, ſed ante, vt hic innuit Gloſſa. ſed vbi incipiat, non dicit. Additque
Lyra: Poteſt rationabiliter dici, quod incipit à duodecimo anno regni Aſſueri, in quo populus
Iſrael mirabiliter liberatus fuit à perſecutione Aman, vt habetur Heſter tertio. Nam liberatio
illa fuit multum mirabilis, & ſimilis liberationi Iudæorum ſub Antiocho factæ. In probatione
autem huius dicti, Lyra præſupponit vnum, quod & alibi ſæpius ſcripſit, quod ſcilicet Darius,
de cuius licentia templum fuit conſummatum ſub Zorobabel & Aggæo, fuit filius Aſſueri regis
& Heſter reginæ, ac poſtea victus ab Alexandro Magno, quod dictum ſtare non poteſt: quia Ioſephus.
non ſolum contrariatur Ioſepho, Bedæ, Rabano, alijsque antiquis doctoribus, ſed & B. Hiero- Beda.
nymo ſuper Aggæum & Danielem, vbi affirmat, Darinm, de cuius licentia conſummatum eſt Rabanus.
templum, fuiſſe filium Hyſtaſpis, cui Dario ſucceſsit in regnum filius ſuus Xerxes, paſt quem Hierooy.
regnauit Artabanus, cui ſucceſsit in regno Artaxerxes, qui & Longimanus vocatus eſt, poſt
quem Xerxes, atq; poſt eum Sogdianus, cui ſucceſsit Darius, cognomento Nothus, poſt quem
regnauit Artaxerxes, qui cognominatus eſt Mennon, & ab Hebræis dicitur Aſſuerus. Aſſuero
ſucceſsit Artaxerxes, qni dictus eſt Ochus, cui ſucceſsit in regno filius eius Arſanus, poſt quem
filius eius Darius, qui ab Alexandro eſt victus. Hæc ſecundum Scholaſticam hiſtoriam ſunt nar
rata. Ex quibus patet, quod inter Darium, ſub quo templum eſt conſummatum, & Darium ab
Alexandro proſtratum, valdè multi regnauerunt. Ioſephus tamen noo ponit tam multos. ſed Ioſe. lib. 11.
qund Darius ille qui templum iuſsit compleri, non fuerit ille quem Alexander deiecit, tam Hi an. iu. ca. 1.
erooymus quàm Ioſephus alijque communiter tenent. Nec verum eſt qund Hebræi omnes di- Hierooy.
cunt, Darium, de cuius iuſſu conſummatum eſt templum, fuiſſe filium Aſſueri, vt patet ex intro-
ductis, quæ omnia ſuper Eſdram plenius ſunt probata. Ideo computatio prætacta falſo inniti-
tur fundamento. Sed quia epiſtola iſta ſub Iuda Machabæo ſcripta eſt Iudæis in Aegyptum ab-
ductis, poſſet forſan computatio prætacta inchoari à Ptolemæo Snter rege Aegypti, qui iuxta
iam dicta, Iudæos ſecum duxit captiuos in regnum ſuum. Itaque [Iudas & Senatus] Iudæorum
ſcripſerunt [Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi.] Ariſtobulus iſte fuit natione Iudæus, habitatione
Aegyptius, Peripateticus quoq; philoſophus, & Ptolemæo Philometori ſcripſit commenta ſu-
per Mnſis libros, atq; in multis inſtruxit regem. Propter quod eius magiſter vocatur, prout hæc
in Ioſepho & in Scholaſtica hiſtoria plenius deſcribuntur. [qui] Ariſtobulus [eſt de genere
Chriſtorum ſacerdotum:] Fuit nanq; de ſemine Aaron & poſterorum eius Chriſtorum, id eſt, Exod. 29.
vnctorum, quoniam ſacerdotes in ſua conſecratione vngebantur, prout in Exodo atque Leui- Leuit. 8.
tico refertur, [& his qui in Aegypto ſunt] Iudæis fratribus, [ſalutem] animæ nunc in ſpe & me-
rito, poſtea in re & præmio. [& ſaoitatem] corporalem ad ſalutem animæ ordinatam, [de ma-
gnis periculis] id eſt, arduis impugnationibus [liberati à Deo,] cuius auxilio & virtute præua-
luimus hoſtibus, [magnificè] ſcilicet totis præcordijs, [gratias agimus ipſi] Deo omnipotenti.
Qui enim beneficia non aduertit, nec gratias agit, horribiliter atque damoabiliter eſt ingra-
tus. [vtpote qui aduerſus talem] id eſt, tam ferocem & potentem regẽ, ſ. Antiochum Illuſtrem

[dimicauimus,]victoriamque ſortiti ſumus,[Ipſe enim ebullire]i.copioſe ac impetuoſe venire
[ſecit de Perſide]id eſt,regione Perſarum[eos qui pugnauerunt contra nos,]i. duces & princi-
.Mac.3. 4. pes ſuos cum auxiliarijs ſuis,qui nos impugnauerunt,vt patuit primo lib. [Nam cum in Perſide
eſſet dux ipſe,]Hoc exponitur non de Antiocho Nobili,ſed patre ipſius,qui ſuit dux & caput fi-
lij ſui.[& cum ipſo immenſus]id eſt,valde magnus[exercitus cecidit]id eſt, occiſus eſt [in tem-
plo Naneæ]id eſt,Dianæ vel Fortunæ,ſecundum quoſdam, [conſilio deceptus ſacerdotum Na-
*Etenim neæ.*Vtenim cum ea habitaturus,venit ad locum Antiochus]i. mox cum Antiochus magnus à
Romanis de bello fugatis veniſſet ad templum Naneæ,quaſi quieturus cum ipſa, hoc eſt, reue-
rentiam ei facturus ad tempus, [& vt acciperet pecunias multas, [in templo illo repoſitas, quas
ſacerdotes promiſerunt ei doloſe, vt comprehenſum in templo occiderent, acciperet inquam
[dotis nomine,]id eſt,ſub ratione doni gratis exhibiti.[Cumque propoſuiſſent eas ſacerdotes
Naneæ]id eſt,cum eas præſentaſſent Antiocho,vt magis crederet ipſis, & amore pecuniarum al-
lectus,ingrederetur loca ſecretiora ad paratas inſidias. Vnde ſubiungitur: [& ipſe cum paucis
ingreſſus eſſet intra ambitum phani]id eſt,templi,[clauſerunt templum,apertoque occulto adi-
tu,]id eſt,ingreſſu ſeu oſtio templi,[mittentes lapides percuſſerunt ducem.]i. Antiochum lapi-
dauerunt hi qui erant abſconditi in abditis templi,quo ipſe ſuit inductus. [& eos qui cum eo e-
rant]in templo,quoniam templorum extitit ſpoliator.[& diuiſerunt membratim, & capitibus
amputatis foras proiecerunt]in deteſtationem criminum eius.[Per omnia benedictus Deus,qui
tradidit impios]illos in mortem, i. diuina iuſtitia benedicatur in iſto effectu, inquantum impij
deo volente,ita puniti ſunt. Non inquantum in illa impiorum occiſione fuerant multa peccata
admixta,videlicet fraus,mendacium,praua intentio interficientium illos. [Facturi ergo] id eſt,
celebraturi[purificationem templi,]ſicut expoſitum eſt,[neceſſarium duximus]id eſt, vtile ad
ſalutem[ſignificare vobis,vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ] id eſt, non ſolum celebre-
tis nobiſcum templi dedicationem,ſed nec omittatis ob hoc tabernaculorum celebritatem,nec
ſeſtum de incenſione ignis.Nam ſubditur:[Et]celebretis [diem ignis qui datus eſt] miraculoſe
1.Eſd.2. à Deo, [quando Nehemias, ædificato templo & altari,obtulit ſacrificia.] Fuit enim ſacerdos,
quemadmodum Eſdras. [Nam cum in Perſiden ducerentur patres noſtri,] Iſtud exponitur de
captiuitate Iudæorum ſub Nabuchodonoſor rege, qui eos iuſsit duci in Babylonem ac Babylo-
4.Reg. 25. niæ regionem, attamen ex illa multi Iudæorum deuenerunt in regionem Perſarum atque Me-
dorum,ſicque ducebantur & illuc, quando in Babyloniam ducebantur.[ſacerdotes qui tūc Dei
cultores erant,acceptum ignem de altari,abſconderūt in valle]i. ſacerdotes cum alijs in captiui-
tatem ducendi, ignem qui ſub altari holocauſtorum iugiter arſit,ſecum ſumpſerunt, atque in
valle(vt dicitur)Ioſaphat abſconderunt.[vbi erat puteus altus]id eſt,profundus & ſiccus. Sic &
Ioan.4.legitur:Puteus altus eſt.Et Pſa.68.Veni in altitudinem maris.[atque in eo contutati ſunt
eum]id eſt, in lacu illo tute & clam poſuerunt hunc ignem. Ex quo elicitur,quod & tunc erant
aliqui ſacerdotes deuoti & iuſti,quamuis perpauci.[ita vt omnibus]prçter hos ſacerdotes,[igno
tus eſſet locus]in quo ignis ille ſuit abſconditus, quo ad hoc,quod erat locus abſconſionis ignis
ipſius. Puteus tamen ille pluribus fuit notus. [Cum præteriſſent autem dies multi]poſt 70.an-
nos Babylonicæ captiuitatis & amplius,]& placuit Deo, vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis]
ad reædificandum Hieruſalem,à rege(inquam) Artaxerxe, à quo Nehemias licentiam petijt re-
deundi,vt in Nehem.2. habetur:[nepotes ſacerdotum illorum qui abſconderunt]ignem,[mi-
ſit]Nehemias.[ad requirendum ignem]præfatum in valle prædicta. [& ſicut narrauerunt nobis
non inuenerunt ignem]illum,quia iam fuit extinctus:[ſed aquam craſſam,& iuſsit eos haurire]
ex puteo illo aquam craſſam.[& ſacrificia quæ impoſita erant]altare holocauſti, [iuſsit ſacerdos
Nehemias aſpergi aqua ipſa,& ligna quæ erant ſuppoſita]ſacrificijs, iuſsit ſimiliter aqua illa aſ-
pergi.[vtque]id eſt,poſtquam[hoc factum eſt,& tempus affuit quo ſol refulſit,] radios ſenſibi-
liter emittendo,[qui prius erat in nubilo,]id eſt,ſub obſcuro ſeu nube denſa,[accenſus eſt ignis
magnus]diuina virtute,angelico miniſterio, quo ligna illa ſubito ſuerunt incēſa, [ita vt omnes]
3.Reg.18. hæc intuentes ac percipientes,[mirarentur:] cum aqua ſoleat ignem extinguere,non inflam-
mare.Porro,de hac re nihil habetur in Eſdra & Nehemia.[Orationem autem faciebant omnes
ſacerdotes dum conſummaretur ſacrificium:] quia ab igne illo deſuper dato deuorabatur, ſicut
& ſacrificium Heliç,vt 3. Reg.volumine habetur.Erant autem magna deuotione ſuccenſi ex mi-
raculo illo.Orabantque Deum,vt ſacrificium ipſorum eſſet Deo acceptum. [Ionatha inchoan-
Nehem. 1. te,]Iſte non fuit Ionathas frater Iudæ,ſed quidam inter cantores præcipuus. [& cæteris reſpon-
dentibus:]ſicut & nunc in Eccleſia Incipit cantor. [Et Nehemiæ erat oratio,hunc habens mo-
dum.]Præterea Nehemias ponit quādam orationem eius, ſed illam fecit,adhuc cum rege Per-
ſarum exiſtens, hanc vero in templo exiſtens Hieruſalem. [Domine Deus omnium creator,]
Non quod vniuerſa & ſingula ſint immediate à Deo creata, cum multa producantur à cauſis ſe-
cundis,multa quoque generentur à principijs eiuſdem ſpeciei, vt cernimus :ſed vel ſimpliciter
& immediate,aut quó ad primordialem materiam,vel quantum ad formam ſubſtantialem, om-

nia ſunt à Deo creata. [terribilis] quoniam ei nullus poteſt reſiſtere, neque ab eo appellare,
ſuntque occulta iudicia eius, & neſcimus, an amore ſimus digni, an odio, aut quid finaliter eue-
niet nobis. Ideo dixit Apoſtolus Hebræorum decimo. Horrendum eſt incidere in manus Dei
viuentis. Et Pſalmo ſexageſimo tertio. Venite, & videte opera Dei terribilis in conſilijs ſuper
filios hominum. Hinc ſanctus Iob vigeſimo tertio. Conſiderans (inquit) eum, timore ſolicitor.
[& fortis,] quia omnipotens. [& iuſtus,] immo omnis iuſtitiæ ac virtutis regula, fons, menſura,
& cauſa. [& miſericors,] non per compaſsionis effectum, quo ad diuinam naturam, ſed per pie-
tatis effectū, [qui ſolus es rex bonus] independenter, eſſentialiter & incircūſcriptibiliter. Vnde
ait Saluator Lucæ decimo octauo. Nullus bonus niſi Deus. [ſolus præſtans,] i. incorporabiliter
dignus, & eminens, ſeu omnia donans. [ſolus iuſtus] pure, perfecte & infinite, cuius compara-
tione omnis creatura nullius videtur eſſe iuſtitiæ, omniſque creata iuſtitia, velut iniuſtitia repu- Eſa. 64.
tatur. Propter quod vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, ſunt tanquam pannus menſtruatæ. [qui liberas Iſ-
rael] id eſt, Iſraeliticum populum in te confidentem, [ab omni malo] pœnæ & culpæ in vita præ-
ſenti aut futura, [qui feciſti patres electos] id eſt, ſanctos patriarchas, quibus dediſti eſſe naturæ,
[& ſanctificaſti eos] per infuſionem gratiæ ac virtutum, [accipe ſacrificium pro vniuerſo populo
tuo Iſrael, & cuſtodi partem tuam] id eſt, Iſraeliticam plebem quam tibi præ cæteris elegiſti.
[Congrega diſperſionem noſtram,] id eſt, populum noſtrum hinc inde per diuerſas regiones
diſperſum, & reduc ad terram hanc patrum noſtrorum, atque per fidem, ſpem & charitatem ſpi-
ritualiter collige eos, vt ſint vnum myſticum corpus in te vinificatum ſpiritu ſancto. [Libera eos
qui ſeruiunt Gentibus,] ſub tributo, vel in ſeruos & ancillas eis venundati ſunt, aut præ pauper-
tate in exilio obſequuntur Gentilibus, à quibus ſpernuntur. Vnde ſubiungitur: [contemptos &
abominatos reſpice] oculo pietatis, [vt ſciant Gentes] ex noſtra gratioſa & miraculoſa liberatio-
ne à te facta, [quia tu es Deus noſter,] qui licet ſis Deus omnium iure creationis & generalis do
minationis ac gubernationis, ſpecialiter tamen es Deus noſter per prouidentiam ſpecialem &
gratioſam directionem, & per cultum ac adhæſionem, qua tibi fideliter adhæremus. [afflige op-
primentes nos,] id eſt, in hac vita eos & pie & iuſte caſtiga, & eorum tyrannidem reprime, qui ad-
uerſantur bono communi cultuique diuino, [& contumeliam facientes] cultoribus tuis [in ſu-
perbia,] id eſt, ex elatione: quod zelo iuſtitiæ, non æmulatione aut affectu vindictæ, Nehemias
rogauit. [Conſtitue populum tuum in loco ſancto tuo:] id eſt, in terra promiſsionis & in Hieru-
ſalem. [ſicut dixit Moſes.] qui eis promiſit hanc terram. Et Deuteronom. trigeſimo, dixit: Si ad
cardines cæli fueris diſsipatus, inde retrahet te dominus, & inducet in terram pro qua iurauit pa-
tribus tuis. [Cum autem conſumptum eſſet ſacrificium,] id eſt, omnino combuſtum ab igne præ-
dicto. Nam oblatum fuit in holocauſtum, [ex reſidua aqua] quæ ſuper ſacrificia non fuerat fuſa,
[Nehemias iuſsit lapides maiores] in altari exiſtētes, videlicet lapides (vt dicitur) laterales, [per-
fundi. Quod vt factum eſt, flamma ex eis accenſa eſt] diuina virtute, quemadmodum de præta-
cto igne eſt dictum. [ſed ex lumine] id eſt, ſplendido igne, [quod] lumen [refulſit ab altari,]
in quo fuit ignis prædictus, [conſumpta eſt,] ita quod minor flamma videbatur abſorberi à ma-
iore, & à duabus fieri vna. [Vt vero manifeſtata eſt res,] id eſt, facto iſto miraculoſo de ignium
horum productione & holocauſti conſumptione vndique diuulgato, renūciatum eſt regi Perſā- Nehem. 2.
rum] Artaxerxi, à quo miſſus fuerat Nehemias, [quod in loco in quo ignem abſconderant ſacer-
dotes,] videlicet in valle prætacta, [aqua apparuit, de] id eſt, cum [qua Nehemias, & qui cum eo Leuit. 6.
erant, purificauerunt ſacrificia] id eſt, carnes hoſtiarum lauerunt, ſicut in Leuitico iuſſum eſt de
carnibus animalium immolatitiorum, & igne inde ſuccenſo, ſacrificia conſummauit. [Conſi-
derans autem rex] Artaxerxes factum iſtud mirabile, [& rem diligenter examinans] per teſtes
& inquiſitores, ne forte eſſet conficta, [fecit ei] ſcilicet Deo, vel ei, vtpote Nehemiæ, hoc eſt, ad Nehem. 2.
inſtantiam & propter reuerentiam eius, [templum] Deo in Hieruſalem. Certum eſt autem,
Nehemiam eſſe miſſum à rege Artaxerxe ad Hieruſalem anno regni Artaxerxis viceſimo, ſci-
licet diu poſt Eſdram, ſicut legitur in Nehemia, & tunc templum fuit factum & conſummatum, Eſdr. 6.
quantum ad ſuam ſtructuram, immo ſexto anno Darij regis Perſarum, vt legitur in Eſdra, extitit
conſummatum. Ideo factio templi non poteſt hic accipi proprie pro eius ædificatione: idcirco
dictum iſtud non conſonat opinioni erroneæ Iudæorum, & ſuorum ſequacium, dicentium
quod inter Cyrum & Darium iſtum non fuerunt intermedij reges, niſi Cambyſes & Aſſuerus, ita
quod Darius iſte ſecundum eos fuit Artaxerxes: immo ex iſto loco probatur falſitas opinio-
nis illius, ſi factio proprie accipiatur, quoniam factio iſta templi, contigit diu poſt vigeſimum an-
num regni Artaxerxis, vt patuit. Et tamen ſi Artaxerxes iſte fuit Darius, neceſſe eſt dicere, quod
6. anno regni eius factum & completum ſit ædificium templi. Quod autem inter Cyrum & Da-
rium plures intermedij erant, conſtat ex dictis, & ſuper Eſdram magis eſt approbatum. Quod
ergo Artaxerxes dicitur templum Deo feciſſe, intelligendum eſt, quod templum illud orna-
uit & honorauit, atque per hoc opere demonſtrauit, templum hoc eſſe factum Deo vero &

ſummo. Et talis modus loquendi, freqnens eſt in ſcripturis vet. teſt. vt aliquis dicatur quid face-
re, quia oſtēdit aut dicit hoc factum eſſe ſiue futurum. Hinc ſubditur: [vt probaret] id eſt, opere
approbaret aut teſtaretur, [quod factum erat] videlicet miraculum illud de ignis productione
& holocauſti conſumptione vere eſſe diuinum. [& cum probaſſet] i. factum illud taliter appro-
baſſet [ſacerdotibus] tanquam veri Dei miniſtris, [dedit multa bona, vt alia atque alia munera]
vt orarent pro ipſo ac regno ſuo, & ex donis illis ſacrificia procurarent, & multa talia dedit illis
per principes ſuos, qui præſidebant trans flumen, [& accipiens manu tribuebat illis] i. etiam pro-
Nehem. 15. pria manu contulit ipſis aliqua quæ accepit de bonis ſuis. Nam & Nehemias poſt 12. annos cum
ſua comitiua ad Artaxarxen reuerſus eſt, & poſtmodum de licentia regis, rurſus ad Hieruſalem
Ibidem. rediſt, vt in Nehemia legitur, & tunc rex munera precioſa contulit Nehemiæ ac ſuis. [Appellauit
autem Nehemias hunc locum] i. diem ſeu feſtum loci iſtius, puta altaris ſeu templi, [Nephthar,
quod interpretatur purificatio.] & ſupra in iſto cap. vocatus eſt dies ignis, & cætera, qui datus eſt
de aqua craſſa. [Vocatur autem apud plures,] id eſt, ab alijs multis, [Nephi.] quod idem deſignat
quod Nephthar.

Elucidatio cap. 2. Inuenitur autem in deſcriptionibus Hieremiæ &c.

Articulus 2.

2. Mac. 2. HOc loco declarantur quædam in præcedenti cap. dicta, præſertim de abſportatione ignis
altaris holocauſti. [inuenitur autem in deſcriptionibus Hieremiæ,] id eſt, in ſermonibus
ac Hieremia, vel ex ore ipſius ſcriptis. Quæ tamen deſcriptiones, nec à catholicis, nec ab
Hebræis habentur, [quod iuſsit accipere ignem eos qui tranſmigrabantur] id eſt, quod Hiere-
mias præcepit ſacerdotibus Dei cultoribus, qui à Iudæa in Babyloniam transferebantur, quod
ſecum acciperēt ignem altaris holocauſtorum, vt eum in valle abſconderēt Ioſaphat, [vt ſignifi-
Ibidem catum eſt] id eſt, prout dictum eſt, cap. præcedenti, [& vt mandauit tranſmigratis] i. ſicut iuſsit
ſacerdotibus in Chaldęam trāſlatis. Sic continetur in deſcriptionibus illis. [& dedit illis legem]
id eſt, legem Moſis commiſit Hieremias illis, vt eam implerent, & forſan librum legis Moſis præ
ſtitit eis ad legendum, recolendum, cuſtodiendumque legem. Hinc ſubditur: [Ne obliuiſcerē-
tur præcepta domini, & vt non exerrarent mentibus] i. ne corda eorum per infidelitatem erra-
rēt. [videntes ſimulachra,] i. idola [aurea & argentea & ornamenta eorum,] quæ in Babylone vi
Baruc. 6. derunt à Chaldæis adorari & coli. Et de hoc habetur in epiſtola Hieremię miſſa Iudæis in Baby-
lone morantibus, [& alia huiuſmodi] ſalubria documēta, [dicens] Hieremias [hortabatur] præ-
fatos [ne legem] i. aſsiduam memoriam & obſeruantiam legis [amouerent à corde ſuo. Erat
autem in ipſa ſcriptura] i. prætactis deſcriptionibus Hieremiæ contentum, quomodo taberna-
Exod. 25. culum] Moſis & arcam per Beſeleel factam [iuſsit Propheta] Hieremias [diuino reſponſo ad ſe
facto, comitari] id eſt, per comites ſeu ſocios, viz portari ſecum ad ſpatium certum. Ex hoc ap-
paret, quod Hieremias præſcius deſtructionis ciuitatis Hieruſalem, combuſtioniſque templi à
Chaldęis, ſolicitus fuit pro arca, cæteriſque prædictis dominum exorauit, vt ſibi reuelare digna-
retur, qualiter illa eſſent conſeruanda, cuius piæ petitioni dominus dedit reſponſum, vt faceret
quæ ſequūtur, videlicet quod duceret ea ſecū, [vſq; exijt] i. quo vſq; ipſe Hieremias eundo per-
tingeret [in montem in quo Moſes aſcendit, & vidit Dei hęreditatem] id eſt, in mōtem Nebo in
Deut. 32. verticem Phaſga, in cuius montis altitudinem Moſes Deo iubente aſcendit, ad videndum ter-
ram promiſsionis, quę vocatur hæreditas Dei, i. terra quam omnipotens filijs Iſrael pręſtitit hę-
reditariè poſsidēdam. Hinc ſcriptum eſt Deuter. vltimo: Aſcendit Moſes de cāpeſtribus Moab
ſuper montem Nebo &c. [& veniens ibi Hieremias, inuenit locum ſpeluncæ,] quam ex reuela-
tione diuina cognouit, [& tabernaculum] id eſt, materias tabernaculi, [& arcam & altare incēſi]
i. thymiamatis [intulit illuc, & oſtium] ſpeluncæ [obſtruxit, & acceſſerunt quidam ſimul] i. pari-
ter properauerunt ad locum prædictum, [qui ſequebantur] Hieremiam, [vt notarent ſibi locū]
in quo prędicta erant abſcondita. [Vt autem cognouit Hieremias] curioſitatem illorum inqui-
rendo locum præfatum, [culpans] i. increpans [illos, dixit quod ignotus erit locus] ille taberna-
culi & altaris & arcæ, [donec congreget Deus congregationem populi] i. populum Iudæorum
hinc inde diſperſum, in vnum recolligat, [& propicius] fiat populo propiciatione perfecta. [&
tunc dominus oſtendat hæc] ſcilicet tabernaculum, arcam, altare. [& apparebit maieſtas domi-
ni,] id eſt, Deus omnipotentiam & gloriam ſuam oſtendet, per effectus præclaros, [& nubes erit]
obumbrans populo Dei, [ſicut & Moſi manifeſtabatur columna nubis] & nubes quædā in con-
ſecratione tabernaculi, iuxta illud Exod. 40. Poſtquam cuncta perfecta ſunt, operuit nubes ta-
bernaculum teſtimonij, & gloria domini impleuit illud. Quæritur, an illa impleta ſunt, an im-
plenda. Circa hoc ſcribit Nicolaus de Lyra: Hanc congregationem & propiciationem expectāt
Iudæi futuram in aduentu Meſsiæ, & nos intelligimus eas factas in Chriſti aduentu, iuxta illud
Ioannis vndecimo, Ieſus moriturus erat pro Gente, & non tantum pro Gente, ſed vt filios Dei
qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Cum ergo prædicta non ſint in Chriſti aduentu oſteo-
ſa, quia.

ſa,quia ſecundum Hebræos à tempore captiuitatis Babylonicæ vſque nunc, non eſt oſtenſa aut
habita arca Dei,propter hoc locus iſte videtur aliquibus ſalſus aut ſaltem dubius. Poſſet tamen
ad hoc dici,quod prædicta apparebunt in fine mundi,in conuerſione Iudæorum ad fidem Chri-
ſti.Sed hoc videtur eſſe contra illud Hieremiæ tertio. Non dicent vltrà, arca domini, neque aſ-
ſcendet ſuper cor,neque recordabuntur illius,nec fiet vltra.Item quod hic dicitur de abſconſio-
ne altaris & arcæ per Hieremiam,non habet apparentiam magnam,quoniam Hieremias fuit in-
carceratus vſque ad captionem Hieruſalem per Chaldæos,vt patet Hierem.37.& 38.& ſicut ante
captionem ciuitatis,ita non fecit nec poſtea, vt videtur: quoniam capta ciuitate,Chaldæi mox
confregerunt omnia precioſa, non ſolum aurea & argentea,ſed etiam ærea, abſtuleruntque ſe-
cum,vt dicitur quarto Regum vigeſimo quinto.Propter quod nõ videtur veriſimile,quod Hie-
remiæ dimiſerunt arcam & altare incenſi,quæ erant de auro puriſsimo,vt habetur Exod.25.Igi-
tur propter iſta & alia ſupradicta de morte Antiochi & de tempore Demetrij,quæ cum difficul-
tate magna vix poſſunt cum alijs ſcripturæ locis concordari, vt patet ex ſupradictis, liber iſte ſe-
cundus,& maxime quantum ad ſuam præſationem,reputatur à multis multũ apocryphus. Iſtud
tamen maiorum iudicio derelinquo. Hæc Lyra. Circa hæc recolo,quæ magiſter in hiſtorijs reci-
tat, S. Epiphanium epiſcopum de Hieremia dixiſſe: Hic eſt Hieremias, qui templum euer- Epiphan.
tendum prænoſcens,arcam teſtamenti cum his quæ in ea erant, tulit,& precibus ſuis eam abſor-
beri fecit in petra.Petram vero digito ſignans,nomen Dei impreſsit,ſ.tetragrammaton, vt dici-
tur.& factum eſt ſigillum in ſimilitudinem ſculpturæ,quæ ferro cauatur, ipſumque Dei nomen
operimento nubis celatum, vt ex tunc nec locum quis recognoſcere queat,nec ipſum legere no
men vſque in diem hunc & vſque in finem,& inſtar priſtinæ figuræ,illic ſæpe nubes vel ignis no-
cturno fit tempore, eo quod gloria Dei ab eius lege non deſinat. Eſt autem petra illa in eremi
terra inter duos montes, in quibus iacent Moſes & Aaron. Dixitque Hieremias præſentibus:
Dominus de Sion receſsit ad cælos,inde rurſus in virtute venturus,& erit ſignum prẹſentiæ eius
quando vniuerſæ gentes adorauerint lignum, dixitque: Hanc arcam præter Aaron producere
nemo poterit,& tabulas quæ in ea ſunt,nullus aperiet ſacerdotum,niſi electus Dei Moſes, & in
prima reſurrectione reſurget hæc arca,& exibit de petra,atque ponetur in monte Sina,& omnes
gentes congregabuntur ad eam, regreſſum Dei ſuſtinentes, & aduerſarium qui eos quæſiturus
eſt,interimere fugientes. Hæc Epiphanius,cuius verba in aliquibus videntur diſſonare à verbis
literæ huius. Suntque verba illa Epiphanij ad intelligendum difficilia, ſicut & textus iſte. Cer-
tum eſt tamen,literam iſtam, ſi ſaluari debeat,non ita eſſe intelligendam, quod in primo regis
Meſsiæ aduentu, fuerint tabernaculũ Moſis,arca & altare incenſi,realiter ac corporaliter oſten-
denda.Spiritualiter vero,& quantum ad res ſignificatas per ea,oſtenſa ſunt in primo Chriſti ad-
uentu,& deinceps. Quando autem & qualiter oſtendenda ſint realiter ac corporaliter, non ſcio
nec definire præſumo,tamen vt tetigi,litera iſta à falſitate poterit per piam & myſticam expo- Hieron.
ſitionem aliquam excuſari. Cum enim ab eccleſia receptus ſit liber iſte ad legendum publice in
diuino officio, non apparet tutum, quod dicatur ſalſus ſiue apocryphus: quia vt S. ait Hierony-
mus,apocrypha neſcit eccleſia. Porro quod in pręmemoratis verbis Nicolai de Lyra habetur,ar-
cam & altare incenſi fuiſſe de auro puriſsimo,non poteſt ſtare ſecundum quod ſonat. Arca nan-
que fuit de lignis Sethim.vt legitur Ex.25. Fuerat vero deaurata intus & extra auro mũdiſsimo,
vt eodem patet capitulo. Altare quoque incenſi,fuit de lignis Sethim,ſecundũ illud Exo 30.Fa-
cies & altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim,quod etiam fuerat deauratum, vt fertur
ibidem. Inſuper quod in præhabitis Epiphanij verbis aſſeritur, quod petra illa eſt in eremi terra
inter duos montes, in quibus iacent Moſes & Aaron,requirit intelligentiam piam. De Aaron
equidem conſtat,quod in monte Hor ſit ſepultus, vt Num.20.recitatur. Moſen vero non in mõ-
te ſed in valle eſſe ſepultum,probatur per id Deuteronomij vltimo. Mortuus eſt Moſes ſeruus
domini in terra Moab iubente domino,& ſepeliuit eum in valle terrę Moab. Conſequenter ad
celebrationem purificationis, dedicationiſque templi inducuntur facta Salomonis ac Moſis.
[Et ſicut cum Salomon petijt,vt locus ſanctificaretur magno Deo]i.Salomon exorauit, vt tem-
plum à ſe ędificatum,conſecraretur & acceptabile eſſet Deo immenſo, vt 3. Re.8.deſcribitur,2.
quoque Paralipom.6.[manifeſtabat hęc.Magnifice enim ſapientia tractabat]i. Salomon ſapien
tiam ſibi infuſam,pręclare oſtendit in templi cõſtructione & dedicatione, immo in increatę ſa-
pientię honoratione ac cultu.[& vt ſapientiã habens,obtulit ſacrificium dedicationis & cõſum-
mationis templi.]iuxta illud 3.Re.8.Rex & omnis Iſrael cum eo, immolabant victimas corã do
mino,& dedicauerũt templũ domini.[ſicut & Moſes orabat ad dominum, & deſcendit ignis de
cęlo]aereo,[& cõſumpſit holocauſtũ.]i.hoc fuit in cõſecratione Aarõ,filiorũq; eius, iuxta illud
Leuit.9.Egreſſus ignis à domino,deuorauit holocauſtum, & adipes qui erãt ſuper altare. [Sic &
Salomon orauit,& deſcendit ignis de cęlo,& conſumpſit holocauſtũ.]à Salomone per manus ſa
cerdotum oblatum,ſecundum illud 2.Paral.7. Cumq; compleſſet Salomon fundẽs preces,ignis
deſcen-

deſcendit de cælo,& deuorauit holocauſta & victimas.[Dixitque Moſes,eo quod non ſit man-
ducatum quod erat pro peccato]i.Moſes repræhendit filios Aaron,quia non comederunt ho-
ſtiam pro peccato oblatam,ſed ipſe Moſes inuenit eam exuſtam. Vnde in litera ſubditur: [Et
conſumptum eſt]i.igne altaris exuſtum,quod fuerat comedendum.Hinc ſcriptum eſt Leui.10.
Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato,cum quæreret Moſes exuſtum repperit,iratuſ-
que contra filios Aaron,ait:Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato?&c.[Similiter & Salomon
octo diebus celebrauit dedicationem.]tertio Regum octauo,de hac fertur celebritate: Fecit
ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem ſeptem diebus, & ſeptem diebus, i. qua-
tuordecim diebus.Quomodo ergo hic dicitur celebraſſe dedicationem octo diebus?Ad quod
quis dicere poſſet,quod numerus iſte non ponitur hic per præciſionem numeri maioris,& quod
minor non excludit maiorem. Efficacius autem reſpondendum per illud ſecundo Paralipom.
ſeptimo.Fecit Salomon ſolennitatem in tempore illo ſeptem diebus. Fecitque die octauo col-
lectam,eo quod dedicaſſet altare ſeptem diebus. Itaque de illis primis octo diebus hic agitur.
Nempe quod Salomon dicitur quatuordecim diebus celebritatem feciſſe,exponitur quod pri-
mis ſeptem diebus celebritatem fecit de templi dedicatione, alijs ſeptem celebrauit feſtiuitatē
tabernaculorum mox ſequentem.[Inſerebantur autem in deſcriptionibus & commentarijs Ne
hemiæ hæc eadem]i.de obſeruanda feſtiuitate dedicationis templi tempore Eſdræ & Nehemiæ
ædificari,continebantur & concludebantur ſimilia iam prædictis in quibuſdam ſcripturis & cō-
mentis Nehemiæ,quæ ſcripta non habentur,ſicut nec præallegatæ deſcriptiones Hieremiæ pro-
a.Eſd.6. phetæ.Veruntamen in Eſdra habetur de ſolennitate dedicationis templi illius.[& qualiter con-
ſtruens]i.ipſe Nehemias faciens[bibliothecam,congregauit de regionibus libros & prophe-
tarum & Dauid.] Tempore enim illo congregauit Eſdras veteris teſtamenti volumina à Chal-
dæis incenſa,videlicet Pentateuchum,pſalterium,prophetarumque libros: quos ſic reputatos,
Nehemias de regionibus Iudeæ,Samariæ & Galileæ,ſeu aliunde collegit, atque in bibliothecā
ſuam redegit. [Epiſtolas quoque Regum] Iuda memoria dignas,ſic congregauit,& de dona-
rijs]id eſt,ſcripta de muneribus exhibendis ſeu offerendis collegit cum cæteris. [Similiter au-
tem & Iudas ea quæ didicerat per bellum, quod nobis accideret, congregauit omnia]i. Iudas
Machabæus fecit conſcribi ea quæ cognouit per bella,quæ Iudæis ſuo tempore contigerunt, in
quibus bellis multa magna & mirabilia Dei auxilia apparuerunt,quæ æterna memoria ſunt con
digna.[Si ergo deſideratis hæc]i.ſi libros iſtos habere optatis,[mittite qui perferant vobis]id
eſt,deſtinate aliquos ad nos,qui vobis eos deportent.[Acturi itaque purificationem]id eſt, ce-
lebraturi feſtum de purgatione templi & conſecratione altaris factis tempore Mach.[ſcripſi-
mus vobis,]vt & vos feſtum hoc celebretis.[Bene ergo facietis ſi egeritis hos dies] ſolenniter.
[Deus autem qui liberauit populum ſuum]frequenter, videlicet tempore Moſis & Iudicum ac
Regum,& nunc tempore Iudæ ac fratrum eius,dando victoriam in plurimis bellis. [& reddidit
hæreditatem omnibus]id eſt,Iudæis cum Iuda collectis, Iudæam ac hæreditaria quæque bona
reſtituit,quod tamen tempore Simonis magis impletum eſt, quando vnuſquiſque ſedit ſub vi-
te ſua,& ſub ficulnea ſua,& coluit terram ſuam cum pace,vt dictum eſt 1.Machab.14. [& regnū]
i.regionem patrum noſtrorum,vel ducatum ac regimen. Nam Iudas ac fratres eius fuerunt du-
ces & principes, immo & ſummi ſacerdotes populi Iudæorum, immo à tempore reuerſionis à
Babylonica captiuitate vſque ad Herodem Aſcalonitam,habuerunt Iudæi aliquos rectores &
principes de populo ſuo,quemadmodum Gene.49.Iacob teſtatus eſt:Non auferetur ſceptrum
de Iuda,& dux de femore eius,donec veniat qui mittendus eſt. Ariſtobolus vero filius Ioannis
Hyrcani filij Simonis, primus impoſuit ſibi regium diadema poſt reditum à Babylonica captiui
Ioſe. lib. 3. tate,quemadmodum Ioſephus 13.lib. antiquitatum deſcribit.[& ſacerdotium]id eſt, ſacerdota
an.iu.c.18. lem dignitatem ſeu pontificatum.[& ſanctificationem]id eſt, templum ſeu ſacram obſeruantiā
legis, [ſicut promiſit in lege] quia per Moſen frequenter prædixit,quod pœnitentibus & con-
Leuit. 26. uerſis Iudæis redderet terrā patrū ſuorū.[ſperamus quod cito noſtri miſerebitur,]dando nobis
Deut.9. finalem liberationem per regem Meſsiam,vel eruendo nos omnino à gētilium infeſtatione,[&
congregabit de ſub cælo in locum ſanctum]i.de diuerſis regnis in terram promiſsionis,quod &
tempore Chriſti impletum eſt per congregationem ſpiritalem in fide,ſpe & charitate,& in mili-
tante eccleſia,quemadmodum Eſaiæ 66. dominus dixit: Mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad
gentes in mari,in Aphycam & Lydiam,tenentes ſagittam in Italiam & Græciam, ad inſulas lon-
ge,& adducent omnes fratres veſtros. Conſequenter author huius libri tangit materiam volu-
minis huius,modumque procedendi,& quod mouerit eum ad compilandum hoc opus.[De Iu
*purifica- da vero Machabæo & fratribus eius & de templi magni] in Hieruſalem ſub Zorobabel facti.
tione. [*purgatione]de quo templo Aggæus 1.cap.prædixit: Magna erit gloria domus huius nouiſsi-
mæ,magis quam primæ.[& de aræ]i. altaris[dedicatione]de qua habetur 1.Machab.4.[& de il-
luminationibus]i.cæleſtibus apparitionibus,cordiumque illuſtrationibus, [quæ de cælo factæ
ſunt

ſuñt ad eos]id eſt,ad Iudam & eius fratres ac adiutores, [qui pro Iudæis fortiter ſecerunt] id eſt,pro communi defenſione Iudaici populi ſtrenue pugnauerunt, [ita vt vniuerſam regionem cum pauci eſſent, vindicarent]id eſt,iniurias toti populo Iudæorum illatas ab Antiocho rege ac ſuis,vlciſcerentur,cum tamen reſpectu aduerſariorum,eſſent perpauci.[& barbaram]id eſt, ferocem gentilium[multitudinem fugarent:]vt patuit 1.Mach.3.[& ciuitatem]Hieruſalem[liberarent,& leges quæ abolitæ erant]i.legem & præcepta Moſis per Antiochum quaſi deleta & ſeruari prohibita. [reſtituerentur] id eſt, denuo ſeruarentur & conſcriberentur per Iudam & fratres ipſius,[domino cum omni trãquillitate propicio facto illis]i. Deo eis miſericorditer auxiliante. [Itemque ab Iaſone Cyreneo quinque libris compræhenſa] id eſt, diffuſe conſcripta in quinque codicibus.[tentauimus nos vno volumine breuiare.]Ex hoc quidã concludunt, quod in hac compilatione plures fuerunt, quod ſtare non poteſt , immo vnus fuit breuiator & author huius voluminis,vt patet in fine 2. Macha. 5.quo ait: Ego quoque in his faciam finem ſermonis & ſiquidem bene,& vt hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim:ſi autem minus digne, concedẽdum eſt mihi.Eſt autem conſuetudo magnis authenticiſq; perſonis, dictionibus pluralis numeri vti. [Conſiderantes enim multitudinem librorum & difficultatem] eorum quos Iaſon de his rebus compoſuit,[volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum,propter multitudinem rerum curauimus]id eſt,ſolicite prouidimus his, qui volunt rerum iſtarum hiſtorias legere,ne tædio afficiantur ex prolixitate librorum,faciendo hunc librum compendioſum.[volentibus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio]i.vt hunc librum cum cordis delectatione breuiter legant.[Studioſis vero]prouidimus,[vt facilius poſsint]iſta memoriæ commendare. Omnibus autem legentibus vtilitas conferatur,]i.vt vniuerſi hæc legentes,ædificentur. [Et nobis ipſis non facilem laborem aſſumpſimus,quod tamen intuitu & amore communis vtilitatis libenter peregimus. Propterea ſubditur:[ſicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parere] id eſt, obedire,parando cibaria iuxta eorum velle.[propter multorum gratiam]i. profectum, [libenter laborem ſuſtinemus,veritatem quidem de ſingulis,authoribus concedentes:] i. credentes quod ipſi authores librorum vera ſcripſerunt de ſingulis rebus & geſtis,de quibus hic loquimur.[Ipſi autem ſecundum datam]i.præconceptam & tactam [formam] ſcribendi per abbreuiationem, [breuiati ſtudentes.Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſcriptura curandum eſt,]i. ſicut principali cõſtructori domus incumbit ſolicitudo de toto ædificio & partibus eius, & qualiter aggregentur ac redigantur in formam:[Ei vero qui pingere curat] id eſt, per picturas & linitiones ornare domum iam factam,[quæ apta ſunt ad ornatum,exquirenda ſunt]ſ. pulchri colores & confectiones,ex quibus fiunt adornationes ipſius domus.Vnuſquiſque enim habet exquirere ea,quæ ad ſuam pertinent artem. [ita æſtimandum eſt & in nobis] id eſt, de nobis,qui non intendimus hiſtoricum librum originaliter compilare, ſed potius deſcriptam hiſtoriam cũ venuſtate abbreuiare. Denique quid hiſtorographo competat,ſubditur: [Etenim intellectum colligere]i. rerum deſcribendarum veram intelligentiam perſcrutari ac adunare, [& ordinare ſermonem,]vtendo ſtylo conuenienti ac clauſulis aptis,[& curioſius]id eſt,ſatis diligenter,non immoderanter,[partes ſingulas quaſque diſquirere]i.inueſtigare quaſcũque partes, ex quibus totum volumen eſt compilandum,hoc eſt,ſingula quæque geſta ac verba recitatione condigna, vel ſingulas partes dictaminis,[hiſtoriæ congruit authori]id eſt,hiſtoriographo. Quid autem congruat abbreuiatori,ſubiungitur:[Breuitatem vero dictionis]id eſt,narrationis ac ſtyli, [ſectari,& executiones rerum vitare]id eſt,omittere digreſsiones declarantes qualiter quæq; ſint geſta, quando declarationes illæ non ſunt vtiles breuianti.[concedendum eſt]i.conuenit ei qui ſcripta aliorum ſummatim breuiare intendit.[Hinc ergo]id eſt,ſtatim poſt hæc, vtpote in exordio ſequentis capituli,[narrationem]id eſt,exordium hiſtoricæ recitationis huius libri[incipiemus.]ſiquidem dicta hucuſque,per modum prologi ſunt inducta. Vnde ſubiungitur: [de præfatione tamen dixiſſe ſufficiat. Stultum enim eſt,ante hiſtoriam effluere:]i verbis ſuperfluis abundare.[In ipſa autem hiſtoria ſuccingi]i.nimium feſtinare,& ſermonem abrumpere.

Expoſitio cap. 3. Igitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace.

Articulus 3.

DEſcripturus author libri iſtius victorias Iudæ Machabæi & ſuorum , & qualiter defenderunt populum Iudæorũ, præmittit qualiter populus ille poſt magnam proſperitaté & pacẽ maximas incidit clades. Itaque in iſto capitulo recitat miraculoſam Iudæorum conſolationẽ,& aduerſarij eorũ proſtrationẽ ſub Onia põtifice. Igitur cum ſancta ciuitas] Hieruſalẽ ad Dei obſequium prælecta , In qua fuerunt templum & ſtudium legis,ſedes pontificis, immo & thronus regis à tempore Dauid vſque ad Sedechiam[.habitaretur in omni pace]i.multũ pacifica,Ita quod ciues eius deuoti gaudebant pace pectoris & tẽporis.[leges etiam]i.præcepta Moſaicę legis[adhuc optime cuſtodirentur] ab habitatoribus ciuitatis,[propter Onię pontificis diſpoſitionem & pietatem[id eſt, ex virtuoſa & exemplari prę ſidentia & gubernatione Onię qui,

qui ſubditos ſapienter diſpoſuit & inſtruxit, atque in omni cultu Dei præceſsit. Pietas quippe
vno modo idem eſt, quod cultus Dei ſeu latria. Alio modo ſumitur pro miſericordia. Tertio,
prout eſt vnum de ſeptem donis. itaque cauſa bonæ conuerſationis ciuium, fuit virtuoſitas præ-
lati eorum, iuxta illud Eccleſ. 10. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt re-
ctor ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Vnde & Salomon Prouerb. 20. dixit: Rex qui ſedet in ſo-
lio iudicij, diſsipat omne malum intuitu ſuo. [& animos odio habentes mala] i. ex bonitate cor-
dis illorum, qui malum culpę abhorrent: quia ad bona vere honeſta ſeu virtuoſa, ſyncere afficie-
bantur. [Fiebat, vt & ipſi reges & principes] gentiles [locum] i. vrbem [& templum] Hieruſalem
[ſummo i. valde magno honore dignum ducerent,] tanquam ſummi Dei habitaculum, & cul-
tus diuini manſionem electam, [& templum maximis muneribus illuſtrarent,] mittendo obla-
tiones & dona copioſa ac precioſa ad templum, ſicut & Darius rex & alij quidam in Eſdra & Ne-
hemia feciſſe leguntur: quia iſti gentiles, quamuis & idola colerent, tamen vnius veri & ſummi
Dei aliqualem habuerunt notitiam, [ita vt Seleucus Aſiæ rex,] filius Antiochi magni, [de reddi-
tibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.] Veruntamen
ſicut in Scholaſtica fertur hiſtoria, Seleucus iſte fuit iners & peſsimus. Ioſephus vero refert pa-
trem eius Antiochum Magnum, fuiſſe liberalem ad exhibendum neceſſaria pro ſacrificijs of-
ferendis. Sicque Seleucus iſte ad tempus in hoc imitatus videtur fuiſſe patrem ſuum, & poſtea
peioratus. Deinde recitatur, qualiter tribulatio cœpit in Hieruſalem exoriri. [Simon autem de
tribu Beniamin, præpoſitus templi conſtitutus] ad diſponendum negocia templi in exteriori-
bus rebus. Non enim fuit pontifex vel ſacerdos, cum fuerit de Beniamin tribu. [contendebat,
obſiſtente ſibi principe ſacerdotum] Onia, [iniquum aliquid in ciuitate] Hieruſalem [moliri] i.
fabricare. Inuidebat nanque Oniæ pontifici, voluitque plebem ad rebellionem inducere con-
tra illum. Impij enim quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, vt dicitur Eſa. 57. [ſed cum
vincere Oniam non poſſet] i. contra pontificem præualere, quia Onias vir pius, iuſtus & ſapiēs,
erat populo charus, & multos habebat fautores in ciuitate potentes. [venit ad Apollonium] vnū
de principibus regis Seleuci, [& nunciauit ei, pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ærarium] i.
locum theſaurorum [Hieroſolymis.] Erat autem ærarium iſtud locus ſitus iuxta templū, in quo
ærario reſeruabantur depoſita notabilium perſonarum & ſuſtentacula vitæ pauperum quędam.
[& communes copias] i. opes illas ad Rempublicam pertinentes, [quæ non pertinent ad ratio-
nem ſacrificiorum] i. ad emendum victimas oblationum. [eſſe immenſas] id eſt, valde multas
& magnas. Etenim quia Seleucus exhibebat ſumptus pro ſacrificijs, dixit Simon iſte, opes illas
ad ſacrificia non ſpectare, præſupponens quod rex pertinentia ad ſacrificia inuite auferret. [Sta-
timque Heliodorus iter aggreſsus eſt] verſus Hieruſalem, quia Seleucus commiſit ei pecunias
ſibi afferre. [Tunc ſummus ſacerdos] Heliodoro [declarauit, depoſita eſſe hæc,] i. opes illas ibi
eſſe repoſitas [ad] procurandum [victualia viduarum & pupillorum] egentium. Quædam vero]
eſſe depoſita [Hyrcani Tobiæ viri valde eminentis] i. excellentis & fidelis perſonæ. Nehemiæ
autem 13. fertur ipſe Nehemias eieciſſe de gazophylacio vaſa Tobiæ infidelis. [Decipi vero eos
qui credidiſſent loco & templo impoſsibile omnino eſſe] i. fieri non poſſe nec eſſe permittendū
à Deo, quod hi deciperentur, i. rebus atque depoſitis ſuis ſpoliarentur, qui ea commendauerant
templo cum fide, quod conſeruarētur à domino in ipſo templo ſeu prope illud, [quod per vni-
uerſum mundum] i. per multa regna mundi, vt ſit hyperbolicus ſermo, [honoratur] i. famoſum
habetur [pro ſui veneratione] i. venerabilitate [& ſanctitate.] ſeu pro veneratione quæ Deo ex-
hibetur in ipſo. [Sacerdotes autem ante altare cum ſacerdotalibus ſtolis] i. veſtibus iactauerunt
ſe, humiliando ſe intimo corde, & ſacerdotaliter veſtiti, vt ſic benignius aſpicerentur à Deo. [&
inuocabant de cælo.] Quare non dicit, inuocabant de terra, cum iſti inuocantes fuerint in terra,
non in cælo. Eſt igitur ſenſus, inuocabant, i. auxilium ſibi exhiberi implorabant de cælo, rogan-
tes [eum qui de depoſitis legem] i. præceptum [poſuit, vt his qui depoſuerant ea in præfato æra-
rio,] ſalua cuſtodiret Deus, ne diriperentur. Porro de depoſitis dominus aliqua iuſsit Exo. 22.
[Iam vero qui videret ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur] i. ex corde condoluit ei,
tam miſerabiliter diſpoſito in facie, in cuius pallore ac mortiformi diſpoſitione vehementiſsi-
mus dolor & mœror ac pauor cordis apparuerunt. Quemadmodum enim cor gaudens exhila-
Prouer. 15 rat faciem, ſic in mœrore animi deijcitur ſpiritus, prout Prouerb. 17. teſtatur. [Accinctæque mu-
lieres cilicijs pectus,] i. aſperitate veſtis cilicinæ ſe affligentes ac humiliantes &c. [ſed & virgines
quæ concluſæ erant] i. virorum iuuenumque aſpectibus abſtractæ, & ex virginali pudore rema-
nentes in domo vel circa templum recluſæ, & pijs operibus occupatæ, quouſque maritarentur,
[percurrebant ad Oniam,] tanquam ad patrem ſpiritualem, aſsiſtentes ei per compaſsionem, ora-
tionem & fletum. [Erat autem miſera commixtæ multitudinis] Iudæorum ex perſonis vtriuſ-
que ſexus congregatorum. [& magni ſacerdotis] Oniæ [in agone] i. in laborioſa mentis angu-
ſtia [conſtituti expectatio:] quoniam cum afflictione multiplici præſtolabantur euentum fi-
nemque

nemque rei. [& hi inuocabant Deum omnipotentem, vt credita ſibi]i. depoſita eis cõmiſſa, [his qui crediderant,]puta depoſitarijs, [eum omni integritate conſeruarentur:]vt nihil de ipſis poſſet auferri. [Heliodorus autem quod decreuerat, perficiebat:]i. implere ſtudebat, [ſed ſpiritus omnipotentis]i. voluntas ſeu animus Dei, immo Spiritusſanctus ex patre filioque procedens, [magnam fecit ſuæ virtutis euidentiam:]id eſt, omnipotẽtiam ſuam publice demonſtrauit, perterrendo & deijciendo Heliodorum & eius ſatellites. [Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem.] Fuitque angelus ſanctus, in forma equitis metuendi apparens, qui & corpus equi illius formauit ac mouit, ſicut de curru & equis, quibus vectus fuit Helias in cęlum, tenetur. [Alij etiam apparuerunt duo iuuenes]i. angeli in forma adoleſcentum, ad inſinuãdum quod angeli nunquam inueteraſcunt. [qui circunſteterunt eum, & ex vtraque parte] Heliodorum [flagellabant, &c.]eumque [multa caligine circumfuſum]i. prę timore & tormento nihil videntem [rapuerunt]id eſt, ſacerdotes appræhenderunt, putantes quod mortuus eſſet, & ne ex præſentia extincti cadaueris, præſertim perfidi hominis, ſacer locus contaminaretur, qui etiam ex ingreſſu viuentis alienigenę cõtaminabatur. [atque in ſella geſtatoria]id eſt, ſede portatoria [poſitum eiecerunt]i. exportauerunt de ipſo ærario. [Conſiderans autem ſummus ſacerdos, ne forte rex]Seleucus [ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum conſummatã]i. quod aliqui ex Iudæis armati; taliter tractaſſent, aut magica arte affligi feciſſent Heliodorum à malignis ſpiritibus, [obtulit pro ſalute viri]i. procuratione Heliodori [hoſtiam ſalutarem] cum oratione. Aliqui vero dicunt Heliodorum fuiſſe occiſum & mortuum, atque Oniæ precibus ſuſcitatum, quia habetur in textu, quod in ſupremo ſpiritu, id eſt, in agone erat conſtitutus. Nihilominus litera iſta magis inſinuare videtur, quod nondum expirauit, ſed lætaliter extitit vulneratus, moxque obiſſet, niſi per preces Oniæ vita, i. ſanitas vitæ, fuiſſet ei donata. [Heliodorus autem hoſtia Deo oblata] per manum ſacerdotis pro gratiarum actione, quod ſuit curatus, [& votis magnis Deo promiſsis &c. repedabat,]id eſt, remeabat [ad regem &c. eo quod in loco] id eſt, in templo [vere ſit Dei quædam virtus]id eſt, poteſtas angelica locum cuſtodiens, immo ipſemet Deus. [Nam ipſe qui in cælis habet habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius:]i. gratioſus & potens defenſor, quoniam locus ille Deo extitit conſecratus, qui per effectum multiplicem viſitauit eundem.

Expoſitio cap. 4. Simon autem prædictus, pecuniarum & patriæ delator.

Articulus 4.

Recitatum eſt præcedenti capitulo, qualiter Deus virtuoſum pontificem Oniam glorificauit. Hic deſcribitur multiplex tribulatio atque iniuſta occiſio eius. [Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator]id eſt, proditor, qui ſuos accuſauit conciues & proximos, prout in exordio præcedentis narratur capituli. [male loquebatur habitatoribus Hieruſalem]de Onia, [tãquam ipſe]Onias [Heliodorum inſtigaſſet ad hæc]id eſt, ad ſpoliandum ærarium. [prouiſoremque ciuitatis,] qui populo ſuo prouiſionem fecit de ſpiritalibus ac temporalibus bonis, [ac defenſorem gentis ſuę]Iudaicę, cuius pontiſex fuit, quam & ab inuiſibilium hoſtium deuoratione præſeruauit, [auſus eſt inſidiatorem regni dicere.]Sic enim inuidia mentem peruertit. Hunc impijſsimum Simonem ſequuntur iniqui, qui non ſolum ſeipſos mendoſe excuſant, ſed alios quoque mẽdaciter criminantur, diffamant, & contra iuſtos nituntur proximos inflammare. [ſed cum inimicitiæ]Simonis contra Oniam [in tantum procederent, vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios]i. amicos, [homicidia fierent,] ita quod quoſdam adhærentes Oniæ interſecerunt, [conſiderans Onias periculum contentionis]inter conciues. Nam & inteſtina bella maxime nocent. [& Apollonium inſanire]id eſt, omnino irrationabiliter iraſci & indignari Iudæis, [ad augendam malitiam Simonis,]cui Apollonius iſte fauebat, vt patuit præcedenti capitulo. [ad regem ſe contulit]i. Seleucum acceſsit. [Videbat enim, ſine regali prouidẽtia impoſsibile eſſe]ſecundum viam humanam, [pacem rebus] id eſt, perſonis vtriuſque partis [dari,]quas rex melius potuit cohibere. Reges quoque ſolent multos prudentes habere. [nec Simonem poſſe]facili conatu [ceſſare à ſtultitia ſua]id eſt, à ſtultis operibus quæ incepit. Erat enim habituatus in vitijs, atque prauiſsimę conſuetudinis mole victus. [Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum]id eſt, poſt mortem Seleuci regis, [cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium]quod ab Antiocho Epiphane emere ſtuduit, cui & [promittebat & alia 150. talenta argenti, ſi poteſtati eius concederetur] ab Antiocho [gymnaſium]id eſt, ſcholam gentilis ritus [& ephebiam ſibi conſtituere] i. proſtibulum puerorum pulchrorum pro ſuo commodo facere. Ephebus quippe vocatur puer formoſus & lucidus. [& eos qui in Hieroſolymis erant, Antiochenos ſcribere]id eſt, in ritu gentilitatis eſſe & dici imitatores Antiochenorum. [Quod cum rex annuiſſet,]quia gentilis erat, [& obtinuiſſet ipſe Iaſon principatum]ſacerdotij, [ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos]id eſt, Iudæos ſuę tribus, videlicet ſacerdotes & ſibi ex parte matris propinquos, [transferre cœpit,]vt ſic ad paganiſmum induceret alios

quoq; Iudæos.[& amotis his]id eſt, ablatis à Iudæis beneficijs ac priuilegijs his, [quæ humanitatis cauſa]id eſt, ex pietate[Iudæis à regibus] Aſiæ aut alijs [fuerant conſtituta]id eſt, data[per Ioannem]natione Iudæum, qui iſta procurauit à regibus,[patrem Eupolemij, qui]Eupolemius [apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione,]id eſt, à Iuda Machabæo miſſus eſt ad Romanos, ad conſtituendum cum illis amicitiam ac ſocietatem, quemadmodum ſcriptũ eſt in primo libro: Elegit Iudas Eupolemium filium Ioannis, & Iaſonem filium Eleazari, & miſit eos Romam.[legitima ciuium iura deſtituens,]id eſt, tollens ac diſsipans diuina præcepta ac legis diuinę ſtatuta ſeu iura,[praua inſtituta ſanciebat]id eſt, vitioſas ordinationes ac paſsiones inſtituit.[Etenim auſus eſt ſub ipſa arce]videlicet propè templum,[gymnaſium conſtituere, & optimos quoſq; epheborum]id eſt, elegantiores pueros, quos potuit adipiſci,[in lupanaribus ponere]ad exercendum in illis Sodomiticum crimen.[Erat autem hoc non initium, ſed incrementum quuddam & profectus gentilis & alienigenæ conuerſationis[Vitium enim contra naturam, non pertinet directè ad infidelitatem, ſed carnalitatem turpiſsimam. Eſt tamen augmentum conuerſationis gentilis, quæ veri Dei caret ſalutari notitia. Idcirco ad turpitudinem ſine timore effundit ſe.[propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus]id eſt, congeriem ſcelerum eius. Iaſon autem indigniſsimus fuit nomine ſacerdotis, nec fuit ſacerdos Dei, executione officij aut merito. Nam & ſacerdotes Dei ad Idololatriam ac præfata grauiſsima traxit facinora.[ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed feſtinarent participes fieri palæſtræ[id eſt, luctationis vel præfati gymnaſij,[& præbitionis eius iniuſtæ]id eſt, vitioſæ exhibitionis inſtitutionum Iaſonis huius,[& in exercitijs diſci]id eſt, ludi, quo diſcus ſeu plumbea ſcutella proijciebatur in aerem, & nunc vocatur ludus proijciendi lapides.[& patrios quidem honores pro nihilo habentes]id eſt, venerandas obſeruantias legis à patribus eorum ſeruatas vilipendentes.[Græcas glorias]id eſt, actus & ritus Græcorum gentilium, in quibus ipſi Græci gloriabantur,[optimas arbitrabantur:]in quo grauiſsima patet excæcatio mentis eorum, quod tam ſtolidiſsimè atq; falſiſsimè iudicabant.[quarum gratia,]id eſt, propter quas glorias[periculoſa eos contentio habebat]id eſt, inteſtinam diſſenſionem valdè periculoſam inciderunt, quia quibuſdam idololatriæ illæ diſplicuerunt, alijs placuerunt.[ac per omnia his conſimiles]in cultu idololatriæ gentilitatisq; ritu[eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant]videlicet Syris & Græcis ac Aſianis.[In leges enim diuinas impiè agere,] eas tranſgrediendo,[impunè non cedit]iuxta illud Pſalmi 118. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Iob quoq; 24. Deus inultum abire non patitur.[ſed hæc ſequens tempus declarabit] id eſt, veritas horum patebit ex ſequentibus, in quibus & ea narrantur, quæ contigerunt poſt tempus illud, in quo contigerunt prędicta. Tempori autem aſcribuntur ea quæ fiunt in tempore. [Cum autem quinquennalis agon]id eſt, lucta ſeu concertatio exercitatiua, quæ de quinquennio in quinquennium fiebat, [Tyri celebraretur]id eſt, in loco illo ſolenniter fieret, [& rex]ſcilicet Antiochus Nobilis[præſens eſſet:]Fiebat enim lucta illa ad reuerentiam Herculis, qui pugnator fuit fortiſsimus.[miſit Iaſon viros portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis, quas poſtulauerunt hi qui aſportauerunt,]id eſt, eas ſecum tulerunt, [ne in ſacrificijs]Herculis[erogarentur, quia non oporteret,]id eſt, nec neceſſarium, immo nec vtile eſſet.[Propter præſentes autem]id eſt, ad inſtantiam eorum qui aderant,[datæ ſunt in fabricam nauium triremium]id eſt, ad cõſtruendum naues, in quibus erant ordines tres remorum. [Miſſo autem in Aegyptum Appolionio]quem illuc miſit Antiochus, [propter primates Ptolemęi Philometoris regis]Aegypti, cuius aliqua oppida occupauit Antiochus, quæ primates præfati Ptolemæi adhuc adoleſcentuli, requirebant ab Antiocho, principes Ptolemæi contra eum, oppida illa reddere non volentem, pugnam mouerunt. [Cum cognouiſſet Antiochus alienum ſe à negocijs regni]Aegypti[effectum, venit Hieroſolymam.] Fuit enim ab Aegypto per Romanorum legatos repulſus, vt dictum eſt plenius in expoſitione primi libri. [& magnificè à Iaſone]quem ad pontificatum Simuniacè ac peruerſe promouit,[& ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phœnicen exercitum conuertit.]Veruntamen tunc, vt videtur, facit mala multa & magna, quæ primi libri capitulo primo recitantur.[Et poſt triennij tempus miſit Iaſon]frater Oniæ[Menelaum ſupradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi]Antiocho,[& de negocijs neceſſarijs]i. de cauſis ſibi commiſsis[reſponſa perlaturum],id eſt, reportaturum à rege. Circa hæc incidit quæſtio, quomodo Menelaus iſte dicatur frater Simonis ſupradicti, qui (vt præcedenti fertur capitulo) de Beniamin fuit tribu, Iaſon autem & Onias de tribu Leui & Aaron erant. Ioſephus autem apertiſsimè ſcribit duodeci-
Ioſe.lib.12. an.iu.ca.16 mo antiquitatum libro, quod Iaſon & Menelaus fuerunt fratres Oniæ. Hinc Lyra hoc loco negat Ioſephum propter huius libri authoritatem. Verum Magiſter in hiſtorijs & alij multi authentici & antiqui catholici, ſequuti ſunt Ioſephum, & rationabiliter, vt videtur. Iudæi enim non ſuſtinuiſſent Menelaum in pontificatu, niſi de genere Aaron extitiſſet. Nec poſt reditum à

Babylonica

Babylonica captiuitate leguntur Iudæi vnquam aliquem habuiſſe pontificem, niſi de ſtirpe Leui & Aaron. Quod autem Menelaus dicitur fuiſſe frater Simonis ſupradicti, quidam exponunt, dicentes, quod fuit frater eius non carnis propagatione, ſed imitatione & conformitate malitiæ. Iuxta quem modum Eccleſiaſtici 34. ſcriptum eſt: Qui effundit ſanguinem, & fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Poſſet etiam dici, quod quia tribus Leui poterat cum cæteris tribubus Iſrael matrimonia ſociare, Menelaus iſte ex parte vnius parentis, præſertim matris, forſitan fuit de Beniamin tribu & Simonis frater. [At ille]videlicet Menelaus[commendatus regi]Antiocho ab eius miniſtris, qui ad hoc faciendum erant (vt creditur) à Menelao per dona inducti. [cum magnificaſſet faciem poteſtatis eius,]id eſt, regem & eius potentiam magnificè commendaſſet,[in ſemetipſum retorſit ſummum ſacerdotium]id eſt, procurauit illud ſibi à rege donari ambitioſe, ſimoniacè, fraudulenter. [acceptiſq; à rege mandatis]quid ageret, & vt pro pontifice ſuſciperetur,[& venit, &c. & Iaſon, qui proprium fratrē captiuauerat]id eſt, cauſa fuit, quod Onias ſeorſum recluſit ſe, vt infra habetur. [in Ammonitem]id eſt, regionem Ammonitarum [expulſus eſt.]Illuc enim ſacerdotij principatu priuatus aufugit. [De pecunijs verò regi promiſsis]Menelaus[nihil agebat,]id eſt, eas Antiocho non perſoluit,[cum exactionem faceret] id eſt, perſolui eas regi exigeret. [Soſtratus,]ſicut & vectigalia perſolui exegit,[qui]Soſtratus, [arci]quæ fuit in monte Sion,[præſidebat. Quam ob cauſam vtriq;]videlicet Menelaus & Soſtratus,[ad regem ſunt euocati,]ad reddendum rationem, cur Menelaus regi non ſoluit quod debuit.[&]comperto quod[Menelaus]fuit in culpa,[amotus eſt à ſacerdotio]id eſt, pontificatu,[ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo]quia de ſemine Aaron fuit, vt probabilius reputatur.[Et cum hæc agerentur, contigit Tharſenſes & Mallotas]id eſt, ciues ab vrbibus ſuis ſic nuncupatos,[ſeditionem mouere]contra regem ſuum Antiochum, à quo videbantur contempti,[eo quod Antiochi regis cõcubinæ dono eſſent dati,]id eſt, ob hoc quod Antiochus dedit eos pro munere ſuæ concubinæ, vt eſſent ſub illius dominatione. [Feſtinanter itaq; venit rex ſedare illos]ne & concubinam ſuam contriſtaret, aut ſubditos contra ſe acrius prouocaret. [relicto ſuffecto]id eſt, ſubſtituto[vno ex comitibus]id eſt, principibus ſeu ſocijs ſui regiminis[Andronico]in Antiochia, ex qua venit ſedare præfatos. [Ratus autem]id eſt, exiſtimans[Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunum]procurandi interfectionem Oniæ, rege abſente[aurea quędam vaſa de templo furatus,]quod ſacrilegium fuit,[donauit Andronico,]vt eius ſibi amicitiam procuraret, ſicq; per eum obtineret Oniam occidi. [Qui]Andronicus[cum veniſſet ad Oniam, & ſuaſiſſet ei de aſylo procedere,]de loco illo in quo tutus fuit, nec poterat lædi, deſcendere, [ſtatim eum peremit. Propter quod]id eſt, ob tam immaniſsimam impietatem,[indignati ſunt Iudæi & Græci,]in Antiochia exiſtentes, atque regreſſo regi conqueſti ſunt, qui Deo inſtigante vſque ad lachrymas condoluit interfecto, & Andronicum purpura exutum, veluti degradatum, fecit occidi. [Multis autem ſacrilegijs]id eſt, rerum ſacrarum abuſionibus,[à Lyſimacho in templo commiſsis, & diuulgata fama]de tantis criminibus,[congregata eſt multitudo]Iudæorum vitia Lyſimachi abominantium[aduerſus Lyſimachum, multo iam auro exportato] de templo per Lyſimachum, illud in vſus proprios conuertentem. [Turbis autem inſurgentibus]contra Lyſimachum,[Lyſimachus armatis ferè tribus millibus]quæ erant de parte ipſius, [iniquis manibus,]id eſt, adiutorio impiorum illorum,[vti cœpit. Et multi quidem vulnerati] de adiutoribus Lyſimachi,[quidam autem & proſtrati]id eſt, occiſi. [omnes verò]reſidui de eius exercitu,[in fugam conuerſi ſunt, ipſum etiam ſacrilegum]Lyſimachum[circa ærarium] ſcilicet, extra templum[interfecerunt. De his ergò cœpit iudicium aduerſus Menelaum agitari]id eſt, Iudæi cœperunt Menelao hæc crimina & ſacrilegia Lyſimachi imputare, quia conſilio Menelai facta fuerunt. [Et cum veniſſet rex Tyrum, ad ipſum detulerunt negocium miſsi viri tres à ſenioribus]Iudæorum, qui tres accuſauerunt Menelaum coràm rege. [Et dum ſuperaretur Menelaus]id eſt, obiectionibus & accuſationibus contra ſe factis reſpondere non poſſet, [promiſit Ptolemæo]amico ſeu conſiliario regis,[multas pecunias ad ſuadendum regi]id eſt, vt perſuaderet Antiocho Menelaum reum non eſſe, ſed accuſatores ipſius. [& ad ſententiam deduxit,]id eſt, Ptolemæus ille iniquus induxit regem ad proſcrendum ſententiam pro Menelao. [Miſeros autem,]id eſt, accuſatores Menelai miſerabiliter criminatos & circumuentos, [qui etiam ſi apud Scythas]id eſt, homines ſic vocatos, qui crudeles irrationabileſq; dicuntur, [cauſam dixiſſent]id eſt, negocium contra Menelaum propoſuiſſent,[innocentes iudicarentur]à Scythis, quia apertiſsimè iuſta fuit eorum cauſa. [Hos morte damnauit]Antiochus[Cito ergo iniuſtam pœnam dederunt]id eſt, paſsi ſunt. Iuxta quem modum loquendi ait Apoſtolus 2. ad Theſſalonicenſes 1. Qui pœnas dabunt in interitu æternas. [qui pro ciuitate]Hieruſalem & populo Iudæorum,[& ſacris vaſis]templi,[cauſam proſequuti ſunt]contra Menelaum coràm rege. [Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant, auaritiam]id eſt, propter cupiditatem principum Antiochi, quibus munera contulit Menelaus,[permanebat in poteſtate]

id eſt, ſacerdotij principatu. Ecce quanta fiunt in hoc mundo facinora, & qualiter iuſti ac pij ab impijs opprimuntur, ipſiq; impij proſperantur ad tempus, ſecundum diſpenſationem ſecretorum iudiciorum altiſsimi. Propter quod Eſaiæ quinquageſimo ſeptimo dicitur: Iuſtus perit, & non eſt, qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur, & non eſt qui intelligat. quæ res interdum mouet fideles in admirationem, iuxta illud Abacuc primo: Quare domine reſpicis contemptores, & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? Propter hoc lacerata eſt lex, quia impius præualet aduerſus iuſtum. Propterea egreditur iudicium peruerſum. Sed ſi reſpiciamus ad futuri ſeculi retributiones, atque ad ordinem infinitæ ſapientiæ prouidentiæ Dei, admiratio ceſſat.

Declaratio Cap. 5. Eodem tempore Antiochus ſecundam profectionem parauit in Aegyptum. Articulus 5.

GRauiſsima perſecutio Iudæorum per Antiochum facta, hic recitatur. Præmittitur tamen impugnatio Iaſonis, & expugnatio eius. [Eodem tempore Antiochus ſecundam profectionem parauit in Aegyptum] id eſt, diſpoſuit ſe ad ingrediendum & expugnandum Aegyptum altera vice. Qualiter autem bis intrauit Aegyptum, in expoſitione primi capituli libri primi narratum eſt. Conſequenter deſcribitur, qualiter Deus futuram Hieroſolymitarum proſtrationem præmonſtrauit, per viſiones & ſigna admonens illos ad vitæ correctionem. [Contigit autem per vniuerſam Hieroſolymorum ciuitatem videri] à ciuibus eius [diebus quadraginta] certis horis ac quibuſdam diebus infra ſpacium quadraginta dierum, quamuis vt probabile eſt, non ſingulis illis diebus. [per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas,] id eſt, veſtes [habentes] quæ ſuper arma indui ſolent, [& curſus equorum per ordinem digeſtos, id eſt, ordinatè diſpoſitos ſecundum bellicam artem, [& congreſsiones fieri cominus] i. de propè prælia exerceri, [& ſcutorum motus,] quæ in bellis varijs modis mouentur, & ictibus opponuntur ad tuendum ſe. [& galeatorum multitudinem] id eſt, plurimos hominum galeas habentium, [gladijs diſtrictis &c.] id eſt, multipliciter agitatis, extentis, retractis. Deniq; hæc fiebant in aere miniſterio angelorum bonorum ſiue malorum. Sic & S. Gregorius in Homilia octaua refert, ſe igneas acies vidiſſe in cælo, antequam percuteretur Italia gladio. Similiter ante euerſionem Hieruſalem à Romanis, ſigna varia præceſſerunt & viſa fuerunt, quæ hic partim tanguntur in textu, pleniusq; deſcribuntur à Ioſepho libro de Iudaico bello. [quapropter omnes] habitatores Hieruſalem [rogabant in bonum monſtra conuerti] id eſt, ſigna illa monſtratione digna, bonum aliquid præſignare, videlicet Iudæorum victoriam, quorum tamen ſignificabant ruinam. [ſed cũ falſus rumor exiſſet, quaſi vita exceſsiſſet] id eſt, quod obiſſet, [Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille viris repentè aggreſſus eſt ciuitatem] Hieruſalem, volens opprimere Menelaum, à quo fuit priuatus pontificali officio, & illud recuperare, putans regem obiſſe, à quo erat depoſitus. [Iaſon verò non parcebat ciuibus ſuis in cæde] id eſt, ſine miſericordia eos crudeliter interfecit, [nec cogitabat proſperitatem aduerſus cognatos] id eſt, circa Hieroſolymitas, quorũ multi erant conſanguinei ſui, non cogitauit proſpera, ſed aduerſa eis infligere, [malum eſſe maximum] id eſt, præcipuum damnum [arbitrans, hoſtium, & non ciuium ſe trophæa capturum] i. obtinere victoriam de verè hoſtibus ſuis, & non potius de ſuis conciuibus, quos magis oderat quàm gentiles verè inimicos & aduerſarios ſuos. Propter quod potius affectauit Iudæos quàm gentiles occidere. [& profugus iterum abijt in Ammonitem] id eſt, in regionem Ammonitarum [& ad vltimum exitium] id eſt, exterminium ſui. [concluſus ab Areta, Arabum tyranno, omnibus odioſus, vt refuga legum] id eſt, apoſtata à Moſaicis legibus, [& peregrè perijt, Lacedæmonias] id eſt, ad regionem, vrbem, ſeu populum Lacædemoniacum [profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus] id eſt, tanquam defendendus & piè tractandus ab illis veluti à cognatis. Lacædemonij etenim erant Spartiatæ, nati de ſemine Abraæ, vt dictum eſt plenius 1. Machab. 12. [& qui inſepultos multos abiecerat] quos occidit, [ipſe & inlamentatus] id eſt, non deploratus, & inſepultus abijcitur [ſepultura neq; peregrina] id eſt, alterius terræ monumento, [neq; patrio ſepulchro participans.] Vnde elicitur, quod apud Spartiatas eius prauitatem & apoſtaſiam à lege noſcentes, gratiam non inuenit, ſed occiſus fuit & inſepultus abiectus. [His ita geſtis, ſuſpicatus eſt rex] Antiochus [ſocietatem deſerturos Iudæos] id eſt, receſſuros à ſua obedientia, communione ac tributorum perſolutione, quod impijſsimus Menelaus ſibi forſitan perſuaſit per ſcripta ſeu alio modo. Creuit nanq; in malitia, & ad inſidias ciuium, vt in fine præcedentis habetur capituli. [& ob hoc rex profectus ex Aegypto] quia legati per Romanos iuſſerunt ei ab Aegyptiorum impugnatione recedere. [efferatis] id eſt, crudelibus [animis ciuitaté quidem] Hieruſalem [armis cepit.] habitatores enim vrbis inter ſe diſcordes, ei non multum reſtiterunt. Immo fauentes ei, intromiſerunt eum. Tuncq; fecit per milites ſuos inhumaniſsimam & atrociſsimam ſtragem in ciuitate, vt fertur in textu qui planus eſt. [Auſus eſt etiã intrare templum vniuerſæ terræ ſanctius] id eſt, ſacratius phanis & templis gentilium, vtpote vero Deo

Ioſe. lib. 12. an. Iud.

1. Mach. 4.

conſecratum

conſecratum. [& ſceleſtis]id eſt, vitioſis[manibus ſumens ſancta vaſa] templi, [quæ ab alijs regi
bus & ciuitatibus]id eſt, ciuitatum quarundam rectoribus [erant poſita]id eſt, data, & per mini
ſtros templi collocata, [ad ornatum loci & gloriam,]vt Deo ſeruiretur in eis. Cyrus enim rex
Perſarum, & Darius ac Artaxerxes atq; Antiochus Magnus, & filius eius Seleucus, rectores quo
que nonnulli vrbium aliquarum, exemplo regum ſuorum multa precioſa decoraq; vaſa tranſmi
ſerunt ad templum Hieruſalem, vt partim ex dictis, & ex Eſdra pateſcit. [contrectabat indignè]
id eſt, irreuerenter tanquam vaſa communia, [& contaminabat] applicando ea ſacrilegè vſibus
ſuis ac alienis. [ita alienatus mente]id eſt, vitijs & paſsionibus obſcuratus [Antiochus, non con-
ſiderabat quod propter peccata habitantium, ciuitati dominus modicum fuit iratus] permittés
eam ac templum ipſius ſic prophanari ad breue tempus, & citra condignum, & hoc probat per
caſtigationem Heliodoro inflictam, vt ſuprà habetur.] Verum non propter locum gentem, ſed
propter gentem locum dominus elegit.] Nam minus principale ordinatur ad principale. Ideo
locus ordinatur ad habitatores ſuos, & propter illorum profectum eligitur, non econtra. [Ide-
oq; & ipſe locus,]videlicet templum & ciuitas, [factus eſt particeps malorum] pœnalium i. pu-
nitionum[populi]ſui, ita quod populus puniebatur in prophanatione & contemptu loci ſui &
templi. [poſtea fiet ſocius]i. participator [& bonorum,]i. proſperitatum. Iſta tamen eſt impro-
pria locutio, quoniam inter rationalia & irrationalia ac inanimata, nó eſt propriè loquendo ſo-
cietas. [& qui derelictus eſt in ira]i. iuſta vltione[omnipotentis, iterum in magna Dei reconci-
liatione cum ſumma gloria exaltabitur:] quod fuit impletum aliquo modo, quando Iudas &
fratres eius templum recuperauerunt, purgauerunt & ornauerunt, ſicut in primo libro & infra
quoq; habetur. Plenius autem in Christi aduentu, oblatione, prædicatione & miraculoſa opera
tione in templo, Tunc enim impletum eſt, quod Aggæus prædixit, cap. 1. Magna erit gloria do-
mus huius nouiſsimę, magis quàm primæ. [Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de tem
plo talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, æſtimans ſe præ ſuperbia terram ad nauigandũ,
&c.] quod per hyperbolẽ dictum eſt, ad inſinuandum indicibilem impijſsimi illius elationem.
[Reliquit autem præpoſitos]i. quoſdam de principibus ſuis[ad affligendum gentem]Iudęorũ.
[Hieroſolymis quidem Philippum, in Garizim]loco Samariæ[Andronicum,]nõ illum quem 2. Mach. 4.
præcedenti capitulo legitur in Antiochia occidiſſe. Porro de hac templi ſpoliatione & ciuitatis
Hieruſalem afflictione, ſanctiq; loci & vaſorum eius contaminatione, plenius dictum eſt in pri
mo libro. [Cumq; oppoſitus eſſet contra Iudęos [Hoc ipſum ſcriptum eſt primo libro, & eſt ſen 1. Mach. 1.
ſus: Cum Antiochus firmaſſet ſuum propoſitum, ad perſequendum Iudæos, miſit odioſum prin
cipem Apollonium cum exercitu &c. Iſta hiſtoria in primo libro habetur, quãuis nomen Apol- 1. Mach. 3.
lonij ibi non exprimatur, quod tamen in primo libro eſt expreſſum. [& tunc]ſcz. ſabbato[feri-
atis Iudæis]i. ab operibus ceſſantibus, arma capere ſuis præcepit:] non quaſi ad impugnandum
Iudæos, ſed quaſi ad exercendum haſtiludia, torneamentave aliqua: quia ſubiungitur, [omneſ-
que ſimul]Iudæos, qui ad ſpectaculum proceſſerant, [trucidauit.] Vnde elicitur, quod Iudęi nó
obſeruabant ſe ob armationem prætactam. [Iudas autem Machabæus qui decimus erat.] Iudas
hic dicitur decimus, non in ordine fratrum, inter quos tertius fuit, vt patet primo libro, ſed in 1. Mach. 2.
ordine ſummorum pontificum. Non tamen incipiendo computationem pontificum ab Aaron,
inter quem & Iudam multò plures fuerunt, ſed à principio regni Græcorum. Circa hæc ſcribit
quidam: Regnum Græcorum, vt ſcribunt quidam expoſitores, incepit à Seleuco, qui in Syria
ſucceſsit Alexandro Magno, & tunc, ſcz. tempore Seleuci ſummus ſacerdos fuit Onias Iaddi fi-
lius, qui ſecundum hoc dictum fuit Simon Iuſtus primus pontifex, ſecundus Eleazarus, tertius
Oniæ filius, quartus Manaſſes Eleazari auunculus, quintus Onias Simonis Iuſti filius, ſextus Si
mon Oniæ filius, ſeptimus Onias huius Simonis filius, quem occidit Andronicus, octauus Ia-
ſon, nonus Menelaus, decimus Iudas Machabæus. Hoc accipitur de Gloſa Rabani, quæ ſumpta
eſt ex dictis Ioſephi, ſed videtur deficere in duobus. Primo, quia Menelao ſucceſsit Lyſima-
chus. Et ſic qua ratione numeratur Iaſon & Menelaus, numeraretur & iſte Lyſimachus decimo
loco, & non Iudas. Secundo deficit, quia ponit regnum Græcorum incipere à Seleuco, quod ta-
men incepit ab Alexandro Magno. Circa hæc dico, quod redargutio iſta nullius aut modici eſt
valoris. Non enim putandum eſt, Rabanum ignoraſſe quod regnum Græcorum monarchicum
ſeu imperiale ab Alexandro inceperit. Idcirco dato quod dicat id, quod iſte ei imponit, intelli-
gendum eſt de regno Græco diuiſo: quo diuiſo in quatuor regna, primus poſt Alexandrum re-
gnauit in Syria Seleucus pater Magni Antiochi, qui habuit filios duos, videlicet Seleucum, &
Antiochum Nobilem. Quod autem de Lyſimacho obijcitur, ſolueretur dicendo, quod modi-
ciſsimo tempore præfuit, ita quod Menelaus, cui ipſe ſucceſſerat, rurſus ei occiſo ſucceſsit, vt pa
tuit præcedenti capitulo. Idcirco non numeratur. Nec verum eſt quod Iudas ei ſucceſsit. Nihilo
minus dici poteſt, quod computatio iſta ab Alexandro incipiat, cuius tempore pontifex Iudæo
rum extitit Iaddus, quo connumerato, alijſq; pręfatis, atq; relictis Iaſone & Menelao ac Lyſima

cho, qui illegitime ac peſsime intrauerunt, cultumque Dei diſsipauerunt, & non exercuerunt, Iudas eſt decimus, ſcilicet proximus poſt Oniam ab Andronico interfectum. Itaque Iudas cum ſuis [in deſertum ſeceſſerat,] ſcilicet cum patre ſuo ac fratribus, vt dictum eſt 1. Mach. 2. [Ibiq; inter feras vitam agebat, & fœni cibo veſceotes] Iudas ac ſui rebus ſimilibus fœno, vtpote radicibus quibuſdam & herbis ac fructibus terræ, quæ ibi poterant inueniri. [ne participes eſſent coinquinatioois] id eſt, idololatriæ, tranſgreſsioniſque legis Moſaicæ, ad quas Antiochus populum Iudæorum coegit.

Expoſitio cap. 6. Sed poſt non multum temporis miſit rex ſenem quendam.

Articulus ſextus.

DEſcribuntur hic in ſpeciali tribulationes per Antiochum & principes eius inflictæ Iudæis [Sed poſt non multum temporis] i. poſt breue tempus [miſit rex ſenem quendam Antiochenum] tanquam authenticum, & cum eo alios quoſdam. [qui compelleret Iudæos] per minas & pœnas [vt ſe traosferrét à patrijs & Dei legibus] id eſt, leges diuioas ab eorum patribus ſeruatas, in patria ſua relinquerent. Denique iſta & multa ſubſequentia, dicta ſunt atque expoſita primo lib. cap. 1. qui compelleret Iudæos [contaminare etiam quod in Hieroſolymis erat téplum] ita vt in eo ſacrificarent Ioui, non vero Deo. [& cognominari Iouis Olympij] i. templum illud vocare templum Iouis cognomento Olympij, à loco illo ſublimi in quo colebatur. [& in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant. Iouis hoſpitalis] id eſt, templum quod erat Deo conſtructum in monte Garizim in Samaria, cognominari téplum Iouis hoſpitalis, prout erant rogantes qui locum illum inhabitabant. Eſtque idem Iupiter, qui à diuerſis locis in qui-
Ioſ. lib. 10. an. iu. ca. 7 bus colebatur, diuerſa cognomina ſortiebatur. Quocirca penſandum, quia vt Ioſephus refert, Manaſſes ſacerdos frater pontificis Iudæorum, filiam Sanaballath Samaritani ac geotilis duxit vxorem. Propter quod prohibitus fuit ad altare accedere. niſi vxorem illam abijceret, quam oolens relinquere, ad patrem vxoris Sanaballath eſt profectus, qui conſtruxit ad eius intuitũ templum Deo in Garizim monte. Videntes autem Samaritani Iudæos ab Aotiocho propter cultum Dei ita oppreſſos, poſtulauerunt ab ipſo, vt templum Dei ioter ipſos ſitum, Ioui conſecraretur, ne ab Antiocho aut eius principibus inſtar Iudæorum affligerẽtur. [peſsima autem & vniuerſis] Iudæis fidelibus [grauis erat malorum] i. perſecutionum, immo & tranſgreſsionum [incurſio] i. boni Iudæi incurrebant grauiſsimas calamitates & perſecutiones ex ſceleratiſsimis actibus ſeruorum Antiochi. [Nam templum luxuria & comeſſationibus gentium erat plenum,] i. vitia carnis exercebantur in templo à gentilibus ac Iudæis ad paganiſmum conuerſis. [ſacratiſque ædibus] ſcilicet atrijs templi & domunculis ſacerdotum io gyro templi conſtructis, [mulieres] impudicæ [ſe vltro] i. ſponte ac libere [ingerebant, intro ferentes] i. in loca ſacra ſecum portantes [ea, quæ non licebat] illuc inſerri, videlicet, cibos ac potus lege prohibitos, aut ſacrificia prophana Ioui ſacrificanda. [Altare etiam] holocauſti [plenum erat illicitis] hoſtijs Iouis. [neque ſabbata cuſtodiebantur] à maiori parte Iudæorum, [neque dies ſolennes patrij ſeruabantur] i. alia feſta legalia à patribus olim ſeruata in patria illa. [nec ſimpliciter ſe quiſquam Iudæum cõfitebatur] id eſt, tam pauci audebant confiteri ſe eſſe fide & ritu Iudæos, quod reſpectu aliorum quaſi nulli videbantur. Attamen aliqui erant, prout 1. Macb. 2. & infrà oſtenditur. [ducebantur autem] Iudæi [cum amara neceſsitate] id eſt, graui mortis formidine in die natalis regis Antiochi [ad ſacrificia Iouis] ſeu aliorum Deorum quos coluit. Veruntamen illa non fuit abſoluta neceſsitas, ſed coorditionata, videlicet ſi viuere vellent: alioquin fuiſſent occiſi, niſi ſacrificaſſent ſic. Ideo illa neceſsitas non excuſauit eos à peccato mortali, quoniam tenebantur potius mori, quam tranſgredi legem Dei. [& cum Liberi] id eſt, Bacchi, qui credebatur Deus vini & vinearum. [ſacra celebrarentur,] à miniſtris Antiochi. [cogebantur] Iudæi [hedera] id eſt, tali herba conſimili viti, [coronati] ſcilicet habentes ſuper caput ſertum factum de hedera, [Libero circuire] id eſt, ad honorem Bacchi eius phanum ſeu altare in gyro perambulare, vel vt aliqui dicunt, chorizare. Præterea ſicut dictum eſt ſuper illud Ionæ 4. Præparauit dominus hederam. Hedera eſt arbuſcula ſeu virgultum lata habens folia, & facit denſiſsimam vmbram, & oritur crebro in partibus Paleſtinæ, ſecundum Hieronymum, maxime in locis arenoſis, & cito creſcit in altum, ſi habeat aliquod ſolidum aut ſtipitem, per quod aſcédat: alioquin ſuper terrã reptat. [decretum autem exijt in proximas gentilium ciuitates] id eſt, præceptum Antiochi mittebatur hinc inde per oppida ſubditorum ipſius, [ſuggerentibus Ptolemæis] id eſt, imitatoribus & fautoribus impij Ptolemæi, qui vt ſupra habetur, induxit Antiochum ad proferendum ſententiam pro Menelao, & contra fideles Iudæos. [vt pari modo & ipſi] gentiles vrbium illarum [aduerſus Iudæos agerent] id eſt, Iudæos in ſuis vrbibus commorantes ad ſacrificandom compellerent. [erat ergo videre miſeriam] id eſt, miſerabilem & crudelem effectum, qui ſubditur: [duę
2. Mac. 4. enim mulieres] Hebreæ fideles [delatæ ſunt] id eſt, ſeruis Antiochi accuſatæ. [natos ſuos circũcidiſſe, quas, infantibus ad vbera ſuſpenſis, cum publice per ciuitatem circunduxiſſent,] ad a-

liarum

liarum mulierum Hebræarum terrorem,[per muros præcipitauerunt:] quod ſuit crudeliſsimũ
opus,tam in matribus,quam in inſantulis,qui ſuſpenſi ſuerunt ad vbera matrum, quibus ſuerãt
nutriendi, præſertim cum tam in Exodo 32. quam in Deuteronom.14. dominus iuſſerit: Non
coques hœdum in lacte matris ſuæ.[Alij vero]Iudęi[ad proximas coeũtes]i.ſimul euntes[ſpe-
luncas,& latenter diẽ ſabbati celebrãtes,flammis ſuccenſi ſunt,eo quod verebãtur propter reli-
gionem & obſeruantiã manu ſibi auxilium ferre,] i. quia non audebãt ſe defendere,hoſtibuſq;
reſiſtere,eo quod ſabbatum eſſet,putantes illicitum ſe pugnare in ſabbato, prout iſtud primi li-
bri ſecundo capitulo plenius dictum eſt atque expoſitum. [Obſecro autem eos qui hunc librũ
lecturi ſunt,] aut eius lectionem audituri, [ne abhorreſcant propter aduerſos caſus] id eſt, ne
propter grauiſsimas iſtas tribulationes Iudæis inflictas, ſcandalizentur,ſiue abhorreant popu-
lum Iudæorum tanquam Deo odibilem,vel quaſi inane ſit Deo ſeruire,qui ſibi ſeruientes per-
mittit tam atrociter trucidari.[ſed reputent ea]aduerſa quæ acciderunt Iudæis,[non ad interi-
tum]id eſt,finalem perditionem ſeu totalem extirpationem,[ſed ad correctionem eſſe generis
noſtri:] vt ſcilicet,in hac vita paternaliter caſtigarentur à Deo,ne in æternum perirent, quod
eſt diuinæ dilectionis indicium & effectus. Propter quod ſcriptum eſt Prouerbiorum tertio.
Diſciplinam domini fili mi ne abijcias,& ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit
dominus,corripit,& quaſi pater in filio complacet ſibi.[Etenim multo tempore non ſinere pec
catoribus ex ſententia agere]id eſt,non permittere peccatores ad libitum diu peccare,[ſed ſta-
tim vltiones adhibere] id eſt, eos per temporales aduerſitates ac pœnas à peccatis reprimere,
[magni beneficij eſt indicium]id eſt,euidenter beneficium grande, cum pœnæ vitæ præſentis
ſint medicinales: & incomparabiliter melius ſit, temporaliter caſtigari,ſicq; à vitijs refrænari,
quam in tempore iſto ſine freno delectationibus frui,ac poſtea in æternum puniri. [Non enim
ſicut in alijs nationibus]idololatris[dominus patienter expectat]id eſt, earum damnationem
differt,emendationemq́ue, quantum in ſe eſt, præſtolatur, [vt eas cum iudicij] particularis in
morte ſingulorum,vel generalis in fine mundi, [dies aduenerit,in plenitudine peccatroum pu-
niat]id eſt,ſecundum exigentiam omnium vitiorum eorum condemnet ac torqueat, cum mẽ-
ſuram iniquitatum ſuarum impleuerint.[ita & in nobis]Iudæis[ſtatuit, vt peccatis noſtris in fi-
nem deuolutis]id eſt,vſque ad mortem abſque correctione protractis,[ita demum in nos vin-
dicet]noſtra peccata per infernalia & æterna ſupplicia.[Propter quod nunquam miſericordiam
ſuam à nobis amouet]in toto ſeu taliter,ſicut à gentilibus reprobis,[Corripiens vero]paterna-
liter in præſenti,[in aduerſis populum ſuum non derelinquit]finaliter, aut dona gratiæ ſubtra-
hendo electis, quamuis ad tempus permittat eos acriter inſeſtari. Hæc de populo Iudæorum
pro curſu veteris teſtamenti verificantur.Nunc autem ira Dei ſuperuenit eis vſque in finem. De
populo autem Chriſtiano iſta nunc dici poſſunt, qui eſt genus electum, gens ſancta, populus 1.Pet.2.
acquiſitionis, pars atque hæreditas Dei: non quod vniuerſi electi ſint, immo & ipſorum cre- Matth.20
dentium multi ſunt vocati,pauci vero electi, ſed quia præ cæteris gentibus plures electi in iſto
ſunt populo. Itaque reprobos & iniquos ac vitioſos credentes pręſcitos, Deus omnipotens,
iuſtus, ſanctus ac metuendus permittit proſperari ac deliciari in ſeculo iſto, nec virga eius eſt
ſuper eos.De quibus ait Pſalmus octuageſimus. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum,
ibunt in adinuentionibus ſuis.Vnde huiſmodi populo ait per Ezechielem prophetam: Zelus Ezec.16.
meus receſsit à te, non iraſcar tibi amplius. [ſed hæc nobis ad commonitionem legentium]id
eſt,ad eorum exhortationem,ne abhorreſcant,&c.vt dictum eſt.[dicta ſunt paucis]verbis, ma-
gnam ſententiam includentibus.[iam autem veniendum eſt ad narrationem]rerum geſtarum,
in quibus aduerſa grauiſſima contigerunt popnlo noſtro. [Igitur Eleaſarus vnus de primori-
bus]id eſt,dignioribus maioribusque[ſcribarum]qui erant legis periti, [vir ętate prouectus,
& vultu decorus, aperto ore hians]ex violentia perſecutorum, volentium eum ad eſum carni-
um porcinarum compellere.[compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſi-
mam mortem]id eſt, mortem virtuoſam pro Iuſtitia & lege diuina maximę glorię meritoriam,
magis quam odibilem vitam]id eſt,conuerſationem vitioſam [complectens, voluntarie pręi-
bat ad ſupplicium]ex charitate ad aliorum ędificationem. [intuens autem] id eſt,mente per-
pendens,[quemadmodum oporteret accedere]id eſt, quam conſtanter atque fideliter neceſſe
ſit ad martyrium progredi in caſu huiuſmodi. [patienter ſuſtinens deſtinauit]id eſt, decreuit
& deliberauit, [non admittere illicita]id eſt, non agere contra legis pręcepta [propter vitæ]
temporalis[amorem,] cum vita præſens ordinanda ſit ad vitam ſpiritualem æternalem ac glo-
rioſam.[Hi autem qui aſtabant,iniqua miſeratione commoti]id eſt,compaſſione fallaci trahen
te ad vitia,quæ venit non ex ſpirituali, ſed ſenſuali amore. [propter antiquã viri amicitiam tol-
lentes eum,ſecreto rogabant afferri carnes,quibus veſci licitum erat]ſecundum legem, [& pro
pter veterem amicitiam &cęt.] Vnde hi videntur fuiſſe Iudæi, à lege ad gentilitatem prolapſi.
[At ille] ſcilicet Eleazarus, [cogitare cœpit ætatis ſuæ & ſenectutis eminentiam dignam:

 quia

quia non ſolum longitudine temporum,ſed & decore virtutum ſuit ornata. Senectus enim venerabilis eſt nō diuturna,&c. vt dicitur Sap.4.[& ingenitæ nobilitatis caniciem]i. ſenium ſuum decoratum virtutibus, prout ingenita ſua nobilitas ex Abraham & patriarchis contracta requirebat,quoniam filius Abrahæ ſuit non ſolum carne,ſed & ſanctitatis imitatione,ſecūdum quod Chriſtus Ioan.8.ait Iudæis: Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite.[reſpondit cito]quia in re tam iuſta non fuit habenda longa conſultatio.[præmitti ſe velle in infernum]i.per mortem tēporalem tranſire ad limbum patrum.[Non enim ætati noſtræ,inquit,dignum eſt fingere]i. decens vti ſimulatione, quæ in tali caſu fuit ſcandalizatiua & mortale peccatum, cum pro fide ac legis diuinæ defenſione dandum ſit teſtimonium euidens ac ſyncerum abſque confictione.[quamobrem vitam fortiter excedendo]i.virtuoſe ac fideliter finiendo[ſenectute dignus apparebo]
Eſa.65. i.ita me habebo,ſicut meam condecet ſenectutē,ita vt merito ſenex appeller. Maledictus enim puer centum annorū,[ſi prompto animo pro grauiſsimis & ſanctiſsimis legibus honeſta morte perſungar]i.tranſitorie vtar. Dicuntur autē leges Dei grauiſsime,i.honeſtiſsime ac ſumme maturæ,quemadmodū homo ſacetus & honeſte ſe habens,dicitur moribus grauis.[His dictis cōfeſtim ad ſuppliciū trahebatur.ſed cū plagis perimeretur, dixit: Domine qui habes ſcientiā &c. duros corporis ſuſtineo dolores]pręſertim quia tā ſenex ſum,videlicet nonagenarius.[ſecundū animā vero]i.ſuperiorē animę portionē,videlicet ſecundū mentis dictamen & rationis cēſuram & potiſsime ſecūdum charitatis impulſum,[propter timorē tuum filialē, qui charitatē includit, [libēter hæc patior,]ne te nffendam,aut à te ſeparer.[& iſte hoc modo deceſsit,]omnibus nobis ædificationē ſalubrē & grande exemplum relinquens, vt pro Deo, pro fide, pro iuſtitia ad mortē quantūlibet durā ſimus parati,nec fictione aut duplicitate deteſtāda vtamur. Poſtremo, quoniā iuxta doctrinā Apoſt.1.Cor.1. Corpora noſtra tēplum ſunt Spiritusſancti,atque in ſacris ordinibus conſtituti, præſertim conſecrati ſunt Deo in templum, videamus ne & corpora noſtra comeſſatione & luxuria polluantur,ſed omni virtutum exercitio occupentur.

Expoſitio cap.7. Contigit autem ſeptem fratres vna cum matre ſua apprahenſos,compelli a rege.

Articulus 7.

Celeberrimum martyrium ſeptem fratrum & venerandę matris eorum hic recitatur.[Cōtigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua compelli à rege]Antiocho[* contingere con-
*edere tra fas]i.contra præceptum legis comedere[carnes porcinas flagris & taureis cruciatos]i. flagellatos extremitatibus virgularum colligatarum,atque flagellis factis de corio taurorū.[Vnus autem ex illis,qui erat primus,ſic ait: Quid quæris,& quid vis diſcere à nobis? Parati ſumus mori,&c. Iratus itaque rex,iuſsit ſartagines]i.caldarias magnas & ollas eneas ſuccendi,& ei qui prior ſuerat locutus]qui & primogenitus ſuit,[linguam amputari:]quaſi peccaſſet, tam cōſtanter reſpondendo,per linguam.[& cute capitis abſtracta,ſummas quoque manus & pedes]i.manus & pedes quæ ſunt extrema membra in corpore hominis,[præſcindi.]aliqui tamen dicunt extremitatem manuum ac pedum,i.digitos ſeu pollices,ſecundūm quod Iudic.1. Adonibeſech ait: Septuaginta reges,amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborū reliquias.[& cū per omnia inutilis factus eſſet]i.ineptus ad opera vitæ præſentis,vtpote membris priuatus,nec diu viuere potens vita naturæ.[iuſsit]ei[ignem admoueri] i. applicari, [& adhuc ſpirātem]id eſt,anhelitum trahentem,[torreri in ſartagine]i. cremari & vri in caldaria ſeu patella.quod cum fieret;,mater & fratres eius]non terrebantur,ſed deſuper cōfortati,[ſe mutuo hortabantur fortiter mori]pro lege diuina,[dicentes,dominus]Deus[aſpiciet]veritatē vitæ atque iuſtitiæ,& veram fidei ſanctę confeſsionem approbando,& remunerādo hęc omnia, & eos qui veritati & æquitati repugnant,damnando:[& conſolabitur in nobis]i.nos conſolabitur,atque pro temporali iſto tormento gaudia conferet ſempiterna. Sancti quoque martyres in ipſis ſuis martyrijs mirabiliter conſolantur & exhilarātur deſuper in cordibus ſuis,ita quod conſolatio talis frequenter copioſe redundat in partem ſenſitiuam,ac tormenta alleuiat,[quemadmodum in proteſtatione cantici] i. in cantico ſuo cum inuocatione teſtificationis cæli ac terræ edito ac prolato [declarauit Moſes]Deut.32.dicens:[Et in ſeruis ſuis conſolabitur]i. conſolationem infundet cordibus ſeruorum ſuorum.Noſtra autem translatio habet, Et in ſeruis ſuis miſerebitur. & redit in idem,quoniam conſolatio iſta, eſt miſeratio Dei & miſericordiæ eius effectus. Vnde & Paulus 2.Cor.1.ſatetur: Benedictus Deus qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Et Pſal.93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.[Mortuo itaque illo primo hoc modo, ſequentem ducebant ad illudendum,& interrogabant,&c. At ille reſpondit patria voce: Non faciam,&c.& in vltimo ſpiritu cōſtitutus]i. ſecūdus frater,videlicet primus in ordine poſt primogenitum,cum paſſus eſſet ſupplicia ſimilia ſupplicijs fratris ſui defuncti,poſitus in agone & prope vltimam reſpirationem ac expirationem,[ait: Tu quidem ſceleſtiſsime]id eſt,vitioſiſsime,vtpote publicus perſecutor iuſtorum,& aduerſarius legis diuinæ, crudeliſsimuſque tyrannus,[in præſenti vita nos perdis]

id eſt

i.interficis.·[ſed rex mundi, in æternæ vitæ reſurrectione nos ſuſcitabit]i. reſurrectione electorum, quæ erit via ad vitam beatam ac ſempiternam in corpore & anima:·quæ reſurrectio vocatur immutatio,i.ad melius mutatio,iuxta illud Apoſt.1.Cor.15.Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.Chriſtus quoque Ioan.5.Procedent qui bona fecerunt,in reſurrectionem vitæ,haud dubium quin gloriæ. Qui vero mala egerunt,in reſurrectionem iudicij. [poſt hunc tertius]frater[illuditur]i.cũ impiorũ illorũ deriſione puniebatur ac illuſorie tractabatur. Veruntamẽ ipſe à ſpe ſua nõ illudebatur,nec ſtulte,ſed ſapientiſsime habuit ſe.[& linguã poſtulatus]i.exactus & iuſſus à tyranno linguam extendere,vt abſcinderetur.[cito protulit eã] tanquã ex corde paratus ad omniũ mẽbrorum ſuorũ dilacerationẽ propter iuſtitiæ defenſionẽ. [& manus conſtanter extendit]ad amputationem,[& cũ fiducia] æternæ remunerationis,[ait: E cælo iſta poſsideo]i.mẽbra corporis mei à Deo creatore cælorũ accepi & habeo. Ad corporis quoq; formationẽ & organizationẽ, corpora cæleſtia & eorũ motores,motu, lumine & influẽtia cooperantur,tanquam inſtrumenta omnipotentiæ ac ſapientiæ creatoris. Videtur autem in hac narratione non ſeruari ordo hiſtoriæ,quoniam ſanctus martyr iſte protulit verba hęc,antequã lingua ſua amputabatur. Vel ſi lingua abſciſſa protulit iſta,magnũ fuit miraculũ: quod certum eſt,fieri potuiſſe omnipotentis virtute, ſicut in nouo teſtamento multi beatiſsimi martyres Chriſti linguis abſciſsis noſcuntur locuti.[ſed propter Dei leges] implendas & defendendas, [nunc hęc ipſa deſpicio]i.viriliter tractari permitto,& ęquitati ac veritati poſtpono.[quoniam ab ipſo]Deo[me ea recepturum ſpero] melioranda ac glorificanda quatuor dotibus corporũ beatorũ:·quæ ſunt,impaſsibilitas,claritas,agilitas atq; ſubtilitas. Vnde & ſanctus Iob faſſus eſt: Credo quod redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum,& rurſum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo Deum ſaluatorẽ meum.[Et hoc ita defuncto,quartũ vexabant ſimiliter torquentes.Et cum eſſet ad mortẽ,]i. quartus frater morti iam proximus, [ait:·Potius eſt,ab hominibus morti datos,ſpẽ expectare à Deo,iterum ab ipſo reſuſcitandos] i. eos qui ab hominibus adiudicati ſunt morti propter iuſtitiam,melius eſt expectare à Deo promiſſam ſalutem,qui & reſuſcitandi ſunt à Deo in die nouiſsimo: quam aliquid aliud huic contrariũ facere.[Tibi enim reſurrectio ad vitã non erit]i.non reſurges in fine ſeculi reſurrectione beatæ immutationis ſeu gloriæ immortalis, ſed reſurrectione iudicij condemnationis:·quę eſt mors ſecunda & infernalis. Omnes tamen reſurgent ad vitam naturæ perpetuam. Illud autẽ intelligendum fuit ſub conditione,videlicet niſi Antiochus pœniteret. Vel per modum comminationis aut propheticæ denunciationis. [Et cum admouiſſent quintum] fratrem ad pœnam, [vexabant eum. At ille reſpiciens in eum,dixit. Poteſtatem inter homines habes,& cum ſis corruptibilis,facis quod vis. Noli putare genus noſtrum]ſ.populum Iudæorum[à Deo eſſe derelictum] finaliter aut omnino: vel quantum ad animarum ſalutem; quia hæc ipſa caſtigatio & perſecutio noſtra, eſt nobis cauſa coronationis æternæ, & ſignum dilectionis diuinæ ad nos. [Tu autem patienter ſuſtine]id eſt,ad tempus & inſtar patientium prǽſtolare. [& videbis magnam poteſtatem ipſius]i.omnipotentiam Dei per effectũ diræ vltionis experieris. [qualiter te & ſemẽ tuum torquebit.]Hoc quaſi prophetice dictum videtur, quia in breui poſt hæc Antiochus duriſsime fuit plagatus,& infeliciſsime in grauiſsimis expirauit tormentis, atq; dein deps deputatus fuit æternis ſupplicijs. Filius quoque eius Antiochus cum ſuo cognato Lyſia fuit occiſus. Similiter Alexander filius filij eius. Deinde Antiochus filius Alexãdri,& multi de cognatis eorum. Poſſunt etiam per ſemen omnes eius imitatores intelligi.[Poſt hunc ducebant ſextũ, & is]ſ.ſextus frater[mori incipiens,ſic ait:·Noli fruſtra errare]putando quod abſque fructu hęc patiamur, & ſine diſpoſitione prouidentiæ Dei. [Nos enim propter noſmetipſos hoc patimur] pro noſtra purgatione & coronatione,[peccantes in Deum noſtrum:·]per quod meruimus iſta pati. Verũtamen frater iſte hoc dixit in perſona populi ſui præuaricãtis potius,quàm in ſua perſona, quẽadmodũ Eſdras ait in ſua peroratione: Deus meus,erubeſco faciẽ meã leuare ante te, quia peccata noſtra creuerunt vſque ad cælum.[& digna admiratione facta ſunt in nobis]i. aduerſa miranda.[Tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum]i.ſine vltione diſsimulandum aut pertranſeundũ.[quod contra Deũ pugnare tentaueris]deſtruẽdo cultũ ipſius,& eius occidẽdo cultores,quibus ait Zach.2.Qui tetigit vos,tanget pupillam oculi mei. Vnde & Deut. 32. aſſeritur:Quia ſanguinem ſeruorũ ſuorũ vlciſcetur. Hinc 1.Reg.2.inducitur:Si peccauerit vir in virũ, placari ei poterit dominus:·Si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo?[Supra modũ autem]communem [mater]fratrum iſtorum[mirabilis]propter excellentiam ſuæ virtuoſitatis,cui nec in lege naturæ, neque in lege Moſaica legitur aliqua par fuiſſe, quantum ad fortitudinem huius conſtantiæ in filiorum martyrizatione.[& bonorum memoria]i. ſanctorũ hominum cõmemoratione digna[vt eam ſibi in exemplũ proponãt patientiæ ac virtutũ,]quæ pereũtes,]id eſt,mortem patiẽtes[ſeptem filios conſpiciens,bono animo ferebat]i. æquanimiter tolerabat.[propter ſpem quam in Deum habebat]i.propter ſperatam beatitudinem, quam expectauit 1. Edr. 9.

ctauit

ctauit à Deo dandam ſibi ac filijs ſuis, quam ex charitate ipſis optauit. [ſingulos illorum hortabatur patria voce]i.lingua materna vel patrum ſanctorum exhortatione, [fortiter repleta ſapiẽtia]id eſt,dono ſapientiæ & illuminatione ſuperna, qua contemplabatur diuina,cæleſtia & æterna,quorum intuitu & amore vilipendit carnalia & caduca. [& fœmineæ cogitationi]qua interdum ex primis motibus cœpit præſentibus filiorum ſuorum doloribus molliter ac muliebriter condolere,[maſculinum animum inſerens]id eſt,viriles conſiderationes adijciens,atque virtutum motus & effectus admiſcens, per quas refrenauit ac vicit cogitationes & compaſsiones fœmineas.[dixit ad eos: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis]i.qualiter ſitis concepti, aucti & animati in ventre meo,ita quod per vteri mei tumorem,& corpuſculorum veſtrorum motionem cœpit innoteſcere,vos in aluo meo conſiſtere. Nempe qualiter anima creetur ac infundatur, intellectus non capit humanus.[Neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis,& vitam & ſingulorum membra non ego compegi]id eſt,membra veſtra non formaui , ſed Deus per cauſas ſe- Iob. 10. cundas. Vnde & ſanctus Iob loquitur Deo: Manus tuæ formauerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu. Hinc ſcriptum eſt Eccle.11. Quomodo ignoras quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei qui fabricator eſt omnium. Neque enim ego ſpiritum,id eſt,mentem & animam rationalem,id eſt,animam ipſam formam ſubſtantialem,corpus viuificantem,animantem,regentem,in qua eſt mens & inferiores ſenſitiuæque vires,& vitam naturæ aut gratiæ vobis donaui. Anima etenim rationalis non eſt ab intra , neque ex traduce,ſed per creationem & infuſionem à Deo. Itaque per hæc verba non eſt intelligendum, quod in homine ſint duæ aut plures formæ ſubſtantiales: ſed anima vna,plurium virium conten- 1.Theſ.5. tiua.Iuxta quem modum ait Apoſtolus: Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſeruetur.[ſed & mundi creator,qui formauit hominis natiuitatẽ]i.fontaliter ex ſapiẽtia & omnipotẽtia ſua inſtituit modũ & proceſſum generationis humanæ,propter quod S.Iob 10.ait ad dominum: Nonne ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeum me coagulaſtis &c. [quique omnium inuenit]i.aliunde non accepit nec didicit, ſed ex fonte ſapientiæ ſuæ immenſę inſtituit[originem]hoc eſt,exordium & proceſſum cunctorum,inceptionem,curſum & ordinem vniuerſorum. Iuxta hunc ſenſum,Baruch.3.ſcriptum eſt: Qui fecit ſtellas,hic adinuenit omnem viam diſciplinę. Apoſtolus quoque Rom.11. Ex ipſo,inquit,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Atque Eſa.40. Cum quo inijt conſilium,& inſtruxit eum?[& ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam]i.in reſurrectione futura miſericorditer rurſus coniunget animas veſtras intellectuales corporibus veſtris: ſicq; vitam reſtituet vobis,& glorificabit corpus & animã. [ſicut nunc voſipſos deſpicitis]id eſt,morti huic deſpicabili exponitis,[propter leges eius]i. vt eius impleatis præcepta.[Antiochus autem contemni ſe arbitratus]à fratribus interfectis, à quibus fuit acriter increpatus,immo & aſpernatus ſecundum quod vitioſus,iuxta illud Pſ.14. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. [ſimul & exprobrãtis voce deſpecta]i.deſpiciẽs ipſe Antiochus verba fratrum exprobrantium ſibi, ſicut deſpexit eorum perſonas,ſicq; reputauit ſe deſpectum. Primo quia ſic fuit repræhenſus ab illis. Secundo,quia à tam vilibus ſecundũ ſuam æſtimationem fuit contemptus. [cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet,] vt ſaltem vinceret illum ſua perſuaſione,[non ſolum verbis hortabatur, ſed & iuramento affirmabat ſe diuitem & beatũ facturum illum]i.proſperũ in præſentibus bonis,& felicem ſecundum ſuam ſuperſtitionẽ. [Sed cum ad hęc adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocauit rex matrem,vt adoleſcenti fieret in ſalutem]id eſt, perſuaderet filio ſuo euadere mortem, & ſanitatẽ ac proſperitatem huius vitæ eligere[cum autem multis verbis eam eſſet hortatus,promiſit]ſe mater[ſuaſuram filio ſuo]non tamen ſecundum regis intentionem,ſed ſecundum veram dilectionem. Suaſit etenim filio ſuo, vt veram amplecteretur ſalutem,& propter eam ſubiret mortem, [& ait filio: Miſerere mei] i. non permittas me in maximum labi mœrorem obediendo huic tyranno,[quę te 9.menſibus in vtero portaui,&c. Peto nate,vt aſpicias ad cælum & terrã,& ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus omnia.ita fiet] i. ex hoc concipies tantum timorem,dilectionem,& venerationem ad proprium creatorem, [vt non timeas carnificem iſtum: qui ſic dilaniat homines, ſicut carnifices bruta.[ſed dignus fratribus tuis effectus particeps]i. per conſtantiam promerens eorum frater vocari,non ſolum carne,ſed & religione atque martyrio. [ſuſcipe mortem]patienter & libenter propter Deum,[vt in illa miſeratione]id eſt, in futura pia remuneratione ac coronatione[cum fratribus tuis te recipiam]i.tibi rurſus coniungar,& nunquam amplius à te ſeparer,atque ex tua aſſociatione plenius glorier ac iucunder, conſors & particeps gloriæ tuæ,& tanto plus,quanto magis te diligo, & quo plus tibi cooperata ſum, vt peruenires ad tam beatificum finem. [Cum hæc illa] tam optima ac ſtrenuiſsima mater ſpiritu ſancto repleta, [adhuc diceret, ait adoleſcens,]inflammatus eloquio dilectiſsimæ ac fideliſsimæ matris: [* quid ſuſtinetis?,] q. * quem d.inaniter expectatis,quod acquieſcã perſuaſionibus regis.[Nõ obedio præcepto regis] in re tã illicita,[ſed pręcepto legis. Tu vero]Antioche[qui inuẽtor omnis malitiæ factus es in Hebręos,]

id eſt,

id eſt, excogitator & inflictor tantæ perſecutionis ac ſeductionis & ſubuerſionis in populum Iudæorum, quorum multos crudeliſsime occidiſti, multos à lege Dei ad idololatriam pertraxiſti. [non effugies manum Dei] id eſt, poteſtatem eius vitia vlciſcentem. [nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur] iuxta ſenſum præhabitum. [& ſi nobis propter increpationem & correptionem dominus noſter modicum iratus eſt] id eſt, quia ex ſua iuſtitia caſtigauit, nos propter peccata noſtra citra condignum in ſeculo iſto, ne æternaliter pereamus. [ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis] id eſt, caſtigatis ignoſcet, & poſt tot aduerſa tribuet proſpera. [Tu autem ſceleſte] id eſt, ſcelerate, [& omnium hominum flagitioſiſsime] vel abſolute, vel quantum ad aliquid, præſertim quantum ad homines tunc viuentes. noli fruſtra extolli vanis ſpebus] id eſt, confidentijs falſis, quibus præſumis te magna & felicia atque victorias iugiter adepturum [in ſeruos eius inflammatus] i. ira, odio, perſecutione accenſus contra Dei cultores. [Non enim omnipotentis Dei iudicium effugiſti. nam fratres mei modico dolore nunc ſuſtentato] id eſt, tolerato iſto temporali mortis ſupplicio paruo, tam reſpectu præmij glorioſi ac ſempiterni, quam infernalis tormenti. [ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt] id eſt, ſub firma promiſsione & certa expectatione beatificæ fruitionis ſunt conſtituti, quam in ſinu Abrahæ infallibiliter præſtolantur. [Tu vero iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem trado me, inuocans Deum maturius] i. cum grauitate internæ affectionis. vel quod ait, maturius, refertur ad verba ſequentia. [genti noſtræ propicium fieri] i. rogans Deum, vt celerius fiat clemens, & miſericorditer agens populo Iudæorum. [& te cum tormentis & verberibus] i. plagis diuinæ vltionis [confiteri, quod ipſe eſt Deus ſolus.] Hoc poſt paucos annos fuit impletum, & ſic fuit exaudita oratio huius ſancti & magnanimi adoleſcentis, zelo iuſtitiæ iſtud rogantis. [in me autem & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira.] præſertim cum ad beatificam Dei peruenerimus viſionem. Nam & in patribus exiſtentibus in limbo, aliquo modo videtur manſiſſe ira Dei, inquantum propter originalis peccati reatum retardabantur à gloria, quæ retardatio fuit quædam peccati illius vindicta, & hæc ira Dei vocatur. [Tunc rex accenſus ira, in hunc crudelius deſæuit, &c. Nouiſsime autem & mater poſt filios conſumpta eſt] i. feliciter mortua, & (vt creditur) martyrizata. His verbis magiſter in hiſtorijs addit: Pro hac tanti prærogatiua martyrij, aſſerunt plurimi, de his ſeptē fratribus eccleſiam ſolennizare. Præterea ſi in vet. teſt. ianua regni cęleſtis nondum aperta, tam feruidi erant electiſsimi fratres iſti ad ſuſtinendum tam acerbum martyrium: quanto magis ſub euangelica lege, aditu regni ſuperni patefacto, debemus eſſe feruidi ac parati ad tolerandum quęcunque aduerſa, immo & amariſsimos mortes pro Deo? Amplius, huius venerandę matris exemplo diſcant parentes ſobolem ſuam vero ſancto & ſpirituali, non carnali aut ſenſuali amore diligere, eamque ſalubriter informare, nec à religionis ingreſſu (quę eſt mors ciuilis, atque martyriū quoddam) retrahere. Poſtremo, quoniam ſeptenario vniuerſitas deſignatur, poſſunt per ſeptem hos martyres, vniuerſi euangelicæ legis martyres figurari. Et ſicut poſt martyres illos conſummata eſt mater eorum: ita poſt eorum martyria, quæ in fine mundi ſunt ab Antichriſto & ſuis miniſtris martyrizandi, ſancta mater eccleſia conſummabitur, tota in gloria plena. Demum in nouo teſtamento inuenitur ſimile præfato martyrio in beatiſsima fœmina Felicitate, & ſeptem filijs eis martyribus glorioſiſsime coronatis.

Elucidatio cap. 8. Iudas vero Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in caſtella.

Articulus 8.

QVoniam Deus glorioſus poſt tempeſtatem tranquillitatem largitur, deſcribitur hic, qualiter populum ſuum lamentabiliter conculcatum cœpit mirabiliter exaltare, ſeciq; triumphare. Et quæ hic ſcribuntur, in primo lib. præhabita ſunt. [Iudas vero Machabæus & qui cum illo erant,] videlicet fratres & conſanguinei eius, & qui in Iudaiſmo permanſerunt, [introibant latenter in caſtella &c.] Iudeæ, quæ gentiles miniſtri Antiochi obtinuerunt, & inhabitauerunt ad tempus iniuſte. Idcirco latenter & nocturnis tēporibus ac per inſidias poterant expugnari. [& inuocabant dominum, vt vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret.] Oppreſsio enim & interfectio innocentum, eſt vnum de quatuor peccatis clamantibus ante Deū, quæ ſpecialiter exigunt deſuper fieri vltionem. [Videns autem Philippus] quem Antiochus in Hieruſalem poſuit principem ad affligendum Iudæos, vt dictum eſt ante, [paulatim virum ad *prouectum venire] i. Iudā ſucceſsiue magis ac magis præualere, [ad Ptolemæū ducē Cœleſyriæ & Phœnices ſcripſit.] Quæritur, an iſte Philippus fuerit, cui in ſequenti cap. legitur Antiochus ſuum filium cōmiſiſſe? Et dicunt quidam, quod immo. Cōtra quos obijcit quidam: Primo, quoniam iſte Philippus fuit in Hieruſalē, alius autem cum rege in Perſide, quando factum eſt bellum iſtud. Secundo, quoniā iſte fuit Phryx natione, vt patuit ante, alter autē erat collectaneus Antiochi, vt cap. fertur ſequēti. Sed iſtę obiectiones vidētur inanes. Si enim bene pēſentur, quę hic & tertio primi lib. cap. ſcripta ſunt, miſsio iſta ad Ptolemæum facta per Philippum, præceſsit iter Antiochi ad Perſidem. Ad aliā poſſet quis dicere, quod Philippus iſte ex vno latere extitit Phryx, ex alio collectaneus regis.

1. Mac. 5.
2. Mach. 5.
* profectū
2. Mach 5.
2. Mach. 9.
1. Mach. 9.

Verum-

Veruntamen parua eſt vis,an fuerit idem an alter. [At ille]ſ.Ptolemæus, [velociter miſit Nica-
norem,datis ei viginti millibus,&c.adiuncto Gorgia.] Videtur iſta hiſtoria diſſonare à dictis in
primo lib.cum ſcriptum ſit ibi: Elegit Lyſias Ptolemæum & Nicanorem & Gorgiam, & miſit cú
Ibidem eis 40.millia virorum & 7.millia equitum.Porro quod hic & ibi de eodem bello ſit ſermo,con-
ſtat ex eo quod additur ibi & hic de conuentione mercatorum ad emendum Iudæos, quos præ-
ſupponebant vincendos.Nam ſubditur hic:[Conſtituit autem Nicanor regi]id eſt,ad commo-
dum regis Antiochi ordinauit,vel regi ante ſuum receſſum aſſeruit, [vt tributum quod erat dan-
dum Romanis,] quibus tributarius fuit Antiochus, [de captiuitate Iudæorum ſuppleret]id eſt,
de pecunia quam accepturum ſe præſumpſit pro Iudæis vendendis, [promittens ſe nonaginta
mancipia]id eſt,ſeruos ſeu ſuppoſita [Iudæorum,talento diſtracturum] id eſt,pro vno talento
daturum ac vndique diſperſurum. Ad iſtud reſpondendum videtur,quod Philippus primo ſcri-
pſerit Ptolemæo, à quo miſſa fuerunt 20.millia, quibus paulopoſt ante congreſſum contra Iudã
Lyſias addidit alia 20.millia & equitum millia 7. (Ex quibus) ſcilicet Iudæis cum Iuda exiſten-
tibus,[quidam formidantes propter multitudinem]aduerſariorum, [& non credentes diuinæ
iuſtitiæ]id eſt,non ſatis ſperantes,quod iuſtitia Dei eis auxiliaretur,eorumque inimicis aduer-
ſaretur,[in fugam vertebantur. Alij vero dominum deprecabantur, vt eriperet eos de impio
Nicanore,qui eos priuſquam cominus]id eſt, prope[veniret,vendiderat]dicendo, quod daret
nonaginta mancipia Iudæorum pro talento.[& ſi non propter eos]id eſt,ſi non propter ipſorum
merita, ſed tamen[propter teſtamentum quod erat ad patres eorum]id eſt, propter conſerua-
tionem veteris teſtamenti in ſuo vigore,vel propter adimpletionem promiſsionis factę patriar-
chis de conſeruanda eorum poſteritate. [Conuocatis autem Michabæis 7. millibus, quæ cum
ipſo erant,]Contra hoc obijci poteſt,quoniam 1.Machab.4.habetur,quod erant tria millia tan-
tum. Reſpondetur,quod ibi numerantur qui cæteris magis erant armati. [rogabat,vt fortiter
contenderent]id eſt,pugnarent[ante oculos habentes]i.recordantes [contumeliam quæ in lo-
co ſancto eſſet illata]i. quam perfidi illi intulerant templo. [Itemque iniuriam ciuitatis]Hie-
ruſalem[habitæ ludibrio] & contemptui, [adhuc etiam veterum inſtituta conuulſa]i. præcepta
patribus data,eſſe violata. Vel per veterum inſtituta, intelligendæ ſunt ordinationes aliquæ à Iu-
dæorum ſenioribus factæ.Itaque propter tanta aduerſariorũ facinora,eos crederent expugnan-
dos. [Admonuit autem eos de auxilijs Dei] id eſt,qualiter Deus adiuuit frequenter patres eo-
rum,ſicut in Exodo,Iudicum,Regum,& Paralip.libris narratur [& de prælio quod eis aduerſus
Galatas fuit in Babylonia,vbi vt ad rem]id eſt,ad pugnam[ventũ eſt, Macedonibus ſocijs hæſi-
tantibus,]id eſt,metuentibus Macedonibus exiſtentibus cum Iudæis,[ipſi]Iudæi[ſoli]exiſten-
1.Mach. 11. tes[6.millia,peremerunt 120.millia.]de iſto bello non legitur alibi in ſcripturis, neque in Ioſe-
pho:& tamen mirabilius fuiſſe videtur,quod in 1.libro leguntur 3.millia Iudæorum miſſa à Iona-
tha regi Demetrio,occidiſſe in Antiochia 100.millia hominum. [Conſtituit itaque fratres ſuos
duces vtrique ordini]vnicuique eorum commiſſo. Et dicũt aliqui quod in quolibet ordine ſeu
1 Mac. 2. acie erant aliqui equites,& quidam pedeſtres,cum tamen nec in iſto,neque in lib. 1. legatur Iu-
Ioſ. lib. 12. das equis vſus in prælijs. [Simonem & Ioſephum & Ionatham.] Ioſephus iſte dicitur fuiſſe is,
qui 1.lib. Eleazarus appellatur,quem 12.libro antiquitatum Ioſephus nominat Saphum.[Ad hoc
etiam ab Eſdra lecto ſancto libro] Iſte fuit alter ab Eſdra de Babylone reuerſo. Itaque Eſdras
iſte legit ex lib.Moſis aliqua verba pro pugnatorum confortatione,iuxta illud Deuter. 20. Ap-
propinquante bello,ſtabit ſacerdos ante aciem,& loquetur. Audi Iſrael,nolite timere, quia do-
minus in medio veſtri eſt. [& dato ſigno de adiutorio Dei] eis mox affuturo,quod ſignum po-
tuit eſſe clangor tubarum in ipſo congreſſu,iuxta illud Numer.10. Si exieritis ad prælium, clan-
getis vlulantibus tubis: & erit recordatio veſtri coram domino,vt eruamini de manibus inimi-
corum veſtrorum.[In prima acie ipſe dux]ſcilicet Iudas[commiſit cum Nicanore]id eſt, contra
Nicanorem & aciem eius. [& facto ſibi adiutore omnipotente,interfecerunt]Iudas & ſui[ſuper
1.Mach.4. 9.millia hominum.]Veruntamen 1.lib.habetur 3.millia. Ad quod reſpondetur,quod in acie Ni-
canoris 3.millia corruerunt.In toto autem aduerſariorum exercitu, 9. millia.[ſed reuerſi ſunt]
Iudas & ſui[hora concluſi]i.detenti,quoniam imminebat hora in qua cœpit celebratio ſabbati:
in quo quamuis potuerunt pugnare ſe defendendo, non tamen ſponte & ſine neceſsitate alios
1. Mach. 5. inuadendo aut inſequendo.[Et ex his qui cum Timotheo & Bacchide erant]contra ſe [conten-
dentes]id eſt,contra ipſos Iudæos pugnantes,[ſuper viginti millia interfecerunt]Iudæi cũ prin-
1.Mac.7. cipe ſuo Iuda.De iſto bello habetur 1.lib. Ibi tamen habetur 8.millia:ſed additur ibi de alio bel-
lo,& poterant ſimul eſſe plus quam viginti millia. Ibi tamen non fit ſermo de Bacchide. Putant-
que aliqui,quod Bacchides iſte ſit alter ab illo, quem in 1.lib. legitur cum Alchimo miſiſſe De-
metrius.[Et cum arma eorum collegiſſent,diligenter omnia compoſuerunt in locis opportunis]
vt ſuo tempore vterentur eiſdem.[& cum epinicia]id eſt, feſta de victorijs contra hoſtes obté-
tis,ad regratiandum Deo,[agerentur in Hieruſalem,eos qui ſacras ianuas]templi[incenderant,
id eſt,

id eſt, Caliſthenem]qui fuit in hoc principalis,[incenderunt &c.Facinoroſiſsimus autem Nica-
nor,qui mille negociantes]id eſt, mercatores[ad Iudæorum venditionem]à ſe faciendam[ad-
duxerat. Porro an mercatores illi fuerunt mille duntaxat, an plures:ita quod ponatur hic nume
rus determinatus pro indeterminato, videtur ambiguum [humiliatus auxilio domini ab his,
quos nullos exiſtimauerat,depoſita veſte glorię]id eſt, veſte ſua precioſa,ne agnoſceretur,[per
mediterranea ſugiens]ſecretius quo valebat,[ſolus venit Antiochiam &c.] vel quia omnino ſo
lus,vel quia cum paucis venit illuc.[& prędicabat protectorem Deum habere Iudęos.]Hoc di-
xit, ſuam deiectionem excuſando magis,quàm Deum laudando.

Explanatio Cap. 9. Eodem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide. Articulus 9.

MOrs ſceleratiſsimi Antiochi hoc loco deſcribitur.[Eodem tempore Antiochus inhone-
ſtè reuertebatur de Perſide.Intrauerat enim eam] vrbem [quæ dicitur Perſipolis,] quæ
primo libro Elimaides nuncupatur:quam cur introierit, dictum eſt ibi. [& cum veniſſet 1.Macha.6.
circa Egbatanam ciuitatem &c.]de qua fit mentio in Iudith & Eſdræ libris, [iuſsit agitari cur-
rum ſine intermiſsione:]vt moleſtiam ſibi factam in Iudæis vlciſceretur, [cæleſti eum iudicio
perurgente.]id eſt, Deo cæli iuſto iudicio permittente impium illum ſic furere contra Iudæos, Iudit 1.
& ex conſequenti præcipere currum ſic agitari, ad quod conſecuta eſt ruina & conquaſſatio cor 1. Eſd.6.
poris ſui: quod fuit effectiuè à Deo, qui permiſit illum ſic inſanire, quatenus hanc plagam incur
reret, [eo quod ita ſuperbè locutus eſt, venturum ſe Hieroſolymam, & congeriem]id eſt, colle
ctionem & cumulum [ſepulchri Iudæorum eam facturum] hoc eſt, quod occideret vniuerſos
in Hieruſalem commorantes Iudæos, ita quod ipſa fieret occiſorum ſepulchrum.[Sed qui vni-
uerſa conſpicit dominus Deus, percuſsit eum inſanabili & inuiſibili plaga.] quæ intra viſcera fu
it latens. Non tamen fuit correctus. [Vt enim finiuit hunc ſermonem, appræhendit eum dolor
dirus viſcerum. Et quidem ſatis iuſtè &c. Super hæc autem & ſuperbia repletus, ignem] iracun-
diæ, indignationis, impatientiæ [animo ſpirans] id eſt, euaporans animo, id eſt, corde & etiam
corpore per verba comminatoria turbulentosq; geſtus[in Iudæos] ſicut de nequiſsimo Dacia-
no ſanctus recitat Auguſtinus. [contigit illum impetu euntem] id eſt, celerrimè procedentem
in ſua quadriga,[de curru cadere,]& forſan currus reuerſabatur. [iſq; qui ſibi videbatur flucti-
bus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſta-
tera appendere,&c.]id eſt, tam ſuperbe ſe habuit, ac ſi hoc putaſſet. Eſtq; iſte ſermo hyperboli-
cus, ad innuendum inhumanum faſtum & arrogantiam eius, [in geſtatorio]id eſt, inſtrumento
facto ad portandum[portabatur. Hic ergo cœpit ex graui deductus ſuperbia]id eſt, ex deteſta-
bili & importabili elatione ad extremam calamitatem deiectus, [ad agnitionem ſui venire,]
iuxta illud Eſa.28. Tantummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. Vnde per Hieremiam Hiere.30.
dominus: Caſtigo te, inquit, ne tibi innoxius videaris.[& ait: Iuſtum eſt, ſubditú eſſe Deo.]cui-
us iuſtam vindictam in meipſo experior. [& mortalem non paria Deo ſentire:] ex quo apparet,
quod diuinum quid impie ſenſit de ſe.[Orabat autem ſceleſtus hic dominum, à quo non eſſet
miſericordiam]id eſt, veniam peccatorum & gratiam [conſecuturus:]quoniam eius oratio &
pœnitentia non prouenit ex zelo iuſtitiæ, neque ex charitate, neq; ex odio culpæ: ſed ex timo-
re purè ſeruili, & deſiderio euadendi afflictiones corporales, quas incidit. Sic & de Eſau ſcribit Heb.12.
Apoſtolus, quod non inuenit pœnitentiæ locum, quanquã cum lachrymis inquiſiſſet eam. De-
inde multa & magna promiſit, vt miſericordiam conſequeretur, id eſt, curationem & euaſionẽ
ſuppliciorum diuini iudicij. [& ciuitatem]Hieruſalem[quam]paulò ante[volebat facere ſepul
chrum congeſtorum]id eſt, Iudæorum occiſorum ſimul accumulatorum, [optat reddere libe-
ram à tributo, ac Iudæos æquales]in priuilegijs[Atheoienſibus facere pollicetur.] Erant quip-
pe Athenienſes priuilegiati & libertati in multis, quoniam philoſophiæ ſtudium viguit ibi. [&
deſperans] de ſua curatione. Nam ſenſit dolores ſuos augeri aſsiduè, [ſcripſit Iudæis] in quos
ſciuit ſe grauius exceſsiſſe:[Optimis ciuibus Iudæis plurimam ſalutem, &c. Si ex ſententia cun
cta vobis ſunt]id eſt, omnia proſperè ad libitum veſtrum vobis eueniunt,[maximas agimus gra
tias. Et ego in infirmitate &c. graui appræhenſus, non deſperans memetipſum] iam dictum eſt,
quod ſcripſit deſperans de ſua curatione. Ideo videtur iſta mendaciter loqui, præſertim cum
ſubdat, [ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem.] Ex quibus etiam verbis elicitur,
quod timore mortis & deſiderio corporalis ſanitatis, dixit & ſcripſit, atq; pœnitnit, non amore
virtutum.[Reſpiciens autem]id eſt, ego perpendens, [quod pater meus] Antiochus Magnus,
[oſtendit, qui poſt ſe ſuſciperet priocipatum,]ſcilicet quod Seleucus filius eius ſenior ſuccede-
ret ſibi in regno,[vt ſi quid contrarium accideret aut difficile nũciaretur] id eſt, ſi aliqua ardua
& aduerſa negocia euenirent,[ſcientes hi qui in regionibus erant] id eſt, habitatores regionũ
ipſius[cui eſſet ſumma rerum derelicta] id eſt, gubernatio regni commiſſa. [non turbarentur]
immoderatè, videlicet certi ad quem deberent recurrere in talibus cauſis.[Ad hęc conſiderans

de proximo potentes quoſq; & vicinos] id eſt, reges aut principes in gyro regni mei habitan-
tes,[inſidiari temporibus]id eſt,obſeruare quibus temporibus poſſent regnum meum commo
dius impugnare,[& euentum expectantes]i. opportunitatem ſeu effectum, in quo hoc poſſent
implere: quod maximè eſſet, quando non ſciretur quis eſſe deberet ſucceſſor meus in regno:
ideo[deſignaui Antiochum filium meum regem]id eſt,inſtitui,quod ipſe mihi ſuccedat in re-
gno,[quem ſæpe,recurrens in ſuperiora regna]ſcilicet, Perſarum atq; Medorum aut aliorum,
[multis veſtrum commendaui:]Iſtud videtur blandum magis, quàm verum.[& ſcripſi ad eum
quæ ſubiecta ſunt]in epiſtola ei miſſa:[Oro itaq; vos memores beneficiorum publicè & priua-
tim]id eſt,rogo vt vos ipſi,recordantes beneficiorum, quæ vobis exhibui manifeſte & in priua
to. Quæ tamen beneficia pauca aut nulla fuiſſe videntur:niſi forſan ante confirmationem ſuam
in regimine,quando ſuam occultans malitiam,cunctis ſe præbuit gratioſum.[vt vnuſquiſq; ve-
ſtrum conſeruet fidem]i.fidelitatem[ad me & ad filium meum. Confido enim eum modeſtè &
humanè acturum:]quod vtiq, ſpectat ad regem,ne abutatur magnitudine poteſtatis,& clemen
tia decoretur. Vnde & rex apum caret aculeo.[& ſequentem propoſitum meum, cõmunem vo-
bis fore]id eſt,pium & iuſtum,ſicut & cæteris, ne perſonarum acceptor exiſtat.[Igitur homici-
da & blaſphemus peſsime]i.atrociſsime,[nec ad ſalutem percuſſus à Deo,miſerabili obitu vita
defunctus eſt]i. vita priuatus. Vnde elicitur,quod non verè pœnituit.[Transferebat autem cor
pus]eius de loco illo ad ſepulchrum patrum ſuorum,[Philippus collectaneus eius]i. eodẽ la-
1.Mach.6. cte nutritus, de quo primo libro plenius continetur. Dicitur autem hic, quod Antiochus obijt
in montibus. Nihilominus præallegato capitulo legitur decidiſſe in lectum, videlicet poſt lap-
ſum de curru. de quo ibi nil legitur.[Qui metuens Antiochi filium, ad Ptolemæum Philometo
rem]qui fuit filius Ptolemęi Epiphanis[regem Aegypti adijt] Primo tamen venit & occupauit
Antiochiam, & pręfuit ibi. Filius autem Antiochi adhæſit Lyſiæ, & oppoſuit ſe Philippo,& eum
in Antiochia oppugnauit. quam contra regem tenere non valens,fugit, vt dictum eſt,in Aegy-
ptum. Ex iſto docemur capitulo,quàm metuenda ſint Dei iudicia,& quàm multa ad verã requi
rantur contritionem. Quod item plurimi videntur pœnitere in anguſtijs & extremis, non tamẽ
ſalubriter:quoniam ex ſeruili timore,nõ ex dilectione nec zelo iuſtitiæ, nec ſyncerè, quoniam
Deum offenderunt,ſed propter mala pœnalia & æterna ſupplicia, quæ ſibi imminere verentur.
Tempore ergò ſanitatis & iuuentutis eſt pœnitendum.

Declaratio Cap. 10. Machabæus autem & qui cum illo erant.

Articulus 10.

PVrgatio templi, & varia bella Machabæi,hic deſcribuntur. [Machabæus autem,& qui cum
illo erant,domino ſe protegente,templum & ciuitatẽ Hieruſalem [recepit]i. recuperauit.
1.Mach.4. [Aras autem &c.]Iſta plenius ſunt deſcripta atq; expoſita primo libro. Idcirco pertranſeun
dum.[& de ignitis lapidibus igne concepto]id eſt, excuſſo. Dicuntur autem igniti lapides,qui
duri & apti ſunt,vt ignis excutiatur ex eis.[rogabant dominum,ne amplius malis talibus incide
rent]i.tã feroces perſecutiones & clades à perfidis ſuſtinerent. [ſed ab ipſo mitius corriperen-
tur,& non barbaris & blaſphemis hominibus traderentur.]Ita & Dauid ait: Melius eſt mihi in-
cidere in manus domini,multæ enim miſerationes eius,quàm in manus hominum. In Iudic.10.
2.Reg.24. filij Iſrael etiam leguntur Deo offenſo dixiſſe: Redde tu nobis quicquid tibi placet. [thyrſos]
id eſt,baculos ſeu medios frutices,ex quibus rami hinc inde procedunt ac oriuntur. [& ramos
præferebant ei,]id eſt,adducebant ad reuerentiam Dei,[qui proſperauit mundare locum ſuũ]
id eſt,proſperum dedit ſucceſſum purgandi templum per Iudam & ſuos.[Hic]ſcilicet filius An
tiochi[ſuſcepto regno,conſtituit ſuper negocia regni Lyſiam quendam] & Antiochus pater hu
1.Macha.3. ius Antiochi conſtituit ſuper negocia regni in magna parte Philippum,vt libro primo dictũ eſt.
Antiochus verò filius pręfati Antiochi,à Lyſia nutritus,pręfecit eũ totius regni negocijs.[Nam
Ptolemæus qui dicebatur]i.cognominatus eſt[Macer,] Nam ſuprà facta eſt mentio de alio Pto
2.Mach.4. lemæo.[iuſti tenax erga Iudęos eſſe conſtituit.]i.decreuit ſe iuſtè habere,non tyrannicè neque
iniquè,circa Iudæos. Condoluit enim eorum miſerijs & preſſuris,quas ab Antiocho & eius mi-
niſtris ſuſtinuerunt. Idcirco nõ voluit eos iniuſtè grauare. Hinc ſubditur:[Et præcipuè propter
iniquitatem]i. iniquam oppreſsionem, [quæ facta erat in eos,& pacificè cum eis agere] voluit.
[Sed ob hoc accuſatus ab amicis]vel ſuis vel Antiochi regis, de quo ſubditur:[apud Eupatorẽ]
ſ. Antiochum Antiochi Nobilis filium.[cum frequenter proditor audiret] i. cum ſæpè audiret
ſe proditorem vocari,vel cum Antiochus Eupator audiret multoties,quod Ptolemęus iſte pro-
ditor eſſet,[eo quod Cyprum ſibi creditam] i. ſuæ commiſſam cuſtodiæ [à Philometore]rege
Aegypti,[deſeruiſſet,& ad Antiochum Nobilem translatus] id eſt,ſponte profectus, & de eius
familia factus,[etiam ab eo receſsiſſet,]non ſatisfaciendo eius crudelitati circa Iudæos, [vene-
no vitam finiuit:] & ſic iniuſtè interfectus eſt,ſaltem quo ad cauſam Iudæos reſpicientẽ. [Gor-
gias autem cum eſſet dux locorum] i. princeps aliquarum terrarum vel vrbium circa Iudæam,

allumptis

[aſſumptis aduenis]i. extraneis ad eius auxiliũ confluentibus,[frequenter Iudæos debellabat]quoſdam, videlicet quos hinc inde improuiſe inualit. [Iudæi vero qui tenebãt opportunas munitiones,]i. congrua ſortalitia in Iudæa,[fugatos ab Hieroſolymis]gentiles,i. à Iuda aut ſuis inde expolſos,ſuſcipiebant [ad pugnandum aduerſus eos. Hi vero qui erant cum Machabæo, multa vi inſiſtentes]i.valde fortiter obſiſtentes,[loca obtinuerũt]i.fortalitia Idumæorum, quibus præerat Gorgias,expugnauerunt. [Machabæus ad eas,quæ amplius perurgebant pugnas, conuerſus eſt,]i.contra fortiores aduerſarios, & contra impugnationes acriores perſonaliter dimicauit,in quo patet ſtrenuitas & audacia eius.[Hi vero qui cum Simone erant]i. Iudæi exiſtentes cum Simone fratre Machabęi,[cupiditate ducti,à quibuſdam qui in turribus erant,ſuaſi ſunt pecunia,& 70.millibus didrachmis acceptis,dimiſerunt quoſdam]i.pecuniam acceperunt à quibuſdam gentilibus obſeſsis in turribus,quos permiſerunt effugere. [Cum autem Machabæo nunciatum hoc eſſet,congregatis principibus]i.ducibus ſui exercitus, quos ſibi ſubſtituit, [accuſauit quod pecunia fratres vendidiſſent:]i. quod pro pecunia permiſerũt fugere multos gentiles,qui poſtea occiderunt Iudæos,ſicq́ue illorum euaſio,fuit occiſorum ab eis Iudæorum perditio.[Hos ergo]Iudæos[proditores ſactos]per acceptionem pecuniæ pro aduerſariorum euaſione, [interfecit Iudas. Conſequenter deſcribitur mira,magna,ac cæleſtis victoria, Iudæis cootra Timotheum & ſuos conceſſa.[At Timotheus &c.conuocato exercitu peregrinæ]i. extraneæ[multitudinis,& congregato exercitu Aſiano,]i. bellatorum ex Aſia,[aduenit quaſi armis Iudæam capturus. Machabæus autem & qui cum ipſo erant,deprecabantur dominum ad altaris crepidinem]i.extremitatem in circuitu,[prouoluti,vt inimicis eorum eſſet inimicus,]ſecundum quod impij erant. Odit enim omnes qui operantur iniquitatem, & odio ſunt Deo impius & impietas:ſic vt illos temporaliter refręnaret atque proſterneret,ne diutius populum Dei vexarent,& cultum impedirent diuinum.[& poſt orationem lõgius de ciuitate]Hieruſalẽ[procedentes,]ne aduerſarij intrando Iudæam,damna ei inferrent,[proximi hoſtibus effecti, reſederunt. Primo autem ſolis ortu,]videlicet valde mane,[vtrique commiſerunt]pugnam,ſ.Iudas cum ſuo exercitu contra Timotheum ac ſuos.[Iſti]ſ. Iudas & ſui,[victoriæ & proſperitatis ſpõſorem cum virtute dominum habentes]dominus enim in Deuter.& alibi ſępe,ſpopondit fidelibus bellatoribus ſuis triumphum. itaque cum virtute, i.cum efficacia vel cum fide & ſpe habebant Deum triumphi ſponſorem,in quo ſolo ſperabant. Illi autem,puta Timotheus ac ſui, [ducem belli animum habebant]i. in propria aoimoſitate ac robore confidebant. [ſed cum vehemens pugna eſſet,apparuerunt aduerſarijs]ſ. Timotheo & ſuis,[de cælo miſsi.] Nam ſancti angeli erant in Iudæorum miſsi ſubſidium.[viri quinque in equis]i.angeli in ſpecie virorũ equeſtrium,[Iudęis ducatum pręſtantes,]Denique quæ ſequuntur, difficultatem nõ habent. De hoc autem prælio videtur texius loqui primi libri cap.5. Pſal.3. Sap.14. Deu 9.3. 2 Leuit. 26.

Declaratio cap.11. Sed paruo poſt tempore Lyſias procurator regis.

Articulus 11.

Mirabilis victoria contra Lyſiam data Iudæis,hic recitatur.[Sed paruo poſt] geſta in præcedenti cap.ſcripta[tempore Lyſias,&c.congregatis 80.millibus, veniebat aduerſus Iudæos,exiſtimans ſe ciuitatem]Hieruſalem [captam gentibus habitaculum facturum.] Præſumpſit enim ſe occiſurum aut euecturum omnes Iudæos in Hieruſalem commorantes, & poſiturum in ea habitatores gentiles,[Templum vero in pecunię quęſtum habiturum]ita quod oblationes,decimas,primitias,& ſacrificia quæ offerri ſolebant in templo, conuerteret in lucra ac commoda regis ac ſua.[& per ſingulos annos venale ſacerdotium]id eſt, vendíturum omni anno pontificatum,&c.[Vt autem Machabæus & ſui cognouerunt expugnari præſidia]i. fortalitia ſua à Lyſia,[hortatus eſt]Machabæus[ferre auxilium fratribus]id eſt,Iudæis,qui in præſidijs erant obſeſsi, & à Lyſia impugnabantur. In tempore enim anguſtiæ comprobatur amicus. [Cumq́ue pariter prompto animo procederent]verſus Lyſiam, qui munitionem Bethſuræ obſidebat,[apparuit præcedens eos eques armis aureis haſtam vibrans] ad oſtendendum, quod audacter aggrederentur aduerſarios ſuos. Fuitq́; eques ille angelus ſanctus,in ſpecie equeſtris viri apparens.[Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem dominum, ferociſsimas beſtias & muros ferreos parati penetrare.]i.quæcunq: ardua aggredi. Eſtq́; hyperbole. De iſto bello videtur mentio fieri quarto primi lib.cap. Ibi tamẽ legitur Lyſias cõgregaſſe 60.millia & equitum 5.millia: Ibi quoque leguntur de eius exercitu 5.millia corruiſſe. Hic vero 11.millia peditũ. equitum vero 600. Hæc autem videntur poſſe concordari, per hoc quod additur ibi: Videns autem Lyſias ſuorum fugam & Iudæorum audaciam,abijt Antiochiam,& elegit milites, vt multiplicati,rurſus venirent in Iudæam:ſicq́ue videtur poſt rediſſe cum pluribus, & maiorem paſſus ruinam in ſuis.[& quia non inſenſatus]i.vſu rationis carens [erat] Lyſias, erat tamen inſenſatus,i.vera & ſpirituali ſapientia deſtitutus, ſecuodũ quod quidam ſatentur: Nos inſenſati, vitã 1.Mac. 10.

 illorum

Sap. 5. illorum æſtimabamus inſaniam. Vnde quibuſdam deceptis ſcribit Apoſtolus: O Inſenſati Ga-
Gal. 3. latæ. [ſecum ipſe reputans factam diminutionem] id eſt, minorationem ſui exercitus penſans, [& intelligens inuictos eſſe Hebræos, Dei omnipotentis auxilio innitentes] id eſt, eo quod diuino ſubſidio inhærerent ac iuuarentur, miſit ad eos, &c.] pro pace facienda inter ſe & eos, [& regem compulſurum amicum fieri] id eſt, quod induceret regem prece & ſuggeſtione ad hoc, quod reconciliaretur Iudæis. [Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ, & quæcunq; Machabæus ſcripſit Lyſiæ,]vt ea impetraret à rege in Iudæorum fauorem, [ea rex conceſsit.] Deinde in textu ponitur epiſtola Lyſiæ ad Iudæos, in qua inter cætera dicitur: [Quæcunq; regi potuerunt perferri,] id eſt, ea quę poterant Antiocho regi conuenienter inſinuari, ac præſentari ex parte veſtra, [expolui] i. declaraui ei per ſcripta vel nuncium. [& quæ res permittebat, conceſsit] id eſt, id quod diſpoſitio rerum rationabiliter admiſit vobis impendi, rex induſſit. Subditur data literæ huius: [Anno centeſimo quadrageſimo octauo]quod intelligitur de annis regni Græcorum, [Dioſcori menſis]ſcilicet Iunij, in quo ſol intrat ſignum Geminorum, qui Gręce vocantur Dioſcori. Sed oritur quęſtio. Hæc enim epiſtola ſcripta eſt mortuo Antiocho Nobili, qui (vt in primo libro habetur) obijt anno centeſimo quadrageſimo nono, quomodo ergo ſcripta eſt iſta epiſtola anno quadrageſimo octauo? Reſpondetur, quod iſte annus centeſimus quadrageſimus octauus, fuit idem cum illo centeſimo quadrageſimo nono, ſic tamen, quod exordia huius anni diuerſimodè accipiuntur. [Regis autem epiſtola, iſta continebat: Rex Antiochus Lyſię
2. Reg. 20. fratri ſalutem.]Illuſtres autem & nobiles, cognatos ſuos nominant fratres. Vnde ſecundo Regũ libro Ioab ad Amaſam: Salue, inquit, mi frater. [Patre noſtro inter Deos tranſlato,] id eſt, ad deorum ſocietatem aſſumpto & deificato, quia feruens erat in cultu Deorum ſuorum. Sic etenim reges paganorum putabant parentes ſuos poſt vitam iſtam deificari, ſicut & nos ponimus viros ſanctos in obitu mox angelis ſociari. [nos volentes eos, qui ſunt in regno noſtro, ſine tumultu agere] id eſt, pacificè viuere, [audiuimus Iudæos velle tenere ſuum inſtitutum,] id eſt, legẽ eis à Deo ſuo pręfixã, [ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua,] i. dari eis à nobis licentiam obſeruandi legum ſuarum ſtatuta. [Volẽtes igitur hanc quoq; gentem quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, &c.] i. dari eis libertatem ſeruandi ritus & obſeruantias legis ſuæ in templo: quod vtiq; iam recuperauerant & habebant, quando iſta epiſtola edita fuit. [Ad Iudęos autem epiſtola regis talis erat: Rex Antiochius ſenatui Iudęorum] id eſt, congregationi maiorum ſeu collegio ſeniorum gubernantium Iudaicum populum. Dicitur enim ſenatus à ſenex & natus, quaſi natio ſeniorum: [quoniam ſeniores prudentia & ætate, ad officium præſidentiæ huius eligebantur. [Si valetis,] i. ſi proſperè vobis ſuccedit, [ſic eſtis vt volumus,] quaſi dicat, diligimus vos, quia bona volumus vobis. Diligere enim, ſecundum Philoſophum, eſt alicui bonum velle. [Adijt] id eſt, acceſsit [nos Menelaus, dicens, vos velle deſcendere ad veſtros qui ſunt apud nos] i. ad Iudæos qui in vrbibus regni noſtri hinc inde morantur. [His ergo qui commeant] i. ad noſtra tranſeunt loca ex loco & populo veſtro, [dexteras damus ſecuritatis] i. ſaluum conductum, [vſque ad diem 30. menſis Xandici] i. Aprilis, [vt] Iudæi inter nos habitantes, [vtantur cibis & legibus ſuis] i. cibis eis licitis iuxta legem ſuam, alijſq; pręceceptis proprię legis. [& nemo eorum moleſtiam patiatur de his, quę per ignorantiam geſta ſunt:] id eſt, propter præteritas pugnas habitas inter noſtros & populum Iudæorum, in quibus Iudęi putabant ſe iuſtè moueri, vel propter alia, in quibus ex ignorantia contra noſtra fecerunt præcepta. [Miſimus autem & Menelaum] id eſt, virũ iſtum, quem miſiſtis ad nos, remiſimus ad vos,
2. Mach. 4. [qui vos alloquatur,] informando vos oretenus plenius de noſtra voluntate. [Valete.] Hinc di-
2. Mach. 13 citur, quod iſte Menelaus fuit alter à peſsimo Menelao, de quo dictum eſt ſupra, & de quo infra continetur. Siquidem iſte Menelaus miſſus videtur à Iuda & ſuis pro impetranda licentia, quod aliqui boni in lege periti, poſſent inuiſere Iudæos inter gentiles manſionem habentes, ad informandum eos de obſeruantia legis. [Miſerunt etiam Romani] id eſt, legati Romanorum conſtituti in via verſus Antiochiam, [epiſtolam]ad Iudæos, [ita ſe habentem: Quintus Memmius & Titus Manilius legati Romanorum.] Magni autem Romani communiter habuerunt nomina duo ac plura. [populo Iudęorum ſalutẽ. De his] id eſt, [quæ Lyſias cognatus regis conceſsit vobis, & nos conceſsimus] vt ſint rata. Iam enim Romani dominabantur & imperabant regibus Syriæ & Aegypti ac alijs multis. Ideo authoritatem habebant confirmandi aut reuocandi conceſſa à regibus illis, & eorum principibus. [De quibus autem ad regem iudicauit referendum] id eſt, de maioribus cauſis, [confeſtim aliquem] nuncium [mittite] ad nos,
* congruit inſinuando nobis quid poſtuletis, [diligentius inter vos conferentes,] quid & qualiter deceat vos poſtulare, [vt decernamus] id eſt, determinemus, [ſicut * expedit vobis.] Videtur au-
1. Mach. 7. tem epiſtola iſta Romanorum miſſa Iudæis, antequàm Iudas miſit Romam ad ineundam ſocietatem cum ipſis. Hoc enim fuit, Antiocho & Lyſia occiſis, regnante Demetrio, vt patet primo libro.

Expoſitio Cap. 12. His factis pactionibus. Articulus 12.

DEſcribuntur hic varia bella ac geſta Machabæi. [His factis pactionibus] id eſt, confœde-
rationibus pacis inter regem Antiochum ac Iudæos, [Lyſias pergebat ad regem. Iudęi au
tem agriculturæ operam dabant.] quod ante propter aſsidua bella facere non valebant,
ſaltem tam plenè. [ſed hi qui reſederant,] id eſt, aliqui ex principibus regis, qui iuxta Iudæam
poſt Lyſiæ receſſum manebant, videlicet [Timotheus,] non ille qui in fine capituli decimi nar-
ratur à Iudæis occiſus, [& Apollonius, ſed & Hieronymus & Demophon * Superbus,] qui ita *ſuper hos
cognominatus eſt, forſan ob ſuæ elationis exceſſum, quemadmodum rex Romanorum Tarqui
nius, vocatus eſt Tarquinius Superbus. [& Nicanor Cypriarches,] id eſt, princeps Cypri conſti
tutus à rege, [non ſinebat eos in ſilentio agere & quiete] id eſt, pacificè, & ſine remiſſione. [Ioppi-
tę verò] id eſt, gentiles commorantes in vrbe maritima, nomine Ioppe, [tale flagitium perpetra
uerunt. Rogabant] deceptoriè [Iudæos, cum quibus habitabant,] id eſt, ſecum morantes in Iop
pe, [aſcendere ſcaphas,] id eſt, nauiculas, [quas parauerant] Ioppitæ ad recipiendum in eis Iu-
dæos, [cum vxoribus & filijs] Iudæorum [ipſorum &c. Secundum commune itaq; decretum]
ciuitatis Ioppenſis, [& ipſis acquieſcentibus] id eſt, Iudæis facientibus, ſicut communitas illa
Ioppenſis decreuit fallaciter ipſos Iudæos rogare, [cum in altum proceſsiſſent] id eſt, longè à lit
tore, vbi & aqua paulatim fit altior, tendens ad quandam rotunditatem, ſicut & quælibet gutta,
ſicut in ſphęra mundi probatur. [ſubmerſerunt] Ioppitę [non minus ducentos] Iudęos. [quàm]
fraudulentiſsimam impiiſsimamq́; [crudelitatem Iudas, &c.] tanquam communis patronus po
puli ſui, zelo iuſtitiæ viriliter vindicauit. Et ſicut fecit Ioppitis pro ſcelere facti, ſic fecit Iamni-
tis gentilibus, pro impia eorum voluntate, qua voluerunt tractare Iudæos ſibi cohabitantes, ſi-
cut Ioppitæ fecerunt. Innotuit nanq; Iamnitarum voluntas facinoroſa per certa indicia. [inde]
ſcilicet à Iamnia ciuitate [cum abiſſent] Iudas & ſui, [commiſerunt cum eo] id eſt, contra eum
in via pugnauerunt [Arabes &c. qui victi] à Iuda, [petebant dextras ſibi dari] id eſt, pacem con-
cedi, [promittentes ſe paſcua daturos,] id eſt, prata & paſcualia loca Iudęis circa ſe morantibus,
& pecora multa habentibus. [Aggreſſus eſt autem] Iudas cum ſuis ciuitatem quandam firmam,
[quæ habitabatur à turbis promiſcuarum] id eſt, diuerſarum commixtarumq́; [gentium. Hi au-
tem qui erant in ea, remiſsius agebant,] non reſiſtendo viriliter, quia in fortitudine ſui oppidi
confidebant. [maledictis laceſſentes] id eſt, prouocantes [Iudam, & loquentes quę fas non eſt,]
Deum Iſrael blaſphemando aut maledicendo, quod ſcilicet ipſum Iudam & ſuos iuuare non
poſſet, quemadmodum Sennacherib feciſſe legitur. Quæ verba tam impia atq; nefaria ſunt, vt 4. Reg. 18.
ſcriptura denotet ea per eorum contraria, vt cum 3. Regum 21. inducitur: Benedixit Naboth Iſa. 36.
Deo & regi. Iob quoque primo: Niſi in faciem benedixerit tibi, id eſt, maledixerit. Et item Iob
2. Benedic Deo, & morere. [Machabæus autem inuocato magno mundi principe] Deo maieſta
tis immenſæ, de quo & Ariſtoteles duodecimo primæ philoſophiæ: Entia, inquit, nolunt malè
diſponi. Pluralitas principum mala. Vnus ergò princeps. de quo ait ſcriptura, Iob 34. Quem
conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? [qui ſine ar-
etibus,] id eſt, bellicis inſtrumentis ſic appellatis, [& machinis] alijs [temporibus Ieſu,] id eſt,
Ioſuę, [præcipitabat Hiericho,] deijciendo muros eius, vt habetur Ioſuæ 6. [Irruit ferociter oiu
ris, & innumerabiles cædes fecit, &c. Inde venerunt] Iudas & ſui [ad eos] Iudæos, [qui dicuntur
Tubianæi,] qui ſecundum gloſſam non erant Iudæi natione, ſed quidam Iudæis confœderati,
dicti Tubianæi, quaſi aliena tuba vocati. [Doſithæus autem & Soſipater, qui erant duces cum
Machabæo,] id eſt, ſub eo, quoniam Iudas præfuit toti exercitui, ſeu parti quam ſibi aſſumpſit:
illi verò parti exercitus, vt millenarij aut tribuni. [Peremit] Iudas [decem millia viros, à Timo-
theo,] in fortalitio quodam [relictos. Cognito autem Iudæ aduentu, Timotheus præmiſit muli-
eres & pueros] ſibi ſubiectos, & gentiles, ne à Iudæis caperentur, [in præſidium] id eſt, fortaliti-
um, [quod Carnion dicitur. Erat enim inexpugnabile,] id eſt, valdè difficulter expugnabile. Ve
runtamen Iudas diuina virtute expugnauit, & combuſsit illud cum exiſtentibus in eodem, vt 1.
Machabæorum 5. legitur, vbi præſidium iſtud vocatur Carnain. [Cumq́ue cohors Iudæ prima
apparuiſſet,] id eſt, prima pars ſui exercitus, ſiue prima ipſius turba ſeu ſocietas veniſſet obuiam
[hoſtibus, timor hoſtibus incuſſus eſt ex præſentia Dei] id eſt, occulta operatione Dei vbique
præſentis, populo ſuo gratioſe aſtantis. Deus enim inuiſibiliter corda immutat, perterret, con-
fortat: vel forte per aliquod ſignum viſibile Deus præſentiam ſuam oſtendit. [& in fugam verſi
ſunt alius ab alio,] id eſt, ab inuicem fugientes, & vnus præ alio euadere nitens, [ita vt magis à
ſuis deijcerentur] id eſt, à ſe inuicem perimerentur, ſicut de Madianitis legitur Iudicum 7. quod
mutua cæde ſe truncabant. [Timotheus incidit in partes] id eſt, in manū bellatorum, qui erant
ſub ducatu [Doſithei & Soſipatris. Poſt horum fugam & necem mouit] Iudas [exercitum ad
Ephron ciuitatem munitam, &c.] Eſt autem hiſtoria iſta 1. Machabæorum 5. ſcripta atq; expoſi
ta. [Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt] Iudas ac ſuus exercitus. [Conteſtantibus autē &c.]

id eſt, Iudæis qui inter Scythas illos gentiles manebant, dicentibus Iudæ Machabæo, quod Scythæ fuiſſent, & [eſſent eis benigni etiam temporibus infelicitatis] i. aduerſitatis, Iudas & ſui, [admonuerunt Scythas, vt de cætero eſſent Iudæis illis beneuoli.] & ſic [venerunt Hieroſolymam die ſolenni ſeptimanarum inſtante] id eſt, feſto Pentecoſtes imminente, quod celebrabatur euolutis ſeptẽ hebdomadibus, à primo die feſtiuitatis paſchalis, prout Leuit. 23. ſcribitur. [& poſt Pentecoſten abierunt] Iudas & ſui [contra Gorgiam. Exiuit autem] Gorgias contra Iudam [cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. quibus congreſsis, contigit paucos ruere Iudæorum.] & hoc propter eorum iniquitatem, quæ paulò poſt ſubditur: [Doſitheus verò quidam de * Bachinoris] id eſt, de populo gentili ſic dicto, Iudæis confœderatos vel de Iudæis ſic appellatis à loco in quo habitabant, [vir fortis, Gorgiam tenebat] & iſte Doſitheus fuit alius à prædicto, &c. [atq; ita Gorgias fugit in Mareſam,] id eſt, in locum ſic nuncupatum. [At illis qui cum Eſdrin erant,] id eſt, cum viro principali de parte Gorgiæ, [diutius pugnantibus] contra Iudæos, [& fatigatis] ipſis, vel Iudæis, vt aliqui dicunt: primum tamen magis conſonat textui. [inuocauit Iudas dominum, &c. & cum ſeptimus dies] ſcilicet ſabbatum [ſuperueniret, ſecundum conſuetudinẽ legis purificati] aqua luſtrationis propter contactum mortuorum in prælijs, prout Numer. nono fuit præceptum, [ſabbatum egerunt,] quieſcendo deuotè in laudibus Dei. [inuenerunt autem Iudæi] qui erant cum Iuda, [ſub tunicis interfectorum] Iudæorum in bello prætacto [de donarijs Idolorum] id eſt, aliqua precioſa idolis dedicata, [à quibus lex prohibet Iudæos] ne talia ſibi aſſumerent, iuxta illud Deuterono. ſeptimo, Non aſſumes ex eis quicquam. Non inſeres quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. [Omnibus ergò] Iudæis ibi præſentibus, [manifeſtum factum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe, & rogauerunt dominum, vt id quod factum fuerat delictum, obliuioni traderetur:] id eſt, piè ignoſceretur. [At verò fortiſsimus Iudas,] qui mẽte & corpore fuit fortiſsimus, [facta collatione,] id eſt, pia diſtributione facta, id eſt, tractatu cum ſuis habito de agendis pro prædictis occiſis. [duodecim millia drachmas argenti,] id eſt, argenteos nummos, qui Drachmæ vocantur. Drachma nanque nummus eſt certæ quantitatis, habens imaginem regis. Talium ergò nummorum duodecim millia [miſit Hieroſolymam,] in qua erat locus ſacrificiorum, videlicet templum, in quo fieri debuit iſta oblatio. Ideo ſequitur: [offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium,] id eſt, vt pecunia iſta offerretur ibi Deo in ſacrificium, hoc eſt, ad vſus diuinos pro remiſsione peccati illorum, qui donaria idolorum aſſumpſerant ſibi, vt dictum eſt, & pro alijs eorum remittendis peccatis. Sperauit autem Iudas eos antequam expirauerũt, de illo ſuo pœnituiſſe peccato [benè & religioſe,] id eſt, piè atq; fideliter [de reſurrectiõe] futura & generali [cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant] per mortem corporalem ac temporalem, [reſurrecturos ſperaret] in die nouiſsimo, ſicut S. Iob. In nouiſsimo, inquit, die de terra ſurrecturus ſum [ſuperfluum videretur & vanum, orare pro mortuis.] & eadem ratione ſacrificium offerre pro ipſis, eſſet inane. Contra hoc argui poteſt, quoniam iſtud videtur ſonare, ac ſi animæ non punirentur poſt vitam hanc, niſi reſumptis corporibus. Poſſetq; aliquis dicere, quod quamuis corpora non eſſent reſuſcitanda, pium tamen eſſet pro animarum à corpore ſeparatarum reconciliatione & ereptione à pœnis orare atq; ſacrificare. Immo multæ fidelium animæ, à pœnis purgatorij liberantur per orationes & hoſtias ante corporum ſuſcitationem. Et reſpondendum, quod plena animarum remuneratio abſq; corporum reſuſcitatione & glorificatione fieri nequit: ad quod inſinuandum, iſtud ſatis extenſe prolatum eſt. [Et quia conſiderabat quod hi qui cum pietate] id eſt, religione fidei cultuq; Dei [dormitionem] id eſt, mortem [acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam] id eſt, ſpem felicitatis æternæ, ſeu ipſum præmium beatificum eis paratum ac reſeruatum à domino, ſicut ait Apoſtolus ſecunda Timothei quarto. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex. [Sancta ergò & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare,] eleemoſynas facere, ſacrificiumq; offerre, [vt à peccatis ſoluantur:] id eſt, à pœnis quæ debentur eorum peccatis, liberentur: quæ peccata in contritione, quantum ad culpam, remiſſa ſunt: & niſi in hac vita ſatisfiat pro ipſis, oportet quod reſtat, poſt hanc vitam ſuppleri.

* Baccenoris. (margin, beside "theus verò quidam de * Bachinoris")

Iob 19. (margin, beside "cturos ſperaret")

Expoſitio Capituli decimitertij. Anno centeſimo quadrageſimo nono.
Articulus decimustertius.

1. Macha. 6. HIC refertur, qualiter Iudas contra Antiochum Eupatorem pugnauit, quæ res 1. lib. diffuſe deſcribitur. Veruntamen dicitur hic, quod Antiochus iſte habuit in ſuo exercitu centũ & decem millia peditũ, & quinq; millia equitum, elephantos quoq; viginti duos. In primo autem, quod habuit centum millia peditum, & viginti millia equitum, atq; elephantos triginta duos.

ta duos. Reſpondetur, quod forſan in exercitu regis fuerunt in primis centum millia, deinde
in via adiuncta ſunt millia decem. De equitibus vero aliqui dicunt, quod inter eos erant quin-
que millia cæteris elegantiora, & in acie regis diſpoſita, qui hic numerantur. Vel, primo exiuit
cum quinque millibus equitum, deinde alia millia accurrerunt. De elephantis etiam dicitur,
quod viginti duo in eis erant elegantiores, qui hic ponuntur, alijque tacentur: ſed & numerus
minor ſimpliciter poſitus, non excludit maiorem, & maior includit minorem. Præterea quæri- 1. Mac. 13.
tur, cum in præcedentibus plenius legantur factæ pactiones pacis & amicitiæ inter Antiochum 2. Mach. 12
& Iudęos, cur violatis pactionibus illis, rex venit aduerſus illos? Diceodum quoniam Iudas ob-
ſedit arcem, ideo quidam ex arce & alij iniqui Iudæi acceſſerunt Antiochum, & conquereban-
tur aduerſus Iudam & ſuos, prout ſexto primi libri cap. plenius recitatur. [Habuit item rex cur-
rus cum falcibus] id eſt, currus falcatos [trecentos:] quales & Amorrhæi quidem habuiſſe le-
guntur Ioſue decimoſeptimo, & Iudicum primo. [Commiſcuit autem ſe illis Menelaus] de quo 2. Mach. 4.
facta eſt mentio ante, & ad tempus fuerat princeps ſacerdotum, [& cum multa fallacia depre-
cabatur Antiochum] non ceſſare, niſi Machabæo proſtrato. Ideo ſubditur: [non pro patriæ] id
eſt, compatriotarum ſuorum [ſalute] ſeu proſperitate, [ſed ſperans ſe conſtitui in principatum]
id eſt, pontificatum. [ſed rex regum] videlicet Deus omnipotens, [ſuſcitauit animos] id eſt, in-
tellectum & voluntatem, ſeu motus & indignationes [Antiochi in peccatorem] id eſt, contra
Menelaum. Etenim cor regis in manu Dei eſt, qui quocunque voluerit, vertit illud. [Et ſugge- Prouer. 21
reote Lyſia, hunc] Menelaum [eſſe cauſam omoium malorum] id eſt, diſſenſionum & pugna-
rum inter Iudæos & regem. Fuit enim vnus de primis ambitioſis & iniquis Iudæis, qui acceſſe-
runt ad Antiochum Nobilem, & concitauerunt eum contra Iudæos, [iuſsit eum appræhenſum
in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris, aggeſtum] id eſt, cumulum ſeu aduna-
tionem [vndique habens cineris. Inde] id eſt, de turre illa [in cinerem deijci iuſsit ſacrilegum]
Menelaum, qui enormiter fuit abuſus ſacris rebus vaſiſque templi. [& ſatis iuſte] vt ſcilicet pœ-
na correſponderet culpę: & per quæ peccauit, per eadem puniretur. [nam quia multa erga arā]
id eſt circa altare [Dei delicta commiſit,] vt patet ex dictis in iſto libro. [cuius] altaris [ignis ho
locauſta conſumens, [& cinis] ex combuſtis ſacrificijs remanens, [ſanctus eſt] id eſt, ad diuioa
obſequia ordinatur, quemadmodum vaſa templi ſancta dicuntur. [ipſe in cineris morte dam-
natus eſt] id eſt, iuſſus occidi & mori per præcipitationem ſui à turre in cineres. [ſed rex mentē
effrenatus] id eſt, prædominanter paſsionatus, ira & indignatione abſque fræno iudicij ratio-
nis repletus, [veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Iudæis oſtenſurus] id eſt, crudelius eos affligere
cupiens & intendens, quam erant à ſuo patre afflicti. [Omnibus itaque] Iudæis [per triduum
continuum proſtratis in oratione] id eſt, competentibus horis trium dierum illorum. [ipſe ve-
ro] Machabæus [cum ſenioribus] Iudæorum [cogitauit vt exiret obuiam] ad reſiſtendum regi,
[antequam rex intraret Iudæam, & obtineret ciuitatem] Hieruſalem, [& domini iudicio] id
eſt, diſpoſitioni atque arbitrio prouidentiæ Dei [committere exitum rei] id eſt, negocij inter ſe
& regem: ſic tamen, vt ſperando in Deo, faceret quod in ſe erat. [Dans itaque poteſtatem om- Rom. 13.
nium Deo] id eſt, Deum eſſe omnipotentem proteſtans, & omnem poteſtatem ei aſſcribens,
cum non ſit poteſtas niſi à Deo. [& dato ſigno ſuis Dei victoriæ] id eſt, adiutores ſuos infor-
mans, atque confidere faciens de obtinenda victoria virtute diuina: quod potuit eis perſuade- 1. Mach. 6.
re per authoritates ſcripturę, & per ſigna ac geſta quæ leguntur in ea. [nocte aggreſſus aulam re-
giam] id eſt, appropinquans tentorio regis, [in caſtris] id eſt, aciebus aduerſariorum, [interfe-
cit viros quatuordecim millia] In primo libro legitur, quod ceciderunt de exercitu regis ſexcen
ti viri. Reſpondetur quod Iudas primo & improuiſe circa diluculum inuaſit regis exercitum, &
tot millia interfecit in eo, ſicut hic legitur. Deinde in clara die præliatus eſt contra regem in
campo: & tunc occidit de populo regis viros ſexcentos. [& maximum elephantorum.] Hoc
quoque in ſecundo illo conflictu dicitur factum: quamuis hic per anticipationem narretur. Ibidem
Fuitque elephantus ille, quem Eleazarus frater Iudæ occidit, prout in primo libro fertur. [ſed
rex accepto guſtu audaciæ Iudæorum] id eſt, hoc facto expertus eorum audaciam, [arte diffi-
cultates locorum tentabat] id eſt, conabatur per induſtrias & bellicas artes aggredi & expugna
re loca Iudęorū munita difficulter acceſsibilia. [& Bethſuræ quæ erat Iudæorum pręſidiū mu-
nitum:] quia in vrbe illa habebant Iudæi fortalitiū valde forte, [caſtra admouebat] i. ſuū exer-
citum applicare curauit. [ſed fugabatur, impingebatur, minuebatur,] i. quidam de eius exer-
citu fugabantur, impellebantur, occidebantur à cuſtodibus illius fortalitij, impetum facienti-
bus in quoſdam de populo regis. [His autem qui intus erant,] ſ. in præſidio Bethſuræ, [Iudas
neceſſaria, victui [mittebat. Enunciauit autē myſteria] i. ſecreta Iudę & ſuorū [hoſtibus] videli-
cet Iudæ, regi ac ſuis, [Rodochus quidā de Iudaico exercitu:] & ſic fuit & proditor populi ſui,
& ſecretorū manifeſtator. ideo ſumme vitandus, iuxta illud Prouer. 20. Et qui reuelat in myſte-
ria, ne miſcearis. Attamen quidā ait, quod Rodochus iſte ab aduerſarijs captus, fuit ad reuelan-

ueſem terræ [rogabant eum qui populum ſuum conſtituit,in æternũ cuſtodiret.] Deus enim vult populum Iudæorum manere vſque in finem mundi, in quo & innumerabiles conuertentur. [Imperante autem duce] videlicet Machabæo, [ſtatim inde mouerunt]ſiui ad occurrendum Nicanori. [Nicanor tamen audiens audaciam comitum]id eſt,principum ſociorumq́ue [Iudæ,&c.ſanguine iudicium ſacere metuebat.]id eſt, per belli congreſſum non audebat exquirere,quis iuſtiorem cauſam haberet,Iudas an ipſe Nicanor: ideo miſit quoſdam ad Iudam pro amicitijs componendis. [& cum diu de his conſilium ageretur]à Iuda & ſuis, [& ipſe dux ad multitudinem retuliſſet]id eſt,Iudas cauſam hanc in generali ſua conuocatione propoſuiſſet,[omnium]Iudæorum[ſuit vna ſententia,amicitijs annuere]i.conſenſum præbere. [Morabatur autem Nicanor Hieroſolymis, nihilq́ue inique agebat] contra Iudæos. Fuit tamen idololatra,& impie agentes contra Deum.[Gregeſq́ue turbarum quæ congregatæ ſuerant]id eſt, quas ſecum adduxerat ad pugnandum contra Iudam,[dimiſit]redire ad propria ſeu alia loca. [Habebat autem Iudam ſemper charum ex animo,& erat viro inclinatus, rogauitq́ue eum ducere vxorem,filioſq́ue procreare,nuptias ſecit,&c.]Verum de hac ſamiliaritate & amicitia Iudæ atque Nicanoris,primo libro nihil recitatur.Eſtq́ue difficile hanc ſcripturam cum his, quæ in 1.lib.ſcripta ſunt,concordare.Ibi enim legitur Demetrius miſiſſe cum Alchimo Bacchidem, non Nicanorem,in primo acceſſu Alchimi ad ipſum Demetrium. Cumq́ue Bacchides eſſet ad Demetrium regem reuerſus, & Alchimus non poſſet Iudæ reſiſtere,ad Demetrium redijt, qui tunc cum eo Nicanorem miſit. Cumq́ue Nicanor quaſi decepiſſet Iudam, conterritus eſt Iudas, & amplius noluit videre ſaciem eius,puta Nicanoris. Et poſt hoc commiſit Nicanor prælium duplex contra Iudam,ſicut ibidem narratur. Hinc pro concordia videretur dicẽdum,quod prima vice Demetrius miſit cum Alchimo Bacchidem atque Nicanorem. Vel quod hoc loco penitus ſubticetur,primus acceſſus Alchimi ad Demetrium, & miſſio Bacchidis cum Alchimo in Iudæam:& ita quod dictum eſt hic de acceſſu Alchimi ad regem,intelligeretur de ſecundo acceſſu Alchimi ad regem Demetrium, & quod tũc cum Alchimo ſuit miſſus Nicanor, qui ſemel contra Iudam pugnauit, & poſtea cum eo ad tempus habuit pacem,ſicut hic ſcribitur [Alchimus autem videns charitatem illorum]id eſt, Iudæ & Nicanoris[adinuicem,] charitas hic extenſe ſumitur pro amicitia ſociali,non pro amore ſupernaturali infuſo, quem certum eſt in Nicanore non fuiſſe. [venit ad Demetrium,& dicebat]Alchimus Demetrio, [Nicanorem rebus alienis]i.regi contrarijs[aſſentire,]communicando cum Iuda. [ſed quia regi reſiſtere non poterat]Nicanor,[opportunitatem obſeruabat qua præceptum perficeret]i. quærebat capere Iudam. Veruntamen non excuſatur Nicanor à crimine,quod ſic amicitię fœdus initum cum Iuda, rupit. Immo magis debuit à Demetrio omnino recedere, quam ei in rebus ita illicitis obedire. [At Machabæus videns auſterius ſecum agere Nicanorem,] quia per exteriora quædam indicia auerſio Nicanoris patuit Iudæ. [occultauit ſe à Nicanore,] non ex vituperanda formidine, ſed ex prudẽtia & cautela.Ideo ſubditur:[Quod vt ille]puta Nicanor[cognouit ſortiter]id eſt, prudenter & virtuoſe[ſe à viro præuentũ,]ita quod eum capere nequiuit, [dixit ſacerdotibus: Niſi mihi Iudam vinctum tradideritis,templum hoc Libero patri conſecrabo,] ita vt ad honorem Liberi ſeu Bacchi reædificetur. Aſſeruit enim Nicanor,quod tẽplum combureret atq; deijceret.[Razias autem quidam de ſenioribus,delatus]i.accuſatus[eſt Nicanori] tanquã zelator Iudæ ac boni communis Iudæorum,[vir amator ciuitatis] Hieruſalum, cuius proſperitatem in temporalibus ac ſpiritualibus concupiuit,ac pro viribus procurauit.[& bene audiens] i. rationabiliter diſcernens quæ audiebat,indigentibus quoque beneuolus. Vel bene audiens,i. bene auditus à populo ſuo,ſumendo actiuum pro paſsiuo.[qui pro affectu]i.propter charitatẽ ſuam ad populum ſuum,[pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo.]Si per continẽtiam caſtitas deſignetur, poteſt dici quod mortua cõiuge,de cætero caſtus permanſerit. Per continentiam tamen poteſt intelligi generalis quædam virtutum conditio,ſcilicet moderantia ſeu repreſsio animi ab exceſſu.[corpuſq́; & animam]i. vitam animalem[contentus tradere pro perſeuerantia]i. paratus dare in mortem pro virtutum conſtantia:ad quem compræhendendum miſit Nicanor.[Putabat enim,ſi illum]ſcilicet Raziam,[decepiſſet,]id eſt,ſpiritualiter aut corporaliter occidiſſet; compellendo illum per pœnas ad paganiſmum,alioquin eum atrociſsime trucidando,[ſeſe cladem maximam]id eſt, miſeriã & mœrorẽ grauiſsimum[Iudæis illaturũ,]occiſo ſpirituali & generali patre ipſorũ.[qui cũ iam cõpræhẽderetur]i.cõpræhẽdi quaſi inciperet,[gladio ſe petijt]i.percuſsit,[eligẽs nobiliter potius mori]ſ.propria manu,vt hic inſinuari videtur,[quã ſubditus fieri peccatoribus:]i. à gẽtilibus illis ad eorũ volũtatẽ male tractari.[& cõtra natales ſuos]i.ad ꝓgenitorũ ſuorũ irreuerẽtiã, [indignis iniurijs agi]i.lædi. Videtur autem Auguſt. in lib. de ciuit. Dei factũ iſtud nõ cõmendare,& ad mollitiẽ aſſerit pertinere,ſeipſum occidere ad euadendum grauiora tormẽta. Vnde quod Sãſon ſe oppreſsit,& fœminæ quædã ſanctæ ſeipſas ſubmerſerũt ne violarẽtur, ait nõ aliter

Margin notes: 1.Mach.7. (beside "conuertentur"); 1.Mach.7. (beside "non Nicanorem"); Auguſt. (beside "Videtur autem Auguſt."); Iudic.16. (beside "quod Sãſon")

bus iuſte moueretur, & quæ iniuſte, vt ſcilicet Deus victoriam largiretur bene & rationabi-
liter motis ad prælıandum.[eo quod ciuitas ſancta]Hieruſalem [& templum]eius[periclitarē-
tur]id eſt,deſtructioni eſſent expoſita. niſi Deus ſuis ſubueniret cultoribus. [Erat enim pro
vxoribus & filijs & cognatis minor ſolicitudo]quam pro templo ac ſacris.ideo additur: [Maxi
mus vero & primus pro ſanctitate erat templı] i. deſtructionem ſancti templi maxime formi-
dabant ac abhorrebant etiam plus quam propriam ac ſuorum occiſionem: ſicq́ue affectus gra-
tiæ,præualuit in eis affectui naturæ.[& cum omnes]Iudęi iſta ſcientes,tam qui erant cum Iuda,
quam exiſtentes in vrbe Hieruſalem,[ſperarent iudicium ſuturum,] id eſt, quod Deus ſecun-
dum cenſuram ſuæ iuſtitię faceret Nicanorem ſuperari cum ſuis,ſicut promeruit, [conſiderans
Machabæus aduentum multitudinis]id eſt,copioſi exercitus aduerſariorum, [dıxit: Domina-
tor cælorum]ı. omnium ciuium ſupernorum atque cæleſtium orbium, [mitte angelum tuum
bonum ante nos]qui ſit dux,protector,& adiutor noſter, [in timore & tremore magnıtudinis
brachij tui]i. ita vt maieſtatis tuæ timorem & tremorem ıncutiat hoſtıbus noſtris. Vnde ſub-
iungıtur:[vt metuant qui cum blaſphemia veniunt.]ſcilicet Nicanor idololatra & milıtes eius,
[aduerſus ſanctum populum tuum,] id eſt, contra nos tuo cultui mancipatos ac tibi deuotos.
[Nicanor autem & qui cum ipſo erant,cum tubis] ıd eſt, tubarum clangore [& canticis admo-
nebant]i.ad prælium ſe monebant. Aliquæ enim melodiæ pariunt animoſitatem, audacıam at-
que lætitiam,per quas fiunt homines ad præliandum efficaciores. [Iudas vero & ſui per oratio-
nes congreſsı ſunt,manibus præliantes & cordıbus exorātes, proſtrauerūt triginta quinq; mil-
lia]& ipſe Nicanor corruit primus,vt primo libro ſcribitur, [præſentia Deı] id eſt , ex gratioſo 1.Mach. 7.
Dei auxilio & conſolatione eius interna,[magnificè delectatı.Facto itaque clamore,& pertur-
batione excıtata.]Cum enim cognouiſſent Nicanorem corruiſſe, præ gaudio clamauerunt etiā
cum tumultu,qui perturbatio hic vocatur.[omnipotentem dominum benedicebant] laudan-
do gratiaſq́ue agendo eidem,cuius præualuerūt auxilio.[Præcepit autem Iudas, qui per omnia
corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat.] In quo patet virtuoſitas eius & grandis dile-
ctıo ad ſubditos ſuos atque ad bonum commune,cuius promptitudo ad mortem pro republica
à corde redundauit ad corpus ipſius, appetitumq́ue ſenſitiuum qui per corpus poteſt intelligi,
quia organica potentia eſt.[caput Nıcanoris & manum cum humero abſciſſam, Hieroſolymam
perſerrı.]Iſtud in primo libro expoſitum ſuit. [accerſijt]id eſt,vocauit ſeu accelsit,[& eos qui
in arce erant]qui erant de parte Nicanoris Ideo voluit eos per obtentam victoriam perterrere.
Linguam etiam ımpij Nıcanoris præciſam] id eſt, abſciſſam[iuſsit particulatim auibus darı ad
comedendum,]propter blaſphemias per linguam eius prolatas,[manum autem dementis con-
tra templum ſuſpendi]id eſt,dexteram inſenſati ac blaſphemi Nıcanoris amputatam, iuſsit Iu-
das ex oppoſito templi ſuſpendi,eo quod dexteram extendendo,fuerat comminatus, quod tē-
plum ipſum deſtrueret. Sicq́ue ad commendationem & laudem dıuinæ iuſtitiæ & omnipoten-
tiæ Dei ſecit Iudas hæc omnia. [Omnes igitur cæli dominum benedıxerunt, qui locum ſuum
incontaminatum ſeruauit. Itaque omnes communi conſilio decreuerunt, nullo modo diem
iſtum abſque celebritate præterire. Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab
Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his finem ſaciam ſermonis] huius voluminis. [& ſi
quidem bene] hæc ſcripſi, [hoc & ipſe velim : ſi autem minus digne, concedendum] id eſt,
ignoſcendum [eſt mihi:] quia ſeci diligentiam meam pro poſſe. [Sicut enim vinum ſemper bi-
bere aut ſemper aquam , contrarium eſt] diſpoſitioni naturæ, quæ ſecundum diuerſitatem
ſuę qualificationis dıuerſa requirit pocula atque cibaria:[alternis autem,]id eſt,nunc iſto nunc
illo[vti delectabile]eſt hominibus,quia vt ait Philoſophus, Actio correſpondet naturæ agen-
tis: Ideo ſicut Deus eſt ſimpliciſsimus in fine totius ſimplicitatis ſormalıs ac actualis per exclu-
ſionem vnıuerſæ potentialıtatis,ſic ipſe vnica ſimpliciſsima actione æternaliter gaudet. Ho-
mo autem eſt ens maxime compoſitum, non quod plures habeat partes ſubſtantiales, quàm
corporalıa cætera: ſed quia plures habet potentıas,proprietates & actiones,idcirco in vſu alter-
norum delectari potiſsime competit ſibi.[ita legentibus,ſi ſemper exactus ſit ſermo,]id eſt,ſi
ſtylus ſit vbique exquiſite armatus,atque armate ınquiſitiuus vſq; ad ſingula, [non erit gratus]
id eſt,acceptus & placens,quoniam grauat & diſtrahit mentem. [Hıc ergo erit] liber hic [con-
ſummatus.]Inſuper ex iſto capitulo inſtruuntur principes & milites,omneſq́ue pugnatores fi-
deles,qualiter ſe debeant ad prælia præparare & in bellis ſe habere,vt ſcilicet per confeſsionem
oratıonem & ſatisſactionem ſe pręparent,& in ipſo prælio Deum exorent,ſintq́ue prompti pro
bono communi mori.Ad laudem & gloriam omnipotentis, quı eſt ſuper omnia Deus ſublimis
ac benedictus, Amen.

Enarrationum in libros Machabaeorum, finis.

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

- LUG. 1970